



NAZIONALE
EMANUELE
6
19 F
34


7
10-c
41

Fratris cherubini lanosij ex Atrio de Cassia. 1557

Quattuor Principalia Concilia

Fratris cherubini Lanesij cō
Anno de Cassia. 1557

Quattuor Principalia
Concilia.

Primum concilium Nicenum. Fo. 2-8
Concilium constantinop: Fo. 78
Concilium ephesinum. Fo. 121
Concilium Calcedonen. Fo. 145

1 PARTE

SVMMA CONCILIORVM

& Pontificum à Petro usq; ad Paulum tertium succincte cōplectens omnia, quæ alibi sparsim tradita sunt: per F. Bartholomeum Carranzam Mirandeñ. instituti sancti Dominici theologiæ professorem, & regentem in collegio sancti Gregorij in ualle Oletana.

Biblioth. Secr. Coll. Rom. Soc. Jesu.

State super uias & uidete, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit uia bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus uestris. Hiere. 6.

Habentur & alia quæ uersa pagella indicabit.

Beatus uir, cuius est dominus spes eius: & nō respexit in uanitates, & insanias falsas





Venetijs ad signum Spei.

MDXLVI.

QVATVOR CONTROuersiariū de authoritate Pontificis & conciliorum explicatio.

Canones Apostolorum.

Canones sextæ synodi generalis hactenus non excusi.


Septima synodus generalis, & canones eiusdem nunc primo excusi.

Octaua synodus generalis nunc primo excusa, & canones eiusdem.

Canones cōcilij Ephesini generalis nūc primo latine excusi.


Decretalis Martini quinti & Calixti tertij de annui census licita emptione & uenditione explicatio.

ADMODVM ILLVSTRI
& prędaro dño Diego Hurtado Mendozę.
apud Rempub. Venetorum oratori, &
in sacrosancta synodo Tridētina
Cęsareę maiestatis uice gerē
ti, F. Bartholomęus Car
ranza Miran-
deñ.
Instituti sancti Dominici.
S. D.




VM mecum hisce diebus uoluerē Diege magnũ, & nobilitatis, & studiorum decus, & nostrę laus Hispanię, quid mihi potissimum agendũ foret dum Deus Opt. Max. uiā aliquam ostendit cōcilio futuro, si qñ nunc admodum necessario, in tantis ecclesię procellis, & uitę malis, subijt animum relegere maiorum nostrorum acta, in concilijs antiquioribus. Et puduit me, ut ingenue fatear, nostrorum morum, expuere libuit in sinum subinde repetens. En à quanto culmine decidimus, en segnitiem, & oscitantiam nostram, en gentem à Christo, & redemptam, & factam rerum dominam. Vbi ille charitatis ardor? Vbi animus τῶν χρημάτων κρήττων? Vbi dolorum & mortis contemptus dum gregem traditum custodirēt? Deniq; nihil ferè conuenit pręsenti rerum statui, siquis attentius conferat cum illo quem cernere licet in scripturis cōciliorum. Quod ut facilius

contemplari poſſem excerpſi epitomen quadā collatione exemplariorum tum latinorum tum gręcorum quoad eius ſieri potuit. Quam quum utilem ſore multis arbitrarer, ne idē illis ſubeūdum eſſet faſtidij, & laboris, pręſertim quibus, aut euoluere nō uacat, aut comparare non poſſunt tantam librorū farraginem, è re communi me facturum putaui, ſi quod mihi ſudaram, omnibus impertirem. Propoſui uero aliquot quęſtiones, uelut operis pręcurſores, neceſſarias, ni fallor, tractaturis Germanię hęreſes. Itaq; ſub tuo nomine editur hoc quicquid eſt libelli, tum ut ſtudioſis uel ob hoc ſit in pretio, tum ut tibi cui omnia debeo, incipiam nouo ęre obligari, ſi ſenſero ea ſuſcepiſſe frōte, qua uel minutiſſima, quę tamen ad rem literariam pertinent, amplecti ſoles. Vale in Chriſto Ieſu.

DIEGVS HVRTADVS MENDOZA
F. Bartholomęo Mirandę. S.




VLchrum est aliquid in dicẽdo posse, quo ab hominibus laude dignis approberis: pulchrius ea, quę mente conceperis, orationéque expręsseris, scripto mediocriter explicare: pulcherrimũ orationi, atq; scripto studium, & laborem adiungere, ne aliquid deesse uideatur, quominus, & bonis uiris, & multis admirationi sis. Horũ primum, cuius quidem uelut parẽtes, altricésque sunt prudentia, & eloquentia, te penitus consecutum fuisse locupletissimi testes esse poterunt, qui te Bartholomęe Miranda, uel in sacrar literarum Gymnasio (quas publicè profiteris) uel in publica concione audiuerunt. ultimum uerò, quod semper cũ medio cõiunctum est, tum multis aliàs, tum hoc edito libro, in quo breui compendio conciliorum prolixitatẽ circũcidisti, ita ut multa in eorum libris abundare, in hoc nihil deesse ostenderis, adeo pręstitisse uisus es, ut prudentissimi uiri in eligendo, magni oratoris, atq; philosophi in disponẽdo, maximi theologi in considerando, atq; declarãdo quęcunq; legentibus impedimento ob difficultatem, obscuritatémque futura forent, partes cõpleueris. Quòd autem nomẽ meum in tuis scriptis & conspici, & legi uoluisti, maximas tibi gratias ago. Vale. Nonis Ianuarij, Venetijs.

INDEX RERVM AC VOCVM quæ in hoc uolumine continentur, ubi primo habentur Pontifices per ordinem alphabeti, ac ijdem post modum suo quiqꝫ ordine prenotati arithmeticis numeris, omnia deinde cōcilia seorsum collecta.

Pontifices à Petro usq; ad Paulum tertium.

CONCILIORVM SERIES

Cœlesti


BIBLIOTECA NAZ
ROMA

E

Fœminæ

***

FINIS

Errata in controuersijs & canonibus apostolorū sic corrigito.

Quaternione a folio 4.pag.2.lin.2. Quarto cap. quat.b.fo.1.li.2.Quę coronis eodē quat.fo.4.pa.2.li.29.Est tn̄ eodē quat.fo.6.pa.2.lig.24. poterit.Liquido. quat.c.fo.3.pa.1.li.25.cederet.quat.d.fo.6.pa.2.li.2. quando fit.ibidem li.21.Et esto locus.quat.e.fo.4.pag.2.li.17. ad Flauianum.ibidem fo.5.pag.1.li.ij. ut liquet ex.quat.f.fol.5.pag.2.li.5.nō tn̄. ibidem.fo.6.pag.1.lin.10.sic eluditur.ibidē fo.7.pag.1.l.21.insigne factum.quat.g.fo.1.pa.2.li.1.Papa manēs.ibidē fo.5.pa.2.li.3.adde qđ sequit.Deinde demōstrat hoc ep'la eiusdē Honorij,q̄ habet i actis p̄dictę synodi,quare magis credo intrusum illic Honoriū inter hereticos per falsarios & mēdaces Gręculos, q̄ꝫ q̄ ipse fuerit hereticus.quat.h.pa.1. li.6.noueritis li.29.fidē.li.30.ptinēs.li.31.re positū.fo.2.pa.2.li.21.commendatitijs.li.28.pręfectū.fo.3.pa.1.li.24.spectaculū li.ult.sunt. fol.4. pa.2.li.14.populi,ipse quidē maneat.li.17.concilia.li.31.sint ep̄i.fol.6. pa.2.li.ult.qui à.fo.6.pa.2.li.9.Ca.6. Qui ead.li.metus.li.26. Ca.64. fo.8.pa.2.li.26.Euangelia.li.25.Pauli epistolę.

Errata in summa conciliorum sic corrigito.

Folio 9.pagina 2.linea 6.talium enim.fol.22.pa.2.li.16.oblationis. fo.33.pa.1.li.16. catholicę fo.50.pagin.1.li.5.subiectionis. fo.52.pag.1. li.14.deferendum.fo.54.pa.1.li.4.illicitas.fo.70.pagina.1. li.26. Arrianis se segregabat.fo.73.pag.2.li.1.in margine Non oportet.fol. 89. pag.1.in marg.l.pen.26.q.6.ibidem in marg. li.7. 42.fo.9.pagin.1. li.2. relecto.fo.108.pagin.2.li.ult.autoritas in improbos exercet, erit dictator immunis.fo.117.pa.2.li.18.iudices.fo.123.pa. 1.li.1. ambabus. fo.135.pag.li.17.Quę de.fo.139.pag.2.li.18.à religione.fo.149.pag.1.in marg.li.2.Esa.6.fo.eodem.pag.2.li.29.etiam nō solū.fo.151.pag.1.li.7. his,qui.fo.151.pag.2.li.18. dele aut. fo.172.pag.2. li.31.reuertuntur.fol. 185.pag.1.li.18.eijcit.eadem pag.li.ult. deponit.fo.188.paggin. 1.li.16. manifeste.fo.190.pag.2.li.16.adipisci.fo.192.pag.2.li. 6.afflictionibus. fo.202.pag.2.li.12.ordine.eadem pag.li.ult.confessum.fo.208.pag.2.li. 20. palliis. fo.225. pagina.1.li.2.ex communi consensu.fo.228.pa.2.li. 10.era 610.fo.231.pag.1.li.26. sub Petro.fo.233.pag.2.li.2. proponitur. fo.234.fo.18.& sacrosancti.fo.237. pagina.1.li.18. nunq̄ꝫ.fo.239. pag.1. li.24.conuicti,q̄ꝫ. eadem p.in marg.li.13.se in fo.240.pa.1.li.27.definimus,ut fidei norma.sicut in fo.241. pagina.2.li.14. decantare.fo.242. pag.2.li.ult.singulare.Nec.fo.243. pag.2.li.31.metropolitana.fo.249. pag.1.li.17. Has. fo.262.pagina.2.li.1.102 Hoc.eadem pa.1.li.17. Nomocanono.fo.264.pag.2.li.5.amitam.item li.8.monachā. fo.269.pa. 2.li.26. profitentur.fo.275. pagina. 2.li.31.Trisagium fo.286.pag. 2.li. 21.instigationē.fo.294.pa.1.li.16.aerea.fo.320.pa.2.li.13.in fornicationibus.fo.256.pag. 2.linea prima est inuersa.fo.258. pa.2.li.17. inest.fol. 363.pa.1.li.23. sit uera. fo.370.pa.1.li.15.Eugenio & li.25. pane.fo.273. pa.2.li.22.robur.fo.274.pa.2.li.28. ordo.fol.375. pagin.1.li.12. proles fo.390.pag.1.li.13.ecclesiasticas.fo.392.pag.1.li.20.legerentur, fo.398. pag.2.li.25,omnimodo

INDEX EPISTOLARVM

Leonis papae primi, quae in uoluminibus conciliorum habentur.

INDEX MATERIARVM

F. BARTHOLEMEVS CARRANZA MIrandén. instituti Sancti Dominici.

AD LECTOREM.



Hristianæ Lector cum pararem præsens sanctorum Conciliorum compendium, uenit in mentem, præmittere in ipsius operis uestibulo quarundam controuersiarum explicationes quibus hoc seculo potissimum Christi Ecclesia exagitatur quoniam citra earum ueram cognitionem, rectam & plenam Conciliorum notitiam tenere difficile est, præsertim quando hostes Ecclesiæ nullum non mouent lapidem, si qua possint Ecclesiæ, Pontificum, Conciliorum, scripturarum Canonicarum authoritatem aliqua ex parte labefactare. Neq; in his tamen omnibus usquequaq; inter ipsos conuenit orthodoxos quo circa ex re Lectoris esse putaui, primum omnium de Ecclesiæ authoritate mox de canonicis scripturis, deinde de potestate Episcopi Romani, postremo de ipsis Concilijs quo ad fieri potuit breuiori compendio ipsam rei ueritatem demonstrare & explicare.

PRIMA CONTROVERSIA.

Quanta authoritas tribuenda sit consuetudinibus ecclesiæ quæ per manus ad nostram usq; ætatẽ durarunt, ab Apostolis, & antiquis patribus, & an sit certa Regula ecclesia, siue ecclesiasticę traditionis authoritas.

Pro Intelligentia primę cõtrouersiæ, ab ipsa nominis notione exordiendum est. Ecclesia latinę multitudinem, cętum aut conuentũ significat. Gręca enim uox est. multitudo filiorum Israel. Gręce dicitur ecclesia filiorũ Israel. Ali-

quando locus ipse ubi cõuenit multitudo, dicitur ecclesia. Hinc ecclesiastes dicitur concionator. Isidorus ĩ suis ethimologĳs uult distinguere, inter Sinagogã & ecclesiam, quia Sinagoga dicitur à congregatione, ecclesia uero à conuocatione, Conuocantur soli homines, cõgregantur autem etiam & bruta. Nõ puto hęc dicta secundum proprietatem uocabulorum, nã Græci promiscue utuntur utraq; uoce, pro quacunq; multitudine cõciliata in una aliqua societate. Hinc usurpatum est nomẽ ecclesię in scripturis & ecclesiasticis scriptoribus ad designandam societatem hominum conuenientiũ in fide cultuq́; Dei ac eadem religione ad finẽ supernaturalem cõparandum. De quibus consule Hiero. d. 93. Cipria. 24. q. 1. Sed quoniã est uera & falsa religio, hinc necessario duplicem esse dicimus ecclesiam, sanctam scilicet ecclesiam, quæ rectam de Deo fidem seruans uera religione Deum uerũ colit & adorat, & ab eo solo salutem suam expectat, & aliam ecclesiã quæ in omnibus non ita sincęre, & recte sentit ut illa, sed est ubi aberret, appellaturq́; ecclesia Sathanæ, quam sacrę literę ecclesiam Impiorũ & malignãtium appellant. Illa uero prior simpliciter & sine adito ecclesia uocatur. Istę sunt duę illę ciuitates misticæ significatæ per duas illas ciuitates, quarũ alteram ędificauit Abel, alteram Cayn, de quibus August. late in libris de ciuitate Dei. Ad horum tamen clariorẽ noticiam annota quod Dei ecclesia una est, & catholica, quam profitemus iuxta symbolũ Nicenæ synodi, una inquam nullo tempore con-

Duplex ecclesia.

clusa, nullo certo loco, nulla natione aut gente, nullo denique populo determinata, sed ut est generalis, sic palmites suos in orbem uniuersum per tẽpora quælibet præterita & præsentia & futura extendit, & quæ à formatione Adæ primi hominis ad finem usque seculi eadẽ fuit, & est, & erit semper, sub uno capite conditore generis humani & redemptore filio Dei. Habuit hæc ecclesia suum initium in primis illis parẽtibus, deinde per ætates creuit, habuit progressus, & incrementa sua, usque ad hanc diem, ut recte possis dicere ab initio suo, usque ad tempora Noe habuisse Infantiam suam: quo tempore quam pusila & modica fuerit hæc nostra catholica Dei ecclesia, ut merito possimus intelligere, infantiam tunc agere satis indicat & sacra ipsa & aliorum scriptorum historia. A Noe uero usque ad initium Abrahami, & sub Abrahamo usque ad Mosem habuisse pueritiã suam: sub Mose uero egit adolescẽtiam: & sic inadolescentia accepit à Deo pedagogũ & legem ad cohercendas trãsgressiones, & ut quadam pedagogia duceretur ad Christum, ut testatur Paul. Lex pedagogus fuit ad Christũ: & ita umbris cerimoniarum & multiplicibus figuris erat ibi adumbrata ueritas euangelij, quo circa nõ poterant filij Israel primum intẽdere in apertã reuelatamque faciem Mosis, hoc est, in nudam claramque ueritatem eorum, quæ per Mosem figuris illis significabantur, sed necesse habebat uelare faciem suam quotiens à cõspectu & colloquio diuino prodibat ad populũ. Plus enim lucis fidei acceperat tunc ec-

De ætatibus ecclesiæ.

Galat. 4.

clesia sub Mose quã unquã ante acceperat, sic enim loquitur dominus de prioribus patrib9, Abrahamo, Isaac, & Iacob, nomen meum Tetragramaton nõ indicaui eis, significans se illud Mosi pręaliis indicasse, cui loquebatur facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum, quod minime fecit cũ aliis. De ea

Galat.4. ecclesia dicit Apostolus: quanto tempore heres paruulus est, nihil differt à seruo, cũ sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est usq; ad pręfinitum tempus à patre: Ita tunc adolescens erat ecclesia & sub tutoribus agens: adolescentiæ uero solent adhiberi pedagogi & magistri, ab adolescentia transitur ad iuuentutem, hanc ætatem ægit ab inducto populo Israelitico, in terram promissionis per Iosue, & sequentes Iudices, & per Reges & Prophetas educato usq; ad aduentum Saluatoris domini nostri Iesu Christi, quo tẽpore quãuis à Pedagogi cura non sit exẽpta clarissimas de Christo eiusq; ecclesia & regno uniuersisq; nostræ fidei misteriis per Dauid, Esay, reliquosq; Prophetas reuelationes accepit.

Galat.4. At ubi uenit plenitudo temporis, ut inquit Apostolus. Misit Deus filium suũ natum ex muliere, natum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. Nam lex (ut diximus) pedagogi tantum defuncta officio neminem ad perfectionem aduxerat, nullum saluauerat, at Christus ubi uenit etiam dudum de crucis patibulo corruscabat Euangelium, uelum illud ueteris testamenti scissum est, iam legis abdita & recondita patuerunt, & uelamen illud positũ

super faciem Mosis abstulit, & claram illam euangelice lucis ueritatem sub ritibus, & ceri moniis obtectam & inclusam palam toti mũ do manifestauit, quam ecclesiam cõpletis nostræ redemptionis misteriis deletoq́ cyrographo, illo quod aduersus nos erat, cruciq́ affixo, reuersus Christus ad patrem, Apostolorũ suorum misterio ex omni gente quę sub cœlo est, talem sibi congregauit & construxit eccle siam, qualem in ueteri illa Sinagoga & tabernaculo & sacerdotio figurarat & adũbrarat. Nam omnia illa figuram fuisse nostræ ecclesię passim traditur à Paul. Vides Christianæ Lector quomodo una est catholica Christi eccle sia, nõ diuersa ab illa ueteri, utrãq; cõnectente illo angulari lapide Christo Iesu. Est igit una & quodãmodo diuersa, est uetus illa, sed nouata à Christo, per Apostolos, & usq; ad finẽ seculi per Apostolicos uiros propaganda. Donec in gloria suo capiti sine macula & sine ru ga coronanda copuletur, quæ propter nouum statum & ordinem quem à Christo assumpto accepit, non infrequenter ab ecclesiasticis scriptoribus dicit noua & diuersa ecclesia à priori, & ortum habuisse ab Apostolorũ collegio.

Apud quos sit uera ecclesia.

Vna est igitur Christi ecclesia, sed quo uinculo in unitatem ecclesiæ catholicę colligẽtur Christi fideles, ipsius ecclesiæ membra, id nũc est expediendum. Vetus cõtrouersia est, apud quos sit ecclesia uera. Tẽpore Augustini Donatus Apher dixit, quod apud eos solum esset ecclesia, contra clamabat Augustinus. Vocati Donatistæ dicebant, quod sola charitate & gra

tia colligarentur fideles in ecclesia. Post alius Apostolus Sathane Ioannes Hus, quod sola gratia pdestinationis colligaretur Christi corpus, ita ut nõ tantum peccatores, sed nec presciti existentes in gratia, pertinerent ad ecclesiam. Lutherani nunc sic diffiniunt ecclesiam, est cõgregatio iustorum uere credentium. Horum omnium intelligere nequeo impia magis an stultior sit assertio. Vtrosq; aperte dãnauit Christus suo ore, qui dixit: Simile est regnum cęlorũ sagene misse in mari, quę bonos pisces & malos cõtineret. Rursus & in parabola nuptiarum serui egressi in uias congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos, & malos, & implete sunt nuptiæ discumbentium. Et iterũ Mathei. 25. Simile est regnum cœlorum decem uirginibus, quarum quinq; prudentes, quinq; autem erant fatue. Quibus parabolis regnum cœlorum, hoc est, ecclesiam suam nobis Christus declarauit, nec minus illud ipsum demõstrauit dominus, Math. 17. Cum peccãtem in nos fratrem iussit denuntiari ecclesię & contumacem & inobedientem, extra ecclesiam fieri. Et Apostolus in domo magna ecclesiæ non solum uasa aurea, & argentea, sed lignea, & fictilia, esse prędicat: quędam ĩ honorem, quædam in contumeliam.

Quomodo ecclesia diffiniãt Lutherani.

Math. 25.

2. Timo. 2.

Ex quibus colligitur, & iustos & peccatores ad Christi ecclesiam pertinere, nam & Iudas ministerium Apostoli habebat in ecclesia, cum esset sceleratus & malus. Ideo peccatores nõ sunt extra ecclesiam, sed adhęrent suo capiti saltim sicut palee tritico, ut significanter di-

Peccatores nõ sunt extra ecclesiam.

xit Augustinus.7.contra Donatistas.

Secundo colligitur Paganos ad ecclesiã nõ pertinere, cum Paulus dicat eos esse foris. De hæreticis autẽ disputatur a recentiorib9 Theologis, an pertineant ad ecclesiam. Nã apud ueteres nõ uertebatur in dubium, cũ Cyprianus dicat in epistola ad Rogatianũ, eos esse egressos de ecclesia & altare profanum foris collocasse. Ad eum modũ loquitur & Hiero. Sed disputatur, quoniam utrinq; sunt rationes non inaparentes.

Pagani nõ ptinent ad ecclesiam.
1.Corin.5.

Primo Paul. dicit, de his quę foris sunt non iudicat ecclesia, sed iudicat de hæreticis, ergo non sunt extra ecclesiam.

Secundo hęretici tenentur legibus ecclesiasticis, ergo pertinent ad ecclesiam.

Tertio sunt baptizati, & deferunt characterem Christi ergo &c.

Sed his non obstantibus, respondetur. hæreticos, & schismaticos nõ pertinere ad ecclesiã.

Hæretici sunt extra ecclesiã.

Probat̃ primo ex suo nomine, esse schismaticos est esse sectos & diuisos à corpore, hoc signat nomẽ schismatis gręce, & idem hæretici, hoc est diuersa sequentes, & nõ uniti ecclesiæ.

Secundo sic habet sententia doctorum, & uniuersales ecclesiæ, hereticos esse separatos ab ecclesia.

Tertio Paul. ad Ephes.4. Inquit, quod his tribus rebus continetur ecclesia, & colligãtur eius membra, puta uno domino, una fide uno baptismate, uno deo, q & est pater omniũ &c. Sed non est conuenientia inter hęreticos & ecclesiam in unitate capitis fidei & sacramento-

rum ergo &c.

Quarto firmiter de summa Trinit. &c. dicitur una est ecclesia extra quam nemo saluatur & hæreticos non posse saluari quia sunt extra ecclesiam ergo &c.

Ad obiecta inoppositum facile respõdetur propter susceptam religionem ius habet in illos ecclesia.

Excõicati ptinent ad ecclesiam.

Est & aliud quod ab eisdem disputatur, an excõmunicati sint extra ecclesiam. Videtur ꝙ sic, quia idem est, excõmunicatum esse, quod reiectum & presciſſum à corpore Christi, ergo sicut hęretici sunt extra ecclesiã, & excõicati.

Respondetur ꝙ non sunt extra ecclesiam sicut hæretici, quia dũtaxat excludũtur à cõmunione bonorum ecclesię & gratię, quia pia mater ecclesia suarum clauium potestate, mẽbra quędam arida intus mortua & à spiritu uitæ separata reiecit, & exclusit à communione sui corporis, quod medicinali quadam pœna fit in bonum eius, qui excluditur, uel aliorum membrorum, cum alioqui habeant integram fidem, & sint catholici.

Quo uinculo colligẽtur ecclesiæ mẽbra.

Ex quibus collige, quo uinculo colligentur Christi fideles in unitatẽ ecclesiæ catholicę.

Ipsum est quod annotatur à Paul. unus Dominus, una fides, unũ baptisma, hoc est, in unitate fidei & sacramentorum.

Primũ principiũ i rebus religionis ecclesiastica traditio.

His prȩmiſſis, Respondetur ad primam cõtrouersiam. Primum principium certum & infalibile ex quo potest demõstrari aliquod esse uerum & indubitato tenẽdum in fide & religione Christiana, est, sine aliquo scripto eccle-

siastica traditio & uniuersalis ecclesiæ cõmunis definitio. Bifariam accipiunt aliquid fideles ab ecclesia. Primo per traditionem & eam antiquatã sine aliquo scripto, ut de baptismo paruulorum refert Origenes. Secundo p definitionem in scripto, ut de processione spiritus sancti à patre & filio in concilijs definita.

Hanc regulam eripere conantes hæretici à Deo confussa dubia incertaq́ reddunt omnia, ut nec ipsa scripturę authoritas (quã solam uolunt esse certam regulã fidei) illis certo cõstare possit. quocirca demonstratur cõclusio sic. sed prius sunt hæc claues assumendæ.

Prima clauis. Religio, fidesq́ Christiana ad supernaturalẽ hominis finem expectat, & propterea lumen humanæ rationis excedit, & ab alio supernaturali lumine depẽdet puta à Deo ipso reuelante & testificãte. Hęc omnia omnibus sunt indubitata. Ex quibus colligitur secunda clauis. Prima clauis.

Soli diuinæ infalibiliq́ ueritati initaẽ fides nostra & religio, quę diuina ueritas hominib⁹ suũ finem, ad quem cõditi sunt, & media, quibus ad Deum puenire debeant reuelare & ordinare dignata est: quoniam ad utrunq; per se infirma est humana natura. Hoc est igitur primũ nostrę fidei & religionis principium certũ & infalibile, diuina ueritas quæ nec falli potest, nec fallere, ad quam reducere oportet, quęcunq; tenemus ad fidem religionemq́ pertinẽtia. Ex quib⁹ principijs colligitur sic cõclusio. Secũda clauis

Si omnes uocẽ audiremus nobis intus, aut à dextra loquentis Dei, & docentis necessaria

cognitu, certiq́; essemus Deum esse, qui intus nobis loqueretur, aut extra, nihil dubitarem⁹ Deo testificanti credere, nec incideret in cõtrouersiam quod ad fidẽ religionemq́; nostrã certo pertineret, quoniam omnia & sola illa crederemus necessario tenenda, quæ certo nobis constaret à Deo reuelata. Sed nõ semper per se ipsum nobis omnibus loquitur Deus, nec per se docet, aut proponit necessaria omnia, q̃ uult nos credere, ideo multæ frequenter in ecclesia incidunt ambiguitates & fluctuationes. Ergo necesse est aliam habeamus regulam infalibilem, ad quã necessario reducendũ sit quicquid ad fidem religionemq́; nostrã certo pertinere, oportet credi. In qua reductione ad ipsi⁹ fidei nostræ meritum & profectũ, difficultatem nõ nullam inesse uoluit diuina prouidentia, ut nõ nihil ad fidem pius cooperaretur affectus, nã Deo ita nobis palã loquenti testificãtiq́; quis posset nõ credere? Deinde ferme cõpulsi crederemus, ut dęmones q credũt & cõtremiscunt.

Vel saltim crederemus ut Thomas, qui nolenti credere condiscipulis testificantib⁹ se uidisse uiuentẽ Dñm, nisi ipse suis oculis inspexisset, & manibus tractasset, dixit Dñs, quia uidisti me Thoma credidisti. Beati qui nõ uiderunt, & crediderunt. Nõ pronuntiauit Thomam beatum (sicut ante Simonẽ credentẽ, & confitentẽ eum esse Christũ filiũ Dei uiui) sed eorum fidẽ beatitudinis pręmio dignã p̃dicauit, qui non uidentes crediderunt, sed Thomæ dixit, tu credis, qa uidisti & palpasti, nihil magnum facis, illi demum beati erunt, qui nõ ui-

Ioan. 20.

dentes, in me credituri sunt. Hi sunt, qui nunc ecclesiam catholicam audientes credunt quæ ab ea in scripturis, uel sine scripto aliquo traduntur. Cum ergo immediate Deus nobis nõ loquatur, sicut olim fecit prophetis, hanc debemus habere pro infalibili regula, perquã regulari debent, quæ ad religionẽ nostram pertineant. Ergo hęc debet esse prima & infalibilis regula rerum ad fidẽ pertinentium, & eorum etiam, quæ per scripturas nobis traduntur, & ipsarum scripturarum.

Ecclesia non potest falli.

Hæc ecclesia quæ nobis proponit quę ad religionem pertineant immediate & regitur, & docetur à Christo, ergo non potest falli. Patet antecedens, quoniam ipsa est, & uocatur corpus Christi, & Christus caput ecclesiæ, & est futurũ perpetuũ caput illius: ergo necesse est corpus ab illo regatur, & ipsum caput influat in mẽbra, ergo nõ magis potest falli q̃ ipsum caput. Quamuis aliqua mẽbra etiam p̃cipua, ut praelati sint mali, in propositione tamen eorum nõ reguntur suo sensu, sed alieno.

Item ecclesia uocatur, & est sponsa Christi, ut in canticis cap. 4. Sponsa mea, hortus cõclusus, fons signat⁹, &c. Si ergo Christus habuit hanc sponsam, & non fuit bigamus assumens aliam, necesse est perpetuo regatur ab illo. ad Ephe. 5. Mulieres uiris suis subditæ sint, sicut dño, qm̃ uir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ, & sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres &c. Et ibi. Sicut Christus dilexit ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea, ut illã sanctificaret &c. Et infra. Nemo car-

nem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eã, sicut & Christus ecclesiam. Deinde de uiro & uxore. Erunt duo in carne una, sacramentum hoc magnũ est. Ego autẽ dico in Christo & ecclesia. Vides quomodo & nutritur, & fouetur
Hiere.2. ecclesia à Christo, sicut à te tua caro. Hunc fontem signatum relinquentes hæretici, fecerunt
Math.28. sibi cisternas &c. Eidẽ pollicitus est Dñs. Ecce ego uobiscũ sum omnibus diebus usq; ad cõsumationem seculi. Et Apostolus de eadẽ. 1. Timot. 3. ecclesia Dei, quæ est fundamentũ & colũna ueritatis &c. Item Ioannes. 14. Ego rogabo patrẽ & alium paracletũ dabit uobis, ut maneat uobiscũ in æternũ, spiritum ueritatis, ille uos docebit omnia. Non relinquã uos orphanos &c. Hoc promissit cunctis fidelibus, quia cap. 17. Inquit. Pater nõ tantũ pro his rogo, sed pro his, qui credituri sunt per eos &c. Vnus paracletus fuit Christus, quo cũ fidelibus conuersante ecclesia nõ potuit errare, loco sui missus est spiritus sanctus alter paraclet9, quo regente & docente æque nõ potest errare q̃ cũ regeretur à Christo, ergo nec nunc cũ regatur & doceatur ab eodem.

Item Math 16. super hanc petram ędificabo ecclesiam meam, & parte inferi nõ p̃ualebunt aduersus eam. Relatiuũ, eam omnes referunt, ad ecclesiam &c. Sed hęc est illa ecclesia, quam Dñs fundauit supra illam petram, & Petrum illũ Symonẽ confitentẽ Christũ filiũ Dei uiui.

Eiusmodi testimonijs demonstrarunt hanc ueritatem successores Petri Leo primus æque sanctus & doctus ad Augustam epistola. 14.

& ad Theodorę epistola.69. Et Iulius primus ĩ suis decretis, adducens illud ex Psal.47. Circundate syon & cõplectimini eam. Postremo est articulus in symbolo Nicenæ fidei. Credo sanctam ecclesiam & sanctorũ cõmunionem. Credere sanctã ecclesiam est credere, q in terris sit cõgregatio fidelium, quæ regatur ab spiritu sancto, & quæ totam spem suam figit in unum Christum.

De his tractarunt recentiores latissime, Cardinalis Caietanus duobus opusculis. Itẽ Cardinalis de Turrecremata in uolumine de summa ecclesiæ. Ioannes Driedo. de ecclesiasticis dogmatibus, lib.4.c.2. Et nouissime Albertus Campensis in primo lib. ecclesiasticę hierar.

Sit igitur primũ principiũ rerũ ad religionẽ pertinentium, Ecclesia, siue ecclesiastica traditio per scripturam, uel per antiquatum usum citra aliquam scripturam. Primũ principiũ rerũ ad fidem pertinentiũ, Ecclesia,

Per hæc potest patere ad primam Controuersiam.

SECVNDA CONTROVERSIA.

An idem pondus habeant diuinæ scripturæ.

Ad secundã dubitationẽ respondetur esse secundũ principiũ nrę fidei, canonicã scripturã.

Subnascitur dubiũ, quid uocemus scripturam Canonicã. Si roges, an omnes libri q sunt in uolumine Bibliorũ sint Canonici. Respondetur hos esse distinguẽdos in tres classes. Prima est eorum librorũ, quos omnes ecclesiastici scriptores reiecerunt, & cõmunis cõsensus ecclesię exclusit à Canone, ut sunt.3.&.4.Esd. 3.&.4.Machabeorũ. Ex quibus nõ summitur

efficax argumentũ ad probandam aliquã ueri
tatẽ nr̃æ fidei, q̃uis permittat ecclesia eos legi.

Qui libri sint Canonici.

Secunda classes est aliorꝝ librorꝝ de quibus
olim fuit controuersia inter catholicos, ut est
liber Iudith, Tobię, Sapientia, & Ecclesiastic⁹,
& duo Machabeorꝝ, & Baruc. In nouo Testa
mento liber Apocalipsis cum authore, & Epi
stola ad Hæbreos cũ authore. Epistola Iacobi
secunda Epistola Petri. Duę epistolæ Ioannis.
De sex prioribus libris pertinentib⁹ ad uetus
testamentum olim disputabatur, an haberent
Canonicã authoritatem Hieronimus in prolo
go Galeato dicit nõ esse Canonicos, sed inter
hagiographa numerãdos. Sed iam exclusa est
omnis disputatio recipiẽte eos ecclesia & enu
merante inter Canonicas scripturas, ut habes
in Concilio Carthaginensi. 3. cap. 47. cui inter
fuit & subscripsit Pater Augustinus, ubi legit.
Placuit p̃ter scripturas Canonicas nihil in ec-
clesia legatur sub nomine diuinarũ scriptura-
rum. Sunt autẽ Canonicę scripturæ &c. Recẽ-
sentur inter eas p̃dicti, excepto Baruc, de quo
ibi nulla fit mentio. Idẽ in cõcilio Florentino.
liber Sapientiæ & Ecclesiasticus secundũ ma-
teriam sunt Salomonis, licet ille collectus sit à
Philone Iudæo, & iste à Iesu naue, ut uolunt
Augustinus, & Hieronymus.

De apocalyp. disputat Euse. in histo. ecclesiast. li. 7. c. 23.

Duo lib. Machabeorꝝ canonici.

De secũdo Machabeorꝝ olim fuit maius du
bium nunq̃ legitur in Canone Hębræorꝝ, nisi
solus primus: sed ecclesia Christiana excepit
illum, ut duo priores publice legerentur.

Apocalip. Ioãnis canonica.

De libris noui Testamenti de Apocalipsis
Ioannis, q̃ sit in Canone & q̃ sit Ioãnis Apo-

ſtoli,habes in cõcilio Carthagiñ.3.ca.47.& in Decre.Gelaſii papę ędito in ſynodo.70.Epõꝝ. & Toletano.4.expreſſius ca.16.& Floreñ.Idē de duabus epiſtolis eiuſdē Ioannis Apoſtoli. Itē Apocalyp.ab Apoſtolo Ioanne ſcriptũ adſerit Iuſtinus,& Origenes,ut refert idē Euſeb. lib.6.ca.18.ubi probat.3.epiſtolas, quas nunc legimus Ioannis Apoſtoli.

Euſe.hiſto.eccle.lib.3.ca.2.&.5.

De epiſtola ad Hæbreos inſignē temeritatē puto dicere ꝙ nõ ſit catholica,nunꝙ̃ à catholicis ſcriptoribus fuit exploſa.Quòd autē author fuerit Paulus Apoſtolus, iſtud olim fuit maxime in Cõtrouerſia:nunc tota eccleſia ſentit eſſe Pauli,& ita legitur tanꝙ̃ Pauli. In concilio Carthagineñ.3.& aliȷs multis cõciliȷs inſigniter errant,qui aſtruunt nõ habere authorem Paulũ.Conſule lector Hieronymũ in epiſtola ad Dardanũ. Et in cõmentariȷs Epiſtole ad Titũ.ca.2.Quãuis cũ ſcriberet ad Euagriũ & ſuper Eſayam,uiſus fuerit dubius, ſi eccleſię latinorũ recepiſſent illam ueluti canonicã. Tandē citra diſputationē, aut nouã examinationē puto recipiendos ab omnibus orthodoxis uiris, omnes libros, quos recipit,& ꝓbat Gelaſius Papa in decreto & ſynodo.70.Epõꝝ quod habes in ſumma cõciliorꝝ,& quos probat Diuus Auguſt.li.2.de doctrina Chriſtiana. ca.8.poſt Carthagineñ.cõcil.3.& Laodicenũ, quę licet ſint locales ſynodi,ſunt tamē eccleſiaſtica authoritate probatæ, cũ alias, tùm in.6. ſynodo.ca.2. idem habet Innocentius Põtifex in epiſtola.3. ad Exuperium Tholoſa. epiſcopum,cano.7.

Epľa ad Hæbreos Pauli canonica.
Euſe.hiſto.eccle. lib.3.ca.3.&.6.

Postremū caput Marci canonicum.

Subnascitur dubiū de postremo Cap. Marci: de quo Hieronimus ad Edibiā q̃st.3. dicit à plerisq; nō fuisse receptum, ꝙ in paucis latinorum codicibus, & Grçcorum pœne nullis habeatur: p̄sertim cū uideatur narrare q̃dam pugnantia cum aliȷs Euangelistis, ut illud quod refert Dn̄m prima Sabbati surrexisse: cū Matheus dicât, surrexisse uespere Sabbati, quæ lucescit in prima sabbati: pugnant autē inter se, Vespere & Mane. Istud dubium &c.

Istud dubium dupliciter soluit Hieronim⁹. Primo, inquit, Aut enim nō recipimus Marci testimonium, eo ꝙ in raris fertur euāgelis &c. Secundā solutionē missam facio, utpote impertinentem p̄senti disputationi. Sed prior ista solutio impia esset si tunc tēporis hoc caput tantum habebat authoritatis, quātum reliquum Marci euāgelium. ergo tunc nō habebat canonicam authoritatem &c.

Respondetur ad dubium, ꝙ olim disputatū est de postremo hoc capite Marci, sed nunc citra exceptionem aliquam receptum est ab uniuersis scriptorib⁹ ecclesiasticis Latinis & Grçcis, & inter canonicas scripturas annumerat.

De Coronide, q̃ adiecta fuerat olim i fine euāgelij Marci.

Secundo est pro argumento, ꝙ coronis quędam olim adiecta erat in fine huius euangeliȷ, maxime in Græcorum exemplaribus, de qua Hiero. in. 2. Dialogo, aduersus Pelagiū. Coronis autē sic habet, post illa uerba: quia his, qui uiderant eum resurrexisse, nō crediderant: subiungebatur. Et illi satisfaciebant dicentes: Seculum istud iniquitatis, & incredulitatis substantiæ est, quæ nō sinit per immundos spiritus,

tus,

tus, ueram Dei apprehendi uirtutem, idcirco iam nunc reuela iustitiam tuam &c. Quæ cōmunionis iam non extat, sed reiecta est tam à Græcis, quàm Latinis, quia desumpta erat ex aliquo apochripho euāgelio, & etiam quia nihil habebat euāgelicæ grauitatis. Cū igitur publice legat ecclesia totū caput postremū Marci sine hac Coronide, signum est probasse illud ecclesia, sicut reliquū euangelium Marci.

Similiter dicere debes de historia mulieris Adulteræ, de qua Ioan. 8. quæ olim in plerisq; Græcis exēplaribus nō ferebatur. Et Hieroni. in. 2. Dialo. aduersus Pelagianos allegans hāc historiam, ingenue fatetur, nō in omnibus codicibus haberi, dicens sic: Historia de adultera muliere quæ in multis & Græcis & Latinis codicibus habetur, &c. Et Eusebius Cesarien. ecclesiasticæ histo. li. 3. indicat hanc historiam additā in euangelio Ioannis ex euāgelio, quod inscribitur secundū Hebræos, quod Hiero. testatur à se uersum in linguam Græcā. Forsam est illud apochriphum euangeliū, quod inscribitur Nazareorum. Sed iam authoritatē habet canonicam historia pdicta, eo q; ecclesiæ consensus, ut euāgelio dignā cōprobauit, & in omnibus codicibus Latinis sine exceptione habet, & allegatur à Latinis, & Græcis scriptoribus ad ædificationem fidelium in fide, & ad cōfirmāda dogmata fidei, ut ab August. super Ioā. & in omnibus operib9 suis, a Chris. Theophi. &c. & reliquis scriptoribus ecclesiasticis.

De histor. mulieris adulteræ

Alia est & maior difficultas de historia Susannæ, de Hymno triū puerorum, & de historia

draconis Belis, an parem authoritatẽ habeant cum reliquo uolumine Danielis.

Ratio difficultatis est, qm̃ uidentur à Hieronimo abscissa esse, & reiecta, ut idem Hiero. habet in prefatione Danie. dicens, Danielis prophetia à Daniele creditur esse cõscripta, posito in captiuitate Babilonica, sed Daniel hic non interprophetas, sed inter eos, qui hagiographa scripserunt cõputat, neq; habetur in Hebreorꝝ uolumine trium puerorꝝ Hymnus, nec Susanę historia, nec Draconis fabula, quas nos uerũ anteposito, easq́ iugulantes subiecimus, ne uideremur apud imperitos magnam partem uoluminis detruncasse.

Fabula draconis apud Danielem.

Secundo coarguitur à Rufino Hieronimus, ꝙ prędicta tria è proprio loco sint errasa, & inter apochripha deputata cum publice legerentur in ecclesiis.

Historia Susanæ.

De historia Susanæ fuit antiqua controuersia in ecclesia disputatum est enim inter Origenem, & Aphricanum, hoc dicente historiam hanc esse fabulam: Origene uero defendente contrarium.

Pro solutione huius difficultatis, notandũ, ꝙ olim à Iudæis tota scriptura in tres partes diuidebatur, in legem, Prophetas, & hagiographa, hęc dicuntur sanctorꝝ uirorꝝ scripta, ut Sapientia, Ecclesiasticus, libri Salomonis, inter quos ab Hebræis annumerabatur Daniel, nõ inter prophetas. Nunc cõgrue possumus sic ecclesiasticam scripturam, id est, qua publice utitur ecclesia catholica distinguere in canonicas scripturas, hagiographa, & apochripha.

Primi generis sunt omnes scripturę, quas recipit ecclesia, ut publice legantur, in ędificationem fidelium, & ex quibus sumitur efficax argumentum ad demonstrandum, quæ sint, quę ad fidem pertineant. Quę sint canonica hagiographa, & apochripha.

Secundi generis sunt scripturæ, quas probauit ecclesia, ut publice legerentur ad ędificationem fidelium, non tamē haberent canonicam authoritatem, ut sunt uolumina corꝝ sanctorꝝ, quorꝝ doctrinam probauit ecclesia. Sic olim legebãt apud Hębreos ecclesiastic⁹, & Sapiētia.

Tertij generis sunt illæ scripturæ, quas reiecit ecclesia, ut liber de Infantia Saluatoris, liber de Trāsitu Mariæ uirginis, Opuscula Tertuliani Apochripha, eo ꝙ post mediam ætatē à fide defecit, opera Cassiani monachi, unde colligitur regula apud Ecclesiasticos scriptores, ꝙ omnis liber apochriphus est extra canonem, non tamen omnis liber, q̄ est extra canonem est apochriphus: ut Augu. elegāter dixit, In apochriphis est aliquādo ueritas, nunq̄ tamen est canonica authoritas. Ideo apochripha & hagiographa conueniunt, & differunt. conueniunt quidē quia utraq; exclusa sunt, ab authoritate canonica. Differunt quia in istis cōpertum est, fidē non uacillare, ut docet Hiero. uniuersaliter de scriptis sanctorꝝ, ideo sine periculo fidei, & cū ædificatione fidelium legūtur publice in ecclesia. In Apochriphis autē, est cōperta fallitas, aut suspecta fidei pietas, ideo remota sunt, ut non legantur publice in ecclesiis, quæ tamen sine periculo fidei, aut sine irrisione minime legerentur. In quo conueniant & differant hagiographa, & apochripha.

Ad hunc modum docet Origenes, super Cāti. homelia prima, Apochripha consueuerunt patres appellare, quę sunt & occulta de Origine, & suspecta de falsitatibus, ideo nō placuit ecclesiæ locū dare illis, nec admittere in authoritatem. Hoc idem Hieroni. in epl'a ad Letā.

Respōdet ad difficultatē p̄ tres ꝓpositiones.

Prima, tria prædicta notata ex Daniele non sunt tertij generis, scilicet Apochripha.

Histo. Susanę, & Draconis Belis, & hymnus trium puerorum & inter hagiographa recensentur.

Primum, qm̄ antiquissimi patres olim ante, olim ante Christum natum receperunt illa, ut 70. interpretes, & post Christum Theodotiō, Tertullian⁹, Orige. & alij huius antiquitatis.

Secundo, Ecclesia passa est, ut publice legerentur in ecclesia, ideo, ut minimū oportet honorare illa ad ædificationem audientium.

Secunda Propositio, prędicta tria, fide pia legit, & excipit ecclesia, nō tamen pari authoritate cū canonicis scripturis, qm̄ propter authoritatem ueterum sanctorum, qui usi sunt testimonijs ex huiusmodi scripturis desumptis, recipit illas ecclesia, nec omnino excludit.

Tertia Propositio, puto inter ea, quę sunt secundi generis enumerāda, sicut Ecclesiasticus, Sapientia, apud Hebręos. Sic putant & alij catholici scriptores, ut Ioan. Driedo, & Hiero. in locis citatis, de Hymno trium puerorum dicitur in cōcil. Tole. 4. c. 13. q̄ ī tota ecclesia celebrat̄.

Siquis obijciat, q̄ patres ecclesiastici citent testimonia ex p̄dictis historijs quæ sunt apud Danielem tanq̄ ex canonicis scripturis.

Hoc non arguit habere canonicā authoritatem, quoniā solent illi facere, maxime Cypria.

& Ambro. ut ex apochriphis citent etiam testimonia, ut ex. 3. & 4. Esdrę, nō tanq̄ ex canonicis libris, sed tanq̄ ex libris cōtinentibus dogmata pia, & non contraria fidei nostræ.

In eodem loco puto reponendū librum Baruch, & sic probatum à cōcilio Florentino.

Ad illa uero, quæ opponit Rufinus contra Hiero. respondit Hiero. in. 2. li. Apologiæ contra Rufinum in fine.

Hęc sunt quę pertinent ad secundā classem, de quibus olim dubitabatur, si canonicam haberent authoritatem.

Tertia classis est reliquorum uoluminum, quibus nunq̄ dubitatum est inter scriptores ecclesiasticos si haberēt canonicā authoritatē.

Ad prædicta consequitur noua difficultas. Quando certū est has duas esse regulas in rebus fidei, canonicam scripturā, & sine scripto Ecclesiasticam traditionē, utra istarū sit prior, & utra reguletur per alterā: scriptura canonica per ecclesiam, uel ecclesia per scripturas, in definiendis, & distinguendis his, quæ ad fidē, & religionem pertineant Christianam.

Quæ sit prior in fidei rebus canonica scriptura, an ecclesiastica traditio.

Videtur secundū, q̄ ecclesia per scripturas, quia prima radix fidei est reuelatio, quæ fit à Deo: sed ea, quæ cōtinentur in scripturis sunt immediate reuelata à Deo, ergo illa erit omnium prima regula.

In contrarium est quod dicit August. Euangelio non crederem, nisi authoritate ecclesiastica cōmendaretur. ergo authoritas scripturarū est ab ecclesia, non tamen econtra.

In hac difficultate aliqui catholici uoluerūt

dicere quod nunc p̄dicant Germani, ꝙ scriptura sacra est prima regula, à qua oritur authoritas ecclesiæ, & ꝙ si aliquid determinatū fuerit in ecclesia, & illud fuerit ex sacris scripturis ꝓbatum, in illis audiendi sunt pontifices, nō autem in aliјs, quia pontificibus nō est immediate facta reuelatio.

Cōfirmatur Deutero. 17. habetur, ꝙ si iudices, ubi aliqua iuxta legem Dñi præceperint, aut determinauerint audiant̄ à populo. Hinc colligunt: Ergo & nos solum tenemur audire iudices, & concilia quando probant ex lege q̄ dixerint. Et sic intelligēdum est illud, Qui uos audit, me audit &c.

Luc. 10.

Scriptura sacra regulanda per ecclesiam.

Nos autē dicimus ꝙ prior regula, & notior & multo latior est ecclesia, q̄ꝫ scriptura canonica, & hæc per illā debet regulari, & nō econtra. Hoc euidenter demonstrat Ioānes Echius in suo Enchiridio. Primo Christus redemptor noster instituit ecclesiam, & post illum assumptum, ecclesia erat in terris quando nulla extabat scriptura, exceptis his, quæ ad uetus testamentū pertinebant, & ab ecclesia accepimus scripturas, ergo ab ecclesia habent aliquā originem scripturæ.

Prædicare & baptizare à chr̄o iuss. sunt Apostoli, non scribere.

Probant̄ hæc, Christus nihil scripsit, nihilq́ꝫ scribendū mādauit Apostolis, aut discipulis, sed Math. 18. dixit, Euntes docete omnes gentes seruare quæcunqꝫ mādaui uobis. Et Mar. ulti. Euntes in mundum uniuersum prędicate euāgelium &c. Docere igitur & p̄dicare iussi sunt Apostoli, non scribere.

Euangeliū nō est scriptura,

Confirmatur: Qm̄ euangelium nō est scri-

ptura, sed uocalis annuntiatio, sed cum audis euãgelium, caue imagineris tractari de Math. Marci. Lucę, aut Ioannis scripturis, quæ tunc nullę erant, sed illud bonũ & letum nuntium, quod ascensurus ad patrẽ mandauit Christus Apostolis pdicare omni creaturæ, quod euãgelium unũ est. Euangelium. n. bonũ nuntium significare omnibus notum est, sed nõ pro quocunq; nuntio ipsum accepit Christus, sed pro nuntio redẽptionis, & salutis ęternæ, quæ promissa fuit patribus adũbrata in lege, pnuntiata in Prophetis, & tandẽ in plenitudine tẽporis, exhibita ab uno Christo, ad quã annũtiandam orbi uniuerso mittebantur Apostoli.

sed uocalis annuntiatio.

Euangeliũ, bonũ dũtaxat nũtium redẽptionis dicitur.

Secundo, In hoc differt lex uetus à noua, q illa cõstat scripturis, hęc aũt nõ. Ideo Hiere. 31. distinguens hanc legem ab illa, dicit, hanc scriptam in uisceribꝰ hominũ, illam uero in tabulis lapideis, sic: Dabo legẽ meam in uisceribus eorum, & in cordibus eorum scribã eam, &c. Hoc demonstrat magis. Paul. Hebræ. 8. & 2. Corin. 8. Epistola nostra uos estis, nõ in tabulis lapideis, &c.

In quo lex uetus à noua differat.

Cõsule Chrisos. homelia prima, sup Math.

Igitur si euangelium nõ est scriptura nõ erit prima regula in rebus fidei scriptura.

Cõfirmatur, Ecclesia est antiquior omnibꝰ scripturis, ante. n. q Dñs daret legẽ Mosi iam erat ecclesia, nam post octo annos à passione Christi, primus scripsit Mathęus, & ante illũ erat ecclesia, ergo nõ regulabat per scripturas.

Quando scripserit Math.

Tertio, Scripturę super uenientes ecclesię acceperunt robur ab illa. Probatur, quia scripto

Scripturæ ab ecclesia robur acceperunt.

res erant mēbra ecclesiæ in quibus nō poterat esse maior authoritas, q̃ ī ipsa ecclesia, sed scriptura Mathęi habebat authoritatē ab illo. Mathęus autē, siue Ioannes, siue Paulus ab ecclesia: ergo iudex omnium est ecclesia, non scriptura aliqua.

Cōfirmatur. Quæ Petrus uiua uoce docuerat, à subsequentibus Marci scriptis non accipiebant authoritatis robur, aut ueritatis aliquod testimonium, sed contra magis hæc ab illis: quia scripta Marci Apostolicæ prædicationi, & doctrinæ inueniebantur conformia, habebantur rata.

Secundo confirmatur Deut. 17. non dicitur: Consule legē, ubi quęstio, uel controuersia aliqua nata fuerit, sed Cōsule iudices, qui dicent tibi ueritatem, Ergo ab ipsis est quærenda ueritas non à lege.

Ecclesia aliqñ uisa est facere cōtra scripturas: & aliqñ pręter scripturas.

Quarto, Ecclesia uisa est aliquādo facere cōtra scripturas, & aliquando pręter scripturas: ergo ipsa est regula eorum, q̃ traduntur in scripturis. Antecedens patet, quia ī scripturis tradebatur exercēdus baptismus sub hac forma. Ego te abluo in nomine patris, & filij, & spiritussancti, &c. tamē Apostoli baptizabāt in nomine Iesu Christi, ut traditur in actibus Apostolorum. Ergo credimus ecclesiæ contra formam scripturarum.

Est in uerum q̧ id fiat dispensante authore earum legum.

Vel quod magis credo, simul baptizarunt in noīe patris, & filij, & spiritussancti, ut nūq̃ omisserint uerba Chr̄i in usu huius sacramēti.

Adhuc confirmatur, quia in ſcripturis mandatur cauendũ à ſuffocato, & ſanguine, & tamen per eccleſiam abrogatũ eſt illud mandatum: ergo eccleſia uiſa eſt habere priorem authoritatem q̃ ſcriptura.

Item traditione eccleſiaſtica obſeruatio ſabbati mutata eſt in diem dominicam.

Quinto, Eccleſia determinauit multa, quæ nõ habentur in ſcripturis expreſſe, ut de deſcẽſu ad inferos, & alia multa, quæ ad ritũ ſacramentorũ, & eccleſiaſticã diſciplinã pertinent.

Item in eccleſia ſunt & alia, q̃ nec expreſſe, nec obſcure habent̃ in ſcripturis, ſed conſtant ex ſola traditione Apoſtolorũ, & nõ ex aliqua ſcriptura. 2. Theſa. 2. Tenete traditiones, quas didiciſtis ſiue per epiſtolam, ſiue per ſermonẽ. Et ad Corin. 11. cætera cum uenero diſponam: & Ioan. ulti. Multa ſunt alia, quæ nõ ſunt ſcripta in libro hoc &c. Itẽ de cele. miſ. c. cũ marthe habẽtur hęc eadẽ ex Innocentio. 3. Cyprianus ſermone de ablutione pedũ, hoc idẽ dicit: Nec minus ratũ eſt, quod ditante ſpiritu ſancto tradiderunt apoſtoli, q̃ quod ipſe tradidit Chriſtus. Præceptor etiam ſuus Tertulianus in lib. de Corona militis ſcribit quãta habeat eccleſia ſuſceptione, & traditione, de quibus nulla mentio fiat in ſcripturis. Idem in lib. de hæreticorũ præſcriptione: Nõ eſt permittendũ hæreticis ab eccleſia ad ſcripturas prouocare. Idem & Iryneus Lugduneñ. Archiepiſcopus ipſo Tertuliano uetuſtior, aduerſus Valentinum, cæteroſq́ ſui temporis hæreticos dimicans.

Ad multa se extēdit ecclesiastica traditio, ad q̄ nō sacra scriptura.

Et si fusius uidere uelis ad quā multa se extēdat ecclesiasticę traditionis authoritas, ad quę nō se extēderunt scripturæ, consule Basilium lib. de. s. s. cap. 27. & . 29.

Hac amusi. s. traditione ecclesiastica discernebant sancti patres doctrinā Apostolicam, à falsa & subreptitia doctrina. Hac admissum est euangelium Mathei, & eadem reiectum est euangelium scriptum sub nomine Petri à Serapione Antiocheno episcopo, ut tradit Eusebi. 6. lib. historiæ suę.

Sic habes Christianę Lector, nō solum non inferiorem, nō solum parem, sed quodāmodo superiorē, & notiorē ecclesiæ authoritatem authoritate scripturarum, ut August. Euangelio nō crederē nisi &c. Quod à quouis uere Christiano dici, sentiriq́ oportet.

Latior, & notior ecclesiæ authoritas, quā scripturæ, non tū maior.

Sed cōsulto sub hac forma uerborum: Vtra sit prior regula fidei, Eccl'ia, uel scriptura? Et, utra reguletur per alteram?

Moui præsentē difficultatem, qm̄ diuersum esse sentio dicere: utra authoritas sit maior ecclesię, uel scripturę, & utrius authoritas sit prior, aut notior, uel latior, ecclesię, uel scripturæ.

Istud censeo, & proprie, & uere dictū: Ecclesię authoritatē, notiorē, latiorē, & priorem esse authoritate scripturę. Nō tamē puto appositę, nec uere dictū: Ecclesiæ authoritatē esse simpliciter maiorē authoritate scripturę, qm̄ proprie loquēdo neutra ab altera desumit authoritatē simpliciter, sed utriusq; authoritas est à Christo, cuius spiritu dictatę sunt scripturæ, & efficax est ecclesia. Hęc dixerim uera & pia, etiam

si medius rumpatur Bucerus in p̄fatis suis in enarrationem epistolarum Pauli,& Bullingerus in lib.1.de firmitate, & certitudine scriptarum. Quorū hic cõtendit probare scripturā.s. antiquiorē esse ecclesia,ille uero ecclesię authoritatem regulandam per scripturas,explicans p̄sentē difficultatē hoc simili: Si princeps amādat aliquó legatos suos cum cõmentario earum rerū,quas uelit illos agere(quā uocant instructionem)certum est authoritatē scripturæ nõ esse à legatis,sed cõtra,legatorū ab scriptura: Sic in re nostra de ecclesia,& scripturis canonicis.Sed q̄ sit hoc extra rem p̄sentem,luce meridiana clarius (ni fallor)ostendimus quoniam Christus nõ amandauit apostolos cum scripturis aliquibus. Mosi dedit ille legē scriptam,apostolis autē nõ, sed insculptam uiscceribus eorum: Non dixit:Ite,scribite,q̄uis postea ab eo acti,& afflati scripserint.

Hinc collige traditionis ecclesiasticæ authoritatem in certitudine ueritatis,eādem,aut parem esse cū authoritate scripturarū,sed illā notiorem esse manifeste consequitur, qm̄ solum credimus scripturis propter ecclesiā testificantem,ergo prior,& magis cognita debet esse ecclesię authoritas,q̄ scripturarū:secus nõ crederemus istis propter illam.Qui.n.scimus q̄ nostra hęc,quæ legimus scripturarū exemplaria cõsonet cum authographis,quæ perierunt,fortasse uniuersa ante multa secula? Et qui scim⁹ q̄ authographa illa certæ, indubitatæq́ fidei fuerint?Quo argumento possunt constare?

Secundo certo collige latiorem esse ecclesiæ

authoritatem,& ad plura se extendere,q̃ scri-
pturarũ authoritas:hoc quis nõ uidet? Quod
disserte ostendit magnus ille Basilius in locis
dudum citatis, & simul ostendit apostolicum
esse dogma nõ scriptis,sed ecclesiæ traditioni-
2.Thessal.2. bus inhęrendum esse,ut Paulus habet:Laudo
(inquit) uos,q traditiones meas tenetis, quē-
admodum tradidi uobis, siue per sermonē, si-
ue per epistolam.

Habes etiã de hoc Hiero. strenuũ fidei asser
torem contra uigilantiũ,quē probat hęreticũ,
quia negat uenerandas esse martyrũ reliquias
contra ecclesiasticam consuetudinem.

Huic ecclesiæ testimonium perhibent Apo
stolus,& Christus Math.18.Qui ecclesiæ sen-
tentiam non audierit,sit tibi sicut Ethnicus &
Publicanus:qm̃ ad ouile Christi nõ pertineat.
Et.1.Thimo.3.q ipsa ecclesia sit colũna,& fir-
mamentũ ueritatis,nõ tñ meminit scripturę.

Efficatior est ecclesiæ sentẽtia ĩ dubijs diuendis,q̃ scripturarum traditio.

Tertio collige:In rebus dubijs,ad fidē,certi
tudinem q̃ faciendam efficatiorem esse, & ma
gis idoneam ecclesiæ authoritatē,q̃ scriptura-
rum:etiam,ubi id,de quo agitur,ex scripturis
cõstare poterit.Id li quo demonstratur,cũ scri
pturæ plurimũ frequenter obscuritatis habe-
ant,non autem ecclesię sententia,quã certũ est
magis claram,& magis apertã esse.Nobis ca-
tholicis,& cum Iudæis in ueteri testamẽto,&
cũ hæreticis in utroq; cõmunis est scriptura,
sed diuersa intelligentia : Nec.n.sunt hæretici
Nouatianus, Sabellius,Arrius, Macedonius,
Potinus,cũ reliqua collubie sociorũ suorũ quia
scripturis nõ credunt, sed quia nõ credunt ec-

clesię, & illius sentētię, & quia scripturas suo, non ecclesiæ sensu intelligunt. Non .n. desunt illis scripturarum testimonia, quibus sua dogmata cōmuniant, sed deest illis regula rectę intelligentiæ earundem.

Ideo nunc Christianę lector, secus sentio faciendū filijs ecclesiæ cum hęreticis, q̄ olim Iudæi sentiebant, & ego sensi, ut disputaretur cū illis, & scripturarū efficatioribus argumentis conuincerentur. At nunc longe aliter sentio cū Tertuliano, & Paulo apostolo dicente: Hæreticum hominē, post unam & alterā correctionē deuita, sciens quia subuersus est. Nō .n. inquit, post unam, aut alterā disputationem, sed, post unam, aut alterā correctionem. Corripiendus igitur est, nō disputatione conuincendus hæreticus: post uero continuo uitandus, quia subuersus est, idest, funditus euersus. Cōtra ecclesiam se statuit, nolens illam audire, ideo nō denuntiandus ecclesię, ut emendetur, de quo nulla debet sperari emendatio, sed uitandus, ne illius contagione inficiantur alij: sermo illorum uelut cancer serpit. Cū hæreticis nihil aliud faciendum censet Apostolus, nisi monendos, & post uitandos, nō conuincendos scripturis, nō denuntiandos amplius ecclesiæ, quam nolunt audire. Similem sententiam tenuit Bernardus in cantic. homelia. 63. & 66. Aug. li. de baptis. paruu. 4. c. 21. & 22. ubi sola ecclesiastica traditione arguit contra Donatistas, demonstrans illos hęreticos.

Hæretici monendi & uitādi nō disputationibus conuincendi.

Tit. 3.

TERTIA CONTROVERSIA.

Vtrum sit certa regula rerum ad fidem pertinentium sem-

tentia, & definitio Apostolicæ sedis, siue episcopi Romani *in ea præsidentis.*

In tertia controuersia tria faciemus. Primo ostendemus uniuersalem ecclesiæ sententiam de primatu Petri, & successorum illius. Deinde cōparabimus illius authoritatem cum authoritate Apostolorum aliorum.

Tertio satisfiet dubitationi propositę.

Ad primum sit regula, & conclusio de fide, quod Petrus, & Romanus Pontifex, eius successor habet supremam potestatem, & primatum in ecclesia Dei.

Secunda conclusio, Romanus Pontifex est Chr̄i Vicari⁹ à quo habet ĩmediate potestatē.

Hæc duo comprobantur multipliciter.

Explanatur illud; Sup hanc petrā ædificabo ecclesiam meam.

Primo est ad hoc locus ille Math. 16. Beatus es Simon Bariona &c. & ego dico tibi, qa tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meam. Hic cauendi sunt sensus extorti, quibus se tuentur hęretici, & infirmant hūc locum. Quidam dicunt, hæc uerba nō peculiariter pertinere ad Petrū, sed ad uniuersos apostolos, sicut Diuo Hieronimo alicubi uisum esse, dicunt: Alĳ ad ecclesiā aiunt pertinere, cuius personam gessit Petrus, ut Augustino non nunquam uisum est.

Alĳ per petram, super quā ædificaturum se ecclesiam Christus promisit, nolunt Petrum intelligi, nonnulli ipsam Petri confessionē, uel fidem, ut Hylario, & August. semel uisum est. Alĳ nec Petrū, nec fidē, sed ipsum Christū, quo modo & Augustino posse intelligi uisum est. Sed legitimus & germanus sensus huius loci

est,quē nos indicauimus, in quo accepta sunt hæc uerba ab uniuersis ecclesiasticis scriptoribus si inchoemus à Clemēte successore Petri, post illum,Anacletus,Tertuli.Orige.Cypria. Basil.Hylarius,& sacer noster Ambro. diuus Hieron.Beatus Augustinus nō fuit semper sui similis in expositione scripturarū: Alicubi placent aliqua,quę post rursus displicent(incepit scribere admodū iuuenis quicquid probabile ocurrebat amplectebatur,ut legenti librum retractationū facile constabit)cū disputaret fuit uarius in intelligentia loci huius, sed in cōcionibus ad populum, semper sequutus est hanc cōmunem sententiam, & proposuit tanq̃ notoriam oībus & cōfessam.Quibus adde si uis Chrisostomi sententiā, & Cyrilli illius Alexādrini orthodoxæ fidei maximi assertoris. His accedit Alexandrino synodus sub Athanasio.

Augu.nō fuit semper sui similis in expositione scripturarum.

Est secūdus locus cōsonanter primatui Petri perhibens testimoniū Math.17.cū Publicani à Christo peterēt tributum, nō à Petro,nec pro Petro, & tamē Christus statuit soluendū pro se,& pro Petro,cū solum familiarū capita Iudæorum penderent tributa.Planè indicabat futurū Petrū caput, & pastorē illius familiæ, sicut & tunc erat Christus,à quo solo,uelut à capite cōgregationis illius exigebāt tributū.

Tertio est locus Ioan.21.in quo diligentissime Christus uisus est ascensurus ad patrē,uni Petro sui gregis curam cōmisisse dicens:Pasce agnos meos:Rege oues meas.Græce ποιμένε, τα πρόβατα μου.Chrisostomus.Esto caput fratrum tuorum: & esto pastor ouium mearum.

Theophi. & reliqui tam Græci, quàm Latini.

Itē extra de electi. in. 6. fundamēta, & D. 19. & ex concilio Lugdunen. & habet de electi. c. ubi periculum, ubi astruitur, quòd Episcopus Romanus est īmediatus uicarius Christi. Et D. 21. c. Quāuis, ex Pelagio Papa, quòd sancta Romana ecclesia obtinet primatū. Itē ex decretali Martini quinti confirmantis aliqua decreta in concilio Constantien.

Item probatur ex cōcilio Floren. ubi astruitur quòd Romanus Pontifex in sancta Romana ecclesia tenet primatū, & est caput omniū, & Petri successor, & habet potestatem à Christo īmediate. Sanctus Thomas hęc multo fusius, &. 4. Contra gent. & in tractatu cōtra errores Græcorum, cap. 66. Quoniam huius nulla est cōtrouersia apud Orthodoxos, ideo paucis indicaui meram ueritatem.

Ad secundū hęretici hic cōtendūt persuadere pares fuisse in Apostolica dignitate Apostolos omnes, & parem authoritatē, & potestatē sortitos à Christo in ecclesiam uniuersalē. Inducuntur rationibus sequentibus.

Prima, quoniam æque immediate omnes à Christo apostolicam illam authoritatem accepisse uidentur: quia uniuersis dixit: Sicut misit me Ioan. 20. pater, & ego mitto uos &c. Rursus: Euntes in mundū uniuersum prędicate euangeliū omni creaturæ. Ex æquo uidetur legatos misisse in orbem uniuersum ad suam ecclesiam ex gentibus congregandā, & ædificandam. Hoc sonat Apostoli, uocabulum.

Secūdo, Nihil uidetur præ cęteris accepisse Petrum,

trum, q̃ claues, quia claues, quas singulariter Petro promisit, uniuersi absq; ullo discrimine acceperunt Apostoli, Math. 18. Quęcunq; ligaueritis in terris, erunt ligata & in cęlis, & Ioã. 20. Accipite spiritum sanctum, quorũ remisseritis peccata remissa sunt &c.

Tertio, Paulus in nullo se summisit Petro, aut inferiorẽ facit, sed parem se illi asserere uidetur, Galat. inquit, Nec Petrum, nec reliquos Apostolos, sibi quicq̃ contulisse, sed cõtra (inquit) Cum uidissem q̃ creditũ est mihi euãgelium p̃putij, sicut & Petro circuncisionis &c. Ex quo loco uidetur nõ solũ, non fuisse Petrũ Paulo superiorem, sed tantũ fuisse circuncisionis Apostolũ, sicut & Paulus Apl'us Gentiũ. Galat. 2.

Et rursus ibidem: cũ uenisset Petrus Antiochiam, in faciem ei restiti: quia reprehensibilis erat &c. quod nõ uidetur subditi offitium, sed potius fratris, aut socij &c.

Hæc sunt, q̃bus conant̃ demõstrare, ecclesiasticã hanc Hierarchiã esse hominũ cõmentũ.

Hunc errorẽ uarie confutant catholici, uarij etiam ipsi in suis sentẽtijs, quas iusto uolumine examinauit Cardinalis Caietanus in opusculo de potestate Papæ, cui iuxta sententiam sancti Thomæ placet hæc distinctio.

Apostoli possunt bifariã cũ Petro cõparari. Primo quatenus Apostoli, idest, missi à Christo ad prędicandum euangelium mundo, hoc est cõparari eos in dignitate sola Apostolica. Secundo possunt comparari quatenus erant oues Christi. Si primo modo cõparentur puto, omnes fuisse æquales, quia ex æquo missi

Bifarie cũ Petro cęteri apostoli cõparãt.

ſunt ad annuntiandam ſalutē orbi. Et probat ex Math.10. & Luc.9. & Mar.3. ubi uocatis Ieſus diſcipulis duodecim elegit, & dedit illis poteſtatem ſuper omnia dęmonia,& ut lãguores curarent,&c. Et Mar. ulti. Euntes in mundum uniuerſum prędicate euangelium &c.

Itē.1.Corin.12.& Ephe.4. Alios dedit Apoſtolos,alios uero euangeliſtas &c. ubi ſine diſcrimine uocat eos omnes apoſtolos. Sic explicatur à diuo Thoma in eis locis, ꝙ eiuſmodi poteſtas p̃dicandi,& faciendi miracula in cõfirmationē doctrinæ,ex æquo tradita illis fuerit à Chriſto, qm̃ ſunt duodecim fundamenta ſupernę Hieruſalē,ut habetur Apoca.21.

Si ſecundo modo cõparetur,Petrus eſt,primus paſtor & caput omnium Apoſtolorum, quos omnes ſubiecit Chriſtus Petro quando dixit:Paſce,ſiue rege oues meas. Hæc ſunt iuxta fidē catholicam dicta. Et ꝗuis primum iſtorum ſic in diſputatione Theologoꝝ: ſecũdum tamen de quo à nobis tractatur in p̃ſentia nõ eſt in Controuerſia ulla apud catholicos: Ideo ſtatuendum eſt,quod ſecundo dicitur tanquã dogma catholicæ fidei, & diluende rationes hæreticorum.

Ad primã,uerum eſt omnes Apoſtolos,hęc immediate accepiſſe à Chriſto Apoſtolicã illã authoritatē,& nõ ſolum Apoſtolos,ſed & 72. illos diſcipulos,qui presbyteroꝝ nobis ordinem referunt ſuam authoritatē immediate ab eodē accepiſſe Chriſto,quos ante mortē ſuam miſſerat binos,& binos ante faciem ſuam prędicare. Poſt reſurrectionem ſuam ſimul cum

Apostolis misit, dicēs, Sicut misit me pater & Ioan. 20.
ego mitto uos &c. Accipite spiritum sanctum quorum remisseritis peccata &c. Quod si hac ratione uis ęquare reliquos Apostolos cū Petro, eadē debes & 72. discipulos, eo ꝙ ímediate sortiti sunt à Christo Apostolicā authoritatem, & missi ab eodē in orbē uniuersum Euangelizare regnū Dei &c. Sed nunquid propterea nō subijciemus discipulos illos? Non solū Petro, sed cęteris Apostolis? Nunquid propterea nō acceperunt Apostoli authoritatē alios ordinandi presbyteros? Acceperunt quidem omnes ordinandi à Christo authoritatem, sed nō parem cū Petro, sed subiectā illi. Certū est ꝙ nō uniuersis Apostolis data est oecumenica authoritas super ecclesiam uniuersalē. Alioquin nō ecclesiam ordinasset Dn̄s, sed Babilonē. Et si daremus Apostoloꝝ omnium illimitatam atq; oecumenicā authoritatem fuisse in ecclesiam uniuersalem, nihil tamē hoc ipsum derogaret authoritati Petri super cęteros Apostolos, ut ingeniose demonstrat Cardinalis Caietanus in opuscu.

Ad secundū, ubi dicitur, ꝙ soli Petro facta sit promissio clauiū, sed uniuersis facta est collatio. Respondetur, primū multi sancti contendunt in eo loco Math. 16. nō tantū promissas sed collatas Petro claues regni cœloꝝ, ut Tertulia. lib. de prescrip. hæretico. Ambrosius in Lucam, Augu. Hylarius in Matheū, hæc ipsa uerba Dn̄i explicans. Deinde uerba illa Ioan. ulti. Quoꝝ remisseritis peccata &c. ad uniuersos presbyteros pertinent, nō tantū ad Ap̄los.

Verba autē illa Mathei.18. Quęcunq; ligaueritis &c. Multi uolunt ad ecclesiam nō proprię ad Apostolos pertinere: ecclesiæ autem Petrus erat caput & fundamentum.

Secundo, si ad Apostolos fateamur pertinere (ut ostendemus infra) nō continuo sequitur datam illis tantā, iurisdictionis authoritatem, quantam ante dedit uni Petro. Ostendemus in hoc loco Apostolis, & eorū successoribus Episcopis datā authoritatem ligandi & soluendi, sed sine p̄iuditio supereminentis illius authoritatis datę Petro super totam ecclesiam.

Ad tertium uerò de Paulo q̄ in nullo se Petro faciat inferiorem &c.

Galat.2. Et probatur ex uerbis eius ad Galat. Nihil mihi contulerunt &c. Hic tantum uoluit Paulus significare se Christū habuisse sui Apostolatus authorē, nō Petrū, aut alios Apl'os &c.

Ad aliud uerò q̄ Antiochiæ restiterit Petro in faciem &c. scriptores ecclesiastici uarie tractant hunc locū. Quidā negant fuisse illū Petrum Apostolorū Principē, sed quendā ex 70. discipulis. Fuit in hac sententia Clemens ille Alexandri, Origenis p̄ceptor, cuius meminit Eusebius Cęsarieñ. lib.1. ecclesiasticę historiæ, c.14. Fuit hic Clemens tēporibus Apostolorū proximus, & nostrę religionis diligentissimus assertor, sed ut donemus fuisse illū Petrū Apostolū, (nō est omnino improbabilis sententia) Hieronimi aduersus Augustinum, simulatam fuisse illā reprehensionē Pauli &c. Cuius sententię uidetur etiam Chrisost.

Postremo demus illum Petrū Apostolum

serio reprehensum à Paulo, nihil tamen hoc derogat eius authoritati. Conuenit aliquãdo p̃latos, si aberrent in fide, aut alios uerbo, uel facto aberrare faciant, admonere: etiam publice eis uerbo resistere si hoc causa fidei, aut religionis postulet.

Ad alia leuiora, quę recentiores opponunt, superuacaneum puto uelle satisfacere.

Sed obijciunt hic aliqui: Sit sanè ita, statuamus datã à Christo Petro Apostolo cathedrã hanc, & primatum in ecclesia, sed quid hęc ad ecclesiã Rom. & Episcopos Rom. quos solos tu uocas successores Petri, & Christi uicarios, de quibus nullum uerbũ constituit Christus. Quinpotius uero similius erat ad ecclesiã Hierosolymitanam & Antiochenam istud priuilegium pertinere q̃ ad Romanã? Nã in illa Dñs noster Iesus Christus salutẽ humani generis operari dignatus est, in qua primum corruscauit euangelium. In ista uerò Petrus fuit certo & primo Episcopus q̃ in Romana.

Vnde probet q̃ ep̃us Romanus sit successor Petri.

Ad hoc respondetur. Ingenuè fateor q̃ si rationib⁹ humanis hęc res statuenda esset, essent multũ p̃babiles ille rationes, ut ecclesia Rom. merito crederet Hierosolymitanæ, sed hic cessat humana ratio à uerbo Dei, & ordinatione diuina isthęc statuta desumpta sunt.

Quod uerò ais, nullã mentionẽ factã ecclesię Romanæ, qua possit se efferre supra omnes totius orbis ecclesias, & sibi uindicare hunc primatum, tanq̃ ipsa sit illa cathedra Petri, in qua hęreditario quodã iure, dicta Petri & conseruetur, & perpetuetur authoritas. Ad hoc re

Cõmuni consensu ecclesiæ ostenditur primatus ecclesię Romanæ.

ſpondetur. In uolumine Euangeliorum fateor nullā expreſſe fieri à Chriſto mentionē eccleſię Romanę. In träditione autem eccleſiaſtica, & publico conſenſu eccleſiæ catholicæ, nego. Per hanc autē ſtatuitur authoritas Euangeliorum, aqua quę nobis etiam ſine ſcripto aliquo traduntur, nō minoris ſunt apud nos ponderis & fidei, q̄ ſi ſcripta eſſent ab Euangeliſtis omnibus. Hic fuit ab initio eccleſiæ Chriſtianæ cōmunis ſenſus Petrū & ſucceſſores illius in eccleſia Romana totius eccleſiaſticę hierarchię tenere primatū. Hoc omnes ab initio recognouerunt & ad noſtrā hanc uſq; ætatē nulla unq; de hoc Cōtrouerſia facta eſt. Quãuis ergo apud Euangeliſtas nō legatur quicq; de eccleſia Rom. hinc nō arguitur, Chriſtū nullam eius feciſſe mentionē: q̄m nec Euangeliſtę ſcripſerunt uniuerſa, quæ Chriſtus uerbo docuerat, nec Chriſtus Dn̄s uniuerſa uerbo uoluit docere. Teſtatur Ioannes precipua Dn̄m reſeruaſſe, ut docerentur ab unctione ſpiritus ſancti. Ille uos docebit omnē ueritatem, q̄m multa habeo uobis dicere, quæ nō poteſtis portare modo &c. Scribit Anacletus beati Petri diſcipulus in ſuis decretis, Romanam eccleſiam nō ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Chriſto Saluatore noſtro primatū tenuiſſe, & eminentiam poteſtatis ſuper omnes eccleſias, & ad eius Pōtifices tanq; ſucceſſores Petri pertinere illa uniuerſa, quę dicta ſunt à Dn̄o eidem Petro. Et ſynodus illa Alexãdri, quãta de iſthac re ſcribit Romano Pontifici Petri ſucceſſori.

Eccleſię romanæ non fit expreſſa mentio in uolumine euangelioꝝ.

Ioan.16.

Deinde, eſto Romanæ eccleſiæ nulla fuerit

mentio, tamen cũ Petrus constitutus est summus sacerdos & Põtifex, tunc & locus ubi is residebat eiusq; Cathedra insignita est illo singularis & supreme authoritatis priuilegio: cũ Petro enim uenit ipsi loco authoritas, non Petro à loco. Et tamẽ Romanę ecclesię, in qua posteaq; Antiochenã fundasset uigintiquinq; annis prędicans Euangeliũ Christi, perseuerauit in morte sua cum suo sanguine cõfirmauit, & stabiliuit dignitatẽ illam & Clemẽti successoribusq; suis in eadem eandem authoritatẽ potestatemq; tradidit, quã acceperat ipse à Christo, Cuius ipse Clemens non uanus testis est scribens de excessu Petri ad Iacobũ fratrẽ Dñi dicens: In hunc modũ. Simon Petrus ubi finẽ uitę suę adesse sensit in Corona fratrũ positus, apprehensa manu mea, hunc, inquit, Episcopũ urbis constituo &c. Ipsi trado à Dño mihi traditam potestatẽ ligãdi, & soluendi, ut de omnibus quęcunq; decreuerit in terris hęc decreta sint in cęlis &c. Si hoc fecisset Petrus Antiochiæ, in Episcopis Antiochenis esset primatus ecclesiæ, & authoritas Petri &c.

Sed nunc prodijt apud Germanos quidam Apostolus Sathanæ, qui non tantũ ista negat, sed contendit probare Petrum nõ uenisse Romã. Sed hoc nos minime mouere debet, cũ habeamus tot testes oculatos & ecclesiasticã traditionẽ, à quibus accepimus Petrũ ab Antiochia uenisse Romã, & post 25. annos sub Neronæ Martirio coronatũ: nec hic impudens est audiendus cõtra uniuersos ecclesiasticos scriptores Græcos, & Latinos, & contra totius

Explodit nugator, q astruit Petrũ nõ uenisse Romam nec ibi passũ.

ecclesiæ sententiam.

Ad tertium, in quo queritur, An sentẽtia ecclesiæ Romanæ, seu Pontificis in ea presidentis, sit certa regula fidei.

De hac questione sunt duæ extremę sententię inter catholicos. Prima est, quę negat quod in dubitatione proponitur. Author fuit Gerso nus Cãcellarius, quem sequuta est sua schola Parrhisiensis, & quidam alij recentiores iuran tes in uerba magistri, quam sententiam libenter amplexati sunt Germani.

Altera sententia est cõmunior & magis catholica, quæ respondit affirmatiue propositæ dubitationi, cũ qua nos supra posuimus duo principia nostræ fidei, ex quibus certo demon strari possit, quid ad fidem religionemq́; nostram pertineat, puta Canonicã scripturam & ecclesiasticam traditionẽ, quã certũ est descen disse ex uiua traditione Apostolica. Et quoniã scripturas suo qlibet sensu intelligit, nec usq; sunt ita apte, ut trahi, torqueriq́; se nõ patiant̃ à calido superboq́; ingenio: ad catholicę ecclesię sensum, uelut ad sacrã anchorã, uelut ad in flexibilẽ colũnã, potiusq; ad ipsas scripturas cõfugiendũ docuimus, cũ eadẽ nũc ponimus.

Tertiũ principiũ ad terminãdas res fidei est sentẽtia ecclesię romanę.

Tertiũ principium, certũ in eisdẽ, sententiã & diffinitionẽ Apostolicæ sedis, q̃ nunq; uisa est discordare à sententia catholicę ecclesiæ, & semper concordauit cũ superioribus duobus principijs. Post celebrata Cõstantię, & Basileę cõcilia disputatũ est de hoc. Olim ante p̃dicta duo concilia æque certũ habebatur in demon strandis rebus fidei istud tertium principium,

q̃ erant certa illa duo priora, de quibus à catholico uiro dubitari minime poteſt. Pro huius rei demonſtratione duo ſunt pręmittenda:

Primũ illud Ariſto. q̃ pertinacis ingenij eſt q̃rere ęqualem euidentiam in omnibus rebus, ſed ea exigenda eſt ſecundũ qualitatem rei, de qua tractatur. In p̃ſentia nõ eſt maior certitudo petenda, q̃ quę ex traditione eccleſiaſtica, & ex authoritate ſanctorum haberi poteſt.

Secũdo ſtatuamus, q̃ in eo ſenſu ſunt intelligendę canonicę ſcripturę, in quo intelligunt, uel ab eccleſia, uel à ſanctis, uel ab eccleſiaſticis doctoribus, quos certo credimus afflatos ſpiritu diuino in intelligentia, & expoſitione ſacrarum ſcripturarũ. Hoc ita obſeruatum eſt in ſexta Synodo Cõſtantinopoli celebrata, in qua ex ſola intelligentia ſanctorũ condẽnatus fuit Macharius hęreticus. Hoc idẽ definiunt illic patres ĩ canone. 19. dicẽtes. Sed & ſi ad ſcripturam pertinens cõtrouerſia aliqua excitata fuerit, ne eam aliter interpretentur, q̃ quomodo eccleſię luminaria & doctores ſuis ſcriptis expoſuerunt. Idem obſeruatum eſt in reliquis cõcilijs ſignãter in. 7. ſynodo generali, ubi p̃cipue ex doctrina ſanctorũ patrum dãnati ſunt demolitores imaginum.

Iuxta ſenſum ſanctorũ intelligendæ ſunt ſcripturæ ſacræ.

Nunc demonſtratur Romanę ſedis authoritatem eſſe orthodoxę fidei regulã ex antiquorum patrum teſtimonijs.

Primo Ireneus, Policarpi Ioannis diſcipuli auditor iſtud latiſſimę docet ſcribẽs aduerſus Valentinũ cęteroſq̃ ſui ſeculi hęreticos &c.

Habes ad hoc Romanorũ Ponti. Sexcentas

epiſtolas decretales Lucij,Felicis,Euſebij,Euariſti,Alexandri,Iulij primi,in epiſtola increpatoria ad orientales Epiſcopos, quorum uerba breuitatis gratia hic nõ tranſcribo.

Ab aſſumpto Chrõ eccleſia Romana exercuit iudiciũ in cæteras eccleſias orbis.

Secundo probatur iſtud ipſa rei euidentia. Qm̃ ab exordio naſcẽtis eccleſiæ ita ſegeſerint uniuerſi Romani Pontifices, tanq̃ huius hierarchię principes ſupremã hanc authoritatem ſuper omnes mundi eccleſias exercentes: maximo totius orbis Chriſtiani conſenſu, & in omnibus grauioribus cauſis ex toto orbe ad eorũ recurrunt iudiciũ, ut clare indicant eorũ pontificũ epiſtole decretales ad uniuerſas orbis nationes, q̃ nunc extant religioſiſſimę conſeruate,uelut canones quidam eccleſiaſtici.

Primũ Epiſtola illius ſancti Anacleti beati Petri diſcipuli,& ĩ cathedra ſucceſſoris ad uniuerſos toto orbe Chriſti ſacerdotes:ĩ qua poſt alia ſubiecit. Hęc enim apoſtolica ſedes cardo & caput à Dño,& nõ ab alio eſt cõſtituta: & ſicut ordine oſtium regitur, ſic huius ſanctę ſedis authoritate omnes eccleſiæ diſponẽte Domino reguntur. Hæc ille Anacletus ipſis Apoſtolorum temporibus.

Nõ minorẽ authoritatem p̃ferunt q̃ ſcribit Euariſtus illius Anacleti cõtinuus ſucceſſor, quod maxime indicat illa epiſtola,qua cõſultationibus Epiſcopoꝝ Aphricanæ regionis reſpondit. Olim enim ſemper conſulebatur Pontifex Romanus, ubi aliquid q̃ſtionis difficultatis,aut controuerſiæ in aliqua eccleſia naſcebatur. Idem in altera epiſtola decretali ad Egiptioꝝ,Epiſcopos. Vides hic q̃ ſedis Romanæ

Eccleſiæ Romanæ authoritate terminantur controuerſiæ, etiã tranſmarinæ.

authoritate terminaretur q̄rella, quę etiam in transmarinis regionibus nascebatur inter Episcopos. Vides normā ecclesiasticā. Referebant olim catholici ex toto orbe suas dubitationes ad beatissimi Petri cathedram. Idē testatur Alexandri illius primi, qui Euaristo successit diuersę epistolę decretales: p̄cipue illa, q̄ ad omnes orthodoxos scripta est. Nec minorē fidem facit Sixtus Alexādri successor in epistola ad totius orbis Episcopos: à quo si p omnes pontifices, ut sibi successerunt, usq; ab Syluestrū, sub quo Nicenū celebratū est Concilium percurrere libeat, diligenterq; perpendere, & quibus & qualia scripserunt quid egerint, quo pacto se gesserint, clarissime uidebis Christianę Lector illos omnes, nō Romæ sed totius Dominici gregis gesisse pastores, & iudices, ad quos uelut ad ipsum Christū ueniebat orbis uniuersus. Et nunquid hos omnes (ut Lutherani sacrilego ore blasphamant) dicemus ista sibi tyrannicę usurpasse, aut ubi se dicunt Petri successores, dicemus mentitos? Absit: Sed potius suam stationē, in qua constituti sunt à Dn̄o, tutati sunt, & cōseruarunt. Nunquid ab aliquibus reclamatū inuenies quoties ista sua authoritate totius orbis Episcopos sibi faciebant obnoxios? & nō potius omnium confessione & totius orbis cōsensu hanc eorum authoritatem fuisse cōfirmatam & recognitam? In toto cōcilio Sardicēsi tractatur q̄ causę Episcoporum, maxime post appellationē, ad Episcopum Romanū deferantur. Et in concilio Carthaginen. 3. c. 28. q̄ Episcopi non possint pere-

grinari ultra mare, sine uenia Episcopi Romani. Idē habes in epistola synodali synodi Chalcedonen. ad Leonē Papam, in qua nō putant esse rata & firma, q̄ per synodum sunt decreta nisi Episcopi Romani authoritate probentur.

Est in eadē sententia Hieronimus in epistola ad Damasum Papā. Et idem ad eundē post expositū fidei simbolū &c. Quos ab hu⁹ sedis cōmunione se separarunt, non catholicos, sed hęreticos pronuntiare nō dubitet, ut siquis huius sedis damnat, impugnat'ue iudicium &c.

Est ad hoc consensus omnium ecclesiarū, q̄ in concilijs generalib⁹ & prouincialibus exortas interse dubitationes, semper ad Petri cathedram retulerunt, expectantes ab illa postremā sententiam. Sic fecit concilium Mileuitanum, ut constat ex epistola illius ad Damasum Papam: unanimiter ad sedem apostolicam confugimus, ut certi de ueritate simus.

Cōciliū Mile. postremā sententiam expectat à Damaso Papa.

Gratianus in suis decretis. d. 17. & 19. usque ad 24. multis testimonijs cōfirmat & extra. de baptismo. c. maiores ex concilio Lateranensi.

Item extra de electione. c. significasti. In eadem sententia est Cyprianus lib. epistolarum ad Damasum, & ad Cornelium Papas.

Item Ambrosius lib. de excessu fratris sui, item Augustinus in sexcentis locis.

Ad hunc modū possemus recensere uniuersos ecclesiasticos scriptores.

Potest eadem ueritas ex rationibus & testimonijs scripturarum demonstrari.

Primo Ioan. 11. Cum collegissent Pontifices concilium, ut Christum perderent, dixit Cay-

phas, expedit unus moriatur homo &c. ubi subiecit Euangelista prophetauit cũ esset Pontifex anni illius. Si ergo spiritus diuinus sic assiat malos ministros ratione officij publici qđ ab eis geritur, ergo & nunc tantundẽ faciet cũ nostris Põtificibus etiam si contingat eos esse parum modestos, aut discolos: quoniã & eorum potestas à Domino Deo est.

Secũdo pbatur, illa Christi fidelis pmissio. super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & porte inferi nõ preualebunt aduersum eam ecclesiam super Petrum ędificatã hic locus demonstrat multo minus pualituras inferorum portas aduersus Petrũ caput & fundamentũ ecclesiæ, in quo sicut & ĩ ecclesia fides semper integra, & sincera permãsit permãsuraq; est. Fide.n. intelligẽda est pdicta promissio, nõ tantũ de peccato. Deinde ea promissio nõ soli Petro sed etiam successoribus facta est. Si igitur Petrus nõ errauit ergo nec successores illius. Math. 16.

Antecedens probatur, quia pcedentia uerba, Tu es Petrus &c. & illa quodcũq; ligaueris sup terrã &c. oẽs intelligũt de Petro & successorib9 illius, ergo & sequentia sunt de eisdẽ intelligenda. Tertio Lucę. 22. Ego rogaui pro te Petrę ne deficiat fides tua. tu autẽ cõuersus cõfirma fratres tuos. Hic scimus rogasse Christum pro fide Petri, ut pro aliorum confirmatione ea maneret integra in petra & capite ecclesiæ. Constat autẽ Petrũ illum ecclesię caput & fundamentũ grauissime peccasse post promissas (siue ut alij uolunt) acceptas claues regni cęloꝝ ter negando suum Dñm, quominus

de successoribus mirandum est si inueniantur fuisse homines peccatores, qui non fuerint in gratia cõfirmati. Quare Petro sua oratione impetrauit Christus non quidem ne peccaturus esset unq̃, sed ne deficeret fides eius, cuius orationis effectus nõ ad unam eius singularẽ personã, sed ad eum tanq̃ ad caput huius hierarchię pertinere certum est, & per cõsequens ad successores illius pertinebit cõtinuo. Quod & rei ipsius euidentia ꝓbari debet una Romana ecclesia à tramite apostolicę traditionis nunq̃ aberrauit, nec hęreticoꝝ nouitatibus deprauata subcubuit, sed ut in exordio normam fidei Christianę percepit à suis authoribus, illibatam semper conseruauit.

Secundo ex uniuersalibus cõcilijs sacris cõprobatur ut facile patere potest ex uerbis Agatonis Papę ad Cõstantinum Imperatorem & sextam synodum uniuersalem, in qua epistola probat istud ex p̃dicta Christi oratione ꝓ Petro, qui rogauit ne deficeret fides eius &c. Addens. Quẽ certo scimus exauditũ pro sua reuerentia: Quã epistolam reuerẽtissime excepit & probauit tota synodus tanq̃ regulam suæ fidei, & tanq̃ ab spiritu sancto dictatam.

Adde ad hęc definitionẽ Florentini concilij, quę post longã concertationẽ. 15. mensibus inter Gręcos & Latinos actã super primatu ecclesiæ Romanæ, tandẽ à toto concilio presente Eugenio. 4. & p̃sidente in hunc modum data est. Definimus sanctã apostolicã sedem & Romanũ Pontificem, in uniuersum orbem tenere primatũ, & ipsum Romanũ Pontificẽ succes-

ſorem eſſe beati Petri principis Apoſtolorum,& uerum Vicarium Ieſu Chriſti totiuſq́ eccleſię caput,& omnium Chriſtianorum patrem & doctorem exiſtere, & ipſi in beato Petro paſcẽdi & regendi & gubernãdi uniuerſalem eccleſiã à Dño Ieſu Chriſto plenã poteſtatem traditã eſſe: quemadmodũ in geſtis oecumenicorum conciliorũ,& in ſacris canonibus continetur.

Item Deuterono.17.Si difficile & ambiguũ iudiciũ apud te eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſangninẽ,cauſam & cauſam,& iudicũ intra portas tuas uideris uerba uariari, ſurge & aſcende ad locũ, quem elegerit Dñs Deus tuus, ueniesq́ ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tẽpore quęreſq́ ab eis,qui iudicabunt tibi iudicij ueritatẽ &c. Qui autẽ ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis Imperio qui eo tẽpore miniſtrat Dño Deo tuo ex decreto iudicis, morietur homo ille. Si ſacerdos legalis erat certa regula ĩ his, quę ad Deum pertinebant, multo melius erit Põtifex euangelicus conſultus in eo loco, quem elegerit ſibi Dominus.

Rationibus humanis probatur.Cũctus populus Chriſtianus tenetur obedire Papę ĩ his, quę ad religionẽ Chriſtianã pertineat. ergo ille eſt certa regula in eorũ traditione: quoniam alias tota eccleſia erraret ſi ipſe erraret: quod eſt impoſsibile.Antecedens probatur ex Cõcilio Lateranenſi:& habetur extra de Baptiſmo cap.Maiores.In Cõcilio autẽ Lateranenſi demonſtratur aſſumptũ noſtrũ ex inductis teſtimonijs Math.& Luc.Hic miſſa facio quæ re-

centiores quidam contendunt respondere.

Secundo probatur idem assumptũ ratione S. Thomę. 2. 2. q. 1. i materia de fide. Quia alias scinderetur unitas ecclesię, si nõ esset unum caput, cui omnes obedire teneamur, & sic esset schisma, nec constaret ueritas aliqua Christianę religionis.

Tertio probatur idẽ ex usu ecclesiæ, quǣ ab exordio illius semper sequuta est Papæ sententiam. Itẽ quia ferme omnes hęretici condẽnati sunt per solum Papam, licet in nonnullis post subsequuta sit conciliorũ, & ecclesię sententia.

Tres regulę rerũ ad religionem pertinentium.

Iuxta pdicta teneamus cum ueteribus tres esse certas regulas in his, q̃ ad religionem nostram pertineant. Prima ecclesiastica traditio. Secũda Canonica scriptura. Tertia ecclesię Romanæ sententia. De primis duabus nulla fuit unq̃ dubitatio. De Tertia post Conciliũ Constantien. & Basiliense disputatũ est inter recentiores. Ideo antiquã sententiam sequentes. Respondemus ad rationes neotericorum.

Prima est aliqui Pontifices errarunt etiam in fide & fuerunt hęretici, ut dicitur de Honorio Papa, de Anastasio, & de Ioanne. 22. qui pdicauit animas iustorum expectare diem Iudicij, ut fruerentur diuina uisione & essent beatæ, quod post recantatum est ab eodem.

Secunda ratio extra de diuortijs. c. Quanto, definit Innocentius tertius, q si alter coniugũ labatur in hęresim, non dissoluatur matrimonium, cum tamẽ oppositum iudicatum fuerit à Celestino Papa, ut ibidẽ notat Innocentius, ergo necesse est alterum errasse.

Tertia

Tertia ratio. Alexander Papa extra de sponsa. Duorum. c. licet, si aliquis per uerba de pręsenti contrahat matrimonium cum aliqua, & nō consumet, si post contrahat cū alia & consumet, primū esse ualidum matrimonium nō secundū, quāuis aliter à quibusdā p̄decessoribus nostris sit aliquando iudicatū. Multa opponunt huius generis.

Pro quorū solutione solet notari distinctio, ꝙ Papam errare duobus modis fingi potest. Primo ut priuata & particularis persona est, ut scribendo librū aliquem, aut docendo, ut fecit Innocentius tertius & beatus Gregorius, & sic nō putant absurdū Papam errare posse. Secundo modo si agat aliquid, ut persona publica & caput ecclesiæ, cui putamus assistere Christum, sic autē putamus absurdū Papam in aliqua definitione errare. Hac distinctione diluunt recentiores supradicta argumenta ad mittentes, ꝙ personę priuatę errarint, nō tamē publicę, hoc est, cum gerentes personas publicas, ꝓponunt aliquid uniuersali ecclesię, quod ad fidē pertineat, & pronuntiant & p̄cipiunt, ut tale tenendum, sic nunꝗ errarunt Romani Episcopi, & hoc est eorꝫ priuilegiū, ut nec possint quidē, Sic Christo suę ecclesiæ consulente. De his autem quæ assumuntur. In argumento primo, ꝙ aliqui Pontifices Romani fuerint hęretici dicemus, in controuersia quarta.

Papa q̄tenus p̄sona publica est non errat, nec quidē potest, secus quatenus priuata persona.

Aliter obijciunt quidam. Si certū est Papam nō errare, cum tractat ad fidem pertinentia, sequitur ꝙ superuacaneum est cōgregare concilia ad tractandas res fidei, q̄m multo facilius

est consulere Papam q̄ conuocare Synodum.

Cōfirmatur qm̄ aliquando appellatur à Papa ad conciliū. Itē in Romana curia appellant à sententia Papę ad eundē rectius consultum.

Secundo, Multū difficile uidetur, ut credamus ꝙ Christus fecerit regulam suæ ecclesiæ sententiam hominis, qui & potest esse & malus & hęreticus.

Ad hęc, ad primū debet negari cōsequentia. Ad alios enim plures effectus expedit conuocari Synodū: Deus enim reuelarat Petro cessationē legalium in Actis Apostolicis. ca. 10. & poterat solus diffinire, & tamē conuocauit Synodū Apostoloꝝ & seniorum, ut p̄missa ratione & disquisitione meliꝰ ea res determinaret.

Ad confirmationē, ego nōdum satis intellexi, nec nunc intelligo ꝙ à Papa possit appellari ad Concilium, magis quā à Cæsare ad suos consiliarios.

Quæ in secunda cōfirmatione inducunt, nihil probant, qm̄ illa sunt ciuilia, non sunt illa de his, quę ad fidem pertineant.

QVARTA CONTROVERSIA.

Quantam authoritatem habeant in terminandis rebus religionis Christianæ ecclesiastica concilia.

In hac quarta controuersia, primo tractandum est de origine, ratione, & authoritate cōciliorꝫ, de quorꝫ authoritate, hac tēpestate (hoc est, post tēpus Constantien. concilij) multū disputatum est inter recentiores: in quibꝰ disputationibus, multa & p̄clara diuini, & humani iuris desudarunt ingenia, & tamen adhuc sub iudice lis est. Sed cū nihil nouū, ingenium no-

strum parere possit, seligam ex multis, & proponam quã putauero magis sanam, & canonicis scripturis magis conformẽ sententiam.

Conciliorũ antiquum inuentum est, diuinę, & humanæ institutionis, cuius officiũ est, res cõmunes, & dubias in cõmune cõsultare. Qd' enim uni nõ succurrit, alter suggerit: & ut est in prouerbium: Plus uident oculi, q̃ oculus. Ideo, ut ipsa nominis ratio indicat, conciliorũ opus proprium, non est nisi consultare, delibe rare consilia, cõferre quid melius, quid utilius inuenire cõueniat: sed agendi, exequendiq; ea, quę deliberando, cõsultando à concilio inuen ta sunt potestas, nõ ad eos, sed ad summam in republica potestatẽ pertinet, cui adesse quidẽ, nõ autem p̃esse concilia, nõ tantum in ecclesia stica hierarchia, sed in omni monarchia ciuili, in quauis bene instituta republica certum est. Pręesse dico cũ superiori coactiuaq; potestate, hoc nunq̃ pluribus in republica aliqua bene instituta cõmissum est: multo minus suprema regiminis authoritas multitudini cõmitteretur à Christo, qui optimam in terris firmabat rem publicam, quę haberet imaginem eius rei pub. quę ab ipso Christo gubernatur in cœlis. Sẽper enim & ratio docuit, & experientia probauit, publicorũ, & cõmunium negotiorũ consultationẽ fuisse penes multos (numero tamen mediocri & definito) & ingenio, usuq; rerum pręstantes: sed rei definiendę, & gerendę authoritatem semper fuisse penes unum.

Propriũ officiũ cõciliorũ.

Publicorũ & cõmunium negociorũ cõsultatio apd' multos, definitio tamẽ rei apud unũ tantũ.

Hoc demonstratur, Primũ in republica ciuili, i qua ea gubernatio, quæ fit per unũ regẽ,

& ab hominibus, & à Deo p̄cæteris probatā est, in qua unus rerū omniū summā regiamq; & liberam authoritatē obtinet: penes quē, senatus cuiusdā concilij locum tenens, illi cōsultando, monstrandoq; quę recta sunt, & utilia, & salubriter admonendo adest sedulo: sed exequendi ea, quę salubria, & utilia uisa sunt, nullam potestatē habet: sed ad solam illā regiam authoritatē hoc pertinet: cui si placent seniorꝝ consilia, ea exequitur, sin displicent, cōtemnit, & negligit. Et q̄uis regiam authoritatē, seniorum cōsilijs obtēperare cōueniat, eius tñ est libera absolutaq; authoritas: neq; seniorꝝ super ipsam, ulla est cogēdi potestas, sed cōtra poti⁹.

Regia authoritas in homine, ratio ipsa.

Secundo, Habemus eiusdē rei euidens exēplum in nobis ipsis, in quibus est etiam regni cuiusdā, absolutam quandā uidere imaginē, in quo p̄est una ratio, cui cęterę potentię seruiūt.

Primū cōcilioꝝ omnium, illud Hierosolymis ab Apostolis celebratum.

Tertio, Demonstrat hoc ex forma illius apostolici cōcilij primi Hierosolymis celebrati, p̄sidente Petro, in quo planè uidebis eam originem, eamq; conciliorꝝ rationē, quā nunc explicuimus. Nam cū Antiochię suborta esset quęstio, & disceptatio, quæ uniuersam illā conturbabat ecclesiam, (docentibus quibusdā etiam gentes cōuersas ad Christū, legem Moysi, unà cū euangelio seruare oportere, contradicentibus autē Paulo, & Barnaba) cum inuicem cōcordari nō possent, misserunt Hierosolymā ad Apostolos, & seniores consultatum super hac cōtrouersia. Quibus conuenientibus in concilium, cū diligens fieret conquisitio, (quibusdā hanc, quibusdā illā, ac diuersam partē tuenti-

bus) surgens Petrus, ecclesiasticæ Hierarchiæ, ac illi etiam concilio prçsidens, protulit ueritatis sententiam: cui à Iacobo in fauorem sibi cōmissę circuncisionis ecclesiæ, paucula quędam addenda uisa sunt, quæ & ipsa placuere concilio, & sic Antiochenis responsum est, super q̄stione proposita, scribentes sibi, ea uisa, & spiritui sancto &c. Hoc primū fuit ecclesiasticorꝝ conciliorꝝ omnium: in quo nihil uides supra rationem concilij à nobis expositam, nēpe cōsultationē, resolutionemq́; q̄stionis propositę. Vides hinc clare, quæ sit ratio conciliorum.

De origine conciliorꝝ.

Quę aūt sit origo eorꝝ, in hac re, uariant magis catholici. Quidā putant ꝙ nullā supernaturalem, specialemq́; à Christo institutionē habeant ecclesiastica concilia, p̄sertim generalia, cū in scripturis canonicis, nullū de eis uerbū fiat, neq; ab Apostolorꝝ institutione quicq̄ de illis accepit ecclesia primitiua, sed putant esse humanę rationis institutionē, & inuentū Constantini, & Siluestri Papę: nō tamen sine suggestione spiritus sancti. Inducūtur ad hoc ex illo primo Nicęno celeberrimo cōcilio: ante quod nullū uniuersale concilium, annis illis trecentis, aut uidit, aut cognouit illa primitiua, ac uere florens Christi ecclesia, sed celebrandorum conciliorꝝ uniuersalium Cōstantini principis, & Siluestri Papæ pius religiosusq; zelus prima causa, & origo extitit.

Sed nos (licet sanum, & orthodoxū sensum habere authores huius locutionis certo sciamus, quos nouimus esse catholicos) secus tamen loqui conuenit: & ita negamus Christia

næ ecclesię uniuersalia, & sacra cōcilia esse Imperatoris Constantini inuentum: qm̄ ante illū celebratū est cōcilium Hierosolymis ab Apostolis. Similiter negamus, nullam supernaturalem, & specialem institutionem à Deo habere: sed dicimus, eum locū tenere in ecclesia Christiana cōcilia, quē tenent multa alia, quorum non est expressa mentio in canonicis scripturis, sed ab exordio nascentis ecclesię sic obseruat orbis Christianus. Quæ omnia, cū sine initio ullo, ecclesiastica traditione cepérimus, certo credimus ab Apostolis descēdisse: quos scimus in omnibus, quę ecclesię tradiderunt, esse afflatos spiritu diuino: p̄sertim cū constet eos primū celebrasse concilium Hierosolymis. Ex quo facto, nō leue sumitur argumentum, illos istud ecclesiæ tradidisse, quod illa semper obseruauit, exceptis trecentis illis annis ante Cōstantinū, in quib9 impietate tyrānorꝫ oppressa ecclesia Christiana, minime potuit obseruare.

Confirmatur, quia generalis illa promissio, quā omnes fideles accepimus in Apostolis à Domino, Vbicūq; duo, uel tres cōgregati fuerint ĩ nomine meo: in medio eorꝫ sum ego &c. (Math. 18.) demonstrat istud nō humana ratione, sed diuina etiā institutione fieri ab ecclesia, qm̄ ipsum est, quod exercetur in concilio. Sic igitur dicamus, nō esse tātum humanę rationis inuentū, sed etiam diuinę, duce tamē & magistra etiam naturali ratione, quæ simile quiddā obseruat in proprijs rebus, ut grauiora negotia consultatione multorum gerantur.

Probatur istud sic: In umbra illa, & figura

nostrę ecclesiæ synagoga ueteri pceptum fuit: cũ q̃stiones, & controuersias inter se haberent, quæ per proprios sacerdotes expediri nõ pote rant, ut eas referrent ad locũ, quẽ elegisset Do minus, hoc est, ad cathedrã Moysi, & ad sacer dotes Leuitas, qui in eodẽ loco ministrabant Dño: Qui(inquit Dñs)annuntiabunt uobis judiciĳ ueritatem &c. Quibus uerbis uidetur illis cõmendata sacerdotalis conciliĳ authori tas: q̃m nõ pręcepit, ut referrent eiusmodi quę stiones tantũ ad unum principẽ sacerdotum psidentem illi cathedræ, sed ad sacerdotes Le uitas, qui unà cum Pontifice pside administra bant Dño: Qui(inquit)exquirentes annuntia bunt tibi judiciĳ ueritatẽ. Quibus uerbis indi cat Dñs singulare priuilegium diuinę assisten tiæ in concilio. Deinde indicat, quod est conci liĳ propriũ opus, cũ dicit(exquirentes)hoc est, inter se cõsultando inuestigantes. Sub indicat etiam & nobis authoritatẽ eiusdẽ conciliĳ uer bis sequentib9: Et facies iuxta uerbum, quod annuntiabunt tibi ex loco quem elegerit Do minus Deus tuus &c. Deutero.17.

Ex pdictis uides Christiane Lector singula re priuilegium diuinæ assistentiæ sacerdotalis cõciliĳ in synagoga illa ueteri, ne labi, aut erra re sineretur in suis judiciĳs, sententiĳs, ac defini tionibus, siquidem securos illos redidit Deus de ueritate earũ. Quòd si in synagoga illa uete ri tale fuit in sacerdotali cõcilio diuinę assisten tię priuilegiũ, si talis, & tã sacrosancta eiusdẽ authoritas, in ecclesia Christiana dicemus cõ cilia sacerdotalia, nullam habere diuinam, &

ſpecialem inſtitutionẽ? Faciemus hominis cuiuſdam humanũ, & naturale inuentum? Abſit à corde Chriſtiano tam indignus ſenſus, pſertim cũ efficax argumentũ ducatur ad demonſtrandum eccleſię Chriſtianæ, ſolidam ueritatem ab umbra illa, & figura ueteri ad corpus eccleſiæ Chriſtianæ. Ex quo loco collige quæ nos ſupra diximus. Primũ, oẽs qſtiones fidei, & grauiora iudicia definiri debere authoritate uni⁹ pſidis, ſed nõ ſine ſacerdotali cõcilio.

Secũdo planè intelliges, in ſacerdotali cõcilio, nullam eſſe niſi conſultandi, deliberandiq; rationẽ, & id cũ pſide: definiendi uero, & exequendi ſummã authoritatem in ſolo pſide reſidere. Vide quid ſubiungat: Qui autẽ ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eodem tẽpore miniſtrat Dño Deo tuo, morietur homo ille &c. Hic, iam nõ meminit concilij ſacerdotalis, ſed unius pſidis, in quo ſolo eſt definiendi, & exequendi authoritas: quis (ut ſupra diximus) in grauioribus rebus, neceſſariũ adhibendum eſt authoritati pſidis, ſacerdotale concilium, pcipue co ſacerdotum, qui unà cum pſide in eccleſia ſeruiunt: nõ tamẽ neceſſe habet. Non habebat legalis Pontifex, aliunde, aut undiquaq; cõuocare ſacerdotes ex ſuis locis, & urbibus lõge diſtantibus. Quòd ſi hoc in umbra nõ fuerat neceſſarium, minus eſſe neceſſarium, liquido cõprobatur in corpore eccleſiæ, quanto plus Chriſtus dilectiſſimã ſponſam ſuam, prę illa ſynagoga honorare uoluit, & quantũ ipſam ueritatẽ ſuam umbrã, & figuram par eſt excedere, & quãto magis in expo-

dito, ac promptu est Apostolicã sedem consulere, in qua, singulari priuilegio, cõseruata semper est orthodoxę fidei synceritas, & uera illa, germanaq́ Apostolica traditio quàm concilia sacerdotũ ex orbe toto conuocare: pręsertim, cum nulla (quantum uis uniuersalia sacerdotum, aut Christianorum) cõcilia, nisi habeant sedis Romanæ authoritatẽ, & eius sint suffulta priuilegio; à Christo assumpto, usque ad hanc diẽ fuerunt, aut esse possunt, quæ nõ errasse posse, & errasse frequenter, etiã in ipsa definitione fidei, post clare demonstrabimus. Ideo, tam indiscusse, tã simpliciter, tam diligenter ab omnibus seruandum, quicquid è cathedra illa nobis annuntiatur: etiam si tantũ de sacerdotũ illic unà ministrantium Dño, id fiat consilio, quàm si idẽ fiat de cõsilio sacerdotũ totius orbis: imo longe certius est unius Apostolicę sedis, cũ concilio domesticorum sacerdotum iudicium, quàm uniuersalis concilij totius orbis sacerdotũ, seclusa authoritate unius sedis Apostolicæ. Ideo ad Apostolicam sedem, & eidem pręsidentis authoritatẽ, referendæ sunt uniuersę quęstiones in ecclesia ambiguę: quamuis conueniat ipsam sedem non temere, sed mature definire, adhibita pro qualitate negotij diuina, & humana diligentia, sacerdotaliq́ concilio sacerdotũ, unà secũ in Apostolica cathedra ministrantium Dño, hoc est, sacri Senatus Cardinaliũ (quos nunc dicimus) aut etiam uicinorum, uel distantiũ Episcoporum, si quando, & quemadmodum ipsa negocij qualitas hoc ipsum exigere pręsidi uideretur: sicut ab initio ad hanc usque diem factum, & perpetuo obser-

Certius est Papæ cũ cõsilio Cardinaliũ, quàm cõcilij uniuersalis sine Apostolicę sedis authoritate iudicium.

Negotia fidei per primæ sedis epũm cũ consilio sacerdotũ terminanda.

uatum uniuersi testantur, & comprobant scriptores, & doctores ecclesiastici.

Et canonicæ scripturę illud fieri demōstrat: qm̄ uni Petro singulariter ecclesiasticę hierarchię p̄sidi impetratū est à Christo indefectibilis fidei priuilegium, iuxta illud: Ego rogaui ꝑ te ne deficiat fides tua. Deinde ipsi ecclesiæ (supra Petrū tamē structę) simile quiddā uidetur impetratum: Super hanc petram ędificabo ecclesiam meam &c. & portæ inferi non pręualebunt aduersus eam.

Hæc de origine conciliorum: in quo etiam indicatum est de eorundem authoritate, q̄uis latius simus nunc dicturi.

De authoritate conciliorꝝ: Primū aliorꝝ explicanda, & explodenda sententia. Patres in concilio Constantien. & Basilien. congregati talia dederunt decreta.

De authoritate conciliorꝝ.

Primum ꝙ concilium habet immediate authoritatem à Christo.

Secundū Papa tenetur obedire in omnibus, & ꝑ omnia cōcilio uniuersali rite cōgregato.

Tertium Conciliū habet potestatē coactiuā supra Papā, & potest eum punire, & deponere, si uidebitur expedire: qm̄ generale conciliū repręsentat ecclesiam uniuersalē, quę habet immediate authoritatē à Christo, cui subesse debet omnis fidelis, cuiuscūq; authoritatis, etiā Papalis in his, quæ pertinent ad fidem, & reformationem ecclesiæ.

Hęc cōtendunt probare multis argumētis.

Primum est. Math. 18. ubi dicit Christus: Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus,

& Publicanus &c. Quęcũq; ligaueritis super terram &c. Vbi cum ecclesia, nõ cum Petro loquebatur Dominus.

Confirmatur, quia Math. 16. ubi dicitur q Petrus accepit claues à Christo &c. Augu. solet dicere, q Petrus agebat personam ecclesiæ. 24. q. 1. c. Quodcunq;. Et idẽ in sermone Petri, & Pauli: Has claues accepit Petrus, quatenus repræsentabat ecclesiam uniuersalem: sed uices huius ecclesiæ habet concilium generale, ergo ipsum habet has claues.

Cõfirmatur. 25. q. 1. c. Cõtra statuta patrum cõdere aliquid, uel mutare, nec huius quidem sedis potest authoritas: apud nos. n. inconuulsis radicibus uiuat antiquitas, cui decreta patrum sanxere reuerentiam: ergo patres habent authoritatẽ supra sedis Romanę Pontificem. Decretũ Zozimi papæ.

Alias rõnes habes ĩ opusculo Caietani. c. 5.

Eadem decreta conatus est cõprobare Gerson cãcellarius, in tracta. de potestate. ecclesiastica: quẽ sequitur schola Parrhisiẽsis: ubi Gerson, uir alioquin, & pius, & doctus congerit multa in defensionẽ illorũ decretorũ, uolens demonstrare, (magis confidenter, q̃ uere, forsan affectu patriæ, uel illorũ patrũ authoritate deceptus) q in omnibus, & p omnia subijciatur Papa concilio generali: cuius argumenta nos missa facimus.

Pro solutione huius ambiguitatis: notandum, q bifariam contingit intelligere uniuersalem ecclesiam. Primo, ipsam totã, & perfectã unà cum suo capite. Secundo, ipsam distinctã contra suũ caput, ut erat in Cõstantia, & Ba-

silea: & hoc pacto accipi certum est, quo fit cõparatio eius ad suũ caput, ut quãdo dicimus Petrum, & successores eius esse pastores rectoresq; uniuersalis ecclesiæ, & quãdo Dominus dixit: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam &c. utro uis modo accipias ecclesiam.

Nulla iurisdictionis authoritas data est ecclesiæ distinctę contra caput suum.

Sic primũ paradoxũ Christianũ, ac catholicum. Vniuersalis ecclesia nullam immediate à Christo accepit iurisdictionis authoritatẽ, nõ solum supra caput suum (quod ipsius Christi agit Vicarium) sed nec supra mẽbra, nec supra infimi gradus Christianum.

Istud patet, q̃m nullus locus est in canonicis scripturis, ubi fiat mentio alicuius potestatis datæ ecclesiæ uniuersali, quia locus signatus. Math. 18. (Si ecclesiam non audierit &c.) (quo loco inducti sunt Basilenses, ut deponerent Eugenium. 4. indubitatum Pontificẽ,) nil habet, quod pertineat ad uniuersalem ecclesiã, ut infra ostendemus. Quis nam peccantẽ in se fratrẽ denuntiare posset uniuersali ecclesiæ? Et quãto locus ille deseruiret huic ꝓposito, quod illi dicunt, & definiunt per articulo fidei, ꝙ generale cõcilium repręsentat uniuersalem ecclesiam, eiusq; authoritatẽ supremã exercet. Istud quidem dicunt, & audacter definiunt, sed nescio quomodo possint demõstrare, q̃m primo oportebat ostendere, ꝙ uniuersalis ecclesiæ de facto transfuderit, & delegarit authoritatem suam generali Concilio.

Secũdo si fecisset, quo iure potuisset facere? Verba igitur hęc (Dic ecclesię, & q̃ sequuntur) ad uniuersalẽ ecclesiã nil pertinere, sed de par-

ticularibus ecclesiis loqui, tã rei ipsius (de qua agitur) natura, q̃ ipsius uniuersalis ecclesię ab initio docet obseruatio. Et hanc qualemcunq; iurisdictionẽ accepisse particulares ecclesias, non solum inferiorem authoritate Petri, sed ei subditam, & subordinatã, indubitatum est, & eandẽ residere primo ĩ suo capite, hoc est, Epõ suo, p quẽ exercenda est omnis iurisdictio.

Hinc collige, etiã Petro datas claues regni cœlorũ, nõ ecclesię, (si ecclesiam distinguas, aut diuidas à Petro,) nam Math. 16. Super hanc petrã &c. & portæ inferi &c. nõ subiecit, & ipsi dabo claues: sed reuersus ad petrã illam. Et tibi (inquit) dabo claues regni cœlorũ. Quod autem Augu. solet aliquando dicere: Petrũ tunc gessisse personã ecclesiæ, est sanè intelligẽdum, accepisse quidem ecclesiam claues illas, sed in suo capite Petro.

Secundũ Paradoxum. Si secundo modo sumamus ecclesiam siue concilium generale, ut erat in Basilea, & Cõstantia, tantũdem dicere debemus, quod in primo paradoxo. Et probatur, quia nec uerbũ est in scripturis canonicis quod proprie loquatur de concilijs uniuersalibus, aut de authoritate eorum, nisi forte quis huc illud accõmodare uoluerit: ubi sunt duo, uel tres congregati &c.

Secundo probatur. Quæ Christus instituit in ecclesia ex duob⁹ cõstant principijs, ex scriptura canonica, & sine scripto ex traditione ecclesiastica. Nõ. n. sola ad institutionem Christi referenda sunt, quæ in carne cõuersatus, rudes adhuc, & carnales discipulos docuit, quin po

tius prçcipua reſeruabit docēda per unctionē ſpiritus. Modo ex apoſtolica traditione obſeruatū habemus, ut Epiſcopoꝝ ultima iudicia, & omnes maiores eccleſiaſticç cauſæ, ex Chriſti inſtitutione ſpecialiter reſeruarentur authoritati ſedis Apoſtolicæ: ergo nullā authoritatē accepit ímediate à Chriſto eccleſia, ſiue concilium generale, niſi in ſuo capite Petro, & ſucceſſoribus illius.

Huius rei primus teſtis eſt Anacletus ſucceſſor Clementis, & Petri diſcipulus in epiſtola ad uniuerſam Chriſti eccleſiam: Si difficiliores ortç fuerint quçſtiones, aut Epiſcopoꝝ, uel maiorum iudicia, quç ſi aut maiores cauſç fuerint, ad ſedem Apoſtolicam pertinebunt, &c. quoniam Apoſtoli hoc ſtatuerunt iuſſione ſaluatoris &c. Conſule locum.

Secundus teſtis eſt Euariſtus Anacleti in cathedra ſucceſſor í epiſtola ad egyptioꝝ Ep̄os, & í altera epiſtola, ad Ep̄os Africanos: erat & tunc ſuperſtes beatus Ioānes euāgeliſta. Eiuſdē Paradoxi teſtis eſt Alexāder ſucceſſor Euariſti, qui ſub Traiano, eccleſiæ Chriſti p̄fuit, in Epiſtola ad omnes orthodoxos. Idē & Sixtus primus, q ſub Adriano, eccleſiæ Chriſti p̄fuit ad Ep̄os totius eccleſiæ. Idē habet Annicetus ad Gallicanas eccleſias, idē habet Eleutherius ad eaſdē Gallicanas eccleſias ſcribens. Et Victor huius proximus ſucceſſor ad Theophilū Alexandrinū, egyptiorumq; Ep̄os, & citat eccleſiaſticū canonē, q ab Apoſtolis conſtitutus & obſeruatus eſt, & deinceps continuo &c.

Eadem penè ad uerbum Sixtus ſecundus in

epiſtola ad Hiſpaniæ Epos, & in alia ad Gratũ Epum. Zepherinus ad Ceciliæ Epos docens, quomodo peragenda ſint Epoꝝ iudicia: Finis cauſæ ad ſedẽ apoſtolicã deferatur, ut ibidẽ terminetur, nec antea finiatur (ſicut ab apoſtolis, & ſucceſſoribus eorum conſtitutũ eſt) ꝙ eius authoritate fulciatur. Marcellus ad uniuerſos per Antiochenã prouinciam cõſtitutos Epos. Melchiades Papa ad Marinum benedictum Leontinum, cæteroſq́ Hiſpaniarum Epos.

Vides Chriſtiane Lector omnium iſtoꝝ Patrũ concordi teſtimonio ab ipſo exordio eccleſiæ, ita p̄dicatum in uniuerſo populo Chriſtiano, ita receptũ, & creditũ, itaq́ obſeruatum, ut maiores cauſæ eccleſiaſticæ reſeruatæ eſſent ſedi Apoſtolicæ. Hoc cõfirmat iſtorum patrum authoritas, ſanctitas, & antiquitas: nã fuerunt iſti omnes, nõ ſolum ante Nicænum cõcilium, ſed ante uniuerſa penè concilia, ſub ipſis continuo Apoſtoloꝝ tẽporibus, atq; adeo Apoſtolorum quorundam adhuc p̄ſentia, aliorum recens adhuc memoria. Adde glorioſum ſuſceptum ab illis martyrium.

Fuit & hoc ipſum & ĩ umbra, & figura noſtræ eccleſiæ ſynagoga ueteri, in qua oẽ arduũ negotiũ, & quicquid grauius erat, referri oportebat ad Moſaicam cathedram.

Deinde eſt ad hoc decretum Nicæni cõcilij, & ſtatutũ Apoſtolicũ de Epiſcopoꝝ iudicijs, & celebratione conciliorum: qm̃ nec iudicari Epiſcopus, nec cõgregari ſynodus poteſt, niſi per Romanũ Pontificem. Quæ habes euidẽter in epiſtolis Iulij primi ad Antiochenã ſynodũ

congregatam aduersus Athanasium &c. Et in concilio Nicęno est Canon. 18. Placuit, ut omnes Epi &c. Extat ad idē celebris epistola Stephani Archiepi in cōcilio Mauritanię p̄sidentis: & trium conciliorũ Aphricanæ prouinciæ, quā epistolā ex cōmuni decreto ad beatū Damasum scripserunt. Expressius habētur eadem in epistola quā illis rescripsit Damasus Papa, sic inquiens i calce. Definire ecclesiasticas summas q̄relas causarum, uel dānare Epos absq; huius sanctæ sedis authoritate, minime licet, quā omnes appellare, si necesse fuerit, & eius fulciri auxilio oportet. Nā (ut nostis) synodū sine eius authoritate fieri, nō est catholicū, nec ulla concilia rata leguntur, quæ nō sunt fulta Apostolica authoritate. Hæc Damasus.

Demonstrauimus in supradictis, quid i uniuersum ex propria ratione conueniat cōciliјs. Nunc explicatius oportet singulorum demonstrare, & authoritatē, & rationē, & quid in singulis probauerit, & agnouerit uniuersa Christi ecclesia. Ita plene intelligetur ueritas eius de quo ambigitur.

Tria genera cōciliorũ uniuersale, p̄uinciale, & medium.

Tria genera conciliorum cognoscit ecclesia Christiana: quorũ etiā meminit Gratianus. d. 3. Vniuersale, siue oecumenicum, Prouinciale: & Sacerdotale medium. Vniuersale cōcilium est, in quo totius ecclesię tractantur negotia, & ex oībus totius orbis p̄uinciјs conuocatis orthodoxis Episcopis: quare oecumenicum Græce dicitur: quorum primum Nicęnum extitit instantia Constantini Imperatoris.

Prouinciale (ut ipsum nomen indicat) est, in

quo

quo sub uno metropolitano, unius tantũ pro uincię Epi conuenientes, eiusdẽ tractant negotia. Hęc olim quotãnis bina celebrabantur: patet ex canone Nicęni concilij: Ne quem clericum &c. Eiusmodi sunt celebrata multa ante Nicęnũ concilium à tẽporibus Apostolorũ, & eorum institutione. In ecclesia fuit istorũ conciliorũ usus frequẽns, in concilio Nicęno prospectum fuit, ut bina celebrarentur quotãnis, quũ nõ ita frequenter celebrari consueuerant.

Medium est, in quo causa, quæ tractatur, uniuersalis frequenter est. hoc est, fidẽ, aut ecclesiasticam obseruationẽ concernens: sed conuocatio nequaquã. Hæc uel p̃sente Romano Pontifice, uel eius authoritate celebrantur. Huius generis sunt multa celebrata ante Nicęnũ concilium in primitiua illa ecclesia: & in primis illud omnium primũ Hierosolymis ab Apostolis celebratũ: quod uniuersale dici nõ potuit, cũ ex duodecim tres tantũ, aut quatuor interfuerint Apostoli: nec apparet aliunde conuocatos aliquos, sed ab illis tantum celebratum fuisse, quos missi ab Antiochia cõsultores Hierosolymę offenderant. Eiusdem generis fuere, quæ Victor Papa ĩ Asia celebrauit ad abolendum Iudaicum ritum celebrandi Paschatis.

Quæ fuerint cõcilia media

Ad idẽ genus expectat Antiochenum illud, quod authoritate Dionysii Romani Põtificis aduersus Paulũ Samosatenen. celebratum est: & qđ paulo post sub beato Cypriano Aphricanum cõcilium, ex totius Aphricę Epis. Hęc, & alia ante Nicęnum cõcilium: post quod & alia pleraq; eiusdem generis cõcilia celebrata

leguntur: ut Sardicenũ, Gangrense, Laudicen. Neocesarien. Agathen. Carthaginen. Mileuitanum, sub Innocentio, & illa, quæ Romę Martinus Papa, & Simachus celebrarunt.

Ad idem genus pertinet sacri illius senatus cõcilium, hoc est, Cardinaliũ (quos uocamus) siue sacerdotũ, qui unà cũ Põtifice ministrant Dño in cathedra Apostolica, & ipsi adsunt cõsilio in definiendis, & tractãdis reb9 grauioribus, q̃ ad eandẽ sedẽ ex toto orbe referuntur.

Postq̃ autẽ suis notis distinximus conciliorum ecclesiasticorũ tria genera, nunc demonstrandũ quæ sit, & unde pendeat singulorum authoritas. Sit Paradoxum primum.

Vniuersorum conciliorũ authoritas depẽdens est à Põtifice Romano.

Omnium cõciliorum authoritas subest authoritati sedis Apostolicæ, & Romanorũ pontificũ, & ab illo necessario pendet. Hoc demonstratur. Primo de prouincialibus cõstitutio est antiquior, & usus frequentior: nulla est dubitandi occasio, nec esse potest, qm̃ bina quotãnis celebrari debere Nicęni decreuerunt canones: in quibus si causę contingant maiores, ad Apostolicę sedis definitionem referendæ sunt: (p̃missa epõrũ in synodo disquisitione) uerum tamẽ nihil ratũ, firmumq́; est priusq̃ sedis Romanæ authoritate roboratum fuerit. De aliis uerò duob9 generib9 conciliorũ, nũc dicamus.

Cõcilia p̃ episcopũ Romanũ cogenda.

Sed ut euidẽter Lector intelligat qualis, & quanta sit eorum authoritas, recolenda sunt q̃dam supra demonstrata. Primum, cũ prouincialia concilia ordinaria quadã authoritate cõuocari possint, & debeant, euidẽter cõsequens est, alia duo genera conciliorũ sola Apostolicæ

sedis authoritate cõuocari, & celebrari deber.

Secundo, Irrefragabiliter demõstratum est, Petro & successoribus eius cõmissam à Christo curam, gubernationemq́ue uniuersalis ecclesiæ, & datas illi claues regni cœlorum, & illam ligandi, & soluẽdi potestatẽ, quã unus ipse Apostolorũ omnium singulari priuilegio accepit, cæteris uerò ecclesiarum rectoribus, tantũ eis cõuenit, quantũ ab illo uelut capite in reliqua ecclesiastici corporis membra deriuatur.

Petro & successoribus cõmissa cura uniuersalis ecclesię regendę.

Tertio ostendimus concilijs uniuersalibus, nullam primo, & secundũ se datam à Christo iurisdictionis, aut definitionis authoritatẽ, sed Petro & successoribus, à qua accipiunt cõcilia robur oẽ, sine qua nullum omnino habent.

Nulla multitudini, aut cõcilijs sine capite suo data iurisdictionis authoritas.

Ex his facile diuinabis quod q̃rebatur. Si tamẽ semper roges, ut expresse dicamus, qualis, & quanta sit authoritas conciliorum, respondeo duo. Primũ si sine capite, & destituta eius authoritate celebrata fuerint, nullam prorsus habent authoritatem Apostolicam.

Secundũ, si tamẽ sint Romani pontificis authoritate celebrata, talis, & tãta est eorum authoritas, quanta sedis Apostolicæ, & Romani Pontificis in eis p̃sidentis: & habent idẽ priuilegium super quoscunq́ue, qui mẽbra sunt corporis ecclesię, ut sacrosanctũ, & ratũ sit in cœlo eorum iudicium, & certa sententia & indubitatę ueritatis eorũ definitio, sicut ipsius Petri, Christi in terris Vicarij. Dixi, si Romani põtificis sint authoritate celebrata, nã ad eius solius authoritatẽ pertinent grauiora quæq́ue & ardua negotia ecclesiastica: oĩs de fide Christi,

Quid cõcilia sine Pontifice & cũ Põtifice ualeant.

& religione q̃stio, omne difficile, & ambiguũ iudicium. Qui tamẽ si ad eorum definitionem adhibere debeat secum sacerdotale concilium secundũ formã expressam in lege ueteri, & ab initio obseruatã in ecclesia, regulariter quidẽ, sacerdotũ unà secum ministrantiũ Dño in cathedra Apostolica. Nonnunq̃ uerò aliorum, uel plurimorum, uel paucioꝝ, uel distantiũ secundũ qualitatẽ negocioꝝ: omne tamẽ concilioꝝ iudicium, omnis sententia, & definitio procedere censetur ex authoritate pręsidis unius, ut ex uerbis legis supra demonstrauimus.

Sed hoc magis demonstratur ex traditione ecclesiastica: q̃m à tẽporibus Apostoloꝝ, omnia uniuersalia concilia, nõ solum sedis Romanę authoritate congregata, & peracta sunt: sed etiam inuenies semper eiusdẽ sedis, aut ipsos Ep̃os, aut eorũ legatos, eisdẽ p̃fuisse, qui primi causas proponerent: primi p̃ferrent sententiã. Ita in primo illo omnium sacratissimo cõcilio Nicęno Victor, & Vincẽtius Romanæ ecclesię presbyteri, & Osius Cordubensis Ep̃us, pro beato Syluestro, interfuerunt, ut uniuersa testatur antiquitas. Et primi Cõstantinopo. aduersus Macedoniũ author extitit beatus Damasus. Et primi Ephesini aduersus Nestoriũ beatus Cœlestinus, in quo beatũ Cyrillũ Alexandrinum Ep̃um suũ cõstituit Vicarium; de quo beatus Liberatus ĩ suo breuiario, quo uniuersam causam Nestorianoꝝ, & Euthychianoꝝ actionesq; Chalcedonen. cõcilij cõplexus est. In synodo Chalcedonen. Paschasinus, & Lucentius Ep̃i, Bonifacius, & Basilius p̃sbyteri

Apostolicæ sedis legati fuerunt p̄sidentes sub Marriano Imperatore. Ad hunc modum & in omnibus aliĳs receptę authoritatis cōciliĳs factū est: & nulla absq; huius sedis authoritate, nec tunc, nec in posterū ullā inuenisse authoritatem cōperies, sed omnia uel probata, uel dānata per hanc sedem, ut illa, quę olim in Tyro, & Antiochia, (authore Eusebio Nicomediēsi) contra Athanasium Alexandrinum celebrata sunt: quæ q̄uis celeberrime, tamen solius Iuliĳ Romani pontificis deiecit authoritas: & Athanasium, cęterosq; dānatos restituit, & in ipsos dānatores, dānationis ꝓtulit sententiā approbante iustū eius iudicium uniuersali ecclesia. Ita Ariminēse concilium à Damaso, Ephesinū secundū à Leone deiecta fuere restituto Fabiano, quē dānauerat impia synodus, dānato insuper impio Dioscoro eius conciliĳ authore. Ad eundē modū beatus Innocentius, orientalium Epoꝝ synodum aduersus Ioannē Chrisostomū Cōstantinopo. Epum, & eius authores excōmunicationi subiecit: quos nisi post condignam satisfactionem, noluit ecclesiasticę communioni restituere.

Cōciliū Ephesinū. 2. & Ariminēse dānata
Theodoretus hist. Trip. li. 5. ca. 19.

Extat elegantissima epistola Pelagiĳ ad alterum Ioannē Constantinopolitanū Epum, qui ex Oriente toto, synodū congregarat: qua epistola uniuersa illa statuta, uana, & irrita esse declarauit. Cōfert multum etiam quod scribitur in histo. Tripar. lib. 4. ca. 9. Eusebius Arrianus Epus egit, ut in Antiochia Syriæ synodus fieret, ad quā synodū conuenerunt ex ciuitatibus diuersis Epi nonaginta. Maximus autem

Hierosolymitanꝰ Macarij successor nō affuit: sed nec Iulius interfuit maximę Romę pręsul, nec in locū suū aliquem destinauit: cū utiq; regula ecclesiastica iubeat, nō oportere p̄ter sententiā Romani Pōtificis cōcilia celebrari &c.

Cognoscunt aliàs Arriani authoritatē Epi Romani, & dignitatem illius sedis: qm̄ nō negant Iulium Romanæ urbis Ep̄m iudicem in causa Athanasii, quē Arriani eo tempore persequebantur. Cōsule histo. Trip. li. 4. c. 12. & 15.

Ibidē de ecclesia Romana sic scribitur. c. 16. Fatebātur Arriani circa omnes Romanorum ecclesiā esse munificā, ueluti q̄ Apostolicā haberet curā, & antiquitus mr̄ pietatis existeret. Fatentur Arriani, quod nostræ tempestatis hæretici à Germania nati cognoscere minime uolunt. Ad idem. ca. 9. eiusdem libri.

Et in epistola Antiocheni contra Paulū celebrati sic dicitur in fine. Paulus Samosatenus à sacerdotio abscissus & cōmunione, cū de domo ecclesiæ nollet exire, interpellatus Imperator Aurelianus, religiose satis de hoc sanctéq; decernit, his p̄cipiens ecclesię domū tradi, quibus Italiæ sacerdotes & Romanus Ep̄us scriberent. Quod non nihil iuuat ad statuendam excellentiam Ep̄i Romani supra reliquos Episcopos orbis, ab exteris testimonium desumere. Euseb. in histo. Eccle. lib. 7. ca. 25.

Vides Christiane Lector, quanta fuerit Romani Pontificis, à temporibus Apostolorꝝ, supra uniuersalia concilia authoritas in eorum congregatione, uel dissolutione?

Secundū Paradoxum: Nō tantū in conuo-

catione cōciliorū uniuersalia concilia pēdent à Romano Pontifice, sed in omnibus actis synodalibus ab eodē prorsus dependent: ut ipsa rei euidētia fiet manifestum: qm̄ hactenus obseruatum est, ut acta in uniuersalibus cōcilijs (etiam p̄sentibus legatis sedis Romanę) prius ad ipsam cathedram beati Petri sint relata, & per illā approbata, q̃ robur ullū haberēt. Hoc patet primo ex quatuor illis cōcilijs gn̄alib⁹, q̄ uelut quatuor euāgelia recipit Chr̄i ecclesia.

Gesta synodalia nō sunt firma sine Pontificis Romani authoritate.

De Nicęno concilio extat adhuc epistola, quā simul cū actis, decretisq; synodalib⁹ miserunt patres ad beatum Syluestrū, ut sua authoritate confirmarentur, quamuis eius legati pręfuissent concilio.

Quatuor prima gn̄alia cōcilia recognouerunt Ep̄um Romanū.

Constantinopolitana synodus prima, q̄ Nicęnā subsequitur, nihil aliud egit, q̃ quòd Ep̄i ibi, ex uniuersali ecclesia conuenientes, probarent, & sequerentur sententiam Damasi cōtra Macedonium, Sabellium, & Eunomiū: quos ante Damasus, cū sacerdotali concilio (quod Romę habuerat) anathematizauerat, cum imp̄ijs suis ad inuentionibus. Idem Damasus dānauit acta in Ariminēsi concilio per Arrianos conuocato, ostēdens nullius authoritatis fuisse definitionem illius concilij: & hanc causam singulariter affert, q̃ Romanus Pontifex illi non prębuerit consensum.

In Ephesino primo concilio nihil aliud egerunt, q̃ repetere, quæ egerat Cœlestinus aduersus Nestorium, & in Chalcedonē. secuta synodo, rursus uniuersa illa repetita est tragœdia. Acta in synodo illa Sathanę Ephesina secūda,

& Euthychetis blasphemiã, quis, nisi beatus Leo(Apostolico mucrone)cõfodit,scripta pulcherrima illa, Christianissimaq; epistola ad beatum Flauianũ,qua incarnationis uerbi misterium ad uiuũ,& doctissime explicat? Simul missis Apostolicę sedis legatis,qui exortos,ex ea causa, per Orientem tumultus, Apostolicę moderationis authoritate componerent.

Habes de ea re epistolã elegantissimã eiusdẽ Leonis sub hoc titulo. Synodo apud Chalcedonam constitutę,Leo Papa Romanus &c.in qua leges perscribit, & ueluti formã pręfigit, quã sequi,amplectiq; deberent in condemnandis Euthychete, & Dioscoro hæreticis : quas nec per latum unguẽ ptergressa est tantorũ patrum synodus. Quanta autẽ reuerentia ac ueneratione dicta beati Leonis ad Fabianũ epistola excepta fuerit in concilio,testantur subsecutę acclamationes,q̃ in actis eius leguntur. Siquidẽ tota synodus, ueluti uno ore,ter beatissimũ acclamauit Leonẽ, & Dioscorũ hæreticum omni sacerdotali dignitate exutũ, exilio deportandum, seculari potestati tradiderunt. Quã concilij seueritatem ex ea maxime causa processisse,testatur Anatholius ille Constantinopo. antistes,quia contra beatissimũ Leonẽ ausus est dictare excõmunicationis sententiã. Nec satis illis patribus fuerat, q͏ꝫ secum p̃sentes & cõsentientes, immo præsidentes sibi, & omnia secũ principaliter agẽtes, habuerant sedis Romanę legatos,sed ad ipsum Leonẽ acta synodalia remiserunt, eius authoritate & iudicio eadem cõfirmari expectãtes,& authori-

Prȩsentib' & p̃sidentibus legatis Ep̃i Romani synodus requirit cõfirmationẽ ipsius ep̃i in actis synodalibus.

tatis robur eisdem impartiri. Scripta simul ad eum synodali epistola, quam habes ibi in hac forma: Repletum.n.est gaudio os nostrũ &c. Quibus literis acceptis, beatus Leo decreta synodi, quatenus ad fidei confirmationem pertinebant, probauit. Sed decretum unum puta, ꝙ secundę sedis dignitatem inter ecclesias Christianas, post Romanã acciperet Cõstantinop. ecclesia, eo ꝙ noua Roma esset, & imperialis maiestatis sedes, irritum fecit, nec uoluit probare sicut decretum fuerat in synodo, ut illic, ex epistolis Leonis ad Martianum Imperatorem, & ad Anatholium, qui istud per nuntios instanter rogarant pontificem.

Hic cõsideratione dignissimum est illud, ꝙ absolutis negotijs quæ in concilio tractabantur, tota synodus patienter expectauit Apostolicę sedis censurã, & de actis synodalibus confirmationem cõgregatis tot patribus in Chalcedona, donec bis uenerunt legati Romam: & iam secũdo accepit synodus epistolas Leonis confirmantis synodũ, & actiones illius, ut clare uideas ad cuius authoritatem pertineat roborare, & firma facere acta synodalia. Istud ex quatuor illis generalibus concilijs (quę uelut quatuor euangeliorꝫ libros suscipere & uenerari se confitetur ille catholicę ecclesię Põtifex sanctissimus Gregorius) manifestũ fecimus.

Hoc ipsum non minus apparebit euidenter per reliqua cõcilia discurrendo, quomodo ex istis quatuor demonstrauimus. Dic mihi obsecro quid aliud fuit quintæ synodi uniuersalis actio, ꝙ̃ authoritatis Apostolicæ sedis, super

omnes totius orbis ecclesias, recognitio? Siquidem hoc unũ egit illa synodus, ut decreta Romanæ sedis, & prolatas ab eadem in diuersos sententias teneret, amplecteretur, & obseruaret orbis uniuersus: quod luce clarius intelliges ex forma synodalis sententię aduersus Anthemium prolatæ: in qua tantum demonstrauerunt Anthemium iuste quidem damnatum à sede Apostolica.

Sexta synodus recognouit Ep̃um Romæ.

Veniamus ad sextam synodũ uniuersalem. Sepultis cum suis hęresibus Euthychete, Dioscoro, & Anthemio cum Seuero Antiocheno, & Petro Apamiaro Episcopis: suscitati sunt discipuli eorum Cyrus Alexandrinus Patriarcha, & Sergius Constantinopolitanus Ep̃us, Pyrrhus, Euthychetis, & successor & discipulus, & post illos Paulus Cõstantinopo. Ep̃us, qui Constantium Imperatorem in suam seduxit perfidiam. Deinde subsecuti sunt Petrus & Gregorius, & Macharius Antiochenus Patriarcha, & facti sunt socij & participes perfidię suę. Hi primũ cõmenti sunt, nõ ut priores, unicam esse in Christo naturam, sed unicã esse uoluntatem & operationem. In hos exurgens Romana sedes, gladium suæ potestatis (quam in beatissimo Petro accepit à Domino) magna districxit libertate: & q̃suis Patriarchalium sedium antistites, à fide & à catholicæ ecclesiæ gremio ꝓnuntiauit alienos. Primũ Honorius ille Pontifex damnauit Pyrrhum, quem damnatum constat exilio, relegatũ ab Heraclio Imperatore, qui in ea re Apostolicæ sententiæ exsecutor factus est. Secundo Theodorus Ro-

manus Pontifex. Tertio Martinus Theodori successor congregata secum Romę.150.Episcoporum synodo, in Cyrum, Sergium, & Pyrrhum prędecessorum suorum,dãnationis sententiam confirmans,& renouans,omni ecclesiastica dignitate priuauit,& à Christiano nomine iudicauit alienos. Sub hoc tẽpore(sublato diuina prouidentia Cõstantio Imperatore) Constantinus eius filius magno Constantino (quem nomine referebat) moribus & fidei zelo similior ꝙ patri,uniuersalem synodum cõgregari magnopere studuit: per quã hęc ecclesiarũ scandala è medio tollerentur. Qua de re ad Donum Romanũ Pontificem scribens, rogat ipsum & hortatur,ut sua authoritate,missis ab Apostolica sede legatis, concilio dignaretur adesse.Quas tam religiosi principis literas(mortuo iam Dono)eius successor Agatho recipiens , nihil cunctatus suos legatos misit ad concilium: & ut ipsum legitime celebraretur Apostolica authoritate confirmauit,nõ tamen consentiens,ꝙ Apostolicę sedis de prędicto dogmate toties prędicata,& lata sententia contra prędictos hæreticos disputaretur in cõcilio,sed legatis suis dedit mandata, ut concilio perscriberent rectę fidei regulam,quam sequi omnes oporteret,ut testatur eiusdẽ ad Cõstantinum Augustum scripta epistola. In qua neutiquã summittit Apostolicę sedis sententiã synodali iudicio, sed uice uersa uult eam præmittendam iudicio concilij, & cen set hoc priuilegio cõmendandam ecclesiam Romanam, ꝙ nunquam hæreticis nouitatibus deprauata

succubuit, sed ut ab exordio normã fidei Christianę percepit illibata usque ad finem manet. Quã reuerenter, ꝗ sancte exceperit sancta synodus hanc Agathonis sententiam, & post synodum uniuersus Oriens, liquido constat ex forma concilij. Exceperunt quidem illam patres ibi congregati uno ore clamantes, ter beatissimum Agathonem Papam, & suas suggestiones à spiritu sancto dictatas per os sanctissimi, & beatissimi Apostolorum principis Petri, & digito ter beatissimi Agathõis scriptas &c.

Vides Lector Romanũ Pontificem ab uniuerso semper orbe recognitũ uniuersalem pastorum principem, & Romanam ecclesiã fuisse semper uniuersę Christi ecclesię, & concilijs omnibus rectę fidei regulam, & magistram: & ob id diuino conseruatã priuilegio, nulli unꝗ subiacuisse hæreticę prauitati: sed Apostolicã traditionem, ut accepit ab Apostolorum Christi principibus, illibatam conseruasse & conseruaturam perpetuo.

Septima synodus recognoscit Epũm Romæ.

Nolo sub silentio pretereamus septimã synodum circa annum Domini. 718. non longe post sextam synodum sub Leone Imperatore celebratam. Eo tempore exorta est alia pestis contra diuorum imagines, quibus catenus usa fuerat Christi ecclesia. Leo primus Imperator diuorum imagines deponi, conteri, comburiꝗ iussit. Aduersus quem beatus Gregorius Papa (eius nominis) tertius cõuocata Romę generali synodo, eundem Leonem cũ suæ impietatis assertoribus ecclesiasticę cẽsurę mucrone iugulauit. Quo mortuo eius filius Cõ-

ſtantinus paterna imbutus perfidia, eãdem ſe cutus eſt hęreſim. In quem exurgens Stephanus Papa eius nominis, ſecundus prolatam à Gregorio tertio in Leonem confirmat anathematis, & damnationis ſententiam. Quibus extinctis ex eorum cinerib⁹ ſuſcitati ſunt ac noſtra tẽpeſtate per Germaniam Lutherani, eius impietatis obſeruatores. Tandem alter Conſtantinus illius perfidi Leonis nepos ſuſcepto imperio uiſa ultione diuina in ſuos parentes pro perfidia, ſupplices literas miſit ad Adrianum Pontificem, ut concilio generali (quod ſecundo celebraretur in Nicęa ſua authoritate) adeſſe dignaretur. Qui ad Auguſtos reſpondens miſit Petrum monachum Cardinalem presbyterum, & alterũ Petrum abbatem ſanctę Sabinę de urbe, Apoſtolicæ ſedis legatos, qui uice ſua pręeſſent concilio &c.

Etiam & hinc Lector intelliges quod toties demonſtratum eſt omnem conciliorum authoritatem ab huius ſedis authoritate prorſus pendere.

Supereſt octaua ſynodus generalis, & Conſtantinopolitana quarta, Michael Imperator congregauit numeroſam Epiſcoporum ſynodum Conſtantinopoli, & Ignatium Epiſcopũ damnatum deiecerunt ab eccleſia: qui iure & legitime p̃ſidebat, & in locum eius Photium quendam hominem profanum eidem pręfecerunt eccleſiæ. Poſt uerò legati à latere miſſi à Nicolao Papa Rodoaldus & Zacharias Epiſcopi corrupti imperiali largitione prolatam in Ignatium damnationis ſententiam, uelut ex

Octaua ſynodus recognoſcit Ep̃um Romæ.

Apoſtolicę ſedis authoritate confirmauerunt. At Nicolaus Pontifex cum cognouiſſet hoc per literas Imperatoris adſe miſſas, conuocata uniuerſa eccleſia Romana, in pręſentia totius cleri, & pręſenti Imperiali legato, publice conteſtatus eſt, quæ ſui legati egiſſent Cōſtantinopoli minime acta ſua ſententia, ſed contra expreſſa ſua mandata: ideo in illos ipſos protulit damnationis ſententiam: addens nunq̃ ſe conſenſiſſe, nunquā etiam conſenſurum in deiectionem Ignatij, uel promotionem Photij, quin potius eandem uelut ſacris canonibus contrariam, irritauit, ac repudiauit. Quod ipſum etiam literis ſuis Michaeli Imperatori ſignificauit. Horum omnium pręter fidem hiſtoricam teſtis eſt prima epiſtola eiuſdem Nicolai ad uniuerſos per Aſiam, & Libyam orthodoxæ fidei cultores. Deinde altera eiuſdem epiſtola longiſſima, & ſpiritu illo beati Petri pleniſſima ad Michaelem Imperatorem. Sed cum non obtemperaret Michael Imperator Apoſtolicæ ſedi in iudicio de Photio & Ignatio, decreuit Nicolaus ut Conſtantinopoli quarto congregaretur uniuerſale Epiſcoporū concilium, quo in tanto conuentu comprobaretur, atque omnibus palàm fieret, iuſtum fuiſſe Apoſtolicæ ſedis iudicium, id quod factum eſt: ſiquidē cōfirmata eſt in Photium damnationis ſententia, & ſuę ſedi Ignatius reſtitutus eſt.

Videtis authoritatē ſedis Romanæ eſſe ſemperq́ fuiſſe concilijs omnibus moderatricem, & orthodoxæ fidei regulam infalibilem, non uice uerſa? Siquidem huius ſedis authoritate

seclusa, quantũuis alioqui frequentia, & uniuersalia concilia, non solum errare posse, sed errasse frequenter etiam in fidei definitione, & negotio comperimus. Hanc uero nunquã, sed normam orthodoxę fidei illibatam cõseruasse perpetuo, & conseruaturam in finem, & errantibus conciliјs hanc sedẽ semper succurrisse.

Hactenus de generalibus conciliјs.

Idem obseruatum est, in prouincialibus cõciliјs, quoniam Aphricanum illud concilium celebratum sub Cypriano submissum est Stephano Papę, & correctum per illum in articulo de rebaptizandis hęreticis, ut Hieronymus aduersus Luciferianos testis est, & Augustinus aduersus Donatistas.

Prouincialia concilia recognoscunt epm Romæ.

Carthaginen. cõgregata aduersus Pelagiũ, & Cœlestium ad sedẽ Apostolicam suum retulit iudicium, ut testatur eorum patrum ad Innocentium synodalis epistola: in qua post enarrata gesta synodalia sic dicunt: Hæc gesta frater sancte tuæ charitati duximus intimanda, ut statutis nostræ mediocritatis, Apostolicę sedis adhibeatur authoritas. Extat Innocentіј rescriptum ad patres cõciliј sub hac forma. Innocentius Papa Aurelio & omnib⁹ sanctis Episcopis, & cęteris, qui in Carthaginen. affuerunt ecclesia, in Domino salutem &c. Est integra in uolumine magno conciliorum.

Simile quiddam factum est in cõcilio Mileuitano congregato contra eosdem Pelagium, & Cœlestium hæreticos. Extat elegans synodalis epistola ad beatum Innocentium, in qua post enarratam causam synodi, & alia ibidem

gesta subijciunt. Hæc ad sanctitatem tuam de concilio Numidiæ scripta direximus, imitantes Carthaginen. ecclesiam, & Carthaginen. prouinciæ coepiscopos nostros, quos ad sedē Apostolicam, quā beatus illustras de hac causa scripsisse comperimus.

Auditis hic planè recognitionem omnium conciliorum quę in Aphrica celebrata sunt authoritatis Romanę sedis, & quòd efficatior sit eius authoritas ad conuincendos hęreticos, quàm omnium sanctorum doctorumq; disputationes, ut testatur etiam diuus Augustinus lib. 2. ad eosdem illos Pelagium, & Cœlestium hęreticos, qui nullis disputantium, aut scribentiū potuerunt superari rationibus, & tamen Cœlestius uni beati Innocentij authoritati nō fuit ausus resistere, sed promisit omnia, quę sedes ista damnaret, se etiam damnaturum. Rationes autem, & scripturas omnes argutus, & ingeniosus homo eludebat facilè, sed huius sedis authoritatē toto orbe recognitam, nec eludere potuit nec contemnere.

Cœlestius cedit authoritati epi Romani nō tamē argumentis disputantium.

Adiunge his Innocentij responsum ad patres Mileuitani concilij, quibus in hæc uerba respondit. Innocentius Siluano seni & cęteris, qui in Mileuitana synodo interfuerunt. Dilectionis uestrę literas, quas ex Mileuitano nostra authoritate celebrato concilio cura fidei propensiori misistis &c. Est integra in uolumine conciliorum. Nō mediocre puto argumentum, si hoc quod nostri scriptores uniuersi affirmant, dixerint etiam exteri & hostes. Refert Amianus Marcellinus lib. 15. de Constantio

Cæsare,

Cæsare, q cum iam cognosceret Athanasium eiectum à sua sede per synodum episcoporũ, adhuc ardenti desiderio nitebatur id fieri per Liberium episcopum Romę, credens, uir alio qui hæreticus, minus ratũ quod fiebat per synodum nisi authoritate qua potiuntur æternę urbis epi (ut uerbis Amiani utar) firmaretur.

Ex his credo me satis euidenter ostendisse p posita duo paradoxa, idq́ non sophisticis aut uulgaribus, sed certissimis argumẽtis, nempe ex ipsissima serie sacrorum conciliorum.

Suboritur dubium quorum suffragijs celebranda sint concilia: & ad quos ex certo expectet synodale iudicium. De quæstionibus grauioribusq́ causis, quæ deferuntur ad conciliũ uniuersale, ad sacerdotes & episcopos tantum an etiam ad reges & principes cæterosq́ ordines laicos?

Quorũ suffragijs celebrãda sint concilia.

Germaniæ bona pars sequens. M. Lutherũ uolunt ad uniuersos ordines laicos pertineat interesse iudicijs synodalibus: quoniam sunt membra ecclesiæ. Sed hac ratione ad uniuersos etiam Christi fideles pertineret, etiam ad sutores & sartatores, quoniam uniuersi sunt membra ecclesiæ.

Ego non satis possum intelligere unde inducãtur in talem sententiam, quòd ius sit cuiuscunq; gradus Christi fidelibus definiendi quę ad religionem cõmunem pertineant. Quoniã si ex lege sumas argumentum, olim solius muneris sacerdotalis erat docere populum legem Dei, & quęcunq; ad eius cultum pertinebant. Sic Dñs ad Aaron. Præceptum sempiternum

Non est laicorũ definire q ad religionem pertinent.

Leuit. 10.

est in generationes uestras, ut habeatis scientiam discernendi inter sanctū, & prophanum: inter pollutum, & mundum: doceatisq; filios Israel omnia legitima mea &c. Et in Deutero. Accedent sacerdotes filij Leui, quos elegerit Dominus Deus tuus, ut ministrent ei, & benedicant in nomine eius, & ad uerbū eorū omne negotium pēdebit. Et per Ezechiel. Populum meum docebunt, quid sit inter sanctū & pollutum: inter mundum & immundū ostendent eis, & cum fuerit controuersia, stabunt in iudicijs meis & iudicabunt.

Deutero. 21.

Ezech. 44.

Vides Lector, nō regum, aut principum, nō cuiusuis ex laico ordine in ecclesia, sed sacerdotalis officij esse docere populum, quæ ad legem Dei, religionem, diuinumq; cultum pertinent, & stare ad iudicandum in iudicijs Domini, cum de his exorta fuerit quæstio, & controuersia: similiter & in omni ambiguo, & difficili negotio, quoniam p̄ceptum erat in lege hæc uniuersa ad locum, quem elegerat Dominus referri debere, ubi residebat principalis cathedra, & sacerdotes ī ea pro tempore seruientes Domino unà cum eius prӕside, nec declinandum ad dexteram, nec ad sinistram ab eorum iudicio.

Et cū sit familiaris modus arguendi ab umbra legis ad ueritatē euangelij, nescio qua fronte contendant, regum uniuersorumq; secularium ordinū esse eiusmodi iudicijs interesse.

Quòd si obijcias cōtra hoc, Primo interfuisse olim Romanos principes concilijs uniuersalibus, fateor, non tamen ut cognitores, aut

judices, ut isti noui opinatores uolunt: sed tantum pro seruanda tuendaq; concilij authoritate, unitate & concordia. Sic magnus ille Constantinus in concilio Niceno norma & exemplum reliquorũ principum (cuius exemplum imitaturi essent huius ętatis principes) qui nõ presumpserit ingredi ad concilium, nisi prius petita ab Episcopis facultate, & tunc accepta postrema sede, ut liquido constaret illum non judicem sedere, sed expectatorem, ministrum, & custodem synodalis authoritatis. Sic Theodosius ille minor scribens synodo Ephesinæ primæ, post alia subiecit. Illicitũ nãq; est eum, qui nõ sit ex ordine sanctissimorum episcoporum, ecclesiasticis admisceri tractatibus.

Reges & Cæsares se subijciunt maiestati cõciliorũ.

Audi Lector quid cognoscat, & dicat Imperator. Nunquid sui iuris esse, ut pręsideat, aut intersit synodalibus cognitionibus? Minime, sed affirmat illicitum, ut qui nõ sit ex sacerdotali ordine ecclesiasticis admisceat tractatib⁹.

Idem exemplũ secutus est Martianus princeps Christianissimus in Chalcedonen. synodo, cũ eius instantia ex Nicęna urbe, ubi beati Leonis authoritate secundo congregatum erat uniuersale concilium, translatum est ad Chalcedonam pro maiori cõmoditate imperialis pręsentię.

Idem agnouit & cõfessus est Theodoricus rex Gottorum (parum alioqui orthodoxus) in concilio quodam, quod in causa Symachi Romani Pontificis Romę celebratum est. In quo cum concilium diceret a se iudicari non posse primę sedis Episcopum, prouocabant aduersa

rijs ad regis arbitrium, ille siue tantorum patrum exemplo permotus, siue diuinitus inspiratus, respondit, ad synodum solam pertinere in tanto negotio sequẽda pscribere, nec ad se quicq̃ pter reuerentiã de ecclesiasticis reb⁹ pertinere.

Hoc idem statuere patres in octaua synodo generali in ca.17. in hunc modum. Illud autem tanquã perosum quiddam ab auribus nostris repulimus, quod à quibusdam imperitis dicitur, non posse synodum absq; principali pręsentia celebrari, cum nusquam sacri canones conuenire seculares principes in concilijs sanxerint, sed solos antistites.

In eodem concilio in fine in allocutione Basilij Imperatoris ad totã synodum, fatetur ipsemet Imperator, non datum esse his, qui ciuilibus officijs mancipantur dicendi quicquã penitus de ecclesiasticis causis, sed tale munus esse tantum Pontificum & sacerdotum. Nunq̃ à fundata ecclesia usq; ad hanc diem tenuerũt alium locum in concilijs principes laici.

Deinde hoc ipsum suadet ipsa ratio, quoniã (ut supra ostendimus) solius Põtificis Romani est cõgregare synodum & definire, siue exequi quæ in concilio tractantur. Tractantur autem quæstiones fidei, & grauiores aliæ causæ, quæ ad religionem nostram pertinent, hæc autem neutiquam tractari possunt per seculares ordines, qui non sunt idonei ad hęc ministeria sacra cognoscenda: ergo ad eos non potest ius aliquod pertinere, quo iure interesse debeant conuentibus synodalibus.

Item solus Episcopus Romanus est p̃ses, &

caput in ecclesia uniuersali, ergo ad illum solū pertinebit uocare pro qualitate negotij consiliarios, quos ille idoneos iudicauerit, sed qui sunt ex ordine laico, siue principes, siue reges nō sunt tales, ergo ut cognitores negotiorum neutiquam sunt uocandi.

Si secundo contra hoc obijcias q̃ in actionibus sextę synodi uniuersalis legitur pręsidente Constantino magno Imperatore, & præsidentibus patricijs, & consulibus &c.

Ad hoc respondetur fecisse Constantinum quod fecit Martianus in Chalcedonensi synodo, & Magnus ille Constantinus in Nicæna, nempe sedisse uelut custos & proctetor concilij, ut imperiali authoritate à factionibus improborum, & seditiosis tumultibus tutaretur concilium, ne simile aliquid accideret quomodo in Ephesina synodo, quæ plena fuerat seditiosis tumultibus. Et mirari desines cum intellexeris ea tempestate nec electionem Romani Pontificis haberi ratam, nisi imperiali authoritate, uel eius uices gerentis in Italia probaret. cum tamen perspicuum sit hoc neutiq̃ pertinere ad secularem aliquam potestatē. Omitto quòd in exemplaribus prędictę synodi multa sunt p episcopos orientis falsata & corrupta. Quomodo sederint Cęsares in cōcilijs.

Si obijcias tertio, & urgentius quòd Nicolaus Papa primus arguens Michaelem Imperatorem eo q̃ interfuerat synodali iudicio, quo damnatus fuerat Ignatius, scribit sub hac forma. Vbi nā legistis Imperatores antecessores uestros in synodalibus conuentibus interfuisse, nisi forsitā in quibus de fide tractatum est,

quæ uniuerſalis cauſa eſt, & ad omnes omnino Chriſtianos pertinet? Hęc ille. Quibus uerbis uidetur innuere, quòd ſynodalib⁹ iudicijs, quę peraguntur de quæſtionibus, & negotijs fidei Imperatores & ſeculares Principes intereſſe poſſint & debeant.

Pro intelligentia ꝓpoſitę obiectionis annota, ꝙ in triplici differētia occurrunt cauſæ, propter quas peraguntur ſynodales conuentus.

Primo ubi occurrunt quæſtiones & negotia fidei.

Secundo ubi occurrunt aliqua, q̃ pertineant ad reformationem eccleſiaſticam.

Tertio, ſunt etiam interdum Epiſcoporum peculiares cauſæ, & iudicia.

Quādo principes ſeculares cōcilijs intereſſe poſſint.

Quod eccleſia Chriſti hactenus obſeruauit fuit hoc: quòd in tractando primo genere cauſarum, eo ꝙ cōmunes ſint, admiſſum eſt, ut interſint principes ſeculares, non tamē ſuo iure, ſed petita Epiſcoporum licentia (ut Conſtantini exemplo demonſtratum eſt) in his interfuere aliquando, non tamen ut cognitores, aut iudices: ſed ut fautores, & ſynodalis definitionis aſſertores aduerſus hoſtes pietatis, & orthodoxæ fidei. At in concilijs, in quibus ſecundi & tertij generis tractantur cauſæ, nec decet nec honeſtum eſt, immo ſcandaloſum eſt intereſſe ſeculares, ac laicos. Indecens ualde eſt uerenda patrum detegi coràm filijs, niſi Cam illum filium Noe imitari uelimus, & maledictionem cum illo ſuſcipere, qui nō erubuit uerenda patris ſui reuelare. Ex eccleſiaſticis autē ordinibus uocabit ad cōcilia Pontifex Roma-

nus,quos ſua prudentia idoneos iudicauerit, Epiſcopos,presbyteros,uel monachos.

Poſtremo ſubnaſcitur q̄ſtio illa, uulgatiſſima quidem,ſed difficilis: An Romanus Pontifex poſſit iudicari, ſiue rei perſonam ſuſtinere in concilio, aut in eccleſia, ſiue congregatione aliqua fidelium,ut uolunt nunc Lutherani,& inſtanter petunt.

An Papa poſſit iudicari ab eccleſia.

Hoc primum uidetur contra ipſam rerũ naturam oues in paſtorem ſuum poſſe ſibi pręſumere authoritatem iudiciariam, & ſubditos in principem ſibi diuinitus cõſtitutum eſſe ſuperiores,qui ſolius Dei & Chriſti(cuius inter nos agit uicarium) uidetur iudicio ſubiectus, & ideo eius ſolius reſeruandus tribunali.

In contrarium clamat ratio & turba multorum,ꝙ in caſu notorij & incorrigibilis criminis,& publice ſcandalizantis eccleſiam etiam Papa iudicio uniuerſalis eccleſiæ efficiatur obnoxius,alioqui Chriſtus non ſatis proſpexiſſet eccleſiæ in ſimilibus periculis.

Hanc controuerſiam uoluerunt abſoluere, qui in Conſtantienſi, & Baſilienſi multitudine congregati ſunt patres, intrepide definientes eccleſiæ & uniuerſalis concilij iudicio Papam in ſimilibus caſibus obnoxium,& ab eodem poſſe deponi,& in ordinem redigi. Putauerunt illi patres authoritate generalis concilij regulandam omnem authoritatem eccleſiaſticam etiam Papalem,ut in ſuis decretis uidebis in compẽdio. Sed horum ſententia ꝙ falſa ſit puto me ſatis bene demonſtraſſe, & adhuc demonſtrabo. Quos ſecuti ſunt & nunc ſe-

quuntur multi, potissimum eorum, qui dicuntur esse ex professione iuris canonici, aut ciuilis.

Alterum est in controuersia omnium, quod quamuis pima authoritas in ecclesia sit Petri, & successorum eius ex iure diuino, cui subiecta debet esse uniuersalis ecclesia cum mẽbris suis, an ab hoc canone generali possit excipi casus aliquis, ut si Papa sit hæreticus, quem casum omnes excipiunt. Vel si Papa suo exemplo scandalizet ecclesiam, essetq́ adeo incorrigibilis, ut tenderet in euidentem ecclesiæ perniciem, an tunc eorum authoritati subesse cogeretur.

Quo fundamẽto excipit casus hęresis quo iudicet Papa.

Quanta uarietate tractetur quęstio, puto neminem fugere, tantum si sit mediocris theologus. Canonistarũ una est & cõmunis sententia, in casu hęresis Papam subesse humano iudicio, fundamentum sumentes ex cap. Si papa. 40. D. in quo dicitur. Cunctos iudicaturus est, ipse à nemine iudicandus, nisi deprehendatur à fide deuius &c. Canonistis sufficiens argumentum est, quod Gratianus in suum uolumẽ decretorum illud insarserit undecunque sit desumptum.

Theologorum maxima pars amplexa est hanc sententiam, sed putarunt leuius esse fundamentum istud, quo nituntur canonistæ ad tantam assertionem: ideo aliud altius ex iure diuino petendum iure optimo existimarunt. Quoniam si ex iure diuino Petro & successoribus illius datam supremã iurisdictionis authoritatem supra uniuersam Christi ecclesiam demonstratũ est: ergo si aliquo casu, uice uer-

sa, successor Petri fiat uniuersali cōcilio subiectus, iuris diuini dispositione id fieri oportet: quoniam contra dspositionem iuris diuini nihil potest humana exemptio: sed nulla est dispositio iuris diuini circa hoc, ergo in nullo casu iudicandus est ab ecclesia Papa. Quis ergo suo sensu citra iuris diuini authoritatem potest excipere casum aliquem, etiam si alioqui uideatur maxime rationi consentaneus?

Cardinalis Caietanus in opusculo spetiali hanc sententiam asserens, sed insufficientiam fundamenti uidens: & inefficaciam rationum considerans, solum casum hæresis dicit exceptum, in quo Papa iudicari debet, & deponi si oportuerit ab ecclesia, seu concilio, ut ex iudice in eo casu fiat reus, & ex superiori, fiat inferior. Quare notat aliam rationem, pro qua præmittit supponendum unum, scilicet, quòd ad esse Papam exiguntur quędam cōditiones necessariæ simpliciter, sine quibus nulla ratione potest aliquis esse Papa, ut sunt istę. Quòd sit Christianus. Deinde quòd sit uoluntarius & consentiens.

Alię sunt non simpliciter necessarię, sed congruentes, & de bene esse: ut illę quas requisiuit Domin⁹ à Petro. Prima excellens & singularis q̄dam dilectio. Secūda diuinæ legis scientia. Si desint istæ, erit mal⁹ Papa, sed erit Papa. At si priores desint, iā nō erit Papa. Hinc colligit: Sed si sit hæreticus deest prima simpliciter necessaria conditio de requisitis ad esse Papā, ergo hoc solo casu hęresis potest deponi Papa. Hęc Cardinalis post alia multa in opusculo.

Examinantur rationes Cardinalis Caiet.

Sed utinam sit tã uera & efficax ratio ista: q̃ est arguta, & authoris ingenio digna. Quoniam siquis dicat secundam conditionem, scilicet, ut sit consentiens, esse quidem necessariã ut fiat Papa, nõ tantum simpliciter necessariã, hoc est: postq̃ factus est Papa, non capio quo modo probaret quod assumit. Quoniã ut fiat Papa necesse est, ut sit uoluntarius: sed postq̃ factus est Papa unde ꝓbaret esse necessariam conditionem, ut permaneat Papa, quia siue cõsentiat, siue pœniteat æque manet Papa, sicut in baptismi & aliorum sacramentorum susceptione in fieri necessarius est consensus, sed in facto esse non est necessarius, ut in contractu matrimonij facile uidetur, ut Petrus sit maritus Mariȩ, necessarius est cõsensus: sed postq̃ factus est semel maritus, siue consentiat, siue pœniteat, manet maritus.

Altera conditio est simpliciter necessaria in fieri, & in facto esse, ita si per impossibile desineret esse Christianus, simul desineret esse Papa, sed Christianum esse, pendet à charactere baptismi indelebili, cui non contrariatur hærȩsis, sed magis supponitur ad illã (nemo enim est hȩreticus nisi sit Christianus) non ergo per hȩresim deponitur Papa, quãdo manet, utcũq; Christianus per characterem. Sic harum duarum conditionum utraq; est necessaria, ut aliquis per electionem fiat Papa, sed iam factus Papa, ut idem permaneat, altera est necessaria, altera uero minime.

Deinde hæc ratio non solum demonstraret Papam posse deponi in casu hȩresis, sed conti-

nuo cum est hæreticus, iam non esse Papam, quia iam desinunt adesse conditiones necessariæ ad esse Papam, quibus absentibus non magis potest esse Papa, quàm homo potest manere homo absente anima: & tamen iuxta Cardinalis Caiet. sententiam si Papa incidat in hęresim est, & manet uere Papa donec deponatur, & per consequens iuxta illum simul se cōpatiuntur in eodē hæresis & Papalis authoritas. Sic alluditur Cardinalis ratio ab Alberto Cāpensi in sua hierarchia, sed infra stabiliemus prędictum fundamentum.

Habemus in hac quæstione magnę authoritatis aduersarios patres illos concilij Constātien. & Basilien. & tot illorum cōciliorum defensores & assertores. Quocirca nō ex rationibus humanis, quę in hac parte sunt parū efficaces, sed ex ipsa traditione patrum, & sacrorum conciliorum inuestigemus ueritatem.

Casum prædictū hæresis omnes tam Theologi, q̄ canonistæ merito putant esse exceptū, ut nō obstante iurisdictione pręsidis supra ecclesiæ membra, occurrente tamē eo casu, ecclesiæ & uniuersalibus concilijs competat iurisdictionis authoritas in suum pręsidē cui alioqui subijciatur. Tantum ambigitur & inquiritur, an præter hunc casum hæresis sit alius casus ob quem caput totius ecclesię humano iudicio sit obnoxius. Ad quam quæstionem respondetur cum magna caterua theologorum, q; non est alius casus, in quo in Episcopū Romanum competat alicui aliqua iurisdictionis authoritas.

Pro demonstratione huius statuimus illud, Petrum à Christo constitutum uniuersalis ecclesię pastorem, & pręsidem cũ suprema iurisdictionis authoritate, & indefectibilis fidei singulari priuilegio & Petro ut in officio, ita etiã in omnibus alijs, quæ ad officium illud pertinent, & sunt necessaria successisse, & succedere Romanos Pontifices, & per consequens sicut Petro, ita alijs Romanis Pontificibus subesse uniuersalem ecclesiam, utpote quæ ab illis est pascenda, & gubernanda, & non uice uersa. Ipsa autem rerum natura & ordo non patitur ut subditus, & inferior in suum p̃positum iurisdictionis authoritatem exerceat, ergo si aliquo casu hoc licet ecclesiæ in Petrum, aut aliquem successorem illius, ut si criminosus sit, aut uita sua scãdalizans ecclesiam, necesse est eo casu exemptam fuisse ecclesiam à Christo à lege subiectionis, quæ ab alio excipi non potuit, sed nullus casus potest demonstrari exceptus à Christo, ut subditus exerceat iudiciariam potestatem supra prælatum suũ, sed econtra districte pręceptum est ut uniuersi Christi fideles suis p̄latis obediant, etiam discolis, ut dicit Petrus, & Dominus in euangelio: super cathedram Moysi sederunt &c. quæ dixerint uobis facite &c.

Math. 23.

Vides quòd propter operam, uitamq; perditam prælatorum nobis non licet debitam illis obedientiam denegare, sed omnia, inquit, quæ dixerint uobis seruate & facite &c. Qui uero ecclesię nomine in concilijs arrogant sibi iudiciariam authoritatẽ in uniuersalis ecclesię

principem, & pastorem, nescio cuius personã assumunt nisi Cham, qui uisis & non coopertis uerendis patris sui maledictionem meruit accipere: quanto magis merebuntur tales accipere, qui nõ solum uident, sed etiam scrutantũ? Vniuersalia concilia, quo titulo possint presumere iudiciariam authoritatem in suũ caput, & uicarium Christi, non satis intelligo.

Primum suo nomine nõ possunt, quoniam in scripturis nullum est uerbũ, quod proprie de eis, aut de eorum authoritate loquatur.

Secundo, nec nomine uniuersalis ecclesiæ, à qua nullam cõmissionem proferre poterunt.

Tertio, ostendimus omnem conciliorũ authoritatem depẽdere ab authoritate sedis apostolicæ, & Romani Pontificis, quæ si desit, aut resistat, nõ iam concilia, sed conspirationes, & illicitos conuentus, & nullius omnino momẽti esse ex predictis perspicuum est.

Multis exemplis antiquorum conciliorum poteramus istud confirmare, sed insigni facto concilij Sinuesani. 180. Episcoporum in Campania congregati, ob causam Marcellini pontificis nolo sub silentio preterire. Marcellinus in seuissima illa, mota per Diocletianũ persecutione ad impia pertractus sacrificia, metu suppliciorum thura coniecit in exsecrãdas aras. Propter grauissimum ex eo opere natũ in ecclesia Dei scandalum, sanctorum patrum Sinuesæ campaniæ urbe conuenit concilium: ad quod ipse Marcellinus, non pontificali sed pœnitenti habitu et amictu, sacco cilicioque indutus ingreditur synodali se subijciens iudicio culpã suam,

Synodus non uult iudicare Marcellinum pro Idololatria.

nec negans,nec excuſans,ſed palàm aperiens.
Verum in tanto concilio,qui illũ iudicare prę
ſumeret,etiam confitentē idololatrię & negati
nominis Chriſtiani crimē,nemo inuentus eſt.
Sed dicebant uno ore omnes : Quoniã prima
ſedes non iudicabitur à quoq;.Noli ergo audi
ri in iu dicio noſtro , ſed collige cauſam tuam
in ſinu tuo, tuo ore cauſam tuam iudica, non
noſtro iudicio. Tandem cũ à ſancto concilio
aliud impetrare non poſſet , hanc in ſe ipſum
ſtatuit,& exſecutus eſt ſententiam, ut qui ne-
gationis in cõſtantia Chriſti ſcandalizauerat
eccleſiam:eandem confeſſionis ſuę conſtantia
ædificaret.Quare Romam reuerſus,& fiducia
liter agens , etiam Diocletianũ ipſum magna
libertate corripuit,cuius iuſſu,cũ tandē ducc-
retur ad martyrium, Marcellũ presbyterum
ſuum, & in epiſcopatu ſucceſſorē admonuit,
ne corpus ſuũ ſepulturę eccleſiaſticę traderet,
qua ſe obnegatũ Chriſtũ reputabat indignũ.

Synodi ſacerdotales nõ audent iudicare Pontifices Romanos.

Simile quiddã factum eſt cum Sixto prędeceſſore illius beatiſſimi Leonis in frequentiſſimo concilio Romę congregato (procurãte Valentiniano Imperatore)cũ grauia crimina obijcerentur ab ęmulis ſuis.Vide in Compendio.
Nec ſecus factũ eſt in cauſa Symachi Papæ in concilio congregato procuratione Theodorici regis,ut de his, quæ obijciabantur ab aduerſarijs, ſynodaliter iudicaretur. At congregati in concilio Epiſcopi una uoce dixerunt . Symachus Papa ſedis apoſtolicæ pręſul ab eiuſmodi oppoſitionibus,quibus eſt impetitus quãtum ad homines reſpicit,ſit immunis,& liber

cuius causam totam Dei iudicio reseruamus, quia inconfesso est, nõ licere homini aduersus Romanum pontificem dicere sententiam &c. Hęc in synodali definitione eiusdẽ concilij, cui sententię subscribunt uniuersi Epĩ pręsentes.

Accedet huc quod factũ est cũ Leone, eius nominis, tertio a concilio Romæ cõgregato in præsentia Caroli magni. Idẽ omnino, quod cũ pmissis pontificibus fecerunt notata cõcilia.

Habes etiam de hoc in octaua synodo generali in ca. 21. Vbi definitur à patribus quãta reuerentia agendum sit, siqua contra summum pontificem Romanum cõtrouersia oriatur. In eadẽ etiam synodo actione septima dicunt patres, propter solam causam hæresis licere inferioribus contra maiores agere.

Si rationibus humanis uelis hanc partem iuuare, nõ minus apparebit firma. Primo dic mihi Lector, si nulla ratione possunt cogi concilia nisi per pontificem, nec habent robur aliquod nisi ab illo, qui fieri potest ut ipse iudicetur per illa? Item cũ pleriq; eorum qui aduersam partem opinantur, dicant (cõcilia sola humana authoritate introducta) quomodo dicũt per illa iudicandũ pontificẽ diuinitus institutum? Item ecclesia est respu. optime instituta, si hanc authoritatẽ haberent oues in suũ pastorẽ, esset ipsissima Babylon, ut consideranti erit perspicuũ. Item sua iura clamant, q facta Papæ tantum à Deo iudicãtur, & q prima sedes non iudicatur à quoq;, & in puerbio est apud illos: Erubescimus sine lege loqui, cur hoc loco tãtopere gaudent sine lege loqui? imo con-

tra leges diuinas, & antiquas patrum sanctiones, ut ostendimus, tantum propter unam, aut alteram glosam, quę dixit, ꝙ Papa in casu criminis incorrigibilis, & scandalizantis ecclesiā potest deponi, uoluerunt inducere ī ecclesiam nouū hoc dogma? Quod uerum sit, an falsum, utile, an inutile Deus uiderit: hoc tamen certū scimus, ꝙ hac causa post congregationem Basiliensem nulla sunt celebrata cōcilia, & timeo nulla, aut rara legitima celebranda nisi Christus secus prospexerit ecclesiæ suæ.

Hoc unum puto me tibi ostendisse Lector Christiane eiusmodi uoces Papā, si fuerit abusus sua authoritate, iudicandum à concilio, & in crimine scandalizāte ecclesiam corrigendū ab illa, & similes quib⁹ passim nunc utuntur multi, esse nouas uoces, inauditas & ignoratas ab ueteri ecclesia, incognitas à patribus. Quid ergo nunc parere possint pręsentis ecclesiæ disputatores, quod olim ignorarint patres in antiqua ecclesia, tibi permitto iudicium: mihi sat est ad huiusmodi uocū nouitates cauendas, nuperas uoces esse, & post Constantiensem, & Basiliensem congregationē natas. Hoc ipsum facio in omnibus, quæ infelicia secula præsentia pepererunt, uel pariunt, si contingat ī aliquo ab antiquis dissidere, qualia sunt multa, quæ & si dolens, prudens tamen prætereo, ne mouerim camerinam.

Ex omnibus prędictis colligitur, nullū esse criminis casum, in quo ecclesię uniuersalis pastor iudicari, aut deponi possit ab ullo Episcoporum concilio. Casum tamen hęresis omnes

excipiunt.

excipiunt. Multi tantum argumentum sumentes ex ca. si Papa. 40. D. Canonistæ nihil aliud respiciunt, quàm si ĩ uno aliquo capitulo iuris (ut illi aiunt) aliquo modo indicetur. Theologi, q ad rationem & diuinas scripturas magis attẽdunt, intelligentes difficultatem, quã hęc assertio implicat, aliquid sublimius authoritate Bonifacij martyris citati à Gratiano inuestigant.

Achilles Canonistarũ, qcquid in textu, uel in glosa cõtinetur.

Quòd autẽ Papa hęreticus esse possit, nemo est qui ambigat, perinde quasi sępe fuerit: ideo multi putant eiusmodi Papam hęreticum non ab ecclesia aut concilio iudicandum, aut deponendum, sed ipso iure diuino priuatum authoritate Papali ob hęresim. Quoniã hęc pugnant interse ut sit Papa & hæreticus, & cũ nulla humana authoritate iudicari possit, consequens est eo ipso, quod cadunt ĩ hæresim iure diuino priuatos authoritate Papali. Habent alias rationes quas recenset Cardinalis Caietanus ĩ suo opusculo cap. 17.

Alijs durior uidetur ista sentẽtia, nolunt, eo ipso quod labatur in hęresim priuatum iure diuino authoritate Papali, sed opus esset ut priuetur per sententiam ecclesiæ, aut concilij. Hanc Cardinalis Caiet. contendit probare in tracta. suo cap. 19. & 20. multis rationibus, omnium potissima est hæc.

Episcopus hæreticus corde tantum nõ continuo priuatur iurisdictionis authoritate, ergo nec Papa, cum nõ debeat esse deterioris conditionis quàm inferiores Episcopi. Hac ratione colligit Papam hæreticum non ipso facto depositum sed deponendum.

Secundo addit, q Papa manis Papa in nullo casu superiorem iudicē in terris habeat. Intelligens autem q ista non possint cohærere, q Papa hæreticus sit deponendus, & q nullum habeat in terris iudicem manens Papa. Cōminiscitur ministerialem quandā authoritatem in ecclesia & cōcilio generali, cui Papam subesse dicit quo ad solam depositionem, & in solo casu hęresis incorrigibilis. Ministerialem autem hanc potestatem esse uult non super ipsam authoritatem Papalē, sed super applicationē, aut unionem eius ad hoc suppositū Petri aut Clementis (qualem authoritatem habet nunc ecclesia in electione Episcopoꝵ & ipsius Papæ) non quidem super authoritatem Episcopalem aut Papalem, quæ à solo Deo est, sed est ministerialis quædam potestas ad illam p̄uia, sicut Papa cōstituit Papa à conuentu Cardinalium ministeriali quadam authoritate, quā potestatem electiuā possis dicere, ita destruitur ab ecclesia simili ministeriali authoritate.

Sed hæc ratio q̄ multis partibus claudicet, quanta sumat ambigua nemo nō uidet. Primū iam illud, quòd Episcopus hęreticus mentalis non priuatur authoritate aliqua, nec punitur aliqua pœna ecclesiastica ęgre recipiunt Canonistæ cum 24. q. 1. c. Dicimus scribatur absolute omnes hęreticos & schismaticos nihil habere potestatis & iurisdictionis.

Secundo quod additur, secundū actum interiorem nullum hominem subesse humanę authoritati, de hoc scimus antiquam esse scholasticorum controuersiam, & adhuc forsan lis

ſub iudice eſt. Adrianus Papa ſextus nō æqua nimiter fert eam ſententiam.

Tertio conueniebat maxime, ut probaretur ꝗ illa eadem poteſtas miniſterialis (quā cōmi niſcitur Cardinalis) ſuo iam defuncta officio: & poſtꝗ̃ ſuo miniſterio à Deo alicui collata eſt illa Papalis authoritas, rurſus poſſit auferre eandem, aut aliquam efficaciam habeat ad eius ablationem à ſuo ſubiecto, quod in ſimilibus minime inuenimus. Eſt.n. in miniſtrantibus ſacramēta miniſterialis quędam poteſtas ſuper ſacramentorum ipſorum proprios effectus: ſed poſtꝗ̃ horum miniſterio effectus illi ſupernaturales à Deo inducti ſunt, iam non ſunt amplius in eorum poteſtate, nec poſſunt auferri à ſubiecto, ſicut potuerunt ab initio introduci. In uinculo matrimonij eſt ſatis ꝑſpicuum, pendet.n. in initio à uiri & mulieris cō ſenſu: quorum tamen ꝗ̃uis mutuo conſenſu diſſolui minime poteſt. Quòd ſidemus ad eandem illam miniſterialem poteſtatem pertinere electionem Papæ, & applicationē huius Papalis authoritatis ad hanc perſonam: ita & depoſitionem, & ſeparationem eius ab eodem. Certum eſt ad uniuerſalem eccleſiam non pertinere electiuam poteſtatē Romani pontificis, nec unꝗ̃ ab aſſumpto Chriſto ad hunc uſꝗ; diem pertinuiſſe (niſi forſan in uno caſu) ſed ad ſolum clerum Romanū, & populū. Populus exclusus eſt propter illius & inſolentiā, & diſſidia, relictus eſt ſolus delect⁹ clerus (quos Cardinales nunc appellamus) quare penes eoſdē deberet eſſe poteſtas illa depoſitiua Papæ hæ-

retici, & non penes uniuersalem ecclesiã, quod nemo tamen dicit.

Deinde quomodo hæc cohæreant posse ecclesiam, aut concilium deponere Papam hæreticum, & in nullo casu habere authoritatẽ super ipsum, nõ satis intelligo. Quoniam si deponendus est, necesse est ut in illum proferatur à cõcilio depositionis sententia, & pconsequens ꝙ Papa rei, & concilium iudicis induat personã. Deinde depositio ordine iudiciario necesse est fiat, sed ordo iudiciarius obseruari minime potest sine aliqua coactiua potestate super Papam deponendum, ut citetur ad iudicium, examinetur iudicialiter, cogatur ad interrogata respondere, tandẽ conuincatur de crimine hæreseos &c. Dicere concilium habere uim coactiuam non supra Paulum aut Iulium, sed supra unionem Papalis authoritatis, & hoc in casu dũtaxat heresis, nescio si tam simpliciter & uere dicatur, ꝗ̃ acute. Cũ citatur Paulus & examinatur, & cogitur respondere, hęc super Paulum, aut super unionem authoritatis Papalis ad Paulum exercentur? Nõ ne super Paulum? Certe talia uidentur magis sophistice, ꝗ̃ theologice dicta.

Vides Christiane Lector ꝗ̃ multis perplexitatibus inuoluatur hæc assertio?

Ideo alij secus explicant hunc nodum. Putant falsum esse fundamentũ illud, quod supponitur tanꝗ̃ uerum, puta ꝙ Papa possit esse hæreticus, quod nec fuit unꝗ̃, nec erit, nec potest esse secundũ legem à Christo ordinatam, quia exauditus est pro sua reuerẽtia Christus,

rogans patrē, ne deficeret fides Petri propter necessitatē totius ecclesiæ, ex qua ad illius authoritatem, & definitionē referenda est omnis fidei quæstio. Quod.n.ab initio non fuerit ab ipso Petro usq; ad presentem pontificē Romanus Episcopus hæreticus, sed quotquot infamant hui9 criminis fuisse re u.ra orthodoxos, & catholicos, putant rei euidētia posse demonstrari. Hunc modū secutus est & Albertus Cāpensis in sua hierarchia, uir uere catholicus & doctus. Quare iuxta predictum modum puto hoc subijciendum Paradoxum.

Ecclesiastice hierarchie princeps Episcopus Romanus nullo criminis casu suorum subditorum iudicio potest fieri obnoxius. Nam hæresis casus ne locū aliquē in eo haberi possit, Christus misericorditer sue prouidit ecclesiæ: ob alia autem crimina ferendos, nō feriendos esse à suis subditis prelatos certum est. Probatur paradoxum: quoniā oratio Christi ad patrem, ne deficeret fides Petri, ad successores illius necessario debet pertinere: quoniam non tantū pusilli illius gregis curā gessit, sed multo magis uniuersæ ecclesiæ per orbē terrarum propagande necessitati prospexit, ergo priuilegium indefectibilis fidei impetratum à Christo est in Romana ecclesia, & in Romano pontifice, sicut fuit olim in Petro. Cōfirmatur ipsa euidentia, quoniā unica cathedra Petri conseruata priuilegio diuinæ ꝓtectionis nulla unq; hereticæ prauitatis contagione infecta fuit, sed fidem, quam à principib9 Apostolorum Petro & Paulo accepit, illibatā semper cōseruauit.

Secũdo si omnis fidei quęstio,& omnis cõtrouersia suborta in ecclesia ad Romanũ pontificem referenda, & eius iudicio terminanda est, quã & uniuersi necessario sequi debemus fideles,quomodo Christus ꝓuidisset ecclesiæ suæ,si nullo singulari priuilegio donatum reliquisset Vicarium suũ,quem solum uoluit esse omnibus fidelibus orthodoxæ fidei regulã & magistrum?Si ille ut unus nostrum errare permitteretur in fide,quomodo omnis fidei q̃stio ad eum referenda est? Aut quomodo eius iudicium,& sententiã nos sequi oportet,qui nihilo plus habet q̃ꝫ nos?Aut q potest confirmare cęteros fratres,si ęqꝫ labi potest,ut illi labunt̃?

Math.16. Tertio ex uerbis illis Christi ad Petrũ, Super hanc petram ędificabo ecclesiam meam,& portę inferi nõ pręualebunt aduersus eam, nõ incongruenter probatur,in quibus uerbis primo Petrum caput ecclesiæ cõstituens,Petri cognomen indidit. Secundo subiecit,& portę inferorum,hoc est,hæresis aut infidelitas,nõ pręualebunt aduersus illam,ubi necesse est,ꝙ petram aut ecclesiam intelligamus.Ex utroqꝫ autem colligitur,illam petram supra quã fundatur ecclesia esse firmam & indefectibilem:quoniam si illa firma non est, quomodo subsistet ecclesia,quæ illi fundamento innititur?Confirmatur:Si contingat,Papa schismaticus,aut hęreticus,quomodo potest esse Papa, quoniã eo ipso diuisus est,nec cõmunicare ei, sed euitare debemus.Confirmatur secundo,quoniã plurimorum doctorum sententia,hæreticus nõ habet authoritatem ecclesiasticam.

Quarto, Nonnihil iuuat & illud, ꝙ uolens Dominus pronunciare Petrũ caput in sua ecclesia exegit fidẽ ab illo dicens (uos autẽ quẽ me esse dicitis?) respondet Petrus: Tu es Christus filius Dei uiui. Istud est quod necessario supponitur, ut super hominẽ constituatur ecclesia Dei. Math.16.

Vnũ est quod contra hoc apparenter potest obijci, ꝙ habuerit ecclesia aliquos Romanos pontifices hęreticos. u. g. Marcellinũ, Liberiũ, Felicem secundũ, Anastasium secundũ, Ioannem. 22. Honoriũ, quibus annumerant aliqui Benedictum. 11.

De Marcellino iam diximus ꝗ falsò nota hæreseos inuratur à quibusdã. Scandalizauit quidem ecclesiam, sed illam post ad cor reuer sus ędificauit glorioso consũmatus martyrio. Liberio etiã falsò impingunt hęreseos crimen, cuius extant pro fide multa certamina, extant persecutiones & exilia ob defensionẽ rectæ fidei. Probabunt forsan illum uictũ exilij tædio & sic hæreticorũ se cõmunione polluisse, sicut probabunt Marcellinum uictũ metu tormen torum, sed hęreticum fuisse nunꝗ probabitur, istud nõ est esse hæreticum. Hæreticus separat se ab ecclesia, quã non uult audire, quoniã rectius se sentire & credere pręsumit ꝗ ecclesia, ideo hæresis Gręce, Latine, electio appellatur, electio scilicet alicuius nouitatis, aut singularis opinionis à cõmuni ecclesię sententia. Electio autem certam scientiam importat, qui autem hoc facit, nõ audit admonentem ecclesiã, de quo tunc certi erimus, si post unam, aut al-

teram correctionē ecclesiæ, in sua persistat sen tentia, tunc certo est hęreticus. Potest esse ut qs erret in fide, & non sit hæreticus, ut de se dicit Aug. errare quidē potero, at hæreticus esse nō potero. Si ignorans se errare à fide ecclesiæ cū admonetur ab illa, & fit certior cōmunem ecclesię sequitur sententiam abiecto singulari, & proprio sensu, is errat, sed nō est hæreticus. De Liberio sic scribitur histo. eccle. li. 10. ca. 27. Liberius urbis Romę Episcopus Constantio Arriano uiuente ab exilio regressus est. Sed hoc, utrum acquieuerit uoluntati suæ ad subscribēdum: an ad populi Romani gratiā à quo proficiscens fuerat exoratus, indulserit, pro certo compertum nō habeo. Sed in histo. Trip. li. 5. ca. 18. scribitur, q̄ propter preces & clamores mulierum Romanarum, & populi reuocauit illum ab exilio Constantius Imperator.

De Felice secundo, falsi sunt aliqui, ut puto in nomine Felicis, cuiusdam intrusi à Cōstantio hęretico Imperatore pro Liberio, cum Liberius exularet pro fide catholica. Sed hic non est enumerandus in catalogo Romanorꝝ pontificum. De quo tamē scribit Theodoretus in histo. Trip. lib. 5. ca. 18. Felix primus sub Probo Imperatore martyriū consummauit. Felix secundus sub Zenone pręfuit ecclesiæ Christi circa annum Domini. 486. in qua sententia est Archiepiscopus Florentinus.

Anastasium secundū infamauit Gratianus decretorū cōpilator. D. 19. c. Anastasius, & 1. q. 1. c. Dictum est, recensens inter hæreticos, & damnatos Pontifices, quia cōmunicauit Pho-

tino diacono hęretico. Sed puto hęc desumpta ex historia quadam Romanorum põtificum, quæ exiguam, aut nullam habet fidẽ apud peritos. Deinde si daremus istud uerũ esse, quomodo probatur Pontifex hęreticus, quia communicauit cum Photino, quasi non sit in potestate Papæ restituere ad ecclesiasticam cõmunionem eos, quos eadẽ propter communionẽ cum excõmunicatis priuauerat? Certe ex epistola decretali eiusdẽ ad Anastasium Imperatorem liquet illum fuisse catholicum, cui magis puto credendum, q̃ authori illi, à quo accepit Gratianus, quę de illo recenset. Habetur epistola in uolumine cõciliorum, in qua nihil est non catholicum & pium.

Arguitur etiam nõ esse uerum quod de illo dicitur, quoniam & doctores Canonistę in. c. Secundum. D. 19. uariant in sententijs de ea re, ut licet ibi in glo. uidere.

De Benedicto. 11. nihil inuenio, quo uel minima possit hęreseos nota inuri. Nouem mensibus sancte & pie administrauit pontificatum assum[p]tus in Cardinalẽ ex generali magistro instituti beati Dominici. Deinde electus in Romanum pontificem.

De Ioanne. 22. uariant sententię historicorum, nescio quibus debeamus credere. Sed ego nollo adduci, ut credam tam imane crimẽ de quopiã, nisi aperte ecclesię iudicio de eodẽ notatus fuerit, quo nõ est ab ecclesia notatus Ioã. 22.

De Honorio Papa, qui ĩ sexta synodo inter hæreticos recẽsetur, magis miror, quoniam ex scriptoribus certissimę fidei illorum temporũ

nullus est, qui non dicat Honorium fuisse primum damnatorem eius hæresis de qua in ea synodo tractabatur.

Simile quiddam factum est in quinta synodo, & de hoc queritur beatissimus Leo idem accidisse in epistolis suis. Erant.n.ad hoc multum procliues Græci, ut de eis testatur quinta synodus generalis Cõstantinopoli celebrata. Huc accedit epistola Agathonis, quã dicta synodus ut dictatam ab spiritu sancto amplexa ta est, & secuta in omnibus est, uelut orthodoxæ fidei regulam, quæ prędictũ Honorium ab omni hæreseos nota prorsus uindicauit. Qui postq̃ diligenter enumerauit authores prętatę hæresis de unitate uolũtatis, & operationis in Christo, nullam prorsus mentionem fecit Honorij, sed magis subiecit, dãnatos illos ab Apostolica & Romana ecclesia, quæ Christi gratia & pręsidio ab omni errore illibata semper permanet. Vbi astruit & docet, ex cathedra Petri nullam unq̃ prodisse hæresim, sed potius euãgelicę & apostolicæ fidei rectitudinẽ in eadem fuisse cõseruatam. Quod qua fronte dixisset si Honorius ex eadẽ cathedra manasset, qui eandem, quam impugnabat hæresim publice docuisset & probasset, nõ fit uerisimile. Hæc iuxta Campensem, & alios.

Hæc solutio non inuoluitur tantis perplexitatibus atq; aliæ pręcedentes, sed utinam tam uera esset, q̃ est facilis & pia. Non ausim affirmare, nec est uero simile nullum episcopiũ aliquem Romanum fide errasse. Ad bonum uniuersalis ecclesię, cui pręfectus est, satis est per-

sonam publicã in rebus publicis & ad religio nem pertinentibus non errare, ut supra semel explicuimus. Ideo potest & aliter dici: ꝙ in casu hæresis (si contingat) potest simpliciter processu iudiciario Papa ab ecclesia deponi, quod potest in hoc solo casu respublica Christiana, & hoc iure naturalis defensionis. Sic dicendo uitabis innumeras perplexitates, à quibus uis te poteris explicare, si aliter respondes, quãuis & hæc sententia suas patiatur calũnias, sed in hoc loco nõ est exigenda mathematica cognitio, in quo humanis agitur coniecturis. In re tam perplexa uolui plura proferre, ut expẽsis uniuersis lector eligat certiora.

Si autẽ roges quo fundamento excipiamus casum hæresis: Mihi placet fundamentum indicatum à Caietano, ꝙ esse Christianũ est conditio simpliciter necessaria, ut áliquis sit caput alicuius ecclesiæ. Hęreticus autem pręcisus est ab ecclesia, & alienus à religione in qua designatus erat caput, ideo merito declaratus talis deponitur, sicut si inuentus esset Paganus, Iudæus, aut non baptizatus.

Contra assertas ueritates opponunt multipliciter recentiores. Primo rationibus humanis, à quibus consulto abstinui in hac disputatione, quoniam in ista materia & similibus est infirmus modus arguẽdi ex humana ratione, cum ista robur habeant, tantum ex institutione diuina, & traditione scripturarum. Secũdo quõniam in prõptu sunt eorum opuscula, quę qui uolet libere potest legere, sed ꝓponam ex illis duas, ut ex eis diuines & cæteras.

Prima. Ius naturæ docet ut respu. se defendat, ergo hoc maxime licebit quãdo suus princeps desumit furiose gladium in perditionem reipub. ergo licebit eximere ab illo gladium, is autem est authoritas spiritualis illi cõmissa, ergo licebit illum ea priuare &c. Confirmatur, quoniam Aristo. astruit in.5. Polit. istud esse liberæ communitatis, ut principem suum conuertentem se ad tyrannidem possit corripere, atq; amouere ubi desperata esset correctio, sed resp. Christiana est maxime libera, ergo si su9 princeps &c.

Ad hoc respondetur, licere quidem ecclesiæ se defendere, sed cum modestia, & salua debita obedientia & reuerentia suis põtificibus, uitato omni scandalo: libere, sed modeste admonẽdo, & id per personas tales quarum sit grauis authoritas, uerũ iudiciariã & superiorẽ authoritatem nobis usurpare nequaq; licet, nec hoc ullũ ius naturę docuit, sed maxime prohibuit.

Quod assumitur in confirmatione fortasse est uerum in cõmunitate, quę nulli alteri subiecta est, sed ex cõmuni cõsensu, & electione proprium habet principẽ, cuius authoritas ab ipsa cõmunitate desumpta est, secus ubi cõmunitas alteri subiecta est, sicut ecclesia, quę Christo subiecta est, à quo accepit eum pręsidẽ quẽ habet, cuius solius iudicio subiectus, reseruatusq; est. Ille nobis adeundus est, ille interpellandus, ut delinquentẽ Vicarium corrigat, aut magistratu amoueat, qui uere faciet uindictã seruorum suorum ad se clamantium, & sedabit tempestates, quibus nauicula hęc Petri la-

borare solet in hoc seculo. Non enim dormitabit, nec dormiet, qui custodit Israel.

Secunda ratio. Cum Papa de scandaloso crimine infamatus est, tenetur ad sui purgationẽ canonicam, quoniam necessaria est illi, & conscientiæ, & famæ integritas, sed purgationi subiectus si deficiat est iudicãdus, ergo Papa potest esse reus. Sic Damasus se purgauit, & Symachus, & Leo. 3. Sixtus. 3. & alij q̃plures.

Ista ratio leuis est. Verum est Papã infamatum teneri ad sui purgationem debito charitatis, & eo purgationis genere, quæ ultro sumitur ad remouendũ scandalum ecclesię, nõ quę à superiori iudice, qm̃ nullũ habet ĩ terris &c.

Si contra hoc obijcias, quia leguntur multi Romani pontifices propter uitam perditã & scandalosam iudicati, & depositi, ut dicitur de Felice. 2. Ioãne. 12. Benedicto. 5. & Christophoro. Istud facile dilui poterat sic distinguendo assumptũ. Depositos Romanos pontifices de facto, fatemur, de iure negamus, de quo hic tractatur. Quanq̃ nec assumptum est certũ indubitatũ Romanũ pontificem de facto esse depositum, nam Felix ille nõ fuit Pontifex, sed substitutus à Constantio impio & hęretico Imperatore, & uiuente Liberio uero & indubitato pontifice. Sic nec Christophorus enumeratus fuit Papa. Ioannes. 12. deseruit ille cathedrã Petri, nõ fuit depositus, quo deserẽte, Romanus clerus cum populo elegerunt Leonẽ, sed parũ post pœnitentia ducti q uiuente Ioanne (q̃uis scelerato) elegissent contra ius omne aliũ Episcopum eiecerunt Leonẽ, & aggressi sunt redu

cere Ioannem, quod minime tamē impetrauerunt: quo mortuo elegerunt Benedictū. 5. Sed Leo eiectus ad Imperatorē confugit, qui ea re exasperatus Romā repetijt, & Romanos diuturna artissimaq; obsidione pressos ad deditionem coegit, & abducto Benedicto in Germaniam (quem in ipsa obsidione Romani in sede beati Petri cōsecratū de more collocauerunt) Leonem ui & armis intrusit in cathedrā beati Petri, quam nō diu uindice Deo occupare permissus est.

Ad eam rationem (quæ cū dubio proponebatur de casu criminis scādalizantis ecclesiā, quia alioqui uideretē minus prospectū ecclesię Christianæ, si nō posset deponi &c.) rñdetur. Primo, Sūt alia media quib9 ocurramus malo ecclesię, q̄ passim ꝓponūt ab ecclesiasticis scriptorib9. Secūdo, Cū dicimus, Ep̄um Romanū Vicarium Christi, caue intelligas abesse Christum, nisi tantum iuxta corporis pręsentiam. Christus. n. pręsens est ecclesiæ suæ, qui dixit, uobiscum sum usq; ad cōsummationē seculi. Et iterum. Non reliquam uos orphanos, uado & uenio ad uos &c. Quare non tantū quando corpore uersabatur ī terris, sed & nunc ipse est propriū ecclesiæ caput, ut Paulus docet Ephesios. Et ipsum dedit caput super omnia ipsi ecclesiæ, quæ est corpus illius &c. Et iterū, Vxores proprijs uiris subditę sint, ueluti Dño, qm̄ uir est caput uxoris, sicut Christus caput ecclesię, & quia caput totum corpus absoluit & perficit, sic spiritu Christi perpetuo regitur, uegetatur, & animatur ecclesia. Is ergo occurret

Ephe. 1.

Ephe. 5.

impijs paſtoribus,cum cõtingat propter peccata noſtra tales regnare.

Cęterũ,in ſcripturis,ꝑ tropũ,capita uocanť p̃ſides,reges,populiq́ proceres,ut cũ Saule loquens Samuel dixit: Nõ ne cũ paruulus eſſes in oculis tuis,caput factus es in tribus Iſrael? Hoc dixerim propter Lutheranos incuſantes nos, ꝙ cũ Chriſto capite fingamus nos aliud ſecundum caput in eccleſia. Tertio ratio illa nihil te mouere debet,qm̃ longe maiora mala naſcerenť,ſi paſſim,ꝓ alijs criminibꝰ(p̃ter hęreſim)poſſet iudicari primꝰ paſtor à ſuis ouibꝰ.

Poſtremo uolo te cõmonere lector ut caueas ab ea interpretatione, quã cõmenti ſunt patres congregationis Baſilienſis, ꝙ Papa eſt caput,ſupra particulares eccleſias,nõ autẽ ſupra uniuerſalẽ,cuius ſolus Chriſtꝰ eſt caput. Hoc eſt primo cõtra ſcripturã Math.16.ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meam, haud dubiũ quin loquať de uniuerſali. Secundo eſt contra ſententiã patrũ expreſſe docentiũ Petrum eſſe p̃ſidem in uniuerſali eccleſia.Itẽ cõtra ſynodũ Chalcedonen.q aperte definit oppoſitũ.Itẽ eſt quiddã inuoluens cõtradictionem, eſſe caput ſingularium,& nõ uniuerſalis eccleſiæ.

Nõ tantum ſupra particulares, ſed & ſupra uniuerſalem eccleſiam Papa ẽ caput.

Quod allegatur ex concilio Cõſtantien.nullius eſt momenti: qm̃ geſta illius congregationis nõ ſunt rata, niſi quæ ꝓbauit Martinus.5. In bulla autẽ prędicti Martini, nulla prorſus mentio fit eorũ decretorũ, quæ citant aduerſarij,ideo non debent haberi firma illa decreta.

Controuerſiarum finis.

FRATER PETRVS SOTOmaior ad scholasticos Theologicę facultatis sancti Gregorij in ualle Oletana.



ON *ambigo patres optimi, & literis, & morũ probitate insignes quàm probe nolueritis omnes nostrum patrem* Bartholemeum Mirandē. *meum iam olim, simul ac uestrum praeceptorem, cuius quidem uel animi erga nos beneuolentiam, uel in quotidianis theologiae lectionibus (dum studet maxime uobis esse usui) improbam solicitudinem, uel in uestrae religionis augmentum flagrantissimam charitatem, omnibus uobis multis magnisq; argumentis esse perspectam haud me clam est.* Sed nunc *hoc ipsum nouo quodam officij genere neutiquàm uulgari pernoscite.* Cum enim *animaduerteret uestrae utilitatis studiosissimus maximam commoditatem & accessionem uestris studijs adiectam iri, si lectioni assiduae diui* Thomae *lectio simul conciliorum esset adiuncta, quibus rebus integrum atq; absolutum theologum aestimare par est, nam utrũq; per se indigens, alterum alterius auxilio eget, curauit diligentissime omnium conciliorum, quae hactenus apud nos extant uastum & immensum opus, decreta, in summam quandam cogere, ut sic tandem facili opera, ac mediocri labore quilibet theologiae candidatus omnium conciliorum notitiam, ut per necessariam, sic etiam & laboriosissimam & multi temporis indigentem sibi comparare posset. Qua in re eo studio & diligentia sudatum est, id laboris & operae est insumptum, ut affirmare liceat, nihil, uel ad fidem, uel ad mores pertines magnus illis conciliorum uoluminibus contineri, quod non sit in hac breui epitoma summa cum repositum. Quod ita rem habere facile comperiet, quicunq; (modo aequus sit arbiter) experiri uolet.* Vt *interim taceam quod in illa effusissima conciliorum lectione nequaquàm queas ubiq;*

h

dignoscere quod nam concilium generale sit, quod ue prouinciale, cui pontificis accesit autoritas, cui non accesit. Quae ex re conciliis omnibus integram, inconcussamq; stabilitatem ac fidem ad confirmationem dogmatum ecclesiasticorum orthodoxi aut demunt, aut tribuunt. At uero in hoc compendio huic rei maxime data est opera, ut ex multis coniecturis hinc inde animaduersis uel ex ipsis conciliis, uel ex aliis grauissimis autoribus difficultas haec quoad fieri potuit, sit in lucem edita. Generalia uniuersa celebrata sunt praesente aliquo uicario pontificis: prouincialia nonnulla probauit sedes Romana, ut in suis locis indicatum est, caetera digna sunt, quae probarentur, quãnis expressa approbatio pontificis non accesserit. Hac opera noluit uos auocare a lectione integra conciliorum, sunt enim multa in epistolis decretalibus pontificum lectione dignissima, quae cõpendio concludi non possunt. Erit uobis hic labor loco indicis, quo ueterem illam & sanctissimam ecclesiam praesentem habere possitis, & hanc nostram cũ illa conferre. Hinc uos animaduertite patres optimi quemadmodum oporteat uos in eum esse animatos, qui ut uobis parceret, nec saluti, nec labori pepercit suo, atq; harum rerum, quo uobis compendium hoc traderet, dispendium subire non est grauatus: ut siquid minus aut laboris, aut operae in quotidianis lectionibus est impensum, quàm ipse in uestram utilitatem cupit impendere, hic cum foenore cõpensatum accipiatis. Bene ualete patres in Christo obseruantissimi.

De canonibus Apostolorum uarie tradiderunt scriptores ecclesiastici, ut diligenter annotauit Gratianus in suo uolumine decretorũ.d.16. Quidam in totũ reiecerunt tanquã apocryphos. Alij admiserunt sexaginta, ut Zepherinus Papa scribens Epis per Siciliã cõstitutos. Alij uero quinquaginta recipiunt, ut Leo nonus Papa contra epistolã Niceti abbatis. Sexta aũt synodus recepit, & probauit.85.in can.2. prout in Græcis & latinis exẽplaribus feruntur. Quã synodũ secutus integros.85.canones ex Græcis & Latinis codicibus transcripsi. Autor.

Can. 1.

Episcopus à duob⁹ aut tribus episcopis ordinetur *Can. 2.* Ca. Si archiẽps &c. c. Nec ẽpi. De tẽpo. ordina.

Presbyter ab uno ẽpo ordinetᷓ, & diacon⁹ & reliq clerici. *Ca.3. Quid offerendũ sit in sacrificio altaris.* Sacrificiũ missę à domio ordinatum.

Si qs ẽps, aut p̃sbyter p̃ter ordinationẽ dñi alia q̃dã ĩ sacrificio offerat sup altare, id est, aut mel, aut lac; aut ꝓ uino sicerã, et cõfecta q̃dam, aut uolatilia, aut aĩalia aliq̃; aut legumĩa cõtra cõsuetudinẽ dñi faciẽs, cõgruo tp̃e deponatur

Can. 4. Quæ liceant ad altare offerri.

Offerri nõ liceat aliqd ad altare p̃ter nouas spicas & uuas & oleũ ad luminaria, et thymiama, id est, incensum tp̃e quo sancta celebratur oblatio. *Ca. 5. Inter quos primitiæ diuidendæ.*

Oĩum aliorꝫ primitię ẽpo & p̃sbyteris domum mittũtur, nõ sup altare. Manifestum est autem ꝙ ẽps & presbyteri inter diaconos & reliquos clericos eas diuidunt. *Can. 6.*

¶ Ẽps aut p̃sbyter uxorẽ ꝓpriã nequaq̃ sub obtentu religionis abĳciat. Si uero reiecerit, excõicetur: sed si perseuerauerit deĳciatur. *Ca. 7.* Can. iste sextus p duodecimũ canonẽ. 6. synodi immutatur.

Ẽps, aut presbyter, aut diaconus nequaq̃ seculares curas adsumãt; sin autẽ eĳciãtur. *Ca. 8.*

Si qs ẽps aut presbyter aut diacon⁹ sanctũ paschę diem ante uernale ęqnoctium cum Iudæis celebrauerit, abĳciatur.

Can.9. Vt oēs ex sacerdotali catalogo facta oblatione cōicent.

Missa, & sacrificium & oblatio est.

• Si qs ep̄s aut p̄sbyter, aut diaconus uel qlibet ex sacerdotali catalogo facta oblatione nō cōicauerit: aut cām dicat, ut si rōnabilis fuerit, ueniā cōsequatur: aut si nō dixerit cōione priuetur, tāq̄ q pplo causa lęsionis extiterit, dans suspicionē de eo, q sacrificauit, q recte nō obtulerit. *Ca.10. Vt nec sine cōionis perceptione fideles ab ecclesia non discedant.*

De cōsec. d. 1. Oēs fideles.

Oēs fideles q cōueniunt ī solēnib⁹ sacris ad ecclesiā scripturas apostolorū & euāgelium audiant. Qui aūt nō p̄seuerauerint in orōne usq; dum missa pagitur, nec sanctā cōionem percipiunt, uelut inquietudines ecclesię mouentes, conuenit communione priuari. *Ca. 11.*

Si qs cum excōicato saltē in domo locutus fuerit iste communione priuetur. *Ca. 12.*

Si quis cum damnato clerico ueluti cum clerico simul orauerit; iste damnetur.

Ca.13. Sine cōmendatijs literis in alia ciuitate non suscipiatur excommunicatus.

Si qs cleric⁹ aut laicus à cōione suspēsus, seu cōicans, ad aliā properet ciuitatē, et suscipiatur p̄ter cōmendatitias literas: & q susceperunt, & qui susceptus est, cōmunione priuentur. Excōmunicato uerò proteletur ipsa correptio, tanq̄ qui mentitus sit, & ecclesiam Dei seduxerit.

Ca.14. Vt propter maiorem religionis profectum ep̄m de una ad aliam liceat transire ecclesiam.

Nota.

Ep̄o nō licere alienā parochiā, p̄pria relicta, p̄uadere, licet cogatur à plurimis. Nisi forte qs cū rōnabili causa cōpellatur, tāq̄ q possit ibidem cōstitutus plus lucri conferre: & in causa religionis aliquid profectus prospicere: Et hoc

nõ à semetipso pertentet, sed multorꝝ epõrꝝ iudicio & maxima supplicatione perficiat.

Ca.15. Vt presbyteris nõ liceat propriã relinquere parochiam.

Si qs p̃sbyter aut diacon⁹, aut qlibet de numero clericorꝝ relinquens ꝓpriã parochiã pgat ad alienã, & oĩno demigrãs p̃ter epĩ sui cõsciẽtiã, in aliena parochia cõmoretur, hũc ulterius ministrare nõ patimur: p̃cipue si uocat⁹ ab epo redire cõtempserit, in sua inquietudine pseuerañ. Veruntamen tanq̃ laicus ibi cõicet. Nicę con. c.16. Antio. cõ. c.3.

Can.16. Episcopus, qui cõmemoratos in præcedenti canone presbyteros admiserit, communione priuetur.

Ep̃s uero apud quẽ moratos esse constiterit, si contra eos decretam cessationem pro nihilo reputans, tanq̃ clericos forte susceperit, uelut magister inquietudinis cõmunione priuetur.

Ca.17. Vt non liceat bigamo gradũ ecclesiasticũ suscipere.

❧ Si quis post baptisma secũdis fuerit nuptijs copulatus, aut concubinã habuerit, nõ potest esse ep̃s, nõ p̃sbyter, aut diaconus, aut prorsus ex numero corꝝ, q ministerio sacro deseruiũt. D.33. Si quis post.

Ca.18. Qui uiduã in uxorẽ duxit, ep̃s aut p̃sbyter esse nõ põt.

❧ Si qs uiduã aut eiectã accepit, aut meretricẽ, aut ancillã, uel aliquã de ijs, q̃ publicis spetaculis mãcipantur, non põt esse ep̃s, aut p̃sbyter, aut diaconus, aut ex eorum numero, qui ministerio sacro deseruiunt. D.34. Si quis uiduam.

Ca. 19.

❧ Qui duas in coniugium sorores acceperit, uel uiduam fratris, uel filiam fratris, clericus esse non potest.

Ca. 20.

Clericus fidei iussionibus inseruiens, abijciatur.

Ca. 21.

Eunuchus si p insidias hoĩum factus est, uel si in persequutione eius sunt amputata uirilia, D.33. Eunuchus si.

uel si ita natus est, & est dignus efficiatur episcopus. Ca. 22.

Ibidem. Si qs absciderit. Si qs abscidit semetipsum, id est, si qs amputauit sibi uirilia, nō fiat cleric⁹, qa suĳpsius homicida est, & Dei cōditionis inimicus. Ca. 23.

Nic. con. c. 1. Si qs cū cleric⁹ fuerit, absciderit semetipsum, oīno dānetur, qa suĳpsi⁹ est homicida. Ca. 24.

Laicus semetipsum abscidens, annis tribus cōione priuetur, quia suæ uitę īsidiator extitit.

Ca. 25. Vt eps in fornicatione deprehensus, deponatur.

D. 81. Presbyter, aut diaconus. Naum. 1. Eps aut p̄sbyter, aut diaconus, q in fornicatione, aut piurio, aut furto capt⁹ est, deponatur: nō tn̄ cōione priuetur. Dicit. n. scriptura: Non uindicabit dn̄s bis in idipsum. Ca. 26.

Similiter & reliq clerici huic cōditioni subiaceāt. *Ca. 27. Qui clerici debeant coniugibus copulari.*

¶ In nuptĳs autem qui ad cleꝝ prouecti sunt, præcipimus, ut si uoluerint, uxores accipiant: sed lectores cantoresq́ tantummodo.

Ca. 28. Quòd eps, p̄sbyter, fideles peccātes uerberare non debeāt.

Ep̄m aut p̄sbyteꝝ, aut diaconū pcutientē fideles delinquētes, aut īfideles inique agētes, & terrorē ipsis p huiusmodi uolentē incutere, deĳci ab officio suo pręcipimus: qa nusq̄ nos hoc dn̄s docuit. Ecōtrario uerò ipse cū pcuteretur, nō repcutiebat: cū malediceretur, nō remaledicebat: cū pateretur, nō cōminabatur. Ca. 29.

¶ Si qs ep̄s, aut p̄sbyter, aut diacon⁹ depositꝰ iuste supcertis criminib⁹, ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi cōmissum, hic ab ecclesia penitus abscindatur. Ca. 30.

Chalce. cō. c. 2. ¶ Si qs ep̄s, aut p̄sbyter, aut diaconus p pecunias hāc obtinuerit dignitatē, deĳciatur, & ipse ordinator ei⁹, & à cōione modis oībus abscin-

datur ficut Simon magus à Petro. *Ca. 31.* Actu. 2?

Si qs eps fecularibus poteftatib⁹ ufus, ecclesiã p ipfos obtineat, deponatur: & fegregetur, omnesq́; q illi communicant. 16. q. Si quis epifcopus.

Ca. 32. Presbyter qui cõtempto epo feorfum conuentus congregauerit, deponatur.

Si qs psbyter cõtemnẽs epm fuũ, feorfũ collegerit, & altare aliud erexerit, nihil habẽs quo repħẽdat epm ĩ caufa pietatis & iuftitiæ, deponatur, q̃fi prĩcipatus amator exiftẽs: eft.n. tyrãnus. Et cęteri clerici qcunq; tali cõfentiunt, deponantur; laici uerò fegregentur. Hęc aũt poft unã & fecundam & tertiam epifcopi obfecrationem fieri conueniat. *Ca. 33.*

Si qs psbyter aut diacon⁹ ab epo fuo fegregetur, hunc nõ licere ab alio recipi, fed ab ipfo, q eum fequeftrauerat, nifi forfitan obierit eps ipfe, qui eum fegregare cognofcitur. Nicę. con. c. 52 Antio. cõ. c. 6

Ca. 34. Vt nec ẽt eps fine cõmẽdatitijs literis ĩ aliena ecclefia recipiatur.

Nullus epoꝝ pegrinoꝝ, aut psbyteroꝝ, aut diaconoꝝ fine cõmendatitijs fufcipiat epĩs. Et cũ fcripta detulerit, difcutiantur attenti⁹, et ita fufcipiant. Et qdẽ fi pdicatores pietatis fuerit, fufcipiãtur; fin min⁹, ubi neceffaria ipfis fuppeditaueritis, ad cõionem & ulteriorẽ ipfos confuetudinem nõ admittitote: multa.n. p fubreptionem pueniunt. Antio. cõ. c. 7

Ca. 35. De Metropolitanis.

Epos gẽtiũ fingulaꝝ fcire cõuenit, qs ĩter eos prim⁹ habeat: quẽ uelut caput exiftiment, & nihil ampli⁹ pręter ei⁹ cõfcientiã gerãt, q̃ illa fola finguli, q̃ parochię pprię & uillis, q̃ fub ea fũt, cõpetunt. Sed nec ille pter oĩm confcientiã faciat aliqd in eoꝝ parochijs. Sic.n. unanimitas erit, & glorificabit De⁹ p xpm ĩ fpiritu fancto. Antio. cõ. c. 9

Ca.36. Quòd nõ liceat epm in aliena puincia clericos ordinare.

Epm nõ audere extra terminos pprios ordinationes facere ĩ ciuitatib9 & uillis, q̃ illi nullo iure subiectæ sunt. Si uerò conuict9 fuerit hoc fecisse prçter eorum conscientias, qui ciuitates ipsas & uillas detinent; & ipse deponatur, & qui ab illo sunt ordinati.

Ca.37. Vt qui proprium non receperint episcopum, excõicentur.

Antio.cõ.c.18 Si qs eps non suscepit officiũ & curã ppli sibi commissam, hic cõione priuet, quscq; consentiat, obedientiam cõmendans. Simil'r autem et presbyter & diaconus. Si uerò perrexerit, nec recept9 fuerit, non pro sua sententia, sed pro malitia pcpuli, ipse quidem maseat episcopus, clerici uerò ciuitatis communione priuentur, eo q; eruditores ĩobedientis populi non fuerunt.

Ca.38. Vt bis in anno loncilia celebrentur.

Nicç.con.c.5. Bis ĩ anno epor; concilia celebrent, ut ĩter se ĩuicem dogmata pietatis explorent, & emergẽtes ecclesiasticas contentiones amoueãt. Semel quidem q̃rta septimana Pentecostes: scd'o uerò 12. die mensis Hyperberetei, id est, iuxta Romanos, quarto Idus Octob.

Ca.39. Vt nõ liceat episcopo parẽtibus ex ecclesiæ bonis aliquid condonare.

Oĩm negotior; eccl'iasticor; curã eps hẽat, et ea uelut deo contẽplante dispenset: nec ei liceat ex eis aliqd oĩno contingere, aut parentibus pprijs (q̃ dei sunt) condonare. Quòd si pauperes sunt, tanq; pauperibus subministret, ne eor; occasione ecclesiæ negotia deprçdentur.

Ca.40. Vt ab ecclesiæ bonis, sint, episcopi bona diuisa.

12.q.1.Sint manifestæ. Presbyteri & diaconi p̃ter epm nihil agere ptentent: nam dñi popul9 ipsi cõmissus est, et p animab9 eor; hic reditur9 est rationem. Sin autẽ manifestæ res epi (si tñ habet pprias) & manife

ſtæ dñicæ, ut poteſtatem habeat de ꝓpriȷs moriens eṗs, ſicut uoluerit, & qb⁹ uoluerit derelinquere, ne occaſione eccleſiaſticarꝫ rerꝫ, q̃ eṗi eſſe ꝓbantur, ĩtercidant: fortaſſis. n. aut uxorẽ habet aut filios, aut ꝓpinquos, aut ſeruos. Et iuſtum eſt hoc apud deum & hoĩes, ut nec eccl'ia detrimentũ patiat̃ ignoratione rerꝫ pontificis: nec eṗs uel ei⁹ ꝓpinq ſub obtentu eccl'iæ ꝓſcribantur, aut ĩ cauſas ĩcidant, q ad eum ꝑtinent, morſq; eius iniuriȷs malæ famæ ſubiaceat.

Ca. 41. Vt ſicut ſpiritualium rerũ cura ad epiſcopum pertinet, ſic etiam & temporalium.

Pręcipim⁹, ut in poteſtate ſua eṗs eccl'ię res habeat. Si. n. aĩæ hoĩum p̃cioſę illi ſunt creditę, multo magis oportet eũ curã pecuniarꝫ gerere, ita ut poteſtate eius ĩdigentib⁹ oĩa diſpenſent̃ ꝑ presbyteros & diaconos, & cum timore oĩq; ſolicitudine miniſtrent̃. Ex ȷs aũt qb⁹ indiget (ſi tñ ĩdiget) ad ſuas neceſſitates et peregrinorꝫ fratrum uſus ipſe ꝑcipiat, ut nihil eis poſſit oĩno deeſſe. Lex. n. Dei pręcipit, ut q altari deſeruiunt, de altari paſcant̃: qa nec miles ſtipendiȷs ꝓpriȷs contra hoſtes arma ſuſtulit. Ca. 42. 12. q. 1. Præcipimus. Ibidẽ. Ex ijs autem. Leuit. in pluribus cap. Et deuterono. 18. 1. Corin. 9.

Eṗs, aut presbyter, aut diaconus aleæ atq; ebrietati deſeruiens, aut deſinat, aut certe communione priuetur. Ca. 43. D. 35. Eṗs, aut presbyter.

Subdiaconus aut lector aut cãtor ſimilia faciens, aut deſinat, aut communione priuetur. Similiter etiam laicus. Ca. 44.

Eṗs, aut p̃sbyter, aut diacon⁹ uſuras à debitorib⁹ exigẽs, aut deſinat, aut dãnet̃. Ca. 45.

Epiſcopus, presbyter, & diaconus qui cum hæreticis orauerit, tantummodo cõione priuetur. Si uero tanq̃ clericos, hortatus eos fuerit,

agere uel orare, damnetur. Cap. 46.

1.Corin. 6. Ep̄m, aut p̄sbyterū hęreticorꝝ suscipiētē baptisma damnari p̄cipim⁹. Quę.n.cōuentio xp̄i ad Belial? Aut q̄ pars fidei cum infideli?

Ca.47. Qui uerè baptizatos rebaptizauerint, deponantur.

Ep̄s aut p̄sbyter si eū, q secūdum ueritatem habuerit baptisma, denuo baptizauerit, aut pollutum ab impijs non baptizauerit, deponatur tanq̄ deridens crucē & mortem dn̄i, nec sacerdotes à falsis sacerdotib⁹ discernēs. Ca. 48.

Si qs laicus uxorem propriā pellens, alterā uel ab alio dimissam duxerit, cōione priuetur.

Ca.49. Vt fiat baptismus trina mersione.

De cōse. d.4. Si qs p̄sbyter Siqs episcopus, aut presbyter nō trinā mersionem unius mysterij celebret, sed semel mergat in baptismate, quod dari uidetur in domini morte, damnetur. Non.n. dixit nobis dominus: In morte mea baptizate; sed: Euntes docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti.

Matth.ulti.

Ca.50. Vt siquis ex clero non propter abstinentiæ bonum a carnibus abstinuerit, deponatur.

Si quis episcopus aut presbyter, aut diaconus, aut quiuis oīno de sacerdotali consortio nuptijs & carnibus & uino abstinuerit, nō ꝓpterea q̄ mens ad cultū pietatis reddatur exercitatior; sed propter abominationē, oblitus q̄ oīa pulchra ualde, & q̄ masculum & fœminā Deus creauit hoīem; sed diffamationibus lacessens creationem Dei uocat ad calumniam; aut corrigitor, aut deponitor, & ex ecclīa reijcitor. Consimiliter & laicus.

Ca.51. Quòd si pœnitentem presbyter non receperit, deponatur.

Siquis episcopus aut presbyter eum, quia

peccato reuertit, non recipit, sed reijcit: deponitor, eo quod Christũ offendat, qui dixit, ob unũ peccatorem qui resipiscat, gaudium oboriri in cœlo.

Ca. 52. Qui propter abominationem tantum carnibus in diebus festiuis non utitur, deponatur.

Siquis episcopus aut presbyter, aut diaconus carnibus & uino festiuis diebus non utatur, idq́ per abominationem, nõ propter exercitationem ad cultum pietatis; deponitor, tanquàm qui cauterio notatam habeat conscientiam, & multis autor sit offendiculi.

Ca. 53. Vt deponatur clericus, qui in caupona cibum sumpserit.

Siquis clericus in caupona cibũ capere deprehensus fuerit, à communione excluditor; excepto tamen eo, qui necessario in itinere in cõmune diuerterit hospitium. *Ca. 54.*

Si quis clericus Episcopum contumelia affecerit, deponitor; Principi enim populi tui nõ maledices. *Dan. 55.* Exod. 22.

Siquis clericus contumelia affecerit presbyterum, aut diaconum, à communione segregator. *Can. 56.*

Siquis mãcum aut mutum surdum'ue, aut cæcum aut eum, cui uitiosus incessus est, subsannauerit, communione priuator. Consimiliter & clericus. *Can. 57.*

Episcopus aut presbyter qui negligẽtius circa clerum aut populum agit, nec in pietate eos erudit, à communione segregator. Si uerò in ea socordia perseuerauerit, deponitor.

Can. 58. Vt episcopi in necessitate clericos alant.

Siquis episcopus aut presbyter clerico ex inopia laboranti necessaria nõ suppeditauerit, à communione reijcitor. Sin perseuerat, depo-

nitor, ut qui fratrem suum necauerit. Ca.59.

Si quis falso inscriptos impiorũ libros tanq̃ sacros in ecclesia ad populi & cleri corruptionem publicauerit, deponitor. Can.60.

Si accusatio cõtra fidelem instituatur de fornicatione aut de adulterio, aut quacunq; alia actione prohibita, & conuictus fuerit, in clerũ non perducitor.

Ca.61.non. Qui Christi nomen metus causa negauerit, ab ecclesia reijciatur.

Si quis clericus per metum humanum uel Iudæi uel Græci, uel hæretici negauerit, si quidem nomen Christi, ab ecclesia reijciator: si uerò nomen clerici, deponitor. Pœnitentia tñ ductus, ut laicus recipitor. Ca.62.

Si quis episcopus aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunq; ex sacerdotali consortio comederit carnes ĩ sanguine animæ eius, aut à bestijs abreptum aut suffocatum, deponitor. Hoc enim lex ꝓhibuit. Sin uero laicus sit, à communione excluditor.

Ca.63. Vt deponatur qui cum hæreticis orauerit.

Si quis clericus aut laicus synagogã Iudæorum aut hęreticorum cõuenticulum ingressus fuerit, ut preces cum illis coniungat, deponitor, & à communione secluditor. Ca.94.

Si quis clericus in concertatione aliquẽ pulsauerit, & uno ictu ac pulsatione interemerit, deponitor propter temeritatem suam. Sin uerò laicus sit, arcetor a communione. Ca.65.

Sextę synodi. ca.55. ¶ Si quis Dominicum diem aut sabbatũ, uno solo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor. Sin laicus è communione. eijcitor.

Ca.66. Vt quam quis ui uiolauerit uirginem, ducat in uxorẽ.

Si quis uirginem sibi non desponsatam ad mota ui detinet, à cõmunione suspenditor. Nõ licitum autem esto ei aliam ducere, sed eã detineto, quam solicitauit, quamuis paupercula sit.

Ca.67. Vt bis ordinati deponantur.

Si quis episcopus aut presbyter, aut diaconus secundam ab aliquo ordinationem susceperit, deponitor tam ipse, quàm qui ipsum ordinauit; nisi forte constet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim à talibus baptizati aut ordinati sunt, hi nec fideles nec clerici esse possunt.

Secunda pars huius canonis intelligenda est d. hæreticis, qui iuxta ritum ecclesiæ catholicæ nec ordinabant, nec baptizabant, ut Paulianistæ, & Cataphrygiæ qui sine inuocatione trium personarum dispensabant baptismi sacramentum, à quibus baptizati (ut explicat ca.19. conci. Niceni & ca.95. sextæ synodi) sunt rebaptizandi. Autor.

Ca.68. Vt deponatur quicunq; ex clericis quadragesimam non ieiunauerit.

Si quis episcopus aut presbyter aut diaconus, aut lector, aut cantor sacram quadragesimam Paschæ, aut quartam feriam, aut parasceuem non ieiunauerit, deponitor: præterquàm si imbecillitate impeditur corporis. Sin laicus, sit communione priuator.

Ca.69. Vt cum Iudæis non liceat ieiunare.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex clericorum consortio cum Iudæis ieiunauerit, aut communẽ festum diem cum ipsis egerit, aut lautia festi, nempe azyma, aut aliud huius generis ab eis susceperit, deponitor: Si laicus à communione

segregator. *Ca. 70.*

Siquis Christianus oleũ ad sacra gentiliũ, aut ad synagogam Iudæorum in festis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, à communione excluditor. *Ca. 71.*

Siquis clericus aut laicus ceram aut oleum ex sancta surripiat ecclesia, à communione seiungitor.

Ca. 72. Qui in profanos usus uasa sacra assumpserit, excommunicentur.

Vas aureum & argenteum sanctificatũ, aut uelamen linteum nemo amplius in suos usus assumito: iniquum enim est. Cæterum siquis deprehensus fuerit, excommunicatione mulctator *Ca. 73. Qualiter contra episcopum procedendum.*

Episcopum de aliquo per fidedignos accusatũ homines, ab episcopis uocari necessariũ est. Et si quidem comparuerit, & confessus cõuictusq; fuerit, censura irrogator ecclesiastica. Si uerò uocatus non obtemperauerit, secunda quoq; uice uocator missis duob9 ad ipsum episcopis. Quòd si per contumaciam nec sic quidem comparuerit, synodus suam cõtra ipsum pronunciato sententiam, nequid tergiuersando detrectandoq; iudicium, lucri facere uideatur. *Ca. 74.*

Indictionem testimonij contra episcopũ hæreticus non admittitor, sed nec fidelis si solus sit. In ore enim duorum uel trium testium consistet omne dictum. Matth. 18.

Ca. 75. Vt bona ecclesiastica cõsanguineis episcopus nõ cõferat.

Item, nõ oportet episcopum fratri aut filio, aut alteri cognato humano gratificari affectu: nec enim ecclesiam Dei conferre debet in hære

des. Enimuero, siquis id fecerit, irrita permaneto ordinatio: ipse autem excõmunicatione percellitor. Ca.76.

Siquis oculo defectus, aut obtuso crure existat, & dignus sit, Episcopus efficitor. Non.n. mutilatio corporis ipsum polluit, sed inquinatio animæ. Ca.77.

Qui uerò mutus, surdus'ue & cęcus est, Episcopus non efficitor: non quia oblæso corpore est, sed ne ecclesiastica ĩpediant munia. Ca.78.

Siquis dæmonem habeat, clericus non efficitor; sed nec cum fidelib⁹ preces fundito. Mũdatus uerò recipitor; & si dign⁹ fuerit, efficitor.

Ca.79. Vt à gentilitate conuersus non statim in episcopum promoueatur.

Qui ex uita gentili aduenerit, et baptizatus est, aut ex conuersatione praua, eũ iustum non est protinus promoueri in episcopum. Iniuriũ enim est, eum, qui nõ prius specimen & documentum de se præbuerit, aliorum doctorẽ existere: nisi alicubi dono diuinæ gratię hoc fiat.

Ca.80. Quòd non oportet episcopum publicis se implicare administrationibus.

Dicimus, ꝙ nõ oporteat epm̃ aut presbyterum publicis se administrationib⁹ immittere, sed uacare, et cõmodum se exhibere usib⁹ ecclesiasticis. Animũ igitur inducito hoc nõ facere; aut deponitor: Nemo enim potest duobus dominis seruire, iuxta præceptum Dominicum. Matth. 6.

Ca.81. Sine dominorum manumißione serui in clerum non promoueantur.

Serui si in clerum promoueantur citra dñorũ uoluntatẽ, hoc ipsum operat̃ redhibitionẽ. Siquãdo uerò seruus quoqꝫ gradus ordinatio

ne dignus uideatur (qualis & noster Onesim⁹ apparuit)et dñi cõsenserint,manucꝫ emiserint, & domo sua ablegauerint,efficiator.

Ca.82.Vt episcopus militiæ uacans deponatur.

Eps̃ aut presbyter,aut diaconus qui militię uacauerit,& simul utrũcꝫ retinere uoluerit, tã officium Romanum, ꝙ functionem sacerdotalem deponitor.Quæ enim Cæsaris sunt,Cæsari:& quæ Dei,Deo.

Ca.83.

Quisquis Imperatorem aut magistrum contumelia affecerit,supplicium luito: & qdem si clericus sit,deponitor:si laicus à aommunione remouetor.

Ca.84.Qui libri sint canonici.

Sunt omnibus uobis clericis simul & laicis uenerandi ac sacri libri:ueteris qdẽ testamenti, Mosis qucꝫ,Genesis,Exodi,Leuiticus,Numeri,Deuteronomium,Iesu filij Naue unus,Iudicum unus,Ruth unus,Regum quatuor,Derelictorum ex libro Dieꝝ duo,Hester unus, De Machabæoꝝ gestis tres,Iob un⁹,Psalterij un⁹, Salomonis tres,Prouerbia,Ecclesiastes,Canticũ canticoꝝ,Prophetaꝝ duodecim un⁹, Esaiæ unus,Hieremiæ un⁹,Ezechiel un⁹,Daniel un⁹. Inquiritor aũt à uobis extrinsecus ut adolescẽtes uestri adiscant itẽ Sapientiã eruditi Syrach.

Nr̃a uerò(hoc est) noui testamẽti:Euãgelista q̃tuor,Matt.Mar.Luc.Ioã.Paulis epl̃e q̃tuordecim,Petri epl̃æ duæ,Ioãnis tres, Iacobi una, Iudæ una,Clementis epl̃æ duæ; & p̃ceptiones q̃ uobis ep̃is ꝑ me Clementẽ in libris octo nũcupatę sunt,quas oĩbus publicare nõ oportet, ob quædã arcana quæ in se continent.Et actiones nostras Apostolorum.


Expliciunt Canones Apostolorum.

EPISTOLAE LEONIS PAPAE Primi, & Decreta.

EPISTOLA PRIMA

Maximo ac Paterno, consulibus circa annum Christi (teste Cassiodoro) 445. Secundum Marianum Scotum, ad ueritatem euãgelij. 464. Iuxta uero cyclum Dionysij. 442. qui fuit pontificatus Leonis papæ annus quartus, scripta est ab eodem papa præsens epistola. Alias, Paterio

Vt nullus episcopus seruum alterius ad officium clericatus promoueat. Cap. 1.



EO episcopus urbis Romæ, uniuersis episcopis per Campaniam, et Picenũ, uel Tusciã, & per uniuersas ꝓuincias constitutis, in Domino salutem. Vt nobis gratulationem facit ecclesiarum status, salubri dispositione cõpositus, ita non leui nos mœrore cõtristat, quoties aliqua contra statuta canonũ, ecclesiasticamq́; disciplinam præsumpta, uel commissa cognoscimus, quæ si non, qua debemus uigilantia resecemus, illi, qui nos speculatores esse uoluit, excusare nõ possumus, permittentes syncerum corpus ecclesię (quod ab omni macula purum custodire debemus) ambientium improba contagione fœdari, quum ipsa sibi membrorum per dissimilationem cõpago non congruat. Admittuntur passim ad ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur, & qui a Dominis suis libertatem cõsequi minime potuerunt, ad fastigium sacerdotij, tãquam seruilis

Idẽ in episto. Damasi pap.

Exec. 5. & 33.

Dist. 54. Admittuntur.

uilitas hunc honorem iure capiat, prouehuntur, & probari Deo se posse creditur, qui Domino suo necdum probare se potuit. Duplex itaq; in hac parte reatus est, quod & sacrum
Alias, ministerium. mysterium talis cõsortij uilitate polluitur, & dominorum quantũ ad illicitæ usurpationis temeritatẽ pertinet, iura soluũtur. Ab his itaq;,
Ibidem fratres charissimi, omnes uestrę prouinciæ abstineant sacerdotes, & non tantum ab his, sed & ab alijs etiam, qui aut originali, aut alicui conditioni obligati sunt, uolumus temperari, nisi forte eorum petitio, aut uoluntas accesserit, qui aliqd sibi in eos uendicant potestatis. Debet enim esse immunis ab alijs, qui diuinæ militiæ fuerit aggregandus, ut a castris dominicis, quibus nomen eius ascribitur, nullis necessitatis uinculis abstrahatur.

Vt quicunq; ad sacerdotium, uel uiduarum mariti, uel habentes numerosa coniugia, promoti fuerint, ab ecclesiasticis officijs arceantur. *Cap. 2.*

Qualis uero unicuiq; natalium honestas, & morum esse debeat, qui sacri altaris mini-
1. Timoth. 3. sterio est sociandus, & Apostolo nos docẽte,
Leuit. 21. & diuina preceptione didicimus, et canonum regulis, a quibus plerosq; fratrum declinasse, & penitus deuiasse repperimus. Nam constat ad sacerdotium peruenisse uiduarũ maritos, quosdam etiam, quibus fuerint numerosa cõiugia, & cum omni licentia uita liberior, ad sacrum ordinẽ passim patefactis aditibus fuisse permissos, cõtra illam beati Apostoli uocem, qua talibus exclamat, dicens: Vnius uxoris
1. Timoth. 3. a uirum. Et contra illud antiquæ legis præce-
Leuit. 21. c ptum, quo dicitur, & cauetur: Sacerdos uirgi

nem uxorem accipiat, non uiduam, non repu diatam. Hos ergo, quicũq; tales admissi sunt, ab ecclesiasticis officijs, & a sacerdotali nomine, apostolicæ sedis authoritate iubemus arceri. Nec hoc enim sibi poterũt pro arbitrio uendicare, cuius capaces, per hoc quod illis obstiterat, non fuerunt. Huius discussionis curam nobis specialiter uendicantes, ut, si qua forsitan de his commissa sunt, corrigãtur, ne liceat ultra committi, & ne qua excusatio de ignoratione nascatur, quãq; ignorare nunq; licuerit sacerdotem, quod canonum fuerit regulis definitum. Hæc ergo ad prouincias uestras, p Innocẽtium, Legitimum, & Segetium fratres, & coepiscopos nostros scripta direximus, ut quæ male pullulasse noscũtur, radicitus euellantur, & messem dominicam zizania nulla corrumpant. Ita enim fructum uberem, quæ sunt syncera, præstabunt, si ea, quæ natam segetem enecare consueuerunt, diligentius amputentur.

Quod usuras, non solum clerici exigere non debeant, sed nec laici. Cap. 3.

Nec hoc quoq; prętereundũ esse duximus, quosdam, lucri turpis cupiditate captos usurariam exercere pecuniam, & fœnore uelle ditescere. Quod nos, non dicam in eos, qui sunt in clericali officio cõstituti, sed & in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus. Quod uindicari acrius in eos, q fuerint confutati, decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur. *14.q.4. Nec hoc prætereũ.*

Vt clericus nec suo, nec alieno nomine fœnus exerceat. Cap. 4.

Dist.46.Sicut non suo.

Illud etiam duximus premonendum, ut sicut non suo, ita nec alieno nomine, aliquis clericorum exercere fœnus attentet. Indecens.n. est, crimen suum commodis alienis impendere. Fœnus autem hoc solum aspicere, & exercere debemus, ut, quod hic misericorditer tribuimus, ab eo domino, q multipliciter & in perpetuũ mansura retribuet, recipe ualeam⁹.

Vt, si quis sacerdotum contra interdicta fecerit, a suo submoueatur officio. Cap. 5.

Hoc itaq; admonitio nostra denuntiat, φ, siquis fratrum contra hęc constituta uenerit, uel uenire tentauerit, et prohibita fuerit ausus admittere, a suo se nouerit officio submouendum, nec eum communionis nostræ futurum esse consortem, qui socius esse noluit disciplinæ. Ne quid uero sit, quod, prętermissum a nobis, forte credatur, omnia decretalia constituta, tam beatæ recordationis Innocentij, q̃ȝ omnium prædecessorum nostrorum, quæ de ecclesiasticis ordinibus, & canonum ordinata sunt disciplinis, ita uestram dilectionẽ custodire debere mandamus, ut siquis illa contempserit, ueniam sibi deinceps nouerit denegari. Data sexto Idus Octob. Maximo & Paterno uiris clariss. coss.

Dist.19. Si Roma. pō. Qui bus ad hæc.

Alias, in illa commiserit.]

EPISTOLA II. EIVSDEM, AD EPISCOpos per Italiam, quòd plurimi Manichæorum uigilantia ipsius papæ Leonis in urbe Roma detecti sunt.

Theodosio.18. & Albino consulibus, circa annum Christi (teste Caßiodoro) 446. Secundum Marianum Scotum, ad ueritatem euangelij.445. Iuxta autem Dionysij cyclum 443. qui fuit Leonis papæ pontificatus annus quintus, scripta est præsens epistola.

In consortiũ uos nostræ solicitudinis, dilectissimi fratres, aduocamus, ut uigilãtia pastorali, ne quid diabolicæ licere possit astutiæ, cõmissis uobis gregibus diligentius consulatis, ne is, qui domini misericordia reuelante p nostram curam a nostris ouibus morbus abijcitur, necdum uobis præmonitis, & adhuc qd agatur ignaris, per uestras se dispergat ecclesias, & suarum furtim cuniculos inueniat latebrarum, ne quod a nobis in urbe extinguit, tenebrosis apud uos radicib9 seminetur. Plurimos impietatis Manichææ sequaces & doctores in urbe inuestigatio nostra repperit, uigilantia diuulgauit, authoritas & censura coercuit, quos potuimus emẽdare, correximus, & ut damnarent Manichæum cum prædicationibus & disciplinis suis, publica in ecclesia pfessione, & manus suæ subscriptione cõpulimus, & ita de uoragine impietatis suæ cõfessos, pœnitentiam concedendo, leuauimus. Aliquanti uero, qui ita se demerserunt, ut nullum his auxiliantis posset remedium subuenire, subditi legibus, secundum Christianorꝝ principũ constituta, ne sanctum gregẽ sua cõtagione pollucrent, per publicos iudices perpetuo sunt exilio relegati. Et omnia, quæ tam in scripturis, quàm in occultis traditionibus suis habent prophana, uel turpia, ut nosset populus, quid refugeret, aut uitaret, oculis Christianæ plebis certa manifestatiõe probauim9, adeo, ut ipse, q eorꝝ dicebatur episcopus, a nobis tẽtus, proderet flagitiosa, in suis mysticis quę teneret, sicut gestorꝝ uos series pòtest edocere. Ad instructionem enim uestram etiã ipsa

[A]lias, nullo [h]is auxilij re[m]edio possit [s]ubueniri.

Alias, tenerẽt,

direximus, quibus lectis, oía, quæ a nobis deprehensa sunt, nosse poteritis. Et quia aliquantos de his, quos, ne absoluerentur, arctior reatus inuoluerat, cognouimus aufugisse, hãc ad dilectionem uestram epistolam misimus per acolythum nostrum, ut effecta certior sanctitas uestra, solicitius agere dignetur, & cautiꝰ, nec ubi Manichææ peruersitatis homines plebes uestras facultatem lędendi, & huius sacrilegij possint íuenire doctores. Aliter enim nobis commissos regere nõ possumus, nisi hos, qui sunt perditores, et perditi, zelo fidei dominicæ persequamur, & a sanis mentibus, ne pestis hæc latius diuulgetur, sæueritate qua possumus, abscindamus. Vnde hortor dilectionẽ uestram, obtestor, & moneo, ut qua debetis, & potestis, solicitudine uigiletis ad inuestigãdos eos, nec ubi occultandi se reperiant facultatem. Vt enim habebit a Deo ingens remunerationis præmium, qui diligẽtius, quod ad salutem cõmissæ sibi plebis proficiat, fuerit executus, ita ante tribunal domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare, quicũq; plebẽ suam, contra sacrilegæ persuasionis authores, noluerit custodire. Data tertio Kaleñ. Februarij, Theodosio. 18. & Albino vv. cc. consu.

EPISTOLA TERTIA EIVSDEM

Alias, Ianuarium,

Ad Iulianum, episcopum Aquileien. quòd omnis cuiuslibet ordinis clericus, qui catholicam deserens, hæreticæ communioni se miscuerit, & ad ecclesiam conuersus fuerit, in eo gradu, quo erat, sine promotione remaneat.

Alias, Alypio

Calippio & Ardabure consulibus, circa annum Christi, teste, Caßiodoro 446. secundum autem Marianum Scotum, ad ueritatem euãgelij 468. iuxta uero Dionysi cyclum 446. qui

fuit pontificatus Leonis papæ annus octauus scripta fuit præsens epistola, similiter & sequens.

Leo episcopus urbis Romæ Iuliano Aquileieñ. episcopo. Lectis fraternitatis tuę literis, uigorem fidei tuę, quē olim noueramus, agnouimus, congratulantes tibi, ꝙ ad custodiā gregum Christi, pastoralem curā uigilanter exequeris, ne lupi, qui sub specie ouium subintrarunt, bestiali seuitia, simplices quosq; dilacerent, & non solum ipsi nulla correctione proficiant, sed etiam ea, quę sunt sana corrūpant. Quod, ne uiperea possit obtinere fallacia, dilectionem tuam duximus cōmonendam, insinuantes, ad animæ periculum pertinere, si qs- quā de his, qui a nobis in hęreticoꝝ atq; schismaticoꝝ sectam delapsus, & se utcūq; hæreticæ communionis cōtagione macularit, resipiscens, in cōmunione catholica sine professione legitimæ satisfactionis habeatur. Saluberrimum enim & spiritualis medicinæ utilitate plenissimum est, ut siue presbyteri, siue diaconi, aut cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos uideri uolunt, atq; ad catholicam fidem, quā iampridem amiserant, rursum reuerti ambiunt, prius errores suos, & ipsos authores errorum, damnari a se, sine ambiguitate fateantur, ut sensibus prauis etiam peremptis, nulla sperādi supersit occasio, ne ullum membrum talium possit societate uiolari, quum per oīa illis professio propria cœperit obuiare. Circa quos etiam illam canonum constitutionē pręcipimus custodiri, ut in magno habeant beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, ī quo inueniuntur ordine, stabilitate perpetua

Ali. Ianuario

Matth. 7.

1. q. 1. Si quis hæretica,

1. q. 7. Saluberrimum,

1. q. 1. Omnis cuiuslibet. Et ca. Si quis hæreti. Et in dec. Iuonis lib. 3

maneant, si tamen iterata tinctione nõ fuerint maculati. Non leuem apud deum noxam incurrit, qui de talibus ad sacros promuendos ordines iudicarit. Quod si cum grandi examinatione promotio cõceditur inculpatis, multo magis nõ debet licere suspectis. Proinde dilectio tua, cuius deuotione gaudemus, iungat curam suã dispositionibus nostris, & det operam, ut circũspecte atq; uelociter impleantur, quæ ad totius ecclesiæ incolumitatem & laudabiliter digesta sunt, & salubriter ordinata. Non autem dubitet dilectio tua, nos, si (quod non arbitramur) neglecta fuerint, quæ pro custodia canonum, & pro fidei integritate decernimus, uehementius cõmouendos, quia inferiorum ordinum culpæ, ad nullos magis referendæ sunt, q̃ ad desides, negligẽtes rectores, qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum necessariam dissimulãt, adhibere medicinam. Data pridie Calend. Iulij, Alipio & Ardabure vv. cc. consulibus.

Dist. 87. Inferiora culpæ,

EPISTOTA QVARTA EIVSDEM

25. q. 1. diuinis pceptis,

Leo episcopus uniuersis episcopis per Siciliam constitutis, in domino salutem. Diuinis præceptis, & Apostolicis monitis incitamur, ut pro omnium ecclesiarũ statu, impigro uigilemus affectu, ac, si quid usquam reprehẽsioni inueniatur obnoxiũ, celeri solicitudine, aut ab ignorãtiæ imperitia, aut a præsumptionis usurpatione reuocemus. Monẽte enim dominicæ uocis imperio, quo beatissimus apostolus Petrus trina repetitione mysticæ sanctionis imbuitur, ut Christi oues, q Christũ diligit, pascat, ipsius sedis, cui per abundantiã

Ioan. 21.

diuinæ gratiæ præsumus, reuerentia cohortamur, ut periculum desidię, quantũ possumus, declinemus, ne professio summi apostoli, q̃ua se amatorem dñi esse testatus est, uana iueniatur in nobis, quia negligenter pascens toties cõmendatum dominicũ gregem, conuincitur summum non amare pastorem.

Quod phibeatur, in die Epiphaniæ baptismũ celebrari. Ca.x.

Quum ergo mihi, de charitatis uestræ actibus fraterna affectione solicito, certis indicijs innotuerit, uos in eo, quod inter sacramēta ecclesiæ principale est, ab apostolicæ institutionis cõsuetudine discrepare, ita ut baptismi sacramentum numerosius in die Epiphaniæ, q̃ paschali tempore celebretis, miror, uos, uel p̃cessores uestros tam irrationabilem nouitatē usurpare potuisse, ut, confuso tēporis utriusq; mysterio, nullam esse differentiam crederetis inter diem, quo adoratus est Christus a Magis, & diem quo resurrexit a mortuis. Quam culpā nullo modo potuissetis incidere, si unde consecrationem honoris accepistis, inde legem totius obseruantiæ sumeretis, et beati Petri apostoli sedes, quæ uobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiasticę magistra rationis. A cuius uos regulis recessisse, minore posset æquanimitate tolerari, si aliqua cõmonitionis nostræ increpatio pręcessisset. Nunc autē quia nõ desperatur correctio, mansuetudo seruanda est. Et licet uix ferēda sit in sacerdotibus excusatio, quæ prætendat inscientiā, maluimus tamen & censurā necessariam temperare, & ratione uos apertissimæ ueritatis instruere.

Alias, minus posset æquanimiter,

Quod cuncta nobis per ordinẽ rerum, per incarnationẽ domini noſtri ſalutis ſacramenta digeſta ſunt. Cap. 2.

Luc. 1. Semper quidem in æterno conſilio Dei mã ſit, humani generis incõmutabiliter prçordinata reparatio, ſed ordo rerũ, per Ieſum Chriſtum dñm noſtrum temporaliter gerẽdarꝝ, in
Luc. 2. incarnatione uerbi ſumpſit exordium. Vnde
Matth. 2. aliud tempus eſt, quo, annũtiante angelo, beata Maria fœcundandam ſe per ſpiritũ ſanctũ credidit, & concepit, aliud, quo, ſalua integritate uirginea, puer æditus, exultãte gaudio cœleſtium miniſtrorꝝ paſtoribus ĩdicatur, aliud, quo infans circunciditur, aliud, quo hoſtia ꝓ eo legalis offertur, aliud, quo tres Magi, claritate noui ſyderis incitati, in Bethlehẽ ab Oriẽte perueniunt, & adoratum paruulum myſtica munerum oblatione uenerantur. Nec idem
Matth. 2. ſunt dies, quibus impio Herodi, ordinata diuinitus in Ægyptum trãslatione, ſubtractus eſt, uel quibus ab Ægypto in Galilæã, perſequutore mortuo, reuocatus eſt. Inter has autẽ diſpenſationum uarietates, accedunt augmenta corporea, creſcit dominus (ſicut euãgeliſta
Luc. 2. teſtatur) profectibus ætatis & gratię. Per dies paſchæ in templum Hieruſalẽ cum parentib⁹ uenit, & quum abeſſet ſocietate redeuntiũ, ſedens cum ſenioribus, & inter admirantes magiſtros diſputans inuenitur, rationẽq; remanſionis ſuæ reddẽs, qd eſt (inqt) qđ me q̃rebatis neſciebatis, ꝙ ĩ his, q̃ patris mei ſũt, oportet me eſſe: ſignificans, eius ſe eſſe filium, cui⁹ eſſet & templum. Iam uero quũ in annis maioribus apertius declarandus, baptiſmũ præcurſoris ſui Ioannis expetijt, quid deitatis ei⁹

remansit ambiguum, quando, baptizato dño Iesu, spiritus sanctus in columbę specie super eũ descendit & mansit, audita de cœlis patris uoce, dicentis: Tu es filius meus dilectus, ĩ te bene complacui? Quæ omnia ideo, quanta potuimus breuitate, pręstrinximus, ut notum sit dilectioni uestræ, uniuersos dies Christi innumeris consecratos fuisse uirtutibus, & in cunctis eius actionibus sacramẽtorum mysteria coruscasse, sed aliter quæq; signis denuntiari, aliter rebus impleri, nec quæcunq; numerantur in operibus saluatoris, ad tempus pertinere baptismatis. Nam si etiã illa, quæ post beati Ioannis lauacrum, a domino gesta cognouimus, sub indiscreto honore colamus, omnia tempora continuatis erunt deputanda festis, quia omnia sunt plena miraculis. Verũ, quia spiritus sapientiæ, & ĩtellectus, ita apostolos, & totius ecclĩæ erudiuit magistros, ut ĩ Christiana obseruãtia nihil inordinatum, nihil pateretur esse confusum, discernendæ erant causæ solennitatum, & in omnibus institutis patrum, principumq; nostrorũ rationabilis seruanda discretio, quia non aliter unus grex, & unus pastor sumus, nisi quemadmodum apostolus docet. Idipsum dicamus omnes. Sim⁹ autẽ perfecti in eodẽ sensu, & in eadẽ sentẽtia.

Matth. 3. Luc. 3. alias, discretio 1. Cor. 1

Quod in baptismo mors proueniat interfectione peccati, et sepulturam triduanam imitetur trina demersio, & ab aquis eleuatio sit, uelut resurrectio de sepulchro. Ca. 3.

Quãuis ergo & illa, quę ad humilitatem, & illa quæ ad gloriam pertinent Christi, in unã concurrant, eandemq; personam, totumq; quicquid in illo, & uirtutis diuinæ est, & infirmi-

De con. dist. 4 tatis humanæ, ad nostræ reparationis tendat effectum, proprie tamen in morte crucifixi, et in resurrectione ex mortuis, potẽtia baptisma tis nouã creaturã condit ex ueteri, ut in renascentibus, & mors Christi operetur, & uita, dicente beato apostolo Paulo: An ignoratis, quia quicũque baptizati sumus ĩ Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortẽ, ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitę ambulemus. Si enim complãtati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Et cætera, quæ latius magister gẽtium, ad cõmendandum sacramẽtum baptismatis, disputauit, ut appareret ex hui⁹ doctrinæ spiritu regenerandis filijs hominum, & in Dei filios adoptandis, illum diem esse, et illud tempus electum, in quo, per similitudinẽ, formamque mysterij, ea quærantur membris, quæ in ipso capite sunt gesta, cõgruere, dum in baptismatis regula, & mors interuenit, interfectione peccati, & sepulturam triduanam imitatur trina demersio, & ab aquis eleuatio, resurgẽtis ad instar est de sepulchro. Ipsa igitur operis qualitas docet, celebrandæ generaliter gratiæ eum esse legitimum diem, in quo orta est, & uirtus muneris, & species actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimum ualet, quòd ipse dominus Iesus Christus, posteaque resurrexit a mortuis, discipulis suis, in quib⁹ omnes ecclesiarum præsules docebantur, & formam, & potestatem tradidit baptizãdi, dicens: Euntes ergo nũc, docete omnes gentes,

Proprie in morte.

Roma. 6.

Alias, quæ geruntur in mẽbris, his, quæ in ipso sunt capite gesta congruerent.

baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritussancti. De quo utiq; eos etiã ante passionem potuisset instruere, nisi proprie uoluisset intelligi, regenerationis gratiam ex sua resurrectione cœpisse. Additur sanè huic obseruantiæ, etiam Pentecostes ex aduentu spiritus sancti consecreta solennitas, quę de Paschalis festi pendet articulo. Et cum ad alios dies alia festa pertineant, hæc semper ad eum diem, qui resurrectione domini est ĩsignis, occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratiæ manum, ut hi, quos a die Paschæ, aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut nauigationis difficultas interclusit inuitos, aut quibuslibet necessitatib⁹ impeditos, desiderij sui effectum dono spiritussancti consequantur. Ipse enim unigenitus Dei in fide credentium, & in uirtute operum nullam inter se & spiritum sanctum uoluit esse distantiam, quia nulla est diuersitas in natura, dicens: Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis, ut uobiscum sit in æternum, spiritum ueritatis. Et iterum: Paracletus autem spiritus sanctus, quẽ mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uniuersa, quæcunque dixi uobis. Et iterum: Cũ uenerit ille spiritus ueritatis, ille diriget uos in omnem ueritatem. Cum itaq; ueritas Christus sit, & spiritus ueritatis, spiritus sanctus, nomenq; paracleti utriq; proprium, nõ dissimile est festũ, ubi unum est sacramentum.

Matth. 28. *Alias, ad uo- uel ab eos.* *Ioan. 14.* *Ioan. 16.* *Ioan. 14.* *Ioan. 19.*

Quod beatus apostolus Petrus in die pẽtecostes uirorũ tria milia baptizauerit. Cap. 4.

Hoc aũt nos, nõ ex nr̃a ꝑsuasione defẽdere,

De conſ.di.4 ſed ex apoſtolica authoritate ſeruare,ſatis ido
Proprie ĩ mor neo probamus exemplo,ſequentes beatũ apo
te alias, popu ſtolum Petrum,qui in eo die,quo omnem cre
lorum, dentium numerum,promiſſus ſpiritus ſancti repleuit aduentus,trium millium populum, ſua prædicatione conuerſum, lauacro baptiſmatis cõſecrauit. Quod ſancta ſcriptura,quæ apoſtolorum actus continet,fideli hiſtoria docet,dicens:His auditis compũcti ſunt corde, & dixere ad Petrũ,& ad reliquos apoſtolos.
Act.2. Quid faciem⁹,uiri fratres? Petrus uero ait ad illos:Pœnitẽtiam(inquit)agite, & baptizetur unuſquiſq; ueſtrum in nomine Ieſu Chriſti,ĩ remedium peccatorum, & accipietis donum ſpiritus ſancti. Vobis enim repromiſſio eſt,et filĳs ueſtris,& omnibus,q longe ſunt, quoſcũq; aduocauerit dominus Deus noſter. Alĳs etiam uerbis pluribus teſtificatus, exhortabatur eos,dicens: Saluamini a generatione iſta praua. Qui ergo receperunt ſermonem eius, baptizati ſunt,& appoſitæ ſunt in illa die animæ circiter tria milia.

Quod hæc duo tempora,id eſt, paſcha & pentecoſte,a Romanis pontificibus ad baptizandum ꝓfixa ſunt. Ca.5.

De cõſ.diſt.4 Vnde quia manifeſtiſſime patet, baptizan-
Duo tẽpora, dis in eccleſia electis,hæc duo tempora (de q-bus loquuti ſumus) eſſe legitima ,dilectionẽ ueſtram monemus , ut nullos alios dies huic obſeruantiæ miſceatis.

Quod omni tẽpore , hi,qui neceſſitate mortis urgentur, id eſt,ægritudinis,obſidionis,perſequutionis,naufragĳ,debeant baptizari. Cap. 6.

Quia,etſi ſunt alia quoq; feſta,q̃bus multa in honorem Dei reuerẽtia debeatur,principa-

lis tamen, & maximi ſacramenti cuſtodienda nobis eſt myſticæ rationis exceptio, non inter dicta licentia, qua in baptiſmo tribuẽdo quolibet tempore periclitantibus ſubuenitur. Ita enim ad has duas feſtiuitates connexas ſibimet, atq; cognatas incolumium, & in pacis ſecuritate degentium, libera uota differimus, ut in mortis periculo, in obſidionis diſcrimine, ĩ perſequutionis anguſtijs, in timore naufragij, nullo tempore, hoc ueræ ſalutis ſingulare remedium cuiquam denegemus. Si quis autem Eiphaniæ feſtiuitatem, quæ in ſuo ordine debito honore ueneranda eſt, ob hoc exiſtimat priuilegium habere baptiſmatis, quia hoc q̃dam putant, ꝙ in eadem die dominus ad baptiſmum ſancti Ioannis acceſſerit, ſciat illius baptiſmi aliam gratiam, aliam fuiſſe rationẽ, nec ad eandem pertinuiſſe uirtutem, qua per ſpiritum ſanctũ renaſcuntur, de quibus dicitur, Qui non ex ſanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uolũtate uiri, ſed ex Deo nati ſunt. Dominus enim nullius indigẽs remiſſione peccati, nec quærens remedium renaſcẽdi, ſic uoluit baptizari, quomodo uoluit circuncidi, hoſtiamq; pro ſe emundationis offerri, ut qui factus erat ex muliere (ſicut Apoſtolus ait) fieret & ſub lege, quam nõ uenerat ſoluere, ſed adimplere, & ĩplendo finire, ſicut beatus Apoſtolus prædicat, dicens: Finis autẽ legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Baptiſmi autem ſui in ſe condidit ſacramẽtum, quia in omnibus primatum tenens, ſe docuit eſſe principium. Et tunc regenerationis potentiam ſanxit, quando de latere ipſius profluxe

alias myſtica & rationabilis,

De cõſ. diſt. 4 Si quis neceſſit. Ibidem, Si quis antẽ epi. Et in dec. Iuo. lib. 1.

Ioan. 1. Matth. 3. Luca. 3. Luc. 2. Galat. 4 Matth. 5. Roma. 10. Ioan. 19.

runt sanguis redemptionis & aqua baptisma
tis. Sicut ergo uetus testamentum testificatio
fuit noui, et lex per Moysen data est, gratia au
Ioan.1. tem & ueritas per Iesum Christum facta est,
sic diuersa sacrificia unam hostiam præforma
runt, & multorum agnorum occisio illius immola
Ioan.1. tione finita est, de quo dicitur: Ecce agnus dei,
ecce qui tollit peccata mundi. Sic & Ioãnes,
Matth.3. non Christus, sed Christi præuius, non spon-
Luca.3. sus, sed sponsi amicus fuit adeo fidelis, & non
sua quærens, sed quæ Iesu Christi, ut se profi-
teretur, ad soluenda calciamenta pedum eius
indignum, quoniam ipse quidẽ baptizaret in aqua
in pœnitentiam, ille autem baptizaturus esset
in spiritu sancto & igni, qui duplici potestate
& uitam redderet, & peccata cõsumeret. His
itaque, fratres, tot tantisque existentibus documẽ
tis, quibus, omni ambiguitate submota, eui-
denter agnoscitis, in baptizandis electis, qui
In de.Iuo. li.1 secundum apostolicã regulam, & exorcismis
De cõ. dist.4. scrutandi, & ieiuniis sanctificandi, & frequen
Duo antẽ tem tibus sunt prædicationibus imbuendi, duo tã
pora. tum tempora, id est, pascha & pentecoste, esse
seruanda. Hoc uestræ indicimus charitati, ut
ab apostolicis institutis nullo ulterius receda
tis excessu. Quia inultum post hæc esse nõ po
terit, si quisquã apostolicas regulas in aliquo
crediderit negligendas.

Vt de Sicilia terni, semper annis singulis, de episcopis ad diẽ tertium Calendarum Octobrium, Romã sociandi syno do indissimulanter occurrant. Cap. 7.

Nica. cõci.c.5. Quare illud primitus pro custodia concor
dissimæ unitatis exigimus, ut quia saluberri-
me a sanctis patribus constitutum est, binos
in annis

in annis singulis episcopoꝝ debere esse conuentus, terni semper ex uobis ad diem tertiū Calendarum Octobrium Romā, fraterno cōcilio sociandi, occurrant, & indissimulanter a uobis hæc cōsuetudo seruetur. Quoniam, adiuuante gratia dei, facilius poterit prouideri, ut in ecclesiis Christi nulla scandala, nulli nascantur errores, quum coram beatissimo apostolo Petro semper in communione tractatū fuerit, ut omnia instituta, canonumq; decreta apud omnes domini sacerdotes inuiolata permaneant. Hæc autē quæ uobis, inspirante domino, insinuanda credidimus, ꝑ fratres & coepiscopos nostros, Bachillū atq; Paschasinū, ad uestram uolumus notitiā peruenire. Quibus referentibus, cognoscamus, q̄ reuerenter a uobis apostolicæ sedis instituta seruentur. Data. 12. Calen. Nouem. Alipio & Ardabure uiris clariss. conss.

Alias, indissimilanter concurrant, quod utiq; laboriosum non est, si uicissim inter uos hæc cō suetudo seruetur. Quoniam

alias, Vacillū.

EPISTOLA QVINTA EIVSDEM *ad Dorum Beneuentanum episcopum.*

Posthumiano & Zenone consulibus, circa annum Christi, teste Cassiodoro. 450. Secundum Marianum Scotum, ad ueritatem euangelij. 469. Iuxta autem Dionysij cyclum. 447. qui fuit pōtificatus Leonis papæ annus nouus, scripta est præsens epistola, similiter & sequens.

Iudiciū, quod de te sperabamus, dolemus esse frustratum, quando, ea te commisisse perspicimus, quæ omnem ecclesiasticę sanctionis regulam culpabili nouitate fœdarēt, cum plenissime noueris, quanta solicitudine per omnes domini ecclesias paternorum uelimus canonum præcepta seruari, & hanc maxime curam ad sacerdotes uniuersarum plebium per

tinere, ut sanctarum constitutionũ regulę nullis corrumpãtur excessibus. Vnde miramur, te, quem authoritatum apostolicæ sedis obseruantissimum esse cõuenerat, tam negligenter, ac potius insolenter egisse, ut, traditarum tibi legum non custos, sed transgressor existeres. Libello etenim Pauli presbyteri tui, q in subditis habetur, cognouimus, apud te nouo ambitu, fœdoq́ colluuio presbyteri ordinẽ fuisse turbatum, ita ut unius festina, & ĩmatura prouectio quędam eorum deiectio facta sit, quos ætas commẽdabat, & nulla culpa minuebat. Quod si ambientis intentio, aut imperita fauentium studia id, quod nunq́ habuit cõsuetudo, poscebant, ut incipiens emeritis, & nouellus præferretur antiquis, tuæ fuerat industriæ, atq́ doctrinæ, ut iniuste petentium desideria rationabili autoritate cohiberes, ne quẽ in sacerdotali propere prouehebas honore, ad iniuriam eorum, quibus ociabatur, inciperet. Miror, qui si fieret, dum in illo non humilitatis uirtus, sed elatiõis uitiũ roboraretur. Neq́ enim ignorabas dixisse dominũ, q qui se humiliat, exaltabitur, qui uero se exaltat, humiliabitur. Eundemq́ dixisse, uos autem quæritis, de pusillo crescere, & de honore maiores esse. Vtrunq́ enim inordinatũ, utrunq́ prępo sterum est, & omnis laborum fructus auferẽ, omnis meritorũ mensura uacuatur, si tantum quis assequitur dignitatis, quantum adulationis obtinuit, ut cupiditas eminendi non solũ superbientem minuat, sed etiam cõniuentem: Si uero (ut asseritur) primi, secundiq́ presbyteri, circa Epicarpium sibimet prępponendum,

Alias, quis,
Lu. 14. & 18.

tam huic assentatio fuit, ut illum cum sui dedecore poscerent honorari, nec hoc quidem illis, proprio se iudicio deijcientibus, tribui debuit, quod uolebant, cui tam misere uoluntati te dignius fuerat obuiare, quam cedere. Deformis autem, & ignaua subiectio bene sibi conscijs, & non irritam facientibus gratiam Dei, praeiudicare nō potuit, ut primatus suos quoq; cūq; cōmercio in alterutrum trāsferentes, subsequentium suorum minuerent dignitatē, & quē ultimum sibi anteposuerant, caeteris praeemineret. Praedicti igitur presbyteri, qui indignos se honoris sui ordine sunt professi, licet priuari etiam sacerdotio mererent, tamē ut eis pro apostolicae sedis pietate parcatur, ultimi inter omnes ecclesiae presbyteros habeantur. Et ut iudicij sui sententiam ferant, inferiores etiā illo erunt, quem propria sententia sibimet praetulere, caeteris omnibus praesbyteris in eo ordine permanentibus, quē unicuiq; ordinationis suae tempus asscripsit. Nec quisquam, praeter praedictos duos, imminutae dignitatis patiatur iniuriam, sed in eorum statum tantummodo hoc recurrat opprobrium, qui nouello, & immature ordinato, inferiores fieri elegere, ut illam euāgelicam sententiam ad se sentiant ptinere, qua dicitur, quo iudicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis, & qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur uobis. Paulus uero presbyter ordinem suum, de quo laudabili firmitate non cessit, obtineat. Nec ulterius aliqd in cuiusquam praesumatur iniuriam, ita ut dilectio tua, quam non immerito tota facti huius pulsat inuidia, hoc saltē remedio curare se pperet, ut sine dissimulatione haec quae decerni

Alias, sed qui ultimum sibi anteposuerāt, hi tantum caeteris non praeminerent.

Matth. 7.
Marci. 4.

mus,tradātur effectui,ne si iterato ad nos imploratio iusta confugerit, necesse sit sæuerius cōmoueri,cum his,quæ male sunt facta,correctis,malimus reintegrare disciplinam,quàm augere uindictam. Exequutionem uero præceptionum nostrarū fratri,& coepiscopo nostro Iulio cōmisisse nos noueris,ut oīa illi,quēadmodū constituimus,roborentur. Data Idus Martij,Posthumiano uiro clariss. cons.

Alias.8.Idus.

EPISTOLA SEXTA EIVSDEM

ad Eutychē Constantinopolitanum abbatem.

Leo episcopus. Ad notitiam nostram tuæ dilectionis epistola retulisti,quòd Nestoriana hæresis quorūdam rursus studijs pullularet. Solicitudinem tuam ex hac parte nobis placuisse,rescripsimus,qm̄ index animi tui est sermo, quē sumpsimus,Vnde nō ambigimus authorem catholicæ fidei dn̄m tibi in omnib⁹ affuturum. Nos autem cū plenius, quorū hoc improbitate fiat,potuerimus agnoscere, necesse est,auxiliante dn̄o prouidere,quatenus nefandum uirus dudumq́ damnatū, radicitus possit extingui. Deus te custodiat incolumem dilectissime fili. Datū Calē. Iunij, Posthumiano & Zenone. vv. cc. conss.

Alias,literis

Alias,prauitate uel importunitate.

EPISTOLA SEPTIMA

Asterio & Prothogene consulibus circa annum domini teste Cassiodoro. 451. Secundum Marianum Scotum ad ueritatem euangelij. 470. iuxta autem Dionysij cyclum. 448. qui fuit pōtificatus Leonis papæ annus decimus, hæc epistola scripta est, similiter & uiginti sequentes.

Leo Theodosio Augusto. Quantum præsidij dn̄s ecclesiæ suæ in fide uestræ clementiæ

præpararit,his etiam literis,quas ad me misisti ostenditur,ut nobis nõ solum regium, sed etiam sacerdotalem animum in esse gaudeamus.Siquidẽ præter ĩperiales & publicas curas,pijssimam solicitudinem Christianæ religionis habetis,ne.s.in populo Dei , aut schismata,aut hæreses, aut ulla scandala conualescant,quia tunc est optimus regni uestri status , qñ sempiternæ & incõmutabili trinitati unius deitatis confessione seruitur.Quid autẽ in Constantinopolitana ecclesia perturbationis acciderit, quod ita fratrem & coep̄m nostrum Flauianum potuerit cõmouere: ut Eutychen presbyterum cõmunione priuaret,nõ dum potuimus euidenter cognoscere.Quanuis enim prædictus presbyter ad sedem apostolicã per libellum doloris sui quærimoniã miserit,breuiter tamen aliqua prælibauit,asserens se Nicænæ synodi cõstituta seruantẽ frustra in fidei diuersitate culpatum,Eusebij autẽ episcopi accusatoris eius libellus,cuius exemplaria ad nos p̄dictus presbyter misit de obiectionis euidẽtia nihil habebat. Sed cũ presbytero hæreseos crimen intenderet,quem tñ nostrum sensum arguerit, nõ euidẽter expressit, quãuis & ipse episcopus Nicænę synodi profiteatur in hac re se esse decretis , propter quod non habuimus,unde aliqd diceremus . Et qa causę meritum,fidei ratio,& laudabilis solicitudo uestræ pietatis exegit,necesse est,iam locum subreptionibus non patere , sed prius de quibus eum æstimat arguendum instrui nos oportet,ut possit de bene cognitis congrue iudicari.Ad prædictum autem episcopum dedi

literas, quibus mihi displicere cognosceret, quod ea quæ in tanta causa gesta fuerant, etiã nimio silentio reticeret, cum studere debuerit primitus nobis cuncta reserare. Quẽ credimus, uel post admonitionem omnia ad nostram notitiam relaturũ ut in lucem ductis his, quæ adhuc uidentur occulta, id quod euangelicæ & apostolicæ doctrinæ conuenit, judicetur. Data ad Calen. Martias, Asterio & Prothogene consulibus.

EPISTOLA OCTAVA EIUSDEM

ad Flauianum Constantinopolitanum episcopum, ubi quærit, cur Eutyches a communione ecclesiæ fuerit separatus.

Dilectissimo fratri Flauiano episcopo, Leo episcopus. Cum Christianissimus & clemẽtissimus Imperator sanctę & laudabilis fidei, ꝓ ecclesiæ catholicæ pace solicitus ad nos scripta transmiserit, de his, qui apud uos ꝑturbationis strepitum mouerant, miramur fraternitatem tuam, quicquid illud scandali fuerit, nobis silere potuisse, & nõ potius procurasse, ut primitus nos insinuatio magis tuæ relationis ĩstrueret, ne de rerũ gestarũ possemus fide ambigere. Accepimus enim libellum Eutychetis presbyteri, qui se quæritur accusante Eusebio ẽpo immerito cõmunione priuatum, maxime cum euocatum se affuisse testetur, nec sui præsentiã denegasse, adeo ut in ipso iudicio libellum appellationis suæ se asserat obtulisse, nec tamen fuisse susceptum, qua ratione compulsus sit, ut contestatorios libellos in Constantinopolitana urbe proponeret. Quibus rebus intercidentibus, necdum agnoscimus, qua iustitia a cõmunione ecclesiæ fuerit separatus.

Alias sãcta et laudabili fide

Sed respicientes ad causam facti tui nosse uolumus rationem, et usq; ad nostram notitiam cuncta deferri, qm̄ nos, qui sacerdotū dn̄i matura uolumus esse iudicia, nihil possumus, in cognitis rebus, in cuiusquam partis præiudiciū definire, priusq; uniuersa, quæ gesta sunt, ueraciter audiamus. Et ideo fraternitas tua p idoneam maxime, aptamq; personam plenissima nobis relatione significet, qd contra antiquam fidem nouitatis emerserit, qd' sæueriori sententia dignum fuerit uindicari. Nam & ecclesiastica moderatio, et religiosa pijssimi principis fides multam nobis solicitudinem Christianæ pacis indicunt, ut amputatis dissentionibus, fides catholica inuiolata seruet, & his, qui praua defendunt, ab errore reuocatis, nostra authoritate, quorum fides probata fuerit, muniatur. Nec aliqua poterit ex hac parte difficultas afferri, cum memoratus presbyter libello proprio sit professus, paratum se esse ad corrigendum, si quid in se inuentum fuerit qd' reprehensione sit dignum. Decet enim in talibus causis hoc maxime prouideri, ut sine strepitu cōcertationum, & charitas custodiatur, et ueritas defendatur, frater charissime. Et ideo quia dilectio tua de tanta causa nos uidet necessario esse solicitos, q; plenissime, & lucide, uniuersa nobis, quod ante facere debuit, indicare festinet, ne iter assertiones, partiū, aliqua ambiguitate fallamur & dissentio, quę in suis initijs abolenda est, nutriatur, cū in corde nostro ea obseruantia, Deo inspirāte, permaneat, ne constitutiones uenerabilium patrum diuinitus roboratæ, & ad soliditatem fidei pertinē

Alias, inducūt uel indicant.

tes, praua cuiusquã interpretatione uiolētur. De⁹ te custodiat incolumē, frater charissime. Datum. 12. Calē. Maij Asterio, & Prothogene uiris clariss. consulibus.

RESCRIPTVM FLAVIANI EPISCOPI *Constantinopolitani, ad sanctissimum Leonem papam urbis Romæ.*

Domino beatissimo, & Deo amabili patri, Leoni Flauianus in domino æternam salutem.

De subdoli hostis insidijs. Cap. 1.

Nulla res diaboli uenena compescit, nec cõtinet mortiferas eius sagittas. Sursum enim, atq; deorsum peruolans, quærit, quos possit occidere, quos possit superare, quos possit deuorare. Propter quam rem uigilandum est, & orationibus a Deo obtinendum, ut fatuas inquisitiones euitare possimus. Decet enim seq patres nostros, nec commutare definitionem eorų perpetuam, quorų regulam secundum sacras scripturas esse didicimus. Depositis ergo fletibus, & lachrymis (quas ĩcessanter fundo, quia sub me clerũs degens, inuasus est a fero dæmone, & non potui eum liberare, nec auferre a tali lupo, qui animam meam pro illo paratus eram ponere) quomodo raptus sit, quomodo resilijt a proposito diuino, & ad illum cucurrit, qui perdere consueuit, præcepta patrum declinans, & constituta eorų despiciens, *alias, dedignans.* iam incipio enarrare.

De fraudulenta subtilitate hæreticorum. Cap. 2.

Sunt enim quidam ueste sua oues significãtes, interius lupi rapaces, quos ex fructib⁹ eorum debemus agnoscere. Isti prima fronte uidentur esse de numero nostro, sed non sunt de

Matth. 7.
1. Ioan. 2.

numero nostro. Si enim de numero nostro essent, nobiscũ mansissent. Quãdo autem cœperunt assumere impietatẽ, illud, quod prius occultabatur ĩ illis, aperitur, & dolus omnis fit oĩbus manifestus. Inueniunt autem infirmę fi dei homines, et qui diuinas lectiones nesciũt, & secum eos in perditionẽ præcipitant, dissipantes, & uituperãtes, patrum disciplinas, & reliquias sanctas scripturas ad suam perditionem, quos quidem debemus ꝓuidere, et a quibus multum oportet cauere, ne in malitia sua aliq occupati, concidant de sua firmitate. Exacuerunt enim linguam suam, quasi serpentes, & uenenũ in labijs habent, quasi aspides. De his, hæc propheta clamauit.

alias, relinquunt.

alias, quasi aspides linguas suas, & quibus propheta clamat, Acuerũt linguas &c.

De blasphemijs Eutychetis. Cap. 3.

Talis ĩter nos Eutyches emersit quondã ꝑsbyter, & archimandrites, q quasi nostræ religionis sectam sapiebat, & hãc præferebat. Nestorij autem impietatem confirmabat, & succingebatur, pro Nestorio militare in pugna, q̃ contra Nestorium parabatur. Trecentorꝝ autem decem, & octo, sanctorꝝ patrũ de fide expositionem factam, & sanctæ memoriæ Cyrilli epistolam scriptam ad Nestorium, uel ad similes eius, qbus oẽs assenserunt, tentauit euellere, antiquam impĳ Valẽtini, & Apollinaris reparans sectã, & nõ timuit ꝑceptũ regis ueri Dei, dicentis. Quicũq; scandalizauerit unum de pusillis istis, expedit ei, ut mola asinaria alligetᷣ collo eius, & demergatᷣ in profundũ maris. Verecundiã aũt oẽm eius ꝑfidia abiecit, et quã gerebat infidelitatis pellẽ excutiẽs, in sancta synodo asserebat instanter, dicens: Dñm

ali. capiebat.
ali. ꝑferebat.
ali. quidẽ impietati resistẽs & pugnam &c.

Matth. 18. & Mar. 9.

nostrum Iesum Christum non oportere confiteri de duabus naturis post humanam susceptionem, cũ a nobis unius substantiæ, & unius personæ, cognoscatur, neq; carnem domini coessentialem nobis subsistere, tanquam ex nobis susceptam & coadunatã Dei uerbo secundum substãtiam, sed dicebat uirginem quidẽ quæ eum genuit, secundum carnem consubstantialem nobis esse. Ipsum autem dominũ non suscepisse ex ea carnẽ consubstantialẽ nobis, & corpus domini nõ esse quidem corpus hominis, humanũ uero corpus esse, qđ est ex uirgine, omnium patrum expositionibus contraria sentiens.

Alias, Deo

alias, consubstantiuam.

De excommunicatione eius iustissima. Cap. 4.

Sed ne multa dicens, longam faciam epistolam, olim, quicqd egerimus, misimus ad beatitudinem uestram literas, quibus literis docuimus, & presbyterio illum esse nudatũ, qa sic captus est, & iussimus, eum cum monasterijs nullam habere rationẽ, et exclusimus eũ a cõmunione nostra, ut sanctitas uestra hoc cognoscens, quod circa illum actum est, omnibus episcopis, sub beatitudine uestra degentibus, manifestare dignetur illius impietatem, ne nesciẽtes aliqui, quid ille senserit, quasi ad orthodoxum uel p literas, uel per aliquã coniunctionem loquantur.

alias, in monasterio.

EPISTOTA NONA EIVSDEM ad Theodosium Augustum.

Pro integritate fidei catholicæ Christianissimum principem conuenit esse solicitum, & hoc indefessis p̃cibus diuinã misericordiã posco, ut cordi uestro, id quod est ueritatis inspi

ret,neq; falli uos in aliquo humanarum calli ditatum æmulatione patiatur. A me autẽ,atq; ab omnibus catholicis sacerdotibus, quę euã gelicæ fidei pietas defendat,satis plene ac luci de literis meis(quas clemẽtiam ueſtram iamdudum per famulum ueſtrum Epiphaniũ tribunum, q pro hac cauſa miſſus eſt) arbitror uos accepiſſe. Ratũ eſt nec ambigi poteſt,hoc nos puriſſime credere,hoc cõſtanter aſſerere, quod etiã uenerandi patres,quondã apud Nicæam congregati,ſecundum fidẽ ſymboli credendum & confitendum ſacratiſſima authoritate ſanxerunt. Nos enim, uenerabilis Imperator,ſicut Neſtorij dogma peruerſum merito anathematizauimus,ita iuſte etiã hor impietatem,qui ueritatem carnis noſtræ negant, a domino Ieſu Chriſto ſuſceptam eſſe, damnamus. Vnde ſi pietas ueſtra ſuggeſtioni,ac ſupplicationi noſtræ dignetur annuere, ut intra Italiam haberi iubeatis epiſcopale cõcilium, cito(auxiliante Deo)poterunt omnia ſcandala,quæ in perturbationem totius eccleſię ſunt commota,reſecari,ut per uniuerſum regnum ueſtrum catholicæ fidei integritate ſeruata, & pacem Chriſtianam manere, & ueſtrã apud Deum creſcere gloriam gaudeamus. Data.8. Calend.Iunias, Aſterio, & Prothogene conſulibus.

RESCRIPTVM LEONIS PAPAE AD Flauianũ Conſtantinopolitanũ epm cõtra Eutychetis perfidiã & hęreſim.

Quod ignorantia ſanctarum ſcripturarum Eutychen hæreticum fecerit. *Cap. 1.*

Leo epiſcopus dilectiſſimo fratri Flauiano

Constantinopolitano episcopo. Lectis dilectionis tuae literis, quas miramur fuisse tam seras, & gestorum episcopalium ordine recensito, tandem quid apud uos scandali contigerit, atq; cõtra integritatem fidei exortum fuisset, agnouimus, & quae prius uidebantur occulta, nunc nobis reserata patuerunt. Quibus Eutyches qui presbyterij nomine honorabilis uidebatur, multum imprudens, & nimis imperitus, ostenditur, ut etiam de ipso dictũ sit a propheta. Noluit intelligere, ut bene ageret, iniquitatem meditatus est in cubili suo. Quid autẽ iniquius, quàm impia sapere, & sapientioribus doctioribusq́;, non credere? Sed in hanc insipientiam cadunt, qui cum ad cognoscendam ueritatẽ aliquo impediuntur obscuro, non ad propheticas uoces, non ad apostolicas literas, nec ad euangelicas authoritates, sed ad semetipsos, recurrunt. Sed ideo magistri erroris existunt, quia ueritatis discipuli non fuere. Quam enim eruditionem de sacris noui & ueteris testamenti paginis acquisiuit, qui nec ipsius quidem symboli initia comprehendit? Et quod per totum mundum omniũ regeneratorũ uoce depromitur, istius adhuc senis corde non capitur.

alias, impudẽs

Psalmo. 35.

24. q. 3. Quid autẽ iniquius

alias, obstaculo.

Contra eos, qui in duos filios dispensationis dominicae mysterium scindere moliuntur. Cap. 2.

Nesciens igitur quid deberet de uerbi Dei incarnatione sentire, nec uolens ad promerendum intelligentiae lumẽ, in sanctarum scripturarum latitudine laborare, illam saltem communem, & indiscretam confessionem solicito apprehendisset auditu, qua fidelium uniuersi

tas profitetur, credere se in Deum patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium ei⁹ unicũ dñm nostrũ, q natus est de spiritu sancto, & Maria uirgine. Quibus tribus sentẽtijs oĩum fere hæreticorũ machinæ destruunť. Cũ enim deus omnipotens creditur, pr̃ sempiternus, eidẽ filius demonstratur, in nullo a patre differens, quia de Deo Deus, de omnipotente oĩpotens, de æterno natus est coæternus, non posterior tpe, nõ inferior potestate, nõ dissimilis gloria, non diuisus essentia, idem uero sempiterni genitoris unigenitus, sempiternus natus est de spiritu sãcto, & Maria uirgine. Quæ natiuitas temporalis illi natiuitati diuinæ, & sempiternæ nihil minuit, nihil contulit, sed totam se reparando homini, qui erat deceptus, impendit, ut & mortẽ uinceret, & diabolum, qui mortis habebat imperium, sua uirtute destrueret. Non enim superare possemus peccati, & mortis authorem, nisi naturam nostram ille susciperet, & suam faceret, quem in peccatum contaminare, nec mors potuit detinere. Conceptus quippe est de spiritu sancto, intra uterum matris uirginis, q̃ ita illum, salua uirginitate, ædidit, quemadmodum, salua uirginitate, cõcepit. Sed si, de hoc Christianæ fidei, fonte purissimo syncerũ ĩtellectum haurire nõ poterat, quia splendorem perspicuæ ueritatis obcæcatione sibi propria tenebrarat, doctrinę se euãgelicæ subdidisset, dicẽte Matthæo: Liber generatiõis Iesu xp̃i, filij Dauid, filij Abrahã, apostolicę quoq; p̃dicationis expetisset instructũ, & legẽs in epl̃a ad Rom̃. Paul⁹ seruus Iesu Christi, uocat⁹ apostolus, segregat⁹ in euã

alias, ex *alias, ex* *Heb. 2.* *Matth. 1.* *alias, instrumentum.* *Roma. 1.*

gelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos, in scripturis sanctis, de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnem, ad propheticas paginas piam solicitudinem contulisset, & inuenisset promissionem Dei ad Abraham, dicẽtis: In semine tuo benedicẽtur omnes gentes. Et ne de huius seminis proprietate dubitaret, secutus fuisset apostolum dicentem: Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Nõ dicit, & seminib⁹, quasi in multis, sed quasi in uno, et semini tuo, qđ est Christus, Esaiæ quoqꝫ prædicationem interiore apprehendisset auditu dicentis: Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen Emmanuel quod est interpretatum, nobiscum Deus. Eiusdemqꝫ prophetæ fideliter uerba legisset: Puer natus est nobis, filius datus est nobis, cuius potestas super humerum eius, & uocabitur nomen eius magni consilij, angelus, admirabilis, cõsiliarius, De⁹ fortis, princeps pacis, pater futuri seculi. Nec frustratorie loquẽs, ita uerbum diceret carnẽ factum, ut æditus utero uirginis Christus, haberet formam hominis, & nõ haberet materni corporis ueritatem. An forte ideo putauit dñm nostrum Iesum Christũ, non nostræ esse naturæ, quia missus ad beatam Mariam angelus, ait: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ et qđ nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei, ut quia cõceptus uirginis diuini fuit operis, non de natura concipientis fieret caro concepti? Sed non ita intelligenda est illa generatio singulariter mirabilis, & mirabiliter singula-

Gene.22. Galat.3. Esa.7. alias, uocabũt Esa.16. alias, humeros. alias, uocabũt Luc.6. Esa.6. alias, fuerit.

ris, ut per nouitatem creationis proprietas re mota sit generis, fœcunditatē enim uirgini spi ritus sanctus dedit, ueritas aūt corporis sumpta de corpore est, & ædificante sibi sapientia domum, uerbum caro factū est, & habitauit in nobis, hoc est, in ea carne, quam sumpsit ex hoīe, & quā spiritu uitæ rationalis animauit. *alias, uirginis* *Prouer. 9.* *Ioan. 1.* *alias, spiritus.*

Contra eos, qui paßibilem diuinitatem unigeniti filij Dei audent asserere. Cap. 3.

Salua igitur proprietate utriusq; naturæ, & in unam coeunte personam, suscepta est a maiestate humilitas, a uirtute infirmitas, ab æternitate mortalitas, & ad resoluendum cōditionis nostræ debitum, natura inuiolabilis naturę est unita passibili, ut quod nostris remediis congruebat, unus, atq; idem, mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus, & mori posset ex uno, & mori non posset ex altero. In integra ergo ueri hominis, perfectaq́ natura, uerus natus est Deus, totus in suis, est totus in stris. Nostra autem dicimus, quæ in nobis ab initio creator condidit, & quæ reparanda suscepit. Nam illa, quæ deceptor ītulit, et homo, deceptus, admisit, nullum habuere in saluatore uestigium. Nec quia cōmunionē humanarū subijt infirmitatū, ideo nostrorū fuit particeps delictorum. Assumpsit formam serui, sine sorde peccati, humana augēs, diuina nō minuēs, quia exinanitio illa, qua se inuisibilis uisibilē præbuit, & creator, ac dominus omnium rerū unus uoluit esse mortalium, īclinatio fuit miserationis, non defectio potestis. Proinde qui manens in forma Dei, fecit hominem, idem in forma serui, factus est homo. Tenet enim sine

defectu proprietatem suam utraque natura. Et sicut formam serui, Dei forma non adimit, ita formam Dei, serui forma nō minuit. Nam qa gloriabatur diabolus, hominē, sua fraude deceptum, diuinis caruisse muneribus, &, īmortalitatis dote nudatum, duram mortis subijsse sententiam, seque in malis suis quoddam de præuaricatoris consortio inuenisse solatium, Deum quoque iustitiæ exigēte ratione, erga hominem, quem in tanto honore condiderat, ppriam mutasse sententiam, opus fuit secreti dispensatione consilij, ut incōmutabilis De⁹ (cuius uoluntas non potest sua benignitate priuari) primam erga nos pietatis suæ dispensationem, sacramento occultiore, compleret, & homo, diabolicæ iniquitatis uersutia actus in culpam, contra Dei propositum non periret.

Alias, forma serui, dei formam non adimit, ita formā dei, serui forma.

Contra eos qui in duas naturas Christi temperamentum, uel confusionem, argumentantur. *Cap. 4.*

Ingreditur ergo hęc mundi infima fili⁹ Dei, de cœlesti sede descendens, & a paterna gloria nō recedens, nouo ordine, noua natiuitate generatus. Nouo ordine, quia inuisibilis in suis, uisibilis factus est in nostris. Incomprehensibilis uoluit comprehēdi. Ante tēpora manēs, esse cœpit ex tēpore. Vniuersitatis dn̄s seruilē formam, obumbrata maiestatis suæ immensitate suscepit. Impassibilis Deus, non dedignatus est esse homo passibilis, & īmortalis mortis legibus subiacere. Noua autem natiuitate generatus, quia inuiolata uirginitas concupiscentiam nesciuit, carnis materiam ministrauit. Assumpta est igitur de matre dn̄i natura, non culpa, nec in dn̄o Iesu Christo, ex utero

uirginis

uirginis genito, quia natiuitas est mirabilis, ideo nostrę est naturæ dissimilis. Qui enim uerus est Deus, idem uerus est homo. Et nullum est in hac unitate mēdacium, dum inuicē sunt & humilitas hominis & altitudo deitatis. Sicut enim Deus nō mutatur miseratiōe, ita homo non consumit̄ dignitate. Agit enim utraq; forma cū alterius cōmunione, quod proprium est uerbo scilicet, operante, qd' uerbi est. & carne exequente, quod carnis est. Vnum hoꝝ coruscat miraculis, aliud succumbit iniurijs. Et sicut uerbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recessit, ita caro naturam nostri generis non reliquit. Vnus enim idemq; est, quod sæpe dicendum est, uere Dei filius, et uere hominis filius. Deus per id, quod in principio erat uerbum, et uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbū. Homo per id, quod uerbum caro factū est, & habitauit in nobis. Deus per id, quod oīa ꝑ ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Homo per id, quod fact9 est ex muliere, factus est sub lege. Natiuitas carnis manifestatio est humanæ naturæ. Partus uirginis diuinæ est uirtutis indicium. Infantia paruuli ostenditur humilitate cunarum. Magnitudo altissimi declaratur uocibus angeloꝝ. Similis est rudimētis hominum, quem Herodes impius molitur occidere. Sed dn̄s est oīum, quem magi gaudentes ueniunt suppliciter adorare. Iam cum ad præcursoris sui Ioannis baptismum ueniret, ne lateret, quod carnis uelamine tegeretur, uox patris de cœlo intonans dixit: Hic est filius meus dilectus, ī quo mihi bene cōplacuit. Quē itaq; sicut hominem, diabolica tentat astutia, eidem

alias, matri est natura.
Ioan.1.
Galat.4.
Matth.2.
Matth.3.
Lucæ.3.

Marc.1. ſicut Deo angelica famulantur officia. Eſurire,
Matth.4. ſitire, laſſeſſere, atq; dormire euidẽter humanũ
Ioan.19. eſt. Sed & de quinq; panibus, quinq; milia ho-
Ioan.4. minum ſatiare, & largiri Samaritanæ aquã ui-
Ioan.3. uam, cuius hauſtus bibenti præſtat, ne ultra iã
Luc.9. ſitiat, ſupra dorſum maris, plantis non ſubſidẽ
Ioan.4. tibus ambulare, & elationes fluctuum ĩcrepa-
Matth.14. ta tempeſtate conſternere, ſine ambiguitate di-
Luc.8. uinum eſt. Sicut ergo (ut multa præter eam) nõ
alias, Lazarũ eiuſdẽ naturę eſt, flere miſeratiõis affectu ami
Ioan.11. cum mortuum, & eundem remoto quatridua
matth.27. næ aggere ſepulturæ, ad uocis imperium exci-
Luc.23 tare recidiuiuum, aut in ligno pẽdere, & in no
Ioan.10. ctem (luce conuerſa) omnia elementa tremefa-
Ioan.14. cere, aut clauis transfixum eſſe, & paradiſi por
tas fidei latronis aperire, ita nõ eiuſdem natu-
ræ eſt, dicere, ego & pater unum ſumus, & di-
cere, pater maior me eſt. Quãuis enim in dño
Ieſu Chriſto Dei, & homine, una perſona ſit, a-
liud tamen eſt, unde in utroq; cõmunis eſt cõ-
tumelia, aliud unde cõmunis eſt gloria. De no
ſtro enim illi eſt minor patre humanitas, de pa
tre illi eſt æqualis cum patre diuinitas.

Contra eos, qui cœleſtem, aut alterius cuiuſq; ſubſtantiæ exiſtere formam ſerui, quam ex nobis aſſumpſit, inſaniendo aſſerunt. *Cap. 5.*

Propter hanc unitatẽ perſonæ, in utraq; na-
tura intelligendam, & filius hominis legitũ de-
ſcendiſſe de cœlo, cum filius Dei carnem de ea
uirgine, de qua eſt nat⁹, aſſumpſerit. Et rurſus,
filius Dei crucifixus dicitur, ac ſepultus, cum
hæc non in diuinitate ipſa, qua unigenitus, cõ-
ſempiternus, & conſubſtantialis eſt patri, ſed
in naturæ humanæ ſit infirmitate ꝑpeſſus. Vn

de unigenitum filium Dei crucifixum, & sepul-
tum, omnes etiam in symbolo confitemur, se-
cundum illud apostoli dictum: Si enim cogno- 1.Cor.2.
uissent, nunquã dñm maiestatis crucifixissent.
Cum autẽ ipse dominus noster, atq; saluator,
fidem discipulorũ suis ĩterrogationib⁹ erudiret,
quem (inquit) dicũt homines esse filium homi-
nis? Cumq; illi diuersas aliorũ opiniones rete-
xuissent, uos (ait) quẽ me esse dicitis? Vbi bea- matth.16.
tus Petrus, diuinitus inspiratus, & confessione
sua omnib⁹ gentibus profuturus, Tu es (inqt)
Christus filius Dei uiui. Nec immerito beatus
est pronunciatus a dño, et a principali petra so
liditatem & uirtutis, traxit & nominis, qui p
reuelationem patris eundem & filium Dei est
confessus, et Christum, quia unũ horũ sine alio
receptum non proderat ad salutẽ, sed æqualis
erat periculi, dñm Iesum Christum aut Deum
tantũmodo sine homine, aut sine Deo solũ ho
minem credidisse. Post resurrectionẽ uero dñi,
quæ utiq; ueri hominis fuit, quia aliter nõ est alias, corporis
resuscitatus, q̃ q fuerat crucifixus et mortuus,
quid aliud quadraginta dierũ mora gestũ est,
q̃ ut fidei nostræ integritas ab omni caligine
mundaretur? Colloquẽs enim cum discipulis Act.1.
suis, & cohabitans atq; conuescens, & pertre- Ioan.20.
ctari se diligẽti curiosoq; cõtactu ab eis, quos Ibidem.
dubietas perstringebat, admittẽs, ideo & clau- Luc.24.
sis ad discipulos ianuis introibat, & flatu suo Ioan.20.
dabat spiritum sanctum, & donato intelligen- Luc.24.
tiæ lumine sanctarũ scripturarũ occulta pande
bat. Et rursus, idem uulnus lateris, fixuras cla
uorũ, & omnia recẽtissimæ passionis signa mõ
strabat, dicens: Videte manus meas & pedes,

quia ego sum. Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere, ut agnosceretur, in eo proprietas diuinæ humanæq; naturæ indiuidua permanere, & ita sciremus, uerbum non hoc esse, quod carnem, & ut unum Dei filiũ & uerbum confiteremur & carnem. Quo fidei sacramento Eutyces iste nimium æstimandus est uacuus, qui naturam nostrã in unigenito Dei nec p humilitatẽ mortalitatis, nec per gloriam resurrectionis agnouit. Nec sententiam beati apostoli & euangelistæ Ioannis expauit, dicentis: Omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex Deo est, & omnis spiritus q soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus. Quid autem est soluere Iesum, nisi humanã ab eo separare naturã, & sacramentum fidei, per quod unum saluati sumus, imprudẽtissimis euacuare figmentis? Caligãs uero circa naturã corporis Christi, necesse est, ut etiam in passione eius eadem obcæcatione desipat. Nam si crucẽ dñi non putat falsam, & susceptum pro mundi salute, supplicium uerum fuisse non dubitat, cuius credit mortem, agnoscat & carnẽ. Nec diffiteatur nostri corporis hominẽ, quem cognoscit fuisse passibilem, quoniã negatio ueræ carnis, negatio est etiam corporeæ passionis. Si enim Christianam suscipit fidem, & a prædicatione euangelij suum non auertit auditum, uideat, q natura transfixa clauis penderit in crucis ligno, & aperto per militis lanceam latere crucifixi, itelligat, unde sanguis & aqua effluxerint, ut ecclesia Dei lauacro rigaret, & poculo. Audiat & beatum Petrum apostolum prædican-

1. Ioan. 4.

Ioan. 19.

alias, regeneretur.

tem, quod sanctificatio spiritus per aspersionẽ fiat 1.Pet.1.
sanguinis Christi. Nec trãsitorie legat eiusdem Ibidem.
apostoli uerba, dicentis: Scientes, quod non corruptibilibus argento & auro redẽpti estis, de uana uestra cõuersatione paternæ traditionis, sed prætioso sanguine, quasi agni incõtaminati & immaculati Iesu Christi. Beati quoque Ioannis 1.Ioan.1.
apostoli testimonio non resistat, dicentis: Sed sanguis Iesu filij Dei emũdat nos ab omni peccato. Et iterum: Hæc est uictoria, quæ uincit mun I.Ioan.5
dum, fides nostra. Et quis est, qui uincit mundum, nisi qui credit, quoniam Iesus est filius dei? Hic est, qui uenit per aquam & sanguinem Iesus Christus. Non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus est ueritas. Quia tres sunt, qui testimonium dant, spiritus, aqua & sanguis, & hi tres unũ sunt. Spiritus utique sanctificationis, & sanguis redemptionis, & aqua baptismatis, quæ tria unum sunt, & indiuidua manent, nihilque eorum a sui conexione seiungitur. Quia catholica ecclesia hac fide uiuit ac proficit, ut in Christo Iesu, nec sine uera diuinitate humanitas, nec sine uera credatur humanitate diuinitas.

Contra eos, qui duas quidem ante adunationem naturas Domini delirant, unã uero post adunationẽ confingũt. Ca. 6.

Quum autem ad interloquutionem examinis uestri Eutyches responderit, dicens: Confiteor ex duabus naturis fuisse dñm nostrũ ante adunationem, post adunationem uero unã naturam confiteor, miror tam absurdam, tamque peruersam eius professionem, nulla iudicantiũ increpatione reprehensam, & sermonem nimis insipiẽtem, nimisque blasphemum, ita omissum,

quasi nihil, quod offenderet, esset auditũ, quũ tam impie duarum naturarum ante icarnationem unigenitus Dei filius fuisse dicatur, q̃ nefarie, postq̃ uerbum caro factũ est, natura i eo singularis asserit. Quod ne Eutyches ideo uel recte uel tolerabiliter æstimet dictum, quia nulla uestra est sententia confutatũ, dilectionis tuę diligentiã cõmonemus, frater charissime, ut si per inspirationem misericordiæ Dei, ad satisfactionem causa perducitur, imprudentia hominis imperiti etiam ab hac sensus sui macula ꝑ te purgetur. Qui quidem (sicut gestorũ ordo patefecit) bene cœperat a sua persuasione discedere, quum, uestra sententia coarctatus, profiteretur se dicere, quod ante non dixerat, & ei fidei acquiescere, cui⁹ prius fuisset alienus. Sed quũ, anathematizando, impio dogmati noluisset p̃bere consensum, intellexit eũ fraternitas uestra in sua manere perfidia, dignumq́ esse, qui iudicium cõdemnationis exciperet. De quo si fideliter atq; utiliter dolet, & q̃ recte mota sit episcopalis authoritas, uel se reum cognoscit, uel si ad satisfactionis plenitudinẽ, omnia quæ ab eo male sunt sensa, uiua uoce & præsenti subscriptione damnauerit, non erit reprehensibilis erga correctum quantacũq; miseratio. Dominus noster uerus et bonus pastor, qui animam suam posuit pro ouibus suis, & qui uenit animas hominum saluare, nõ perdere, imitatores nos uult esse suę pietatis, ut peccantes quidem iustitia coerceat, cõuersos autem misericordia non repellat. Tunc enim demum fructuosissime fides uera defenditur, qñ etiã a sectatorib⁹ suis opinio falsa damnatur. Ad omnẽ uero cau

Alias, pœnitudinem.

Ioan. 10.

Luc. 9.

Alias, deprehẽditur.

ſam pie ac fideliter exequẽdam, fratres noſtros Iulianum epm & Renatũ presbyterꝝ tituli ſancti Clementis, ſed & filium meũ Hilarium diaconum uice noſtra direximus. Quibus dulcitium notarium noſtrum, cuius fides nobis eſt ſæpe probata, ſociauimus, confidentes affuturꝝ diuinitatis auxilium, ut is, qui errauerat, damnata ſenſus ſui prauitate, ſaluetur. Deus te incolumẽ cuſtodiat, frater chariſſime. Data Idib⁹ Iunij, Aſterio & Prothogene conſulibus; Era. cccc.lxxxvi.

EPISTOLA XI. EIVSDEM

Leonis papæ ad Iulianũ epiſcopum Coenſem, contra Eutychene impietatis errorem.

Licet per noſtros, quos ab urbe ꝓ fidei cauſa direximus, pleniſſimas ad fratrem Flauianũ literas miſerimus, contra nimiæ impietatis errorem, tamen quia per filium noſtrum Baſiliũ diaconem, ſcripta tuæ dilectionis accepimus, quæ multũ nobis catholici ſenſus feruore placuerunt, etiam hanc paginam, quæ illis epiſtolis cõſonaret, adiecimus, ut unanimiter atq; cõſtanter, his qui euangelium Chriſti corrumpere cupiunt, reſiſtatis, quoniã ſancti ſpiritus in nobis atq; in uobis una eſt eruditio, eadẽq; doctrina, quã quicũq; nõ recipit, nõ eſt membrũ corporis Chriſti, nec poteſt eo capite gloriari, in quo naturam ſuam aſſerit nõ haberi. Quid autẽ prodeſt imprudentiſſimo ſeni, Neſtorianę hæreſeos noïe, eorꝝ lacerare opinionem, quorꝝ pijſſimã cõuellere nõ poteſt fidem, quum quãtum Neſtori⁹ a ueritate diſceſſit, deitatẽ uerbi ab aſſumpti hominis ſubſtãtia ſeparãdo tm̃ a recto tramite etiam iſte deſciſcat, qui unigeni- Alias, eos.

tum Dei filium sic de utero beatæ uirginis prædicat natũ, ut humani quidem corporis speciẽ gesserit, sed humanæ carnis ueritas uerbo unita non fuerit? De quo prodigio falsitatis, qs nõ uideat, quæ opinionũ monstra nascant? Negator enim mediatoris Dei & hominũ, hois Iesu Christi, necesse est, ut multis impietatibus impleatur, cumq; aut Apollinaris sibi uendicet, aut Valentinus usurpet, aut Manichęus obtineat, quorũ nullus in Christo humanæ carnis credidit ueritatẽ. Qua utiq; non recepta, nõ solum q secundũ carnem atq; animam rationalem, qui erat in forma Dei, manẽs idem in forma serui, homo natus est, denegatur, sed etiã, q crucifixus est, & mortuus, ac sepultus, q q; die tertia a mortuis resurrexit, & q ad dexterã dei patris sedens ad iudicãdos uiuos & mortuos, in eo corpore sit uenturus, in quo est iudicat⁹ ad mortẽ, abnuitur, quia hæc redemptionis nostræ sacramenta uacuantur, si Christus ueram ueri hominis, totamq; naturam suscepisse non creditur. An quia manifesta erãt signa diuina, falsa dicentur documenta corporea, & testimonia utriusq; naturæ ualebunt, ut creator intelligatur, non ualebũt, ut creatura saluetur? Quod deitatis est, caro non minuit, quod carnis est, deitas non peremit. Idem enim & sempiternus ex patre, & temporalis ex matre, in sua uirtute inuiolabilis, in nostra infirmitate passibilis. In deitate trinitatis cum patre & cum spiritu sancto, unius eiusdemq; naturæ, in susceptione autem hominis non unius substantiæ, sed unius eiusdẽq; personę, ut idem esset diues in paupertate, omnipotens in abiectione, impassibilis in

Alias, no

supplicio, in morte imortalis. Nec enim uerbũ aut in carnem, aut in animam aliqua sui parte conuersum est, quũ simplex & incõmutabilis natura deitatis tota sit semper in sua essentia, nec damnum sui recipiens, nec augmentum, et sic assumptam naturam beatificans, ut glorificata, in glorificante permaneat. Cur autem inconueniens, aut impossibile uideatur, ut uidelicet uerbum & caro & anima unus Iesus Christus, & unus Dei, hominisq́ sit filius, si caro et anima, quae dissimilium naturarũ sunt, unã faciunt etiam sine uerbi incarnatione personam, quũ multo facilius sit, ut hanc unitatẽ sui atq; hominis, deitatis prestet potestas, qua ut eam in substãtijs suis obtineat solius humanitatis infirmitas? Nec uerbum igitur in carnem, nec ĩ uerbum caro mutata est, sed utrũq; in uno manet, & unus in utroq; est, non diuersitate diuisus, non permixtione cõfusus, nec alter ex patre, alter ex matre, sed idem aliter ex patre ante omne principium, aliter de matre in fine seculorũ, ut esset mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus, in quo ĩhabitaret plenitudo diuinitatis corporaliter, quia assumpti, non assumentis prouectio est, q Deus illũ exaltauit, & donauit illi nomẽ, qd' est super omne nomẽ, ut in nomine Iesu omne genuflectatur, coelestiũ, terrestrium, & infernorũ, & oĩs lingua confiteatur, quoniã dñs Iesus Christus ĩ gloria est Dei patris. In eo uero quod Eutyches in episcopali suo iudicio ausus est dicere, ante incarnationẽ duas in Christo fuisse naturas, post incarnationem autem unã necessarium fuerat, ut ad reddendum rationẽ professionis suae, crebris atq;

1. Timoth. 2.
Coloss. 2.
Philip. 2.
Philipp. 2.

solicitis iudicum iterrogationibus urgeretur, ne tanquam inane aliquid præterflueret, quod non nisi de haustu uenenatorum dogmatũ apparebat effusum. Arbitror enim, talia loquẽtem hoc habere persuasum, quod anima, quã saluator assumpsit, prius in cœlis sit commorata, quam de Maria uirgine nasceretur, eamque sibi uerbum in utero copularet. Sed hoc catholicæ mẽtes, auresque nõ tolerant, quia nihil secum dñs de cœlo ueniẽs, nostræ conditionis exhibuit, nec animã enim, quæ anterior extitisset, ne carnem, quæ nõ materni corporis esset, accepit. Natura quippe nostra non sic assumpta est, ut prius creata, post assumeretur, sed ut ipsa assumptione crearetur. Vnde quod in Origene merito damnatũ est, qui animarum, antequam corporibus insererentur, nõ solum uitas, sed & diuersas fuisse asseruit actiones, necesse est, ut etiã in isto, nisi maluerit sententiã abdicare, plectatur. Natiuitas enim dñi secundum carnem quãuis habeat quædam propria, quibus humanæ conditionis initia transcendat, siue quod solus ex sancto spiritu ab inuiolata uirgine sine concupiscentia carnis est conceptus, & natus, siue quod ita uisceribus matris est æditus, ut & fœcunditas pareret, & uirginitas permaneret, nõ alterius tamẽ naturæ erat eius caro, quam nostra, nec alio illi, quam cęteris hominibus anima est inspirata principio, quæ excelleret, non diuersitate gñis, sed sublimitate uirtutis. Nihil enim carnis suæ habebat aduersum, nec discordiam desideriorum gignebat cõpugnantia uoluntatum. Sensus corporei uigebant sine lege peccati, & ueritas affectionum sub moderamine deitatis & mentis. Nec tentabatur illecebris, nec

alias, misceantur.

cedebat iniurijs. Verus homo, uero unitus est Deo, nec secundum existentem prius animam deductus e coelo, nec secũdum carnem creatus est ex nihilo, eandem gerens in Deo uerbi Dei personam, & tenens cõmunem nobiscũ in corpore, animamq; naturam. Non enim esset Dei hominumq; mediator, nisi idem Deus, idemq; homo in utroq; & unus esset & uerus. Incitat quidem nos ad latitudinem differendi materię magnitudo, sed apud eruditionem tuã non est copia laborandum, praesertim iam, quũ per nostros ad fratrem Flauianum sufficiẽtes literas miserimus, ad cõfirmandos animos nõ solum sacerdotum, sed etiam laicorum. Praestabit, ut credimus, misericordia Dei, ut absq; cuiusquã animae detrimento possint aduersum diaboli dolos, & sana defendi & uulnerata curari. Data Idib⁹ Iunij, Asterio & Prothogene uiris clariss. consul.

alias, uerbi deitate personam,

1. Timoth. 2

EPISTOLA XII. EIVSDEM

Leonis papae ad Theodosium augustum, de legatis quos uice sua destinauit ad synodum Ephesinam, pro erroribus Eutychetis collectam.

Caesari Theodosio religiosissimo & pijssimo augusto, Leo papa eccl'iae catholicae urbis Romae. Quantum rebus humanis consulere prouidentia diuina dignetur, solicitudo clementię uestrae, spiritu Dei incitata demonstrat, quae in catholica ecclesia nihil impacatum, nihil uult esse diuersum, quoniam fides, quae nõ nisi una est, in nullo potest esse sui dissimilis. Vnde licet Eutyches (quãtum gestorum episcopalium ordo patefecit) imperite atq; imprudenter errare detectus sit, debueritq;, a sua merito reprobabili

persuasione discedere, quoniam tamē pietas ue stra, quæ in honorem Dei religiosissima catholicam diligit ueritatē, apud Ephesum cōstituit synodale cōcilium, ut imperitus in quo nimis caligat, ueritas īnotescat, fratres meos Iulianū epm, & Renatū presbyterū, & filiū meum Hilariū diaconum misi, q ad uicē p̄sentiæ meæ p negotij qualitate sufficerent, & qui eum secum deferrent iustitiæ, & benignitatis affectum, ut quia dubitari nō potest, q̄ sit Christianę cōfessionis ītegritas, & totius erroris prauitas dam naret, & resipiscēs, q deuiauerat, si p uenia supplicaret, sacerdotalis ei beniuolētia subueniret, quū in libello suo, quē ad nos misit, hoc saltē sibi ad pmerendā ueniā reseruauit, ut correctur se esse pmitteret, quicqd nostra sentētia de his, quæ male senserat, improbasset. Quid autē catholica ecclesia uniuersaliter de sacramento dominicæ incarnationis credat, & doceat, ad fratrem & coepiscopum nostrum Flauianum plenius continent scripta, quæ misi. Data Idibus Iunij, Asterio & Prothogene uiris clariss. consulibus.

alias, imperito sem, ea in qua.

EPISTOLA XIII. EIVSDEM

Leonis papæ ad Pulcheriam augustam, de his unde supra, ad Theodosium augustum.

Quantum præsidij dn̄s ecclesię suę in uestra clementia prępararit, multis sępe probauimus documentis. Et quicquid, nostris temporibus, contra impugnatores catholicæ ueritatis, industria sacerdotalis obtinuit, ad uestrā maxime gloriam redundauit, dum, sicut spiritu sancto docēte, didicistis, illi per omnia potestatem uestram subijcitis, cuius munere & protectione

regnatis. Vnde quia, contra integritatem fidei Christianæ, dissensionem quandam in Constã tinopolitana ecclesia Eutyche authore generatam, fratris & coepiscopi nostri Flauiani relatione cognoui, ita ut totius causæ speciem synodalium gestorum textus ostẽderit, dignum gloriæ uestræ est, ut error, qui (ut arbitror) de imperitia magis, quã de uersutia natus est, auferatur, priusq; ullas sibi uires de consensu imprudentium pertinacia prauitatis acquirat, qa etiam ignorantia graues nonnunq; incidit lapsus, & plerunq; in diaboli ruit foueas incauta simplicitas, per quã in supradicto subrepisse intelligo spiritum falsitatis, ut dum æstimat, se religiosius de filij Dei maiestate sentire, si ei naturæ nostræ ueritatem inesse non dicat, totum illud, q uerbum caro factum est, unius atque eiusdem putet esse substantiæ. Et quantum Nestorius a ueritate excidit, dum Christũ de matre solum hominem asserit natum, tantum etiã hic a catholico tramite deuiat, qui de eadẽ uirgine non nostram credit æditam esse substantiam, uolens utiq; eam solius deitatis intelligi, ut q formã serui gessit, & q nostri similis fuit atq; conformis, quædam nostræ naturæ fuerit imago, nõ ueritas. Nihil autẽ prodest, dñm nostrum beatæ Mariæ uirginis filiũ uerum, perfectumq; hominem dicere, si non illius generis homo creditur, cuius in euãgelio prædicatur. Dicit enim Matthæus: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham, & ita humanæ orignis ordinem sequitur, ut generationum lineas usq; ad Ioseph, cui mater domini erat desponsata, deducat. Lucas uero, retror-

ſum ſucceſſionum gradus relegeris, ád ipſum humani generis principem redit; ut Adam primum, & Adam nouiſſimum eiuſdem oſtẽdat eſſe naturæ. Potuerat quippe omnipotentia filij Dei ſic ad docendos, iuſtificandoſq́ homines apparere, quomodo & patriarchis & prophetis in ſpecie carnis apparuit, quum aut luctamen iniſt, aut ſermonem conſeruit, quumve officia hoſpitalitatis non abnuit, uel etiã appoſitum cibum ſumpſit. Sed illæ imagines huius hominis erant indicia, cuius ueritatem ex præcedentium patrum ſtirpe ſumendam, ſignificationes myſticæ nuntiabant. Et ideo ſacramentum reconciliationis noſtræ, ante tempora ęterna diſpoſitũ, mille implebant figuræ, quia nõdum ſuperuenerat ſpiritus ſanctus in uirginẽ, nec uirtus altiſſimi obumbrauerat ei, ut & intra intemerata uiſcera, ædificante ſibi ſapientia domum, uerbum caro fieret, & forma Dei ac forma ſerui in unam cõueniente perſonã, creator tempoꝝ naſceretur in tempore, & ꝑ quem facta ſunt oĩa, ipſe inter oĩa gigneretur. Niſi.n. nouus homo, factus in ſimilitudinẽ carnis peccati, noſtram ſuſciperet uetuſtatem, & conſubſtantialis patri, cõſubſtantialis eſſe dignaretur & matri, naturamq́ ſibi noſtram, ſolus a peccato liber, uniret, ſub iugo diaboli generaliter teneretur humana captiuitas, nec aliter poſſideremus triumphantis uictoriam, ſi extra noſtram eſſet conſerta naturã. De hac autem participatione mirabile ſacramentũ nobis regenerationis indulſit, ut per ipſum ſpiritum, ꝑ quẽ Chriſtus & cõceptus eſt & natus, etiam nos, qui per cõcupiſcentiã carnis ſumus geniti, ſpi-

Gene.32. Gene.18. alias, indices Prouerb.9. Ioan.1. alias, uti poſſemus triũphantis uictoria, alias, induxit Ioan.1.

rituali iterũ origine nasceremur. Propter quod ab euangelista de credentibus dicitur: Qui nõ ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Cuius ineffabilis gratiæ particeps non est, nec potest filiorum Dei adoptionem consequi, quisquis a fide sua, hoc quod nos principaliter saluat, excludit. Vnde multum doleo, multumq; contristor, q hic, qui antea de humilitatis proposito laudabilis uidebatur, contra unicam spem nostram, patrumq; nostrorũ, uana nimis & stolida audet astruere. Qui dum uideret, insipientię suæ sensum catholicis auribus displicere, reuocare se a sua opinione debuerat, nec ita ecclesię præsules commouere, ut damnationis sententiam mereretur accipere, quam utiq;, si in sua sententia uoluerit permanere, nullus poterit relaxare. Sedis enim apostolicæ moderatio hanc temperantiam obseruat, ut & seuerius agat cũ obduratis, & ueniã cupiat præstare correctis. Quia ergo multa mihi fiducia ẽ de pietatis tuę syncerissima fide, obsecro gloriã clementię tuę, ut sicut sancto studio tuo catholica prędicatio semper adiuta est, ita nunc quoq; eius faueat libertati, quam forte ideo permisit dñs hac tentatione pulsari, ut quales intra ecclesiã lateant, possit agnosci. Quorũ plane nõ est negligenda curatio, ut nec episcoporũ nos contristet amissio. Augustissim⁹ uero & Christianissimus Imperator cupiens q̃ celerrime turbata cõponi, episcopali concilio, quod Ephesi uult haberi, nimium breue & angustum tp̃s indixit, diem Calendarũ Augustarũ pręstituendo cõuentui, quũ a tertio die Iduum Maiarũ, quo serenitatis

24.q.1. Dãnationis sententiam.

eius scripta suscepimus, maior pars reliqui sit temporis absumēda, ut profectio sacerdotum, qui negotio sufficiāt, ualeat ordinari. Nā illud, quod pietas eius etiam me credidit debere interesse concilio, etiam si secūdum aliquod precedens exigeretur exēplū, nunc tn̄ nequaq́ꝫ possit impleri, qa reꝝ præsentiū nimis incerta conditio a tantæ urbis populis me abesse nō sineret, & ī desperationē quandā animi tumultuātium mitterentur, si per occasionē causæ ecclesiasticę uiderer, patriam & apostolicam sedem uelle deserere. Quia igitur ad publicam utilitatem pertinuisse cognoscitis, ut salua clementię uestræ uenia, charitati me & precibus ciuium nō negarē, in his fratrib⁹ meis, quos uice mea misi, me quoq́ꝫ adesse cū cæteris, qui affuerint, æstimate, quibus secūdū causam, satis mihi & gestoꝝ serie, & ipsius, de quo agitur, professione, patefactam, euidenter & plene qd seruandū esset ostendi. Non enim de portiuncula aliqua fidei nostræ, qꝫ minus lucide clarescat, quæritᷣ, sed hoc stultissima resultatio audet īcessere, qdᷣ dn̄s noster in ecclesia neminem sexus utriusq́ꝫ uoluit ignorare. Siquidē ipsius catholici symboli breuis & perfecta cōfessio duodecim apostoloꝝ totidē est signata sentētῆs, tanq́ꝫ instructa sit munitione cœlesti, ut oēs hæreticoꝝ opiniones solo ipsius possint gladio detruncari. Cuius symboli plenitudinem, si Eutyches puro & simplici uoluisset corde concipere, in nullo a decretis sacratissimi Nicæni cōcilῆ deuiaret, & hoc a sanctis patribus intelligeret cōstitutum, ut cōtra apostolicam fidem, q̄ non nisi una est, nullum se ingenium, nullū eleuaret eloquium

quium. Et ideo ꝑ uestræ pietatis consuetudinẽ elaborare dignamini, ut quod cõtra singularẽ sacramentum salutis humanæ, blasphema insipientia protulit, ab omniũ animis repellatᷣ. Ac si ipse, qui in hãc tentationẽ incidit, resipiscat, ita ut per libellarem satisfactionem, proprium damnet errorẽ, cõmunio ei sui ordinis reformetur. Quod etiam sancto Flauiano epõ me clementia tua scripsisse cognoscat, ut charitas nõ negetur, si error aboletur. Datum Idib⁹ Iunij, Asterio & Prothogene uiris clariss. cons.

alias, non negetur.

EPISTOLA XIIII. EIVSDEM
ad Ephesinam synodum secundam, in qua prouocat congregatos episcopos, Eutychetis blasphemias condemnare.

Leo episcopus sanctæ synodo, q̃ apud Ephesum conuenit. Religiosa clementissimi principis fides sciens ad suã gloriam maxime pertinere, si intra ecclesiam catholicam nullius erroris germen exurgeret. Hanc reuerentiam diuinis detulit ĩstitutis, ut ad sanctæ dispositionis effectum authoritatem apostolicæ sedis adhiberet, tãq̃ ab ipso beatissimo Petro cuperet declarari, quod in eius cõfessione laudatũ sit, qñ dicente dño, quẽ me esse dicunt homines filiũ hominis, uarias quidẽ diuersoꝝ opiniones discipuli memorarũt. Sed quũ ab eis, qd ipsi crederent, quæreretur, princeps apostoloꝝ plenitudinẽ fidei breui sermone cõplexus, Tu es (inquit) Christus filius Dei uiui, hoc est, tu qui es uere filius hominis, idẽ uere es filius Dei uiui. Tu, inquã, uerus in deitate, uerus in carne, & salua geminæ ꝑprietate naturæ utrinq; unus. Quod si Eutyches intelligeret, ac uiuaciter crederet, nequaq̃ ab huius fidei tramite deuiaret.

Matth. 16.

Propter quam ei respondetur a dño, Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus, q est in cœlis: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam, & portę inferi non præualebunt aduersus eam. Nimis autem a cõpage huius ædificationis alienus est, q & beati Petri confessionem nõ capit, & Christi euangelio contradicit, ostendens se nullum unquã studium cognoscendæ ueritatis habuisse, & superfluo honorabilem uisum, qui nulla authoritate cordis ornauit caniciem senectutis. Verum quia etiam talium non est negligenda curatio, & pie ac religiose Christianissimus Imperator haberi uoluit episcopale concilium, ut pleniore iudicio omnis possit error aboleri, fratres nostros Iulianum episcopũ, Renatũ presbyterum, & filium nostrum Hilariũ diaconẽ, cumq; his Dulcitiũ notarium probatæ nobis fidei, misi, qui uice mea sancto cõuentui uestrę fraternitatis intersint, & cõmuni uobiscũ sententia, quæ dño sint placitura, constituãt. Hoc est, ut primitus pestifero errore damnato, etiã de ipsius, qui imprudenter errauit, restitutione tractetur, si tamen doctrinam ueritatis amplectens, sensus hęreticos, qbus imperitia eius fuerat irretita, plene, apertecq; propria uoce & subscriptione damnauerit, quod etiam in libello, quem ad nos miserat, est professus, spondens, per omnia nostram sequuturum se esse sententiam. Acceptis autem fratris & coepiscopi nostri Flauiani literis, plenius ad eum de his, quæ ad nos uidetur retulisse, rescripsimus, ut abolito hoc, quo inquinatus uidebatur, errore, i lau

Ibidem

alias, maturitate.

dem & gloriam Dei per totum mundum una sit fides, & una, eademq; confessio, & in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Data Idib9 Iunij, Asterio & Prothogene uiris clarissimis consulibus. *Philip. 2.*

EPISTOLA XV. EIVSDEM
ad Flauianum Constantinopolitanum.

Literas tuæ dilectionis accepi, cũ gestis, quę apud uos super fidei quæstione confecta sunt. Et quia clementissimus Imperator pro ecclesiæ pace solicitius synodum uoluit congregari, quãuis euidenter appareat, rem, de qua agitur, nequaq; synodali indigere tractatu, tamẽ, frater charissime, subsequutos esse significo, quos in hac re placuit destinare. Nec necessarium fuit, nunc amplius scribi, quum, propitio Deo, de his, quæ causæ credidimus conuenire, per ea, quæ ipsi portabunt scripta, sis pleni9 instruẽdus. Data. 15. Calen. Iulij, Asterio & Protogene consulibus.

EPISTOLA XVI. EIVSDEM
ad Theodosium Augustum.

Acceptis clemẽtię uestrę literis, et multũ uniuersali ecclesię gaudẽdũ esse prospexi, q; Christianã fidem, qua diuinitas honoratur, & colitur, in nullo dissimilẽ, in nullo uult esse discordem. Quid enim rebus humanis ad exorandam misericordiã dei efficacius suffragetur, q̃ si una gratiarum actio, & unius confessionis sacrificium maiestati eius ab omnibus offeratur? In quo & sacerdotum & cunctorũ fideliũ

ita demum erit plena deuotio, si in his, quę per unicum Dei filium Deum uerbum pro nostra redemptiõe sunt gesta, nihil aliud sentiatur, q̃ quod ipse prædicari de se iussit, & credi. Vnde quãuis ad diem cõcilij episcopalis, quē pietas uestræ cõstituit, occurrere me ratio nulla pmittat, quum nec aliqua ex hoc exēpla pcesserint, & temporalis necessitas me non patiatur desere ciuitatē, præsertim quũ tam euidens fidei causa sit, ut rationabilibus causis ab indicēda synodo fuisset abstinendũ, tamen inquantum dñs iuuare dignat, meũ studium cõmodaui, ut clementiæ uestræ statutis aliquatenus pareat, ordinatis hinc fratribus meis, qui amputãdis scandalis pro causæ æquitate sufficiant, quiq; præsentiæ meæ impleant uicem, quia non talis quæstio orta est, unde aut possit, aut debeat du bitari. Data. 12. Calen. Iulij, Asterio & Protho gene consulibus.

EPISTOLA XVII. EIVSDEM
ad Pulcheriam augustam.

Quantum sibi fiduciæ de fide uestræ clemētiæ ecclesia Dei debeat polliceri, multis probauimus sæpę documentis, dum, sicut spiritu sancto docente, didicistis, illi per oīa potestatē uestram subijcitis, cuius munere & protectione regnatis. Vnde qa cõtra integritatē fidei Christianæ, dissensionem quãdam in Constantinopolitana ecclesia, Eutyche authore, generatam, fratris & coepi mei Flauiani, relatione cognoui, ut totius causæ speciē synodaliũ gestorũ textus ostenderet, dignum gloriæ uestræ est, ut error qui de imperitia magis, q̃ de uersutia nat⁹ est, auferatur, priusquam ullas uires de consen

ſu imprudentium pertinacia prauitatis acquirat. Nã quantũ Neſtori⁹ a ueritate excidit, dum dñm Ieſum Chriſtum de matre uirgine hoĩem ſolum aſſerit natũ, tm̃ etiã hic a catholico tramite deuiauit, qui de eadẽ uirgine ęditum, non noſtræ credidit eſſe naturæ, ut ꝙ formam ſerui geſſit, quod noſtri ſimilis fuit, atq; conformis, quædam noſtræ carnis fuerit imago, non ueritas. Nihil autem prodeſt dñm noſtrum, beatæ Mariæ uirginis filium, hoĩem dicere, ſi nõ illi⁹ generis, atq; ſeminis homo creditur, cuius ĩ ipſo euangelij exordio ꝑdicatur. Vnde, multũ doleo, multumq́; cõtriſtor, quod hic, qui antea de humilitatis propoſito laudabilis uidebat̃, contra unicã ſpem noſtrã, patrumq́; noſtroꝝ uana & nimis peruerſa audet aſtruere. Qui quũ uideret inſipientiæ ſuæ ſenſum catholicis aurib⁹ diſplicere, reuocare ſe a ſua opinione debuerat, ne ita eccleſiæ præſules cõmoueret, ut ſentẽtiã damnationis exciperet. Quã uriq; ſi in ſuo ſenſu uoluerit permanere, nullus poterit relaxare. Sedis enim apoſtolicæ moderatio hanc temperantiam ſeruat, ut & ſeuerius agat cum obduratis, & ueniã cupiat præſtare correctis. Quia ergo mihi multa fiducia eſt de pietatis ueſtræ ſynceriſſima fide, obſecro glorioſiſſimã clemẽtiã ueſtrã, ut ſicuti ſancto ſtudio tuo catholica ꝑdicatio ſemper adiuta eſt, ita nũc quoq; eiuſdem faueas libertati. Non enim portiũcula aliqua fidei noſtræ, q̃ minus lucide ſit clara, pulſat̃, ſed hoc imperita reſultatio audet inceſſere, quod dñs in eccleſia ſua neminẽ uoluit ignorare. Et ideo pro ueſtræ pietatis cõſuetudine elaborare dignemini, ut contra ſingulare ſacramẽ *alias, lucida*

tum salutis humanæ, quod blasphema insipiẽtia protulit, ab omnium animis repellatur. Ac si ipse, q in hac tentatione incidit, resipiscat, ita ut, quod male senserat, propria uoce, & subscriptione cõdemnet, communio illi sui ordinis reformetur. Quod etiã fratri, & coepiscopo meo Flauiano me clementia uestra scripsisse cognoscat, & his, quos misimus delegasse, ut uenia concedatur, si error aboletur. Ne autem pijssimi principis dispositioni, qua episcopale cõcilium uoluit cõgregari, nostra uideretur præsentia defuisse, fratres meos Iulianum episcopũ. Renatum presbyterum, & filium meum Hylarium diaconum misi, qui uicem pręsentiæ meę implere sufficerent. Sed ei, qui in errore est, melius consuletur, si ubi desipuit, ibidem resipiscat, & ubi damnationem meruit, illic indulgẽtiam consequatur. Data Idus Iunij, Asterio & Protogene. vv. cc. cons.

EPISTOLA XVIII. EIVSDEM

ad Iulianum episcopum.

Literæ dilectionis tuæ, quę mihi nuper sunt redditę, q̃ spirituali catholicę fidei uigeas amore demonstrãt, & multum gaudere me faciũt, quod in eadem sententia pia corda cõcurrunt, ut secũdum doctrinam spiritus sancti impleatur in nobis, quod Apostolus ait: Obsecro autem uos fratres, per nomen domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia, cuius unitatis nimium se Eutyches facit extraneum, qui ĩ sua peruersitate ueterascit, nec adhuc, quibus uinculis a Domino sit obligatus, intelligit. Et

1. Cor. 1.

quanquam sacerdotum Domini reperiendum putat, qui eius imperitiæ, amẽtiæq; consentiat, diu apud nos ĩcertum fuit, quid in ipso catholicis displiceret. Et cum fratris nostri Flauiani nullas literas sumeremus, ipse autem scriptis suis Nestorianam hæresim repullulare quæreretur, non plene potuimus discere, unde procederet, uel quo tẽderet tam dolosa causatio. Sed posteaquàm gestorum ad nos episcopaliũ documenta perlata sunt, omnia illa, quæ fallaciũ querelarum uelamine tegebantur, quàm essent detestanda, patuerunt. Et quia clementissimus Imperator, pro beneuolentia, ac pietate animi sui, de statu huius, qui ante honorabilis uidebatur, diligentius uoluit iudicari, atq; ob hoc indicendum credidit episcopale cõcilium, per fratres nostros Iulianum esiscopum, & Renatum presbyterum, sed & filium meum diaconum Hylariũ, & quos ex latere meo uice mea misi ad fratrem nostrum Flauianum, sufficientia pro qualitate causæ scripta direxi, quibus & uestra dilectio, & ecclesia uniuersa cognoscat, de antiqua, & singulari fide, quam indoctus impugnator incessit, quid diuinitus traditum teneamus, & quid incõmutabiliter prædicemus? Quia tamen non debemus partes miserationis omittere, congrua moderatione credidimus sanciendum, ut si condemnatus presbyter plena satisfactione corrigitur, sentẽtia, quã obstrictus est, relaxetur. Si uero, in eodẽ insipiẽtiæ suæ luto iacere delegerit, statuta pmaneãt, & cum eis habeat sortem, quorum est secutus errorem. Data Idibus Iunij, Asterio, & Protogene consulibus.

EPISTOLA XIX. EIVSDEM
Ad Flauianum episcopum.

Profectis iam nostris, quos ad uos in fidei causa direximus, per filiũ nostrum Basiliũ diaconum scripta tuæ dilectionis accepimus, quibus merito parum de negotio cõmunis solicitudinis indidisses, qm̃ & gesta ante delata, de oĩbus nos sufficiẽter instruxerãt, & ad familiarẽ interrogationem idoneus erat sermo p̃dicti, per quẽ nũc alloquia reddentes, dilectionẽ tuã p Dei gratiã, in qua fidimus, cohortamur, utẽtes uerbis apostolicis, atq; dicẽtes: In nullo terreamini ab aduersarijs, q̃ est illis causa pditionis, uobis aũt salutis. Quid enim tam exitiabile, q̃ negata ueritate incarnationis Christi, omnem spem salutis humanæ uelle dissoluere, & apostolo cõtrarie dicenti manifeste. Magnum est pietatis sacramentũ, quod manifestatũ est ĩ carne. Quid tam gloriosum, q̃ cõtra inimicos natiuitatis, & crucis Christi pro fide euangelica dimicaret? De cuius purissimo lumine, inuictaq; uirtute, datis iam ad tuã dilectionem literis, qd in nostro esset corde patefecimus, ne de illis, q̃ secũdum doctrinã catholicã didicim⁹, et docemus, aliqd inter nos uideri possit ambiguũ. Quia uero tam ualida, & tam clara sunt testimonia ueritatis, ut nimis cæcus, nimisq; obduratus habendus sit, q ad coruscationem lucis, atq; rationis non confestim se a tenebris falsitatis excusserit, ad curandã imperitorũ insaniam, etiã patientiæ uolumus adhibere medicinam, ut paternas increpationes hi, qui in senectute carnis suę mente sunt paruuli, discãt obedire maiorib⁹. Ac si deposita imperitiæ suæ ua-

alias, indidisti

Philipp. 1.

1. Timoth. 3.

nitate resipiscũt, oĩq; errore dãnato fidẽ uerã, singularẽq; suscipiũt, misericordia eisdẽ episcopalis beneuolentiæ nõ negẽt, mãsuro iudicio, quod præcessit, si impietas merito condemnata, in sua prauitate perstiterit. Data. x. Calen. Augusti, Asterio, & Prothogene consu.

EPISTOLA XX. EIVSDEM

ad eundem Constantinopolitanum episcopum.

Auget solicitudinẽ nostrã taciturnitas tua, q iamdiu nulla dilectiõis tuæ scripta suscepim⁹, cũ nos curarꝫ tuarꝫ participes pro fidei defensione soliciti, frequẽter ꝑ occasiões idoneas ad dilectionem tuam literas miserimus, ut adhortationũ nostrarꝫ cõsolationibus te iuuaremus, ut aduersariorꝫ stimulis ꝑ fidei defensione non crederes, cũ laboris tui participes nos probares. Olim ad fraternitatẽ tuã nostros credim⁹ peruenisse, ꝑ quos plenius scriptis, mandatisq; nostris instructũ te esse retines, & Basiliũ ad te (ut uolueras) ipsi remisimus. Nunc, ne aliqua prętermissum occasione te crederes, per filium nostrum honorabilẽ, & amabilem nobis uirũ Esitium, hanc paginam dedimus, ut tota celeritate ad scripta nostra respõdeas, nosq; subinde de tuis actibus, nostrorumq;, & de totius causę absolutione facias certiores, ut solicitudinẽ, quam nũc pro fidei defensione gerimus, ꝓsperioribus nuntijs molliamus. Data. 3. Idus Augusti, Asterio & Prothogene consulibus.

EPISTOLA XXI. EIVSDEM

ad Constantinopolitanos.

Vt prophana indicantur in hac ep̃la concilij. Ephesini

Leo episcopus & sancta synodus, q̃ in urbe conuenit, clero, honoratis, & plebi consistenti apud Constantinopolim dilectissimis filijs in dño salutem. In notitiam nostrã, quæ Ephesi

secundi acta, & impēditur consolatio Cō stantinopolitanis pro desti tutione ponti ficis sui Flauiani.

cōtra opinionem omnium sunt acta, perlatis, magno animum nostrum fatemur mœrore cō fusum, nec tantum licuisse iniquitati, facile po tuissemus credere, nisi filiꝰ noster Hilarius dia conus, qui a nobis uice nostra cum alijs, ut in teresset synodo, missus fuerat, fugiens reuertis set, declinans, ne iniustæ particeps esset senten tiæ. Quippe quum uox illic a nostris contradi ctionis emissa sit, quam Alexandrinus antistes qui totum solus ibi potentiæ suæ uendicauit) audire contempsit, in consortium suæ uolunta tis inuitos protrahens sacerdotes, ut per uim coacti subscriberent, qui nullam damnationis causam idoneā reperissent. Sed hos ausus pio, et Christianissimo principi cōfidimus minime placituros. At nunc quia ecclesiā uestrā hac ra tione cognouimus dissipatam, cōsolandos, ad hortādosq; uos esse credidimus nostris episto lis, ut pro catholicæ fidei defensione perfidorꝫ nequitiæ resistatis. Nolumus enim dilectionē uestram hoc mœrore percelli, cum maior glo ria uestram sit subsecutura constantiā, si a pro babili sacerdote uestro nullæ uos minæ, nulla formido diuulserit. Quisquis enim incolumi, atq; superstite Flauiano episcopo uestro sacer dotium eius fuerit ausus inuadere, nūquam in cōmunione nostra habebitur, nec inter epōs po terit numerari. Nos enim sicut Nestoriū in sua peruersitate anathematizauimus, ita eos, q ue ritatem carnis nostrę in dño Iesu Christo dene gant, pari execratione damnamus. State igitur in spiritu catholicæ ueritatis, & apostolicā co hortationē ministerio nostri oris accipite, quia uobis donatū est, pro Christo nō solū, ut in eū

alias, Sed (margin note beside "placituros")

Philip. 1. (margin note beside last line)

credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Nolite arbitrari (dilectissimi) quod sanctæ ecclesiæ suæ desit, aut defutura sit diuina protectio. Splendescit enim fidei puritas, cum ab ea sordes separantur errorum. Vnde iterum, iterúmque uos ante cõspectum Domini obtestamur, pariter & monemus, ut a fide, in qua fundati estis, & in qua Christianissimum principem nouimus permanere, non insidijs, non cuiusquam persuasionibus moueamini, sed in persona episcopi uestri illum in cordis oculis habeatis pro quo idem omnia pati, quæ fuerunt illata, non metuit, cuius per omnia imitatores, uos esse cupimus, ut commune cum ipso præmium fidei habere possitis. Data Idibus Octobris, Asterio & Protogene consul.

EPISTOLA XXII. EIVSDEM *ad clerum, & plebem Constantinopolitanæ urbis.*

Leo Episcopus, & sancta synodus, quæ in urbe Roma conuenit clero, honoratis, & plebi consistenti Constantinopoli. Licet de his, quæ in concilio sacerdotum apud Ephesum gesta memorantur, multus nos mœror afficiat, eo, quod sicut consonans fama dispersit, & ipso rerum monstratur effectu, nec iustitiæ illic moderatio, nec fidei est seruata religio, de uestræ tamen deuotionis pietate gaudemus, & in sanctæ plebis acclamationibus, quarum ad nos exempla delata sunt, omnium uestrorum probamus affectum, quia & uiuit, ac permanet apud bonos filios, optimi patris iusta dilectio, & catholicæ doctrinæ eruditionem in nulla patimini parte corrumpi.

Non dubie enim, sicut uobis spiritus sanctus reserauit, Manichæorum confederant errori, q ab unigenito Dei filio, uerum & nostrę naturę hominem negant esse susceptũ, oẽsq; eius corporeas actiones simulatorij uolunt fuisse fantasmatis. Cui impietati, ne ĩ aliquo pręberetis assensum, iam per filiũ meum Epiphanium, & Dionysiũ Romanæ ecclesiæ notarios, cohortatoria ad dilectionem uestram scripta direximus, qbus cõfirmationem, quã expetistis, ultro prębuimus, ut nos paternam uobis curã nõ dubitetis impendere, ac modis oĩbus laborare, ut auxiliante misericordia Dei, oĩa quę ab imperitis, & ab insipientibus, excitata sunt scandala, destruantur. Nec quisquã sibi audeat de sacerdotali honore blandiri, q potuerit in execrãdi sensus impietate cõuinci. Nam si uix in laicis tolerabilis uidetur inscitia, quãto magis in eis, q præsunt, nec excusatiõe est digna, nec uenia, maxime cũ etiam defendere peruersarum opinionum cõmenta præsumunt & in cõsensum suum, aut errore, aut gratia insanabiles quosq; traducũt? Separentur huiusmodi a sanctis membris corporis Christi, neq; sibi catholica libertas ĩfideliũ iugum patiatur ĩponi. Extra.n. donum diuinæ gratiæ, & extra sacramentum habẽdi sunt salutis humanę, qui negantes naturã nostrę carnis in Christo, et euangelio cõtradicunt, & symbolo reluctantur. Nec sentiunt se in hoc pręruptũ sua obcæcatione deduci, ut nec in passionis dominicæ, nec in resurrrectionis ueritate consistant, quia utrũq; in saluatore uacuatur, si ĩ eo nostri generis caro nõ credit. In qbus isti ignorantiæ tenebris, in quo hactenus desidiæ torpo

Dist.38. Si in laicis uidetur.

De cons. dist.2 In quibus isti

re iacuere, ut nec auditu discerent, uel lectione cognoscerent, quod in ecclesia Dei in omnium ore tam consonum est, ut nec ab infantium linguis ueritas corporis & sanguinis Christi inter cõmunis sacramenta fidei teneatur? Quia in illa mystica distributione spiritualis alimoniç hoc impartitur, hoc sumitur, ut accipientes uirtutẽ cœlestis cibi, in carnẽ ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus. Vnde & ad cõfirmationẽ charitatis uestræ, q̃ laudabili fide inimicis ueritatis obnititur, apte, atq; opportune sermone, affectuq; apostoli utar, et dicã: Propterea, et ego audiens fidẽ uestram, quæ est in Christo Iesu, & dilectionẽ in oẽs sanctos, nõ cesso gratias agens pro uobis, memoriã uestri faciens in orationibus meis, ut Deus dñi nostri Iesu Christi, pater gloriæ, det uobis spiritum sapiẽtiæ, & reuelationis, in agnitione eius illuminatos oculos cordis uestri, ut sciatis, quç sit spes uocationis eius, q̃ diuitiæ gloriæ hæreditatis ei9 in sanctis, & q̃ sit supereminẽs magnitudo uirtutis eius in nobis, qui credidimus secũdum operationẽ potentiæ uirtutis eius, quã operatus est ĩ Christo, suscitãs illum a mortuis, et cõstituẽs illum ad dexterã suam ĩ cœlestibus, supra oẽm principatũ, & potestatem, & uirtutem, & dominationẽ, & oẽm nomen, qđ nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, & oĩa subiecit sub pedibus ei9, & ipsum dedit caput supra oẽm ecclesiam, q̃ est corpus ipsius, et plenitudo eius, q oĩa in oĩbus adimpletur. Dicant hi aduersarij ueritatis, qñ omnipotẽs pater, uel secũdum quã naturam, filium suũ sup uniuersa prouexerit? uel cui substantiæ cuncta subie-

Ephe. 1.

alias, non habet illum.

alias, omnia ecclesiæ.

alias, substãtiam cũctam cunctæ.

cerit. Deitas enim uerbi par in oĩbus, & cõsub stantialis est patri, & sempiternę, atq; intẽpora liter una eadẽq; potentia est genitoris, & geni-
Ioan.1. ti. Creator qppe oĩum naturarũ, qm̃ per ipsum oĩa facta sunt, & sine ipso factũ est nihil, superest oĩbus, q̃ creauit, nec unq; creatori suo non fuerunt nõ subiecta, quæ cõdidit, cui propriũ, & sempiternum est, nec aliunde quàm de patre, nec aliud esse quàm pater est. Huic si addita est potestas, si illustrata dignitas, si exaltata sublimitas, minor erat prouehente, qui creuit, nec habebat diuitias ei⁹ naturæ, cuius indiguit largitate. Sed talia sentientẽ in societatẽ suã Arrius rapit, cuius peruersitati multũ hæc suffragatur impietas, negãs uerbo dei humanam inesse naturam, ut dum humilitatem in dei maiestate fastidit, aut falsatã in Christo asserat imaginem corporis, aut omnes actiones eius passionesq; corporeas deitatis potius fuisse dicat q̃ carnis, quodlibet autẽ defẽdere audeat, prorsus insanum est, quia nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramẽti, ut aut aliqd passa sit deitas, aut in ullo mentita sit ueritas. Impassibilis igitur dei filius deus, cui cum patre, & spiritu sancto una incommutabilis trinitatis essentia, hoc quod est esse, perpetuum est, in ea plenitudine tpis, quæ sempiterno consilio fuerat pręstituta & prophetica dictorum, atq; gestorũ significatione promissa, factus filius hominis non suæ conuersione substantiæ, sed nostræ assumptio-
Luc.19. ne naturæ, uenit quęrere & saluare, quod perierat. Venit autem nõ locali accessu, nec motione corporea, tanq; præsens futurus, unde abfuisset, aut illinc recessurus, unde uenisset, sed ue-

nit per hoc, quod erat uisibile & cōmune cernentibus declarandus, humanam scilicet carnem, atq; animā in uisceribus uirginis matris accipiens, ut manens in forma dei, formā serui sibimet, & similitudinē peccati carnis uniret, p quā nō minueret diuina humanis, sed augeret humana diuinis. Talis enī erat oīum a primis ducta genitoribus causa mortalium, ut, originali peccato transeūte per posteros, nullus pœnam damnationis euaderet, nisi uerbum caro fieret, & habitaret in nobis, in ea, scilicet, natura, quæ nostri & sanguinis esset, et generis. Propter quod dicit Apostolus: Sicut per unius delictum ī omnes homines in cōdemnationem, sic & p unius iustitiam in omnes homines ad iustificationem uitæ. Sicut enim per inobedictiam unius hominis peccatores cōstituti sunt multi, ita & per unius hominis obedientiā iusti constituentur multi. Et iterum: Quia enim per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in in Adā omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Hi utiq; omnes, qui licet in Adam sint nati, in Christo tamen inueniuntur renati, habentes fidei testimonium, & de iustificatione gratiæ, & de cōmunione naturæ, q̄s, q susceptam ab unigenito dei filio in utero Dauidicæ uirginis diffitetur, ab omni sacramento Christianæ religionis alienus est, & nec sponsum agnoscens, nec sponsam intelligens, nuptiali non potest interesse conuiuio. Caro enim Christi uelamen est uerbi, quo omnis, qui Christum confitetur, integre induitur. Erubescens autem illud, & quasi indignum refuians, nullū ex eo

Ioan. 1.
Roma. 5.
1. Cor. 15.

habebit ornatum, ac licet se regio inferat festo, sacrisque se epulis importunis immisceat, discretionẽ tñ regis fallere improbus conuiua nõ poterit, sed sicut ipse dñs protestatus est, tolletur, ligatis manibus & pedibus, & mittetur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Vnde, quicũque in Christo non confitetur corpus humanum, nouerit se mysterio ĩcarnationis indignum, nec eius sacramẽti habere cõsortium. Quod apostolus prędicat, dicẽs: Quia membra sumus corporis eius, de carne eius, et ossibus eius, propter hoc relinquet homo patrem, & matrẽ, & adhærebit uxori suæ, & erũt duo in carne unã. Et exponẽs, qd per hoc significaretur, adiecit. Sacramentũ hoc magnũ est. Ego autem dico in Christo, & ĩ ecclesia. Ab ipso ergo principio generis humani hoĩbus Christus est denuntiatus, in carne uenturus. In qua (sicut dictum est) & erũt duo in carne una, utique duo sunt, Deus, & homo, Christus, & ecclesia, q̃ de sponsi carne prodiјt, quãdo ex latere crucifixi manante sanguine, & aqua, sacramentum redemptionis, & regenerationis accepit. Ipsa est enim noua cõditio creaturæ, q̃ in baptismate non indumento ueræ carnis, sed cõtagio damnatæ uetustatis exuitur, ut efficiatur homo corpus Christi, qa & Christus corpus est hominis. Vnde nõ Deum tantum, dicimus Christum, sicut hæretici Manichæi, nec hominem tm̃, sicut hęretici Fotiniani, nec ita hoĩem, ut aliquid ei desit, quod ad humanã certũ est pertinere naturã, siue animã, siue mentẽ rationalem, siue carnẽ, quã non de fœmina sumpsit, sed factã de uerbo in carnem cõuerso, atque mutato,

Matth. 22. *Ephe. 5.* *Ioan. 19.* *alias, Christi* *alias, quæ nõ de fœmina sũpta sit, sed facta.*

tato, quæ tria falsa, & uana Apollinastarꝫ hęre ticorꝫ tres partes uariæ protulerunt. Nec dicimus, ꝙ beata uirgo Maria hoíem sine deitate cõceperit, q creatus a spiritu sancto, postea sit susceptus a uerbo, quod Nestoriũ prædicantẽ merito iusteq; damnauimus, sed dicimus Christum dei filiũ deum uerũ, natum de deo patre, sine ullo initio tpis, eundemq; hoíem uerũ, natum de matre hoíe, certa plenitudine tpis, nec eius humanitatẽ, qua maior est pater, minuere aliqd ei⁹ naturę, qua ęqualis est patri. Hoc autem utrũq; unus est Christus, q uerissime dixit, & secũdum deum, ego & pater, unum sumus, & secũdum hoíem, pr̃ maior me est. Hãc fidem (dilectissimi) uerã, & indissolubilem, quę sola ueros efficit Christianos, quamq; ut intelligimus, & probamus pio studio, & laudabili amore defenditis, perseueranter tenete, & constanter asserite. Et qm̃ oportet uos post diuinũ auxilium, etiã catholicorꝫ principum grãm ꝑmereri, humiliter, ac sapienter exposcite, ut petitioni nostrę, qua plenariam indici synodũ postulamus, clemẽtissimus Imperator dignet̃ annuere, quo citius, adiuuãte misericordia dei, & sanis fortitudo augeatur, & morbidis, si curari acquiescant, medicina præstetur. Data Idibus Octobris, Asterio, & Prothogene. vv. cc. consulibus.

alias, ei
alias, unus
Ioan. 10.
Ioan. 14.

EPISTOLA XXIII. EIVSDEM *ad Theodosium Augustum, de secunda & prophana synodo Ephesina, in qua Eutychetis hæresis quorundam episcoporum prauo intellectu adiuta est. unde hortatur eundem Augustũ, ut priscæ fidei constitutio ab eis non uioletur, sed dei sacerdotes totius orbis aduneniur.*

Leo episcopus, & sancta synodus, quę in urbe Roma cōuenit, Theodosio Augusto. Literis clementiæ uestræ, quas dudum ad beati Petri apostoli sedem, pro catholicæ fidei amore misistis, tātam fiduciam sumpsimus defendendæ ꝑ uos ueritatis, & pacis, ut in causa tam simplici, tamq; minuta nihil putaremus posse existere, quod noceret, præsertim cum ad episcopale concilium, quod haberi apud Ephesum præcepistis, tam instructi sint missi, ut si scripta, quæ uel ad sanctam synodū, uel ad Flauia. epm detulerunt episcoporū publicari auribus Alexādrinus permisisset antistes, ita manifestatione purissimæ fidei, quā diuinitus inspiratā, & accepimus, & tenemus, oīum cōgressionum strepitus quieuisset, ut nec imperitia ultra desiperet, nec occasionem nocēdi ęmulatio reperiret. Sed dum priuatę causę religionis exercent obtentu, cōmissum est ípietate paucoꝝ, quod uniuersam ecclesiā uulneraret. Cōperimus enim non incerto nuntio, sed fidelissimo rerum, quæ gesta sunt, narratore Hilario diacono nostro (q uix, ne subscribere ꝑ uim cogeretur effugit) cōuenisse ad synodum plurimos sacerdotes, quorum utiq; frequētia collationi, & iudicio ꝓfuisset, si is, q sibi locū principalem uendicabat, sacerdotē moderationē custodire uoluisset, ut (sicut moris est) oīum sentētijs ex libertate prolatis, id trāquillo, & æquo cōstitueretur examine, quod & fidei cōgrueret, & erratibus subueniret. In ipso aūt iudicio nō oēs, q cōuenerāt, interfuisse cognouim⁹. Nā alios reiectos, alios didicimus intromissos, q pro supradicti sacerdotis arbitrio, ípijs subscriptionib⁹ captiuas ma-

alias, cōcertationum.

alias, consultationi.

nus dederent,& nocituri, statui suo scirent, nisi imperata fecissent, talemq́ ab ipso prolatã esse sententiã, ut dum homo unus impetitur, in omnem ecclesiã sæuiretur. Quod nostri ab apostolica sede directi, adeo impium, & catholicæ fidei cõtrarium esse uiderũt, ut ad consentiendũ nulla potuerint oppressione compelli, cõstanterq́ in eadem synodo (ut decuit) fuerint protestati, nequaq́ id, quod cõstituebatur, sedẽ apostolicam recepturã, quoniã reuera omne Christianę fidei sacramẽtum (quod absit) à temporibus uestrę pietatis excluditur, nisi hoc scelestissimum facinus, quod cũcta sacrilegia excedit, aboleatur. Quia uero diabolica nequitia subtiliter fallit incautos, & ita quorundã imprudẽtiã per similitudinẽ pietatis illudit, ut pro salubribus psuadeat nocitura, remouete, q̃sumus a uestrę pietatis cõscientia periculum religionis & fidei, quodq́ in secularibus negotijs legum uestrarũ æquitate cõceditur, in rerũ diuinarũ ptractatiõe præstate, ut Christi euãgelio uim nõ inferat humana pręsumptio. Ecce ego, Christianissime, & uenerabilis Imperator, cum cõsacerdotib⁹ meis implens erga reuerentiam clementiæ uestræ synceri amoris officium cupiensq́ uos placere p omnia deo, cui pro uobis ab ecclesia supplicatur, ne ante tribunal Christi domini rei de silentio iudicemur, obsecramus coram unius deitatis ĩseparabili trinitate, quę tali facto læditur, cum ipsa uestri sit custos, & author Imperij, & coram sanctis angelis Christi, ut omnia in eo statu manere iubeatis, ĩ quo fuerunt ante omne iudiciũ, donec maior ex toto orbe sacerdotum numerus cõgregetur. Nec

alieno peccato patiamini uos grauari, quia (qđ necesse est nos dicere) ueremur, ne cui⁹ religio dissipať, indignatio prouocetur. Præ oculis habete, & tota mentis acie reuerēter aspicite beati Petri gloriā, & cōmunes cum ipso oium apostolorū coronas, cunctorumq́; martyrum palmas, qbus alia non fuit causa patiendi, nisi cōfessio ueræ diuinitatis, & ueræ humanitatis in Christo. Cui sacramēto, qa impie nūc a paucis imprudētibus obuiať, oēs partium ecclesiæ nostrarum, omnes mansuetudini uestræ cū gemitibus, & lachrymis supplicāt sacerdotes, ut qa & nostri fideliter reclamarunt, & eisdem libellum appellationis Flauianus epš dedit, generalem synodum iubeatis intra Italiā celebrari, q̄ oēs offensiones ita aut repellat, aut mitiget, ne aliquid ultra sit uel in fide dubiū, uel in charitate diuisum, cōuenietibus utiq; Orientalium prouinciarꝝ epis, quorꝝ si q superati minis, atq; iniurijs a ueritatis tramite deuiarūt, salutarib⁹ remedijs in ītegrū reuocentur, ipsiq́;, quorꝝ est causa durior, si consilijs melioribus acquiescāt ab ecclesię unitate nō discedāt. Quam aūt post appellationē interpositū hoc necessarie postuletur, canonum Nicææ habitorꝝ decreta testantur, q̄ a totius mundi sunt sacerdotibus cōstituta, quæq; subter adnexa sunt. Fauete catholicis uestro more, parentumq́; uestrorꝝ. Date defendendæ fidei libertatem, quam salua clementiæ uestræ reuerentia, nulla uis nullus poterit mundanus timor auferre. Cum enim ecclesiæ causa statum regni uestri agamus et salutis, ut prouinciarꝝ uestrarum quieto iure potiamini, defendite cōtra hæreticos incōcussum ecclesiæ

alias, terror

ſtatum, ut & ueſtrum Chriſti dextera defenda tur Imperium. Datum. 3. Idus Octobris, Aſte rio, & Prothogene. vv. cc. conſulibus. Aera qua ſupra. *alias, defēdat*

EPISTOLA XXIIII. EIVSDEM *Leonis papæ ad Pulcheriam Auguſtam, contra eandem ſecundam ſanctam ſynodum Epheſinam, ut eius errores in alia ſynodo retractentur.*

Leo epiſcopus, & ſancta ſynodus, q̄ in urbe Roma cōuenit, Pulcheriæ Auguſtę. Si epiſtolę, quæ pro fidei cauſa ꝑ noſtros clericos directæ ſunt, ad ueſtram pietatē perueniſſent, certū eſt, remedium uos, his rebus, quæ cōtra fidē factæ ſunt, aſpirāte uobis dn̄o, pręſtare potuiſſe. Qn̄ enim ſacerdotibus, quādo Chriſtianæ religioni, aut fidei defuiſtis? Sed cum ad māſuetudinē ueſtram adeo nō potuerūt peruenire, qui miſſi ſunt, ut ad nos uix unus illoꝝ Hilarius diaconus noſter fugiens ſit reuerſus, iterāda ſcripta credidimus. Et ut ualidiores preces noſtrę eſſe mereantur, ipſoꝝ ſcriptoꝝ, quę ad clementiam ueſtrā nō peruenerunt, exēpla ſubiecimus, am pliorib⁹ uos obteſtationib⁹ obſecrātes, ut quā to acerbiora facta ſunt, qbus ꝓ ſede regia, uos cōuenit cōtraire, tāto maiore gloria, in qua ex cellitis, curā eius religionis habeatis, ne catho licæ fidei integritas ulla humanaꝝ cōcertationum occaſione uioletur. Quæ enim cōgregata apud Epheſinā ſynodū, ſopienda, & ſananda, pacis remedia credebantur, hæc nō ſolū in ma iora pacis diſpendia, ſed (quod nimis dolendū eſt) etiā in ipſius fidei, qua Chriſtiani ſumus, excidia proceſſerūt. Et ij quidē, qui miſſi ſunt, quorumq; unus uim Alexādrini epi, ſibi om- *ali. ampliora* *alias, remedio*

nia uendicantis, effugiens, rerꝫ gestarꝫ nobis ordinem fideliter nũtiauit, reclamarũt in synodo (sicut oportuit) uni⁹ hoĩs nõ tam iudicio, quã furori, protestãtes, ea, q̃ per uim, metumq; gererẽtur, sacramẽtis ecclesiæ, & ipsi symbolo ab Apostolis instituto, præiudicare nõ posse, nec se ab ea fide ulla iniuria separãdos, quã plenissime expositam, atq; digestam, a sede beati apostoli Petri ad sanctã synodum detulissent. Cuius cum recitatio, poscentib⁹ epis nõ sit admissa, ut scilicet remota ea fide, quæ patriarchas, prophetas, apostolos, & martyres coronauit, generatio Iesu Christi dñi nostri secũdum carnem, & ueræ mortis, ac resurrectionis eius cõfessio (quod horremus dicere) solueretur, scripsimus de hac re (ut potuimus) ad gloriosissimũ principem, & quod est maximum Christianũ, cuius epistolæ pariter exempla subiecimus, ut fidem, qua renatus per Dei gratiã regnat, nulla sineret nouitate corrumpi, quoniam Flauianus episcopus in nostra omniũ cõmunione ꝑsistit, atq; hoc, quod factum est sine cõsideratione iustitiæ, & contra omnium canonum disciplinã, ratum haberi, ratio nulla permittit, et q̃a dissentionis scãdalum nõ abstulisset Ephesina synodus, sed auxisset, de habẽdo ĩtra Italiã cõcilio, & locus cõstitueret, & tp̃s, oĩbus querelis, & p̃iudicijs partis utriusq; suspẽsis, quo diligẽtius uniuersa, q̃ offensionẽ generauerãt, retractẽtur & absq; uulnere fidei, absq; religiõis iniuria ĩ pacẽ Christi redeãt, q̃ ꝑ impotẽtiã subscribere coacti sunt sacerdotes, & soli auferantẽ errores. Quod ut obtinere mereamur, ꝓbatissime nobis fidei pietas tua, quę labores ecclesiæ

ali. exemplar

semper adiuuat, supplicationẽ nostrã apud clemẽtissimum principẽ sibi specialiter a beatissimo Petro apostolo legationẽ cõmissam digneẽ asserere, ut priusq̃ ciuile hoc et exitiale bellum ĩtra ecclesiã cõualescat, redintegrãdæ unitatis copiã & modũ, deo auxiliãte, cõcedat, sciẽs Imperij sui uirib⁹ profuturũ, qcq̃d catholicæ libertati, benigna ipsius fuerit dispositione collatũ. Data pridie Idus Octob. Asterio & Protogene. vv. cc. cons. Era qua supra.

alias, afferre

alias, data tertio Idus.

EPISTOLA XXV. EIVSDEM

ad Flauianum Constantinopolitanum epm.

Quæ & quãta dilectio tua pro catholicæ fidei defensione patiatur, p̃ diaconũ, q̃ ab Epheso furtim est lapsus, cognouimus. Et licet magnificemus deũ, qui te gratiæ suæ uirtute confortat, necesse est tũ nos dolere corũ ruinas, per q̃s ueritas ĩpugnaẽ, & ipsa toti⁹ ecclesiæ fundamẽta quatiũtur. Quia uero p̃uidẽtia dei semp̃ suis necessarium præstat auxilium, scire debet fraternitas tua, nos pro cõmuni causa nihil eorum, quæ agẽda sunt, præterire, ut primitus ad ea, quæ uniuersitati fidelium prosint, p̃uenire mereamur. Sin est, ut fortiter interim dilectio tua toleret, q̃ sibi ad æternam gloriam nõ dubitat profutura. Perlator sane breuis huius epistolæ fidei sermone poterit enarrare, quicq̃d illud est, ad quod, adiuuante dño, studio fidei, & charitatis intẽdimus. Data. 3. Cal. Octob. Asterio & Protogene consulibus.

EPISTOLA XXVI. EIVSDEM

ad Faustum, & ceteros Archimandritas Cõstãtinopolitanos, qua adhortatur eos ad constantiam in omni bono, maxime fide & charitatis, & detestatur acta secũdi concilij Ephesini.

alias, ciuitate Romana collecta. *alias, monasteriorũ Constantinopolitanorum.*

Leo episcopus & sancta synodus, q̃ in urbe Roma cõuenit, Fausto, Martino, Petro, & Magno, & Heliæ presbyteris, & Archimandritis Cõstantinopolitanis, dilectissimis filijs in dño salutẽ. Quamuis ea, quæ ad Constãtinopolitanã ecclesiã scripsimus, solicitudinẽ deuotionis uestræ latere non possunt, tñ etiam specialibus dilectionem uestrã literis cohortandã esse credidimus, ut memores sanctę ꝓfessionis uestrę, quæ propriæ in fide, & charitate consistit, oĩa scãdala, quæ cõtra pacẽ ecclesiæ orta sunt, a uestris cordibus repellatis, beati apostoli sententiã pia mente retinentes. *Galat. 1.* Si quis uobis euãgelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit, & custodientes unitatem cum fratre nostro Flauiano epõ, quẽ ad tp̃s dñs permisit impiorum factione tentari, ut probatũ sibi sacerdotem suũ perseuerãtiæ merito faceret clariorẽ. Hæ aũt perturbationes, necesse est, ut auxiliante dei gratia, celeriter destruãtur, & omne, *Ephe. 5.* quod reprobrũ est, ab ecclesiæ puritate, q̃ nec maculam, nec rugam recipit, respuat, maxime cum ab insana imperitia in hoc usq; proruptũ sit, ut cõtra sacramentũ salutis humanæ incarnationis dñi nostri Iesu Christi ueritas denegetur, atq; antiquæ fidei p̃dicator atq; defensor, quia nõ acquieuit blasphemijs, quas olim sancti patres nostri in multis hæreticis damnauere, subijciatur iniurijs, in quo utiq; oĩum domini sacerdotũ reuerẽtia ceditur, & uniuersa corporis Christi membra pulsanẽ. Sed q̃a gloriosum nobis est, quicq̃d nos pati deus uoluerit, & pro ueritate tolerare, in cõsortium uos patientiæ paternis exhortationib⁹ aduocamus, ut

per dilectionẽ ueſtrã oĩbus deo ſeruientibus, q̃ ſcripſimus, innoteſcãt, & inimicis euangelij reſiſtentes, nec paſtoris ueſtri dilectionẽ, nec unitatem catholicæ fidei deſeratis. Quoniã ea, quę in Epheſo nuper cõtra iuſtitiã, uel canonũ diſciplinã per unius hominis impudentiã geſta ſunt, nulla catholicæ fidei ratio rata eſſe ꝑmittit. Data octauo Idus Octobris, Aſterio et Prothogene conſulibus. *alias, potẽtiã.*

EPISTOLA XXVII. EIVSDEM *ad Anaſtaſium epiſcopum Theſſalonicenſem.*

Quantũ relatione Hilarij diaconi noſtri cognouimus, magnum facinus Alexandrino ep̃o authore, uel executore cõmiſſum eſt, ut dum in fratrem noſtrũ Flauianũ ueteres ęmulationes, & odia priuata deſæuiunt, nec innocentię ꝓbatiſſimi ſacerdotis, nec Chriſtianę fidei parceretur. Vnde multum dilectioni tuę congratulamur, ꝙ te, ad illam ſynodũ ire cupientẽ, opportunis obſtaculis manus diuina obtinuit, ne abſtenturus proculdubio a tãto ſcelere, indignis iniurijs ſubiaceres, & furori impio militibus, quantũ didicimus, armiſq́; ſuffulto, contraire non poſſes. Quia ergo prorupit in apertum ꝑfidia, q̃ latebat, & in nefandiſſimã hęreſim unius imperitiſſimi ſenis aſſecle trãſierunt, tp̃s ꝓbationis noſtrę debemus agnoſcere, & cõtra impetus aduerſantiũ, munitionibus cœleſtibus freti, incõmutabilis animi conſtantiã pręparare. Scimus, frater chariſſime, q̃a ſacramẽto magnę pietatis ſuę aderit diuina ꝓtectio. Si q̃d igitur fraternitati tuę de impijs conſtitutionibus fuerit ingeſtũ, proteſtamur pariter, ac monemus, ne uel in damnationẽ fratris inſontis, uel in rece- *1. Timoth. 3.*

ptione nefarij dogmatis consensum tui cordis immiceas. Maior est enim, qui in nobis est, q̃ qui aduersus nos. Annitere potius, quãtum te ipse naturę nostrę susceptor, & glorificator adiuuerit, ut omnium fratrum nostrorum corda confirmes. Nobis enim ab euãgelio generationis, & mortis, ac resurrectionis Domini nostri Iesu Christi nullatenus recedentibus, diffinitissimum est, in nostræ cõmunionis numero non futuros eos, q conãtur antiqua catholicæ fidei fundamẽta cõuellere. Data tertio Idus Octob. Asterio & Protogene cõsulib.

EPISTOLA XXVIII. EIVSDEM *ad Iulianum episcopum.*

Cognitis, q̃ apud Ephesum unius hoīs præsumptione sunt gesta, magno qdẽ dolore affecti sumus, de his, quæ impie, furioseq; cõmissa sunt, sed dñm nostrum animos dirigẽtes, multam fiduciã ab ipsa, quã sequimur, ueritate cõcipimus, nõ omittentes omnia agere, quæ auxiliante dei gratia credimus profutura. Tenendum ergo nobis est, quod tenemus, &, sæuiente unius turbinis procella, serenissima fidei est amplectenda tranquillitas, donec radio suos ueritas p uniuersa diffundat, & caliginẽ infidelitatis cõsumat. Quæ autem disposita sunt, per latoris sermonẽ agnosces. Data. 3. Idus Octob. Asterio & Protogene consulib.

EPISTOLA XXIX. EIVSDEM *ad Pulcheriam aug. de his quæ superius postulauit.*

Valentiniano septies & Auieno consulibus, circa annũ xp̃i, teste Caßiodoro. 452. secundum Marianũ Scotũ ad ueritatẽ euãgelij. 471. iuxta autẽ Dionysij cyclum. 449. qui est põtificatus Leonis papæ ann. 11. fuit scripta p̄sens epist. et simil̃r. v. sequẽtes.

Leo eps Pulcheriæ augustæ. Gaudere me plurimū, & exultare ī dño, pietatis tuæ scripta fecere, qbus euidenter ostēditur, quātum catholicā diligas fidē, & quantū hæreticum detesteris errorē. Hęresis qppe est nimis impia, & euāgelio ueritatis inimica, q̄ nō portionē aliquam lædere, sed ipsa religionis Christianæ conatur fundamenta cōuellere, negans sempiterni pris filium sempiternū, de utero beatæ uirginis matris, ueram carnem nostræ sumpsisse naturæ, et eos damnatione percellens, q ab euāgelica, & apostolica fide nullo deduci errore potuerunt, illudq́ꝫ frustra prætendens, quod Nicęnæ synodi fidem teneat, cuius eum constat esse alienū, gloriosissima augusta. Vnde, quia non deserit ecclesiam suam diuina protectio, dicente Domino: Ecce ego uobiscum sum omnibus dieb⁹ usqꝫ ad cōsummationem seculi, eodēq́ꝫ opere, & tempore spiritus dei & clemētiæ uestræ solicitudinē, & curam nostri cordis, accēdit, ut de remediјs procurandis eadem utriqꝫ cuperem⁹, quæ prius poposci, nunc quoqꝫ instantius peto, maiore utens fiducia deprecandi, posteaq́ꝫ præsidium uenerādæ exhortationis accepi, sperans affuturā misericordiam dei, ut, cooperāte uestra clementia, pestiferi erroris possit morb⁹ auferri, ut quicquid, ipso inspirante, atqꝫ auxiliante, potuerit salubriter fieri, cum uestrę fidei laude peragatur, qm̄ res humanæ aliter tutæ esse nō possunt, nisi q̄ ad diuinā cōfessionem pertinent, & regia, & sacerdotalis defendat authoritas. Data sextodecimo Calendas Aprilis, Valentiniano augusto septies, & Auieno, uiris clarissimis consulib. Era. 488.

ali. euāgelicæ ueritati.

Matth. 28.

23. q. 5. Res aūt omnes.

EPISTOLA XXX. LEONIS *Papæ ad Martianum & Faustum presbyteros exhortatoria, de damnatione secundi Ephesini concilij.*

Bonorum operum, & spiritualium studiorum deũ authorẽ esse, nõ dubium est, qui quorum incitat mentes, adiuuat actiones. Quod nobis præsenti experimẽto euidẽter apparuit. Si quidẽ, inter discretarum spacia longinqua regionũ, unum sumpserunt corda nostra cõsilium, ut, quod a nobis desiderabatis, eo uobis tpe, quo epistolę uestrę mittebant, occurrerit, si tñ dilectioni uestræ tradi scripta nostra potuere, q̃ nõ solũ apostolicæ sedis authoritate, sed ẽt sanctæ synodi, quę ad nos frequens conuenerat, unanimitate directa sunt, ut in his, quãtam curã totius ecclesiæ habeamus, appareat, hortãdo, scilicet, omnium fidelium mentes, & clemẽtissimorum principum præsidia ad defensionem fidei postulando, quorum pios, & catholicos animos nõ diffidimus, opem atq; authoritatẽ suã iustis petitionibus p̃stituros, quo citius, auxiliãte dño, perniciosa hæresis, & dudũ sanctorum patrum authoritate damnata, q̃ & nuper Ephesi male adiuta est, auferat. Interim uero det operã (quantũ fieri potest) uestra dilectio, ut oĩbus ecclesię filijs innotescat, quod cõtra impium sensum, secundum doctrinã euãgelicã, & apostolicã prædicamus. Quia licet plene, q̃ semper fuisset, atq; esset catholicorum sententia, scripserimus, tñ nũc quoq;, ad cõfirmandas oĩum mentes, nõ parũ exhortationis addidimus. Memor enim sum, me sub illius noĩe ecclesię p̃sidere, cuius a dño Iesu Christo est glorificata cõfessio, & cuius fides oẽs quidẽ hæreses destruit, sed maxime im

pietatem præsentis erroris expugnat, & intelligo mihi aliud nō licere, q̃ ut oēs conat⁹ meos ei causæ, in qua uniuersalis ecclesiæ salus infestat, impendam. Ne autē aliqua negligentiæ occasione, scripta nostra ad uos nō potuerint peruenire, exēplaria eorundem nūc mittenda credimus, ut nullo modo fidei, quā defendim⁹ prędicatio, nostræ notitię subtrahat. Data. 16. Calend. Aprilis, Valentiniano augusto. 7. & Auieno, uiris clarissimis consulibus.

EPISTOLA XXXI. EIVSDEM *ad Theodosium augustum, ubi scripsit, ut id, quod de incarnatione filij dei ab Anatholio Constantinopolitano episcopo prædicatur, agnoscat, & uniuersale concilium in Italia fiat.*

Omnibus quidē uestræ pietatis epistolis, inter eas solicitudines, quas ꝓ fide patimur, spē nobis securitatis maximā præstitistis, Nicænū cōmendando cōcilium, adeo, ut ab illo, sicut sępe iam scribitis, nō patiamini sacerdotes dn̄i deuiare. Sed ne aliqd in præiudiciū catholicæ defensionis uiderer egisse, de ordinatione eius, qui Constantinopolitanæ cœpit ecclesiæ præsidere, nihil interim in alterutrā partem temere rescribēdum putaui, nō dilectionē negans, sed manifestationē catholicæ ueritatis expectans. *alias, sibi* Quod æquanimiter ferat obsecro uestra clemētia, ut cum talem se erga fidem catholicā, qualem cupimus, approbarit, de synceritate ipsius copiosius, & securius gaudeamus. Ne uero aliqua illū de nostro animo mordeat sinistra suspitio, occasionem toti⁹ difficultatis amoueo, nec aliqd exigo, quod aut arduum uideat, aut dubium, sed ad id, quod nullus catholicoꝝ refutet, inuito. Noti enim sunt ꝑ uniuersum mū-

dum, atq; manifesti, qui ante nos siue Græca, siue latina lingua in catholicę ueritatis prędicatione fulserūt, ad quorꝝ scientiam, atq; doctrinam quidā etiā nostrę ætatis accedunt, de quorum scriptis par, & multiplex profertur instructio. Quæ sicut Nestorianā hęresim destruxit, ita etiam hūc qui nūc male repullulat, abscidit errorem. Relegat itaq; solicite, q̄ a sanctis patribus incarnationis dominicę fides fuerit custodita, semperq; similiter p̄dicata, & cum sanctæ memoriæ Cyrilli Alexandrini episcopi epistolam (qua Nestoriū corrigere & sanare uoluit, prauas prædicationes ipsius arguens, & euidētius fidem Nicęnę definitionis exponens, quāque ab eo missam apostolicę sedis scrinia suscεperant) præcedentium sensui perspexerit consonantem, Ephesinę etiam synodi gesta recēseat, quibus contra Nestorij impietatem, a sanctæ memorię Cyrillo inserta, & allegata sunt, de incarnatione domini catholicorū testimonia sacerdotum. Nō aspernetur etiam meam epistolam recensere, quam pietati patrum per omnia concordare reperiet. Cumq; a se hoc, quod eidem profuturū sit, expeti, desiderariq; cognouerit, catholicorū sententijs toto corde consentiat, ita ut synceram cōmunionis fidei professionem, absolutissima subscriptione, corā omni clero, & uniuersa plebe declaret, apostolicę sedi, & uniuersis Domini sacerdotibus, atque ecclesijs publicandam, ut pacificato per unam fidē mundo, possimus omnes dicere, quod angeli, nato de Maria uirgine saluatore, cecinerunt: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonę uoluntatis. Quia uero & nos,

alias, Studijs (margin, beside "rum scriptis")

Luc. 2. (margin, beside "geli, nato de Maria")

& beati patres nostri, quorũ doctrinam & ueneramur, & sequimur, in unius fidei cõcordia sumus, sicut prouinciarũ omnium protestantur antistites, agat clementię uestrę deuotissima fides, ut quamprimũ ad nos Constantinopolitani Episcopi, qualia debẽt, probati, & catholici sacerdotis scripta perueniãt, aperte, scilicet, atq; dilucide protestãria, quod si quis de incarnatione uerbi Dei aliud aliqd credat, aut asserat, quàm catholicorũ omnium, & mea professio protestatur, hunc a sua communione secernat, ut ei fraternã in Christo charitatem merito possimus impẽdere. Vt autem salubribus curis uelocior, pleniorq́;, auxiliãte domino, per uestrę clementię fidẽ pręstetur effectus, ad pietatem uestram fratres, & coepiscopos nostros Abundium, & Asteriũ, sed & Basilium, & Senatorem presbyteros, quorũ mihi deuotio est probata, direxi, per quos, quę nostrę forma sit fidei, manifestatis instructionibus (quas misimus) possitis dignãter agnoscere, ut si Cõstantinopolitanus antistes in eandem cõfessionem toto corde consentit, securi (ut dignum est) de ecclesiastica pace lętemur, neq; aliquid residere uideatur ambiguum, ut de superfluis forsitan suspitionibus laboremus. Sin uero aliqui a puritate nostrę fidei, atq; patrum authoritate dissentiunt, cõcilium uniuersale intra Italiam, sicut synodus, quę ob hanc causam Romę conuenerat, mecum petit, clementia uestra concedat, ut in unum cõuenientibus omnibus, his, qui aut ignorãtia, aut timore prolapsi sunt, correctionis remediis cõsulatur, nec cuiq; ultra sit liberũ, ita Nicęnę synodi facere mentionẽ, ut eius

alias, episcopi

fidei inueniatur esse cõtrarius, qm̃ & uniuersæ ecclesiæ, & uestro hoc imperio profuturũ est, si unus deus, & una fides, unum sacramẽtum salutis humanę, una totius mundi cõfessione teneatur. Data decimoseptimo Calẽdarum Augusti, Valentiniano. 7. & Auieno uiris clarissimis consulibus.

EPISTOLA XXXII.

Leo episcopus Fausto, Martiano, Petro, Manuheli, Iob, Antiocho, Viuantiaco, Abrahamo, Theodoro, Pientio, Eusebio, Helpidio, Paulo, *alias, Caroso* Asterio, & Charaso presbyteris, & Archimandritis, & Iacobo diacono, & Archimandritæ. Causa fidei, in qua salus Christiana consistit, multa me solicitudine laborare compellit, me tuentẽ, ne prauitas, q̃ in suis fuerat amputãda principijs, processu tp̃is & p̄tinacior fiat, & latior. Nã cum clementissimus Imperator talia ad nos scripta direxerit, quibus solicitudinem suam pro pace uniuersalis ecclesiæ demonstraret, & ipse Constantinopolitanus ep̃s, & hi, q eundem consecrarãt, p̃ter id, quod ad ordinationẽ noui antistitis p̄tinebat, nihil nobis de cõpressis, uel abdicatis erroribꝰ indicarunt, quasi in illa ecclesia nullũ scãdalum, nulla extitisset offensio, aut nõ hinc p̃cipue fuerit ordinati meritum demonstrãdum, si aliena a se, q̃ catholicoꝶ sensibus sunt aduersa, docuisset. Ne ergo (quod inter longinquas regiones accidere solet, ut nimias dilationes tenderẽt ueritatis examina) fratres, & coep̃os nostros Habundiũ & Asterium, sed & Basiliũ & Senatorẽ presbyteros probatissimos uiros, ad probatissimũ *alias, pijßimũ* principem cum sufficiẽti paternarũ authoritatum instructione

ĩstructione direximus. Quos in oĩbus, fratres charissimi, diligentia, ac solicitudine uestra cupimus adiuuari, ut impietas, q̃ cæcis ausib⁹ in exitialia abrupta ꝓcessit, simplices quosq; decipiendi ulterius nõ habeat potestatẽ, cũ aptiore medicina, etiã illis cupiamus per correctionis remedia subueniri, qui aut imperitia sunt lapsi, aut errore traducti. Et ideo uos, qui iustificamini ꝑ fidem, qui catholicam diligitis ueritatem, & de singulari sacramento salutis humanæ per spiritum sanctum estis edocti, collaborate nobiscum, &, quãta potestis deuotione, id agite, ut falsitate destructa, & fidei soliditate defensa, secura per totum mundum dei pace potiamur. Data. 16. Calen. Augusti, Valentiniano augusto. 7. & Auieno uiris clarissimis consulibus. *alias, satagite*

EPISTOLA XXXIII.

Ad Pulcheriam augustam, pro his quæ superius Theodosiũ augustum postulauit.

Leo ep̃s Pulcheriæ augustæ. Gaudeo fidei clementiæ uestræ, quod religiosum studium dignanter impenditis, ut pax ecclesiastica renouetur, q̃ quorundam dissentionibus uidetur esse turbata. Debet enim hoc uestræ specialiter gloriæ, ut ablatis omnibus scandalis, q̃ contra catholicam fidẽ inimicus excitauerat, una, eadẽq; sit per totum mundum confessio ueritatis, quæ facilius, certiusq; reparabit, si prauorꝫ sensuum nulla semina, nulla uestigia relinquant. Quod tamen mearum partium est, præterire non debeo, ut scilicet, quid de incarnatione filij dei à Constãtinopolitano ep̃o teneatur, agnoscã, præsertim cum in ordinatione ipsius plura præces

ſerint, taliaq́ʒ ad nos debuerit ſcripta dirigere, quę illum a cõtagione huius, q nup emerſit, er roris alienũ euidẽter oſtẽderent. Optans itaqʒ ſecurã cum eo habere cõcordiam, gratiãq́ʒ illi fraternę charitatis impendere, ſcribere ei ĩterim diſtuli, nõ dilectionem negãs, ſed manifeſtatio nem catholicæ ueritatis expectãs. Simplex em̃ eſt, atqʒ abſolutum, quod poſco, ut remoto lon gaꝝ diſputationũ labore, ſanctæ memoriæ Cy rilli Alexãdrini epĩ epiſtolæ, quam ipſe ad Neſtorium miſerat, acquieſcat, in qua & errorem Neſtorij arguit, & fidẽ Nicęnę definitionis expoſuit, & epiſtolæ meę, q̃ ad ſanctę recordationis Flauianũ epm̃ eſt directa, cõſentiat. Quib⁹ uigilanter inſpectis, Cõſtantinopolitanus antiſtes repudiãdum ſibi, quod auſa eſt cõtra puram, & ſingularem fidem imperita inſipientia definire, incunctanter agnoſcat, qa & mea, & ſanctoꝝ patrum de incarnatione dñi concors per oĩa, & una confeſſio eſt. Quam, ſi qs exiſtimauerit, nõ ſequendam, ipſe ſe a cõpage catholicæ unitatis abſcindet, cum tñ nos, ut in integrum oĩa reuocẽtur, optemus. Ad effectum ue ro ſalubrium diſpoſitionum uelocius obtinen dum, fratres, & coepiſcopos meos Abũdium, & Aſterium, ſed & Baſilium, & Senatorẽ preſ byteros probatiſſimos uiros miſi, q clementiæ ueſtræ formã fidei, quã ſecundum doctrinã ue nerabilium patrum prædicamus, offerrent, & remotis circũlocutionibus, qbus obſcurari ue ritas ſolet, qd de incarnatione filij dei, a toti⁹ or bis ꝓbatis ſacerdotib⁹ defenſum fuiſſet, oſtẽderet. Quos poſt diuinã gratiã, ſancto ueſtræ pietatis auxilio dignum eſt adiuuari, ne in toti⁹ ec

clesiæ perturbationē, imprudens procedat con tentio, cum correctione adhibita, omnes oporteat in unius confessionis redire cōcordiam. A qua, si forsitan ab aliquib⁹ discrepatur, uniuersale cōcilium sacerdotum haberi intra Italiam, clementia uestra annuente, iubeat, quo remota arte fallendi, tandem pateat, qd altiore tractatu aut coerceri debeat aut sanari. Data tertiodecimo Calē. Augusti, Valentiniano augusto. 7. & Auieno, uiris clarissimis consulibus.

EPISTOLA XXXIIII. EIVSDEM *ad Martinum presbyterum.*

Gratias agimus deo, & multam fiduciā piæ exultationis accepimus, cum dilectionē tuam, & catholicam fraternitatē ita spiritu fidei uigere cognoscimus, ut cordib⁹ uestris nihil īfirmitatis hæretica possit inferre tentatio, ad quā diuinitus destruendam, nec defuit (ut scitis) solicitudo nostra, nec deerit, donec omnipotentis dextera omnia diaboli arma cōfringat. Cui ob hoc aliquid audere permittitur, ut a fidelibus Christi gloria maiore uincatur. Si quid autem difficultatum īteruenit, aut morarum, cū ęquanimitate tolerādum est, quoniā ubi ueritas est magistra, nunq̄ desunt diuina solatia, fratres charissimi. Quāuis ergo magna locoꝝ interualla nos diuidant, unitate tamen fidei uobiscū sumus, et toto corde Iesum Christum dominum nostrum uerum deum, & uerum hominē confitentes, nulla in uobis detrimēta perpetimur, cū de uestræ professionis cōcordia gloriamur, tantum ut sit, auxiliante domino, constantia perseuerans, dicente apostolo: Vobis enim datū est pro Christo nō solum ut in eū credatis, sed ēt *Philip. 1.*

ut pro illo patiamini. Ad quã fortitudinẽ sanctarum mentium roborandã, fratres nostros, atq; legatos, quos pro apostolicæ fidei libertate direximus, & quos dudũ apud uos esse confidimus, plurimum credimus profuturos, cũ totius actionis nostræ didiceritis affectum, & curam uestram, atq; consilium operi iunxeritis. De qua re non necesse est nũc latius scribere, cum iam per supradictos sufficientes ep'las miserimus, qbus abũdantissime omnis catholica fraternitas ĩstruatur. Diuinæ erit uirtutis, & gratiæ, ut dei filius, qui naturam humani generis suam fecit, amplius q̃ uidemus, aut sapimus, magnum pietatis suę afferat sacramentũ, quod impia temeritas sibi quidem fraudauit, sed rectis cordib⁹ nõ potuit. Data Idibus Septẽbris, Valentiniano & Auieno consulibus.

1.Timoth.3.

EPISTOLA XXXV. EIVSDEM *ad Leonem Rauennatẽ episcopum, de his, qui de captiuitate redeuntes, incertum habent, utrum ante captiuitatem baptisma consecuti sunt.*

Martiano augusto consule, teste Caßiodoro, circa annum Christi. 453. secundum autem Marianum Scotum ad euangelij ueritatem. 472. iuxta uero Dionysii cyclum. 450. qui fuit pontificatus Leonis papæ annus. 12. fuit scripta hæc epistola.

Leo episcopus Leoni epõ Rauennati salutẽ. Frequenter quidem in diuersarũ ambiguo quęstionum titubãtia fratrum corda, spiritu dei ĩstituente, solidauimus, responsionis formã uel ex sanctarũ scripturarũ disciplinis, uel ex patrũ regulis colligentes. Sed nuper in synodo nouum, & inauditum antea genus consultationis exortum est.

De paruulis, qui in captiuitatem deuenerunt, & baptismũ non reminiscuntur se consecutos. *Cap. 1.*

Nam quorundam fratrum suggestione comperimus, aliquos captiuorũ ad sedes suas, libertatemq; redeuntes, qui, scilicet, in captiuitatem illa ætate peruenerint, quæ nullius rei firmam poterat habere notitiam, remediũ quidẽ implorare baptismi. Sed utrũ eiusdẽ mysterij ante sacramẽta perceperint, infantiæ inscientia nõ posse reminisci, & ideo sub hoc latentis recordationis incerto, animas suas in discrimen adduci, dum sub specie cautionis negatã his gratia, quæ ideo non impenditur, qa putatur impensa. Cum itaq; tribuere talibus dominici sacramenta mysterij, nõ imerito quorundam fratrũ formido dubitaret, in synodali (ut diximus) cœtu formã huiuscemodi consultationis accepimus, quam diligentius discuti, & pro uniuscuiusq; sensu solicita uoluimus ratione tractari, quo ad ueritatem, adhibita cognitione multorum, certius peruenire possemus. Eadem ergo, q̃ in sensum nostrum diuina inspiratione uenere, frequens etiã fratrũ firmauit assensio. In primis itaq; prouidere debemus, ne dum speciem quãdam cautionis tenemus, damnũ regenerandarũ incidamus animarũ. Quis enim ita sit suspicationib⁹ suis deditus, ut uerũ esse definiat, qđ oĩ manifestatione cessante, ex opinione ambigua suspicatur? Cũ itaq; baptizatũ se, nec ille recordetur, q regenerationis est cupidus, nec alter attestari de eo possit, quod nesciat cõsecratum, nihil est, in quo peccatũ possit obrepere, cũ in hac parte cõscientiæ suæ nec ille reus sit, qui cõsecratur, nec ille q cõsecrat. Scimus qdẽ

De conf. di. 4. Cum itaq; baptism. alias, qui

inexpiabile esse facin⁹, quotiēs iuxta hęreticorꝫ dogmata a sanctis patrib⁹ īstituta, cogit̄ aliqs, lauacrū, qđ regenerandis semel tributū est, bis subire, aplica reclamāte doctrina, q̄ nobis unā p̄dicat ī trinitate deitatē, unā in fide cōfessionē, unū in baptismate sacramentū. Sed ī hoc nihil simile formidat̄, qm̄ nō pōt ī iterationis crimē deuenire, qđ factū eē oino nescitur. Atq; ideo, quoties psona talis īciderit, solicita primū examinatione discutite, & longo tpe, nisi forte supremus finis īmineat, īdagate, utrū nemo sit penitus, q testimonio suo iurare possit ignorātiā nesciētis. Et cū cōstiterit, hūc, q baptismatis īdiget sacro, sola inaniter suspitione phiberi, accedat ītrepidus ad cōsequēdā grām, cui⁹ in se nullū scit eē uestigiū. Nec uereamur huic salutis ianuā aperire, quam nunq̄ ante docet̄ īgressus.

Vt ab hæreticis baptizatus per impositionem manus spiritum sanctum accipiat. *Cap. 2.*

Quod si, ab hęreticis baptizatū quēpiā fuisse, cōstiterit, erga hunc nullatenus sacrm regenerationis iteret̄, sed hoc tm̄, qđ ibi defuit, cōferat̄, ut per episcopalem manus impositionem uirtutem sancti spiritus cōsequatur. Quam rē, frater charissime, ideo gñaliter ad oium uestrū uolum⁹ puenire notitiam, ne dum plus iusto metuit̄, misericordia dei saluari cupientib⁹ deneget̄. Data. 9. Cal. Nouē. cōsu. Martiani augu.

EPISTOLA XXXVI. EIVSDEM ad Martianum augustum.

Martiano & Adelphio consulibus circa annū Christi, teste Caßiodoro. 453. secūdum Marianū Scotum ad ueritatē euāgelij 472. iuxta uero Dionysij cyclum. 450. qui fuit pontificatus Leonis papæ, annus. 12. scripta est præsens epistola, & similiter. 13. sequentes.

Literas pietatis uestrę accepisse me gaudeo, & ad significationẽ totius ꝓsperitatis pertinere cognosco, cum sermones uestri uos faciant ĩtegritate securos. Quantas itaq; clementię uestrę gratias referamus, nõ ex uerbis nr̃is, sed ex beneficijs uestris, q̃ ecclesiæ contulistis, agnoscite, nõ ambigentes, qualem illum retributorem in omnibus habeatis, pro cuius estis tam pia religione soliciti, & qui uos (ut res ipsa demonstrat) ad hoc, ut fides catholica ab insidijs inimicorum suorum defenderetur, elegit. Hæc a me nũc breuiter ꝑ fratris mei Anatholij clericos pietas uestra dignanter accipiat. Pleniora autem de oĩbus, quæ ad curam meam pro statu ecclesiarum, & cõcordia pertinẽt domini sacerdotum, ꝑ legatos nostros scripta direxim⁹. Data Idibus Aprilis, Adelphio consule.

EPISTOLA XXXVII. EIVSDEM *ad Pulcheriam augustam, in qua gratias agit, quod Nestorianam & Eutychianam hæresim fidei defensione destruxerit.*

Quod semper de sancta pietatis uestræ mente prę sumpsimus, id plenissime experiendo cognouimus, Christianã fidem) quamuis diuersis prauorum appeteretur insidijs) uobis tamẽ præsentibus, & in defensionem eius a dño præparatis, non posse turbari. Non enim deus aut suę misericordię sacramẽtũ, aut uestiri laboris deserit meritũ, quo dudũ subdolũ sanctæ religionis hostẽ ab ipsis uisceribꝰ eccl'ię depulistis, quũ hęresim suam tueri ĩpietas. Nestoriana nõ potuit, qa nõ fefellit famulam, & discipulã ueritatis, quantũ simplicibꝰ infunderet ueneni, ꝑ illa loquacis hois colorata mendacia. De quo uirtutum agone, ꝓcessit, ut ꝑ solicitudinẽ vr̃am

ea,q̃ per Eutychen diabolus molitus est,nō laterent, & q sibi singulas partes geminæ ĩpietatis elegerāt,una catholicæ fidei uirtute procumberent. Secūda ergo hęc uobis,de perempto Eutychetis errore, uictoria est,quē, si qd sani cordis habuisset,dudum in authoribus suis ꝑculsum,olimq́ꝫ prostratū,facile potuerat declinare,ne de sepultis cinerib⁹rediuiua tentaret incē dia cōmouere,ut in eoꝝ trāsiret consortiū,quorū sequutus esset exemplum,gloriosissima augusta. Libet igitur exultare cum gaudio,et pro uestræ clementiæ prosperitate, digna deo uota ꝑsoluere,qui tibi per oēs mundi partes, in qb⁹ dñi euāgelium prædicatur, duplicē iam & palmam contulit,& coronā. Clemētia igitur uestra agnoscat,oēm Romanam ecclesiā uniuersis fidei uestræ operib⁹plurimū cōgratulari, siue ꝙ legationē nostrā pio per oīa adiuuistis affectu, & ꝙ sacerdotes catholicos,q de ecclesīs suis iniusta fuerunt eiecti sententia, reduxistis, siue ꝙ reliquias sanctæ memoriæ Flauiani innocentis,et catholici sacerdotis ad ecclesiā(cui bene præfuit)fecistis cum honore debito reuocari. In qbus utiqꝫ oībus gloriæ uestrę multiplicatur augmētum , dum & sanctos pro suis meritis ueneramini , & ab agro dñi spinas & tribulos uultis auferri. Quosdā sane episcopos de his,q rebus impīs uident præbuisse cōsensum,reconciliationem reposcere,& catholicoꝝ cōmunionem desiderare, tā nostroꝝ , q̃ꝫ frīs & coepī mei Anatholīj, cui testimonium ferre dignamini,relatione cognouimus,quoꝝ desiderīs sic præbemus effectū,ut correctis, & q̃ male sunt facta,ꝓpria subscriptione, dānantibus,

alias, duplicis gloriæ pal.

participata nostrorum(quos misimus)cura, quũ supradicto epõ pacis gratia tribuat, quia deuotionis utrũq; est Christianæ,ut & ptinaces ueritas iusta coerceat, & cõuersos charitas nõ repellat. Quia uero nouimus, quantũ piæ solicitudinis catholicis sacerdotibus mãsuetudo uestra dignetur impendere,indicandũ esse curauimus,fratrẽ & coepm nostrum Eusebiũ nobiscum degere,& nostræ cõmunionis esse consortem,cuius cõmendamus ecclesiã, quã dicit ua stare,q illi iniuste asseritur subrogatus. Illud ẽt a uestra pietate poscentes, quod uos spõtaneo facere nõ dubitamus arbitrio,ut tam fratrẽ & coepm meum Iulianũ, q̃ Cõstãtinopolitanos clericos,q sanctæ memoriæ Flauiano fidelibus officijs adhæsere,ea,qua debetis, gratia faueatis. De omnibus uero pietatem uestram per nostros,qd fieri,aut declinari deberet, ĩstruxim9. Data Idibus Aprilis,Adelphio uiro clarissimo consule.

EPISTOLA XXXVIII. EIVSDEM, *ad Anatholium Constantinopolitanum episcopum.*

De fide eius,scriptis missis,probata. *Cap.I.*

Leo eps Anatholio episcopo. Gaudemus ĩ dño,& in dono gratiæ ipsius gloriamur,qa sicut dilectionis tuæ literis,& fratrum nostrorum, quos Cõstantinopolim miseramus, relatione cognouimus,sequacẽ te euãgelicæ eruditionis ostendis,ut p sacerdotis pbabilem fidẽ merito præsumamus, q tota ecclesia eidẽ credita est, ne rugã cuiusquã sit erroris habitura uel maculam,dicẽte Apostolo: Despondi enim uos uni uiro,uirginẽ castã exhibere Christo. Illa est eñ uirgo ecclesia,sponsa unius uiri Christi,q̃ nul- *2.Cor.11.*

lo se patiẽ errore uitiari, ut p totum mundum, una nobis sit uni⁹cõionis ĩtegritas, in q̃ societatẽ tuę dilectiõis amplectimur, & gestorũ, q̃ sum psimus, seriẽ necessarĳs (sicut oportuit) munitã subscriptionib⁹ approbamus. Vt ergo inuicem dilectiõis tuae animus nostris cõfirmaret allo- quĳs, filios nostros Casteriũ presbyterũ, Patricium, & Asclepiadem diaconos, q ad nos tua scripta detulere, cum epl'is nostris, post uenerabilem diẽ festi paschalis emisim⁹, indicãtes nos (ut supra diximus) de Cõstantinopolitanae ecclesię pace gaudere, cui hanc curã semp ĩpendimus, ut eã nulla uelim⁹ hr̃ticorũ fraude uiolari.

alias, Chartherium

De his, qui metu in haeresim lapsi sunt, ut si conuersi fuerint, recipiantur. *Cap. 2.*

De fratrib⁹ uero, quos & epl'is tuis, et legatorum nostrorũ relatione cõionis nr̃ę cupidos esse cognouim⁹, eo q doleant, se cõtra potẽtiam, contraq; terrores nõ tenuisse constantiam, sed alieno sceleri praebuisse cõsensum, cum ita eos formido turbasset, ut in damnationẽ catholici, atq; ĩnocentis antistitis, & ĩ receptionẽ detestabilis prauitatis trepido famularent obsequio, illud quidem, quod praesentibus, & agentibus nostris, constitutum est, approbamus, ut suarũ interim ecclesiarum essent cõmunione cõtenti, sed cum legatis nr̃is (quos misim⁹) participata tecum solicitudine uolumus, disponat, q̃tenus hi, q plenis satisfactionib⁹ male gesta condemnant, & accusare magis se eligunt, q̃ tueri, pacis, & cõionis nr̃ę unitate lętentur, ita ut digno pri⁹ anathemate, q̃ cõtra fidẽ catholicã sunt recepta, damnent. Aliter. n. in eccl'ia dei, q̃ corpus est xp̃i, nec rata sunt sacerdotia, nec uera sacrifi

1. q. 1. In ecclesia dei q̃ corpus.

cia, nisi in nostræ proprietate naturę uerus nos põtifex recõciliet, uerus ĩmaculati agni sãguis emũdet. Qui licet ĩ pr̃is sit dextera cõstitutus, in eadẽ tñ carne, q̃ sumpsit ex uirgine, sacr̃m p pitiationis exeq̃tur, dicẽte ap̃lo: Xp̃s Iesus, qui mortuus est, ĩmo q & resurrexit, q est ĩ dextera dei, q etiam ĩterpellat p nobis. Neq;.n. põt ĩ aliquo benignitas nr̃a reprehẽdi, cum satisfacientes recipimus, quos doluim⁹ esse deceptos. Nec aspere igĩ cõionis nr̃ę gr̃a denegãda est, nec temere largiẽda, qa sicut plenum pietatis est, oppressis charitatẽ dñicam redhiberi, ita iustũ est, oĩa pturbationis authoribus imputari. Roma. 8.

De nominibus hæreticorum ad altare non recitandis. Cap. 3.

De noĩbus autem Dioscori, Iuuenalis, & Eustachij ad sacrum altare nõ recitandis, dilectionẽ tuam hoc decet custodire, qđ nr̃i, ibidem cõstituti, faciendum esse dixerint. quodq; honorã dæ sancti Flauiani memorię nõ repugnet, & a gr̃a tua Christianę plebis aĩos nõ auertat. Nã iniquum nimis est, atq; ĩcongruum, eos, q ĩnocentes, & catholicos sua psecutione uexarunt, sanctorũ noĩbus sine discretione misceri. Condemnatam ĩpietatem nõ deferentes, ipsi de sua prauitate cõdemnent, quos conuenit, aut pcelli pro perfidia, aut laborare pro uenia. *alias, cum dĩ natam* *alias, condemnant.*

De commendatione Iuliani episcopi, uel eorum clericorum, qui Flauiano episcopo fide adhæserunt. Cap. 4.

Fratrem uero, & coep̃m nr̃m Iulianũ, uel clericos, q sanctæ memorię Flauiano fidelibus officijs adhæserunt, dilectioni quoq; tuę uolum⁹ adhærere, ut quẽ fidei suæ meritis uiuere apud deũ nr̃m nouimus, ĩ te sibi cũ p̃sentẽ agnoscãt.

Illudq́ dilectionẽ tuã nosse uolumus, fratrem & coepm nostrum Eusebium, qui causa fidei multa discrimina, laboresq́ tolerauit, nobiscũ interim demorari, & in nostra nunc cõmunione psistere, cuius ecclesiã, tua solicitudine uolumus esse defensam, ut nihil eodẽ absente, depereat, & nullus ei in aliquo p̄iudicare p̄sumat, donec cum literarꝝ nostrarꝝ ad uos prosecutione peueniat. Et ut maior circa te uel nostra, uel totius Christianę plebis affectio prouocet͂, hoc quod ad dilectionẽ tuã scripsimus, in oĩum uolumus notitiã peuenire, ut qui deo nostro deseruiunt, de cõfirmata apud te pace sedis apostolicæ, gratulent͂. De cæteris uero causis atq; psonis, dilectio tua literis, quas per nostros accipiet, plenius instruet͂. Data Idus Aprilis.

EPISTOLA XXXIX. EIVSDEM *ad Iulianum episcopum.*

Literas fraternitatis tuę p filios nostros Cõstantinopolitanos clericos, nuntias tuæ salutis accepi. qbus te magnis tribulationib⁹ grauatũ fuisse significas, cum utiq; nõ defuerit materia solicitudini, & laborib⁹, quæ inter procaces catholicę fidei aduersarios, inhærentẽ ueritati animum fatigarent, idq́ (ut scribis) fuerit aĩo, ut p occasionẽ necessitatis, & nobis te, & patriæ p̄sentares. Quod uerꝝ futurum sperauerã, ut aptius oĩum hæreticorꝝ ambages tuo ore cognoscerẽ. Sed gratias deo, quod ita ĩcolumitas tua, et ecclesiæ causa profecit, ut liberum tibi fuerit apud eos ĩterim degere, quorꝝ nobis pbabilis cõsensus ĩnotuit, sicut & fratris Anatholij scripta profitent͂, & gesta, q̄ apud ipsum corã nostris sunt confecta, demonstrãt fratrib⁹ remean

tibus. Ergo prædictis salutationibus uicissitudinē reddo, & ut cōtra falsitatis astutias perseuerantē diligentiam teneas, fidenter exhortor, cum tibi ad hoc, & tuus animus, & nostra authoritas suffragetur. Quoniam licet de multis meliora indicata sunt, q̄ scilicet doleāt se deceptos, & damnata ꝑfidia cū authorib⁹ suis, gratiam nostræ cōmunionis exposcant, quod nos adeo libēter accepimus, reddituri his hāc, quā desiderant, cōmunionē, quum ꝓmissa cōpleuerint, quosdam ꝑsistere in sua obduratione cognouimus, quos oportet districtius cōprimi, si nequeūt benignitate sanari. Ad quā rem, nostros post diem uenerabilem dirigemus, qui te cum participato consilio, ea quæ a nobis constituta fuerint, exequātur. Data Idib⁹ Aprilis, Adelphio uiro clarissimo consule.

EPISTOLA XL. EIVSDEM, *ad Martianum augustum, in qua pro conseruatione catholicæ fidei illi congratulatur.*

Quāuis ꝑ Constātinopolitanos clericos ad pietatē uestrā ante rescripserim, sumptis tñ clementiæ uestrę literis, per uirū illustrē pręfectū urbis filiū meum Tatianum magnā materiam gratulationis accepi, q̄a studiosissimos uos ecclesiasticæ pacis agnoui. Cui sancto desiderio, digna æquitate cōfertur, ut quē statum esse cupitis religionis, eandē habeatis & regni. Nam īter principes Christianos, spiritu dei cōfirmāte cōcordiā, gemina ꝑ totum mundum fiducia roboratur, quia profectus charitatis & fidei, utrorumq́; armoꝝ potentiā insuperabilē facit, ut propitiato ꝑ unā cōfessionem deo, simul & hęretica falsitas, & barbara destruat hostilitas,

gloriosissime Imperator. Aucta igit̃ p̃ Imperialem amicitiam spe cœlestis auxilij, cõfidentius pietatem uestram p̃ sacro salutis humanę ĩcitare p̃sumo, ne cuiusquã procaci, ĩpudentiq́ꝫ uersutia quasi de ĩcerto, q̃d sequendum sit, sinatis inquiri. Et quũ ab euãgelica, ap̃licaq́ꝫ doctrina nec uno quidem uerbo liceat dissidere, aut aliter de scripturis diuinis sapere, q̃ꝫ beati ap̃li & patres nr̃i didicere, atq́ꝫ docuerũt, nũc demũ indisciplinate moueant̃, & impiæ q̃stionis, quas olim mox, ut eas p̃ apta sibi corda diabolus excitauit, per discipulos ueritatis spiritus sanct⁹ extinxit. Nimis aũt iniquum est, ut p̃ paucorꝫ insipientiã ad coniecturas opinionũ & ad carnaliũ disceptationũ bella reuocemur, tanq̃ꝫ reparata disceptatione tractandũ sit, utrũ Eutyches impie senserit, & utrum impie Dioscorus iudicauit, q ĩ sanctæ memorię Flauiani cõdemnatione se p̃culit, & simpliciores quosq́ꝫ, ut in eandẽ ruinã p̃uoluerent̃, ĩpegit, quorꝫ multis iã (ut cognouim⁹) ad satisfactionis remedia conuersis, & ueniã de incõstanti trepidatiõe poscẽtibus, nõ cuiusmodi sit fides, tractandũ est, sed eorꝫ p̃cibus qualiter annuendum. Vnde pijssimæ solicitudini uestrę, quam de ĩdicenda synodo habere dignamini, p̃ legationem, q̃ cõfestim ad clementiã ṽram, deo annuente, p̃ueniet, quicquid ad causæ utilitatem arbitror p̃tinere, plenius atq́ꝫ opportunius suggeret̃. Data. 9. Cal. Maij, Adelphio uiro clarissimo consule.

EPISTOLA XLI. EIVSDEM, *ad Martianum augustum, de directa uicis suæ legatione Constantinopolim, pro Chalcedonensi concilio faciendo.*

Poposcerã quidẽ a gloriosa clemẽtia uestra,

ut synodũ, q̃ ad reparandã orientalis eccl'ię pa
cẽ, a nobis etiã petitã, necessariã iudicastis, ali-
quantisp differri ad tp̃s opportuni⁹ iuberetis,
ut liberiorib⁹ ab oĩ pturbatione animis, hi quo
que ep̃i, quos hostilitatis metus detinet, cõue-
nirent. Sed qa pio studio humanis negotijs di-
uina p̃ponitis, & rationabiliter ac religiose re-
gni uestri uirib⁹ creditis pfuturum, si nulla sit ĩ
sacerdotũ sensib⁹ dissonantia, nulla sit ĩ euange
lij p̃dicatione discordia, ego etiam uestris dispo
sitionib⁹ nõ renitor, optans ut oĩum cordib⁹ ca
tholica fides, q̃ nõ põt nisi una esse, firmet̃. A cu
ius ĩtegritate & Nestori⁹ antea, & nunc Euty-
ches, diuersis qdẽ callib⁹, sed ĩpietate non ĩpari
deuiarunt, abominandi prorsus in psuasionib⁹
suis, quas cõtra syncerę ueri luminis fontẽ, de
cęnosis lacubus diabolicę falsitatis hauserunt.
Prior itaq; synodus Ephesina Nestoriũ cũ dog
mate suo, merito iusteq; damnauit, & qsqs in
illo errore psistit, ad nullius põt spem remedij
ptinere. Seques uero in p̃dicta ciuitate nõ põt
uocari concilium, qđ in euersionem fidei fuisse
constat agitatum, quodq; uestra clemẽtia amo
re ueritatis, catholicis affutura, aliud statuẽdo,
cassabit, gloriosissime Impator. Vnde p ipsum
dñm nr̃m Iesum Christũ, q regni uestri est au-
thor & rector, obtestor & obsecro clementiam
uestrã, ut in p̃senti synodo fidẽ, quã beati pr̃es
nr̃i ab apl'is sibi traditã p̃dicarunt, nõ patiami
ni, quasi dubiam retractari, & q̃ olim a maiorꝝ
sunt authoritate damnata, rediuiuis non pmit
tatis conatib⁹ excitari. Illudq; potius iubeatis,
ut antiquæ Nicænæ synodi constituta, remota
hæreticorum interpretatione, permaneant. Neq;

me quoq;(ut uoluit uestra clemētia)ab illo cre datis abesse cōcilio,cum in his fratribus,quos direxi,id est,Paschasino,& Lucentio epis, Bonifacio,& Basilio presbyteris,sed et fratre meo Iuliano, quē eorꝫ uolui esse participē, etiā mea sit ęstimanda p̄sentia. Quos,auxiliāte Christo, ita acturos esse cōfido,ut ea,q̄ dn̄o nostro placeant,decernentes, accedēte pietatis uestræ studio cōsulant, quod & paci prosit, & religioni sit custodia ueritatis. Data.6.Calē.Iunij,Adelphio uiro clarissimo consule.

EPISTOLA XLII. EIVSDEM, *ad Martianum Augustum,ubi inter cætera pro defensione fidei Imperatori gratulatur.*

Multam mihi fiduciā scribēdi ad clementiā uestram,& literæ uestræ,quas ueneranter accepi, & coep̄i mei reuertentes a Cōstantinopoli p̄buerunt,nō sola assertione uerborꝫ, sed ipsis iam operū effectibꝰdemonstrantes,ad defensionem catholicæ fidei diuinum in uobis uigere p̄sidium. Quo utiq; nō solum ecclesię status,sed etiā uestri robur munit̄ Imperij, ut merito eius expectetis,protectionē, cuiꝰ colitis ueritatem, gloriosissime Imperator. Nā ut & fratris mei Anatholij citius manifestaret̄ ītegritas,& olim damnati erroris rediuiuus assertor locū in xp̄i ecclesia nō haberet,ut catholici ep̄i, quos nuꝑ hæreticorꝫ persecutio,deprauare nō potuit, ab iniustis reuocarent̄ exilijs, utq; reliquijs beatæ memoriæ Flauiani digno honore susceptis, im pietatē suam cōdemnator eius agnosceret, uestræ uirtutis titulus,uestrę pietatis est fructus. Cui cōfido etiam aliarꝫ insignia accumulanda palmarꝫ,ut sicut Cōstantinopolitana ecclesia,

recepta

recepta apostolicæ fidei libertate, lætat̃, ita oẽs regni uestri,puinciæ emundatas se esse a diabo lici dogmatis contagione glorient̃. Vt ergo p̃ce dentib⁹ literis indicaui, fratres meos Lucentiũ ep̃m,& Basilium presbyteꝶ, qui solicitudinis meæ partes possint implere , direxi, fauori eos pietatis uestræ in oĩbus,q̃ sunt agenda, cõmen dans. Nam cum & fratris mei Anatholij scri- ptis,& nostroꝶ sermone cognouerim, multos de his,q apud Ephesum Dioscori factione com pulsi,de te stabilib⁹ statutis p̃buere cõsensum, pœnitendo incõstantiæ suę ueniam postulare, & cõionem catholicam p satisfactionem corre ctionis expetere,nõ fuit taliũ negligenda cõuer sio,q non proprio sensu, sed impij p̃sumptoris impulsu in hæc ĩcidisse noscunt̃, in q̃bus liberꝶ non habuere iudiciũ.Ne itaq; resipiscentiũ desi deria mora longior fatigaret, uel incuriosa faci litas temere aliquos & sine discretione suscipe ret,iniunctũ est ab ap̃lica sede directis,ut in cõ sortium suę deliberationis,accito Cõstantino- politanæ urbis antistite,& pestilentię cõtagia, nõ admittant̃, & sanitatis remedia nõ negent̃. Quæ industria,in oĩbus,q̃ nequiter gesta sunt, emendandis,celerẽ(iuuante dño)consequet̃ ef- fectum, si reparationi pacis ecclesiasticę opem suam uestra pietas dignet̃ adiungere, ut,uobis in terra regnantib⁹, & dei regnum ĩtra uos ha- bere mereamini, & catholicam fidem nulla fal sitas uiolet,nulla hæresis inqetet , nec cuiq; li- ceat doctrinam euangelicã deserere,& sacerdo tali honore gaudere.Synodũ uero fieri , ut me- minit uestra clemẽtia, etiam ipsi poposcimus. Sed sacerdotes prouinciaꝶ oĩum cõgregari p̃-

alias,improbi

Causa designatur, prohibens celebrare concilium.

sentis tpis necessitas nulla rōne pmittit, qm̄ illæ puinciæ, de qbus maxime sunt euocandi, inqetāte bello, ab ecclesiis suis eos nō patiūt abscedere. Vnde opportuniori tēpori, ppitiato domino, cū firmior fuerit restituta securitas, iubeat ur̃a clementia reseruari. De qua re plenius inter cætera, apud pietatem uestram, poterunt allegare, quos misi. Data .5. Idus Iunij, Adelphio uiro clarissimo consule.

Alias. 7. Idus

EPISTOLA XLIII. EIVSDEM, *ad Pulcheriam Augustam.*

Religiosā pietatis uestræ solicitudinē, q̄ uniuerso mūdo, Deo inspirāte, cōsulitis, crebrioribus alloquijs īcitare p̄sumo, ut operū ur̃orꝝ pfectū necessaria pfectio subsequatur, ac sicut de statu Cōstātinopolitanæ eccl'æ gratulamur, cuius & sacerdos & populus catholicę puritatis fidē iā tenere cognoscit, ita etiā aliorꝝ cōcors nobiscū sit de uerbi īcarnatione cōfessio. Vñ qđ factorꝝ me alijs literis indicauerā, Lucēsem ep̄m, & Basiliū p̄sbyterꝝ frēs meos dirigere p̄paraui, q dispositiōes meas, fratris mei Anatholij deuotiōe sociata, scđm eas, q̄s acceperūt regulas, exequanť. Sicut eni p̄dicti ep̄i scriptis, & clericorꝝ eius suggestione patefactū ē, multa sunt, q̄ indulgētius sunt curāda, multa quæ iustius cohercēda, ut in causa tātę pturbatiōis, nec districtio nimis sit aspera, nec remissio parū cauta, cū aliud satisfaciētib9, aliud ptinacibus debeatur. Offerť ergo pietati ur̄ę digna materia, q̄ placitā dño curā sancti cordis exerceat, & p̄ceden tiū meritorū coronas ēt de pñtis erroris abolitione multiplicet. Sicut eni Nestoriana īpietas, ita & Eutychiana blasphemia ab omniū est ca

tholicorum eliminanda consortio. Quia tã ĩpiũ ẽ, cõsubstãtialem & cõsempiternã patri filij deitatẽ, ẽt ex utero uirginis matris partu editã negare corporeo, q̃ unã ĩ Dei filio post ĩcarnationis sacramẽtũ affirmare naturã, ut. s. aut humanitas eius refutetur, aut deitas cũ unione utriusque essentiæ, nec altera sit in alterutrã uersa, nec assumpta in assumẽte finita. Sed & uerbi incõmutabilitas, & carnis, atque animæ ueritas maneãt inseparabiliter in unitate p̄sonæ, quod qui testificante lege, credentibus patriarchis, annuentibus, p̄phetis, p̄dicante euãgelio, docẽtibus apostolis, & toto mũdo cõfitente nõ credũt, extra sacramentũ corporis Christi, extra unitatẽ sunt nominis Christiani. Quorũ sicut ruinam dolemus, ita perfidiã detestamur. Vt aũt circa taliũ personas syncerũ seruetur ubique iudicium, & aliud correctis, & aliud pertinacibus repẽdat, uestra pietas nostros, qui ab apostolica sede sunt missi, fouere dignetur, eorumque omnes, q̃s iniunximus, adiuuet actiones, quo citius ac facilius, auxiliante domino, quæ ad uestram gloriam, & ad totius ecclesiæ pacem proficiant, exequantur. De Eutyche autem totius scandali & prauitatis authore hoc clementia uestra præcipiat, ut ab eo loco, qui Constantinopolitanæ urbi nimis uicinus est, longius transferatur, ne frequentioribus solatijs eorũ, quos ad ĩpietatẽ suã traxit, utatur. Monasterio quoque ipsius, cui pernitiose, indigneque præsedit, catholicum abbatem iubete præponi, qui illã seruorũ Dei congregationẽ & à prauo dogmate liberare, & institutis ueritatis possit ĩbuere. Data Idibus Iunij, Adelphio uiro clarissimo consule.

EPISTOLA XLIIII. EIUSDEM *ad Anatholium Constantinopolitanum episcopum, de his, qui hæreticorum erroribus metu, non uoluntate implicantur, ut per satisfactionem in ecclesia suscipiantur.*

Licet sperem dilectionem tuam ad omne opus bonum esse deuotam, ut tñ efficacior tua fieri possit industria, necessarium & cõgruum fuit, fratres meos Lucentium epm, & Basiliũ presbyterum (ut promisimus) destinare, qbus tua dilectio societur, ut nihil ĩ his, q̃ ad uniuersalis ecclesiæ statum pertinent, aut dubie agatur, aut segniter, cum residentibus uobis, quibus exequutionem nostræ dispositionis iniunximus, ea possint agi cuncta moderatione, ut nec beniuolentiæ partes, nec iustitiæ negligantur, sed absq; psonarum acceptione diuinum ĩ omnibus iudiciũ cogitetur. Quod ut recta ob seruantia ualeat custodiri, catholicæ primitus fidei seruetur integritas, ut quia per oĩa, angusta & ardua uia est, quę ducit ad uitam, neq; in sinistram, neq; ad dexteram ab eius tramite de uietur. Et qa euãgelica & apostolica fides oẽs expugnat errores, & ab uno latere Nestorium deijcit, ab alio Eutychen, & participes eius elidit. Hanc regulam mementote seruandam, ut quicũq; in illa synodo, quæ nomen synodi nec habere potuit, nec meretur, & in qua maliuolẽtiam suam Dioscorus, imperitiam autem Iuuenalis ostẽdit, dolent, ut dilectionis tuæ relatione cõperimus, se metu uictos, & terrore superatos, ad consensum scelestissimi iudicij potuisse compelli, & cõmunionem catholicam obtinere desiderant, satisfactioni eorum pax fraterna præstetur, ita ut non dubijs professionibus, Eu

Matth.7.

tychen cum suo dogmate, cumq; consortibus suis anathematis execratione condemnent. De his autem, qui ĩ hac causa grauius peccauere, & ob hoc superiorem sibi locum in eadem infelici synodo uindicarunt, ut humilium fratrũ simplicitatem arrogantiæ suæ præiudicijs aggrauarent, si forte resipiscunt, & a facti sui defensione cessantes, in cõdemnationẽ proprij cõuertuntur erroris, horum si satisfactio talis accedit, quæ nõ refutanda uideatur, maturiorib⁹ apostolicæ sedis concilijs reseruetur, ut examinatis omnibus, atq; perpẽsis, de ipsis eorũ agnitionibus, quid cõstitui debeat, æstimetur. Neq; prius in ecclesia, cui te dominus uoluit pręsidere, cuiusquã talium (ut ante iam scripsimus) nomen ad altare recitetur, q̃ quid de eis cõstitui debeat, rerum processus ostendat. De commonitorio uero, a clericis dilectionis tuæ nobis oblato, necessarium nõ fuit, epistolis quid uideretur inserere, quum sufficeret legatis cũcta cõmitti, quorũ sermone ex oĩbus diligẽtius ĩstrueris. Annitere igitur, frater charissime, ut quæ ecclesiæ dei cõgruunt, fideliter & efficaciter cum his fratribus, quos tantæ rei idoneos authores elegimus, exequaris, præsertim, cum ipsa uos causæ ratio, spesq; diuini auxilij cohortẽtur, & clementissimorũ principũ tam sancta sit fides, tam religiosa deuotio, ut in eis nõ solum Christianum, sed etiã sacerdotalem experiamur affectũ. Qui utiq; pro pietate, qua se dei famulos esse gloriantur, omnes suggestiones uestras fidei catholicæ profuturas, dignanter accipiant, ut ipsorũ quoq; ope et pax Christiana reparari, & error impius possit aboleri. Ac si de aliqui-

alias, uendicarunt

alias, actionibus.

bus amplius fuerit deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigatur, ut pertractata qualitate causarum, nostra quid obseruari debeat solicitudo, constituat. Data quinto Idus Iunij, Adelphio uiro clarissimo consule. Era qua supra.

alias, VI.

EPISTOLA XLV. EIUSDEM

ad synodum Chalcedonen. ubi hortatur per legatos suos Dei sacerdotes, ut secundum scripturas cuncta disponerent.

Optaueram q̄dem dilectissimi pro charitate collegij, omnes domini sacerdotes ī una catholicæ fidei deuotiōe persistere, nec quēq̄ gratia, aut formidine potestatum, seculariū deprauari, ut à uia ueritatis abscederet. Sed q̄a multa sę pe quę pœnitudinē possint generar̄, proueniūt, & superat culpas delinquentium misericordia Dei, atq̄ ideo suspenditur ultio, ut possit locū habere correctio, amplectēdum est clementissimi principis, plenum religione consilium, quo sanctam fraternitatem uestram, ad destruēdas insidias diaboli & ad reformandam ecclesiasticam pacē uoluit conuenire, beatissimi Petri iure, atq̄ honore seruato, adeo, ut nos quoq̄ suis ad hoc literis īuitaret, ut uenerabili synodo nostram præsentiam præberemus, quod quidem nec necessitas temporis, nec ulla cōsuetudo poterat permittere. Tamen in his fratrib⁹ Paschasino, & Lucentio epis, Bonifacio, & Basilio p̄sbyteris, q ab apostolica sede directi sunt, me synodo uestra fraternitas existimet præsidere, nec seiunctam à uobis præsentiam meam confidat, qui nunc in uicarijs meis adsum, & iandudum fidei catholicę prędicatione nō desum, ut qui non potestis ignorare, quid ex antiqua traditione credamus, non possitis dubitare, q̄d

cupiamus. Vnde (fratres charissimi) reiecta penitus audacia disputandi, contra fidem diuinitus inspiratam, uana errantium infidelitas conquiescat, nec liceat defendi, quod non liceat credi, cum secundum euangelicas authoritates, secundum propheticas uoces, apostolicamq́; doctrinam plenissime, & lucidissime per literas, quas ad beatæ memoriæ Flauianum epm̃ misimus, fuerit declaratum, quæ sit de sacramento ĩcarnationis dñi nostri Iesu Christi pia, & syncera confessio. Quia uero nõ ignoramus, p̱ prauas æmulationes, multarum ecclesiarꝫ statum fuisse turbatum, plurimosq́; epõs, qui hæresim nõ reciperent, sedibꝰ suis pulsos, & in exilia deportatos, atq; in locum superstitum alios substitutos, uulneribꝰ his primitus adhibeatur medicina iustitiæ, nec quisquã ita careat proprijs, ut alter utatur alienis, cum si (ut cupimus) errorem omnes relinquunt, nemini quidem perire honor debeat, sed illis, qui pro fide laborauerunt, cũ omni priuilegio oporteat ius propriũ reformari. Prioris autem Ephesinæ synodi, cui sanctæ memoriæ Cyrillus ep̃s tunc præsedit, ꝓ Nestorium specialiter statuta permaneant, ne tunc damnata impietas, ideo sibi in aliquo blãdiatur, qa Eutyches iusta execratione percelliť. *alias, demum* Puritas enim fidei, atq; doctrinæ, quam eodẽ, quo sancti patres nostri, spiritu prædicamus, & Nestorianam, & Eutychianam, cum suis authoribus condemnat, pariter & persequiť prauitatem. Data. 5. Calen. Iulij, Adelphio uiro clarissimo consule.

EPISTOLA XLVI. EIVSDEM

ad Anatholium episcopum.

Ad declinandam erroris maculam, qua nõnullos aut Nestoriana impietas, aut Eutichiana labefactauit insania, laudabilem curam filij nostri Basilius, & Ioannes presbyteri suæ æstimationis habuerũt, ut inter pugnantia dogmata falsitatis, uera catholicæ fidei pace gauderẽt. Siquidem lõginquo peregrinationis labore suscepto, sensum cordis sui in apostolica sede patefeçere, damnantes utrãq; hęresim, quarum supra fecimus mentionẽ, & de incarnatione domini nostri Iesu Christi non aliud recipientes, q̃ quod, instruente sancto spiritu, & didicim⁹, & docemus. Per hos ergo, frater charissime, cũ testimonio nostro ad propria reuertentes, dilectioni tuæ nostra scripta direxim⁹, fidenter orãtes, ut qui gratia apostolicæ cõmunionis orantur, etiam tuo fauore per omnia se gaudeãt adiuuari. Data. 13. Calen. Iulij Adelphio uiro clarissimo consule.

EPISTOLA XLVII. EIUSDEM ad Martianum augustum.

Credebamus, clemeniiam uestram id desiderio nostro posse præstare, ut præsenti necessitate respecta, differri ad opportunius tempus sacerdotalem synodũ iuberetis, ut uocatis de cũctis prouincijs sacerdotib⁹, uere posset esse uniuersale conciliũ. Sed qa uos amore catholicæ fidei cõgregationem nũc fieri uoluistis, ne deuoto obuiare uiderer arbitrio, fratrem, & coep̃m meum Paschasinum de ea prouincia, q̃ uidetur esse securior, euocatum, qui uicẽ præsentiæ meę possit implere, direxi, Bonifacio fratre nostro, & compresbytero sociato, & his, quos antea miseramus, adiunctis, consortem illis fratrem

quoq; meum Iulianũ addentes epm. Quos ea moderatione uniuersa, dño auxiliante, credim⁹ esse gesturos, ut quæcũq; in quærelam, perturbationẽq́; uenerunt, ad unitatem pacis, et fidei, cõpressa omni dissensione, reuocentur, nec ullũ in aliquoꝶ cordibus sacerdotum, uel Nestorianæ, uel Eutychianæ impietatis uestigium relinquatur, qm̃ catholica fides, quam instruẽte nos spiritu dei, per sanctos patres a beatis apl̃is didicimus, & docemus, neutrum subrepere permittet errorem. Si quid ergo morboꝶ, si qd est uulneꝶ, quod syncera possit correctiõe curari, ut ad ueram sanitatẽ reuocetur, optamus. Quæ nunc utiq; non erant dubia, nec cuiusquã simplicitati deinceps nocitura, si nullis se excusationibus uoluerit obumbrare, cum absolutionẽ peccati nõ obtineat, nisi uera cõfessio. Quia uero quidã de fratribus (quod sine dolore non dicimus) contra turbines falsitatis non ualuere catholicam tenere constantiam, prædictũ fratrem & coepm meum uice mea synodo conuenit præsidere, certus, ꝙ absq; odio, & gratia ibidem ab his, quibus hoc cõmisimus, laboretur, ut cum solius hæreticæ impietatis excidio, in omnibus ecclesijs dei ueritas regnet & charitas. Data. 6. Calen. Iulij, Adelphio uiro clarissimo consule.

EPISTOLA XLVIII.

Leo eps Martiano augusto. Sanctum clementiæ uestræ studium, quo ad reparationem pacis ecclesiasticæ synodum habere uoluistis, adeo libenter accepi, ut ꝗuis eam fieri intra Italiam poposcissem, & aptius expectari tempus optassem, quo, scilicet, plurimi possent epi etiã

de longinquis ꝓuincijs euocari, mox tamen, ut mihi pietatis uestræ scripta sunt tradita, & Bonifaciū de cōpresbyteris meis ab urbe direxerim, & de epis fratrē meū Paschasinū de Sicilia fecerim nauigare, q̄ uicē meam sufficienter iplerent, datis per eosdē eplis ad eos, qui legationē ante susceperant, ut ipsi quoq; p̄dictis, ad iplendas partes meæ p̄sentiæ iungerētur. Vnde q̄uis nimis arctus dies synodo fuerit cōstitutus, spero tamē affuturū oīpotentis auxilium, quo omnes ualeāt ad pręfinitū tēp⁹ occurrere, & unanimiter, cum sanctæ fraternitatis assensu, q̄ uniuersali ecclesię cōgruant, definire. Cōpressa enī uel remota, inquietudine ac prauitate paucorū, facile firmabitur probanda concordia, si in eā fidē, quam euangelicis, & apostolicis p̄dicationibus declaratam, per antiquos patres nostros accepimus, & tenemus, omniū corda cōcurrāt, nulla penitus disputatione cuiusquā retractionis admissa, ne per uanā, fallacēq; uersutiā aut infirma uideantur, aut dubia, quæ in ipso lapide angulari Chr̄o fundata sunt, & sine fine mā sura. Hoc nobis indesinenter orantibus, ut à sacramento singularis fidei nemo inueniatur alienus, sed damnata impietate hæreseos, nullum de perditione cuiusquam catholica ecclesia sentiat detrimētum. Quod autem pietatem uestrā de his, per quos meas misi epistolas obsecraui, nunc quoq; simili fiducia precor, ut uice mea acturos, commendatos per omnia habere dignemini, quo facilius, ac diligentius, quę optimo fidei uestræ ordinata sunt studio, salubri impleantur effectu. Data. xiiij. Calen. Augusti. Adelphio uiro clarissimo consule.

Ephe. 2. d.

EPISTOLA XLIX. EIVSDEM AD *Pulcheriam Augustam per Theosticum Magistrianum.*

Religiosam clementiæ uestrę solicitudinem, quam catholicæ fidei indesinenter impenditis, p omnia recognosco,& Deo gratias ago,q̃ tantā uniuersalis ecclesiæ curā habere uos uideo, ut quod iustitiæ,& beneuolentiæ congruere arbitror,confidenter insinuem,quo celerius,quę, propitio Christo,pietatis uestrę studio irreprehensibiliter hactenus gesta sunt, ad gratulandum producantur effectum. Qđ ergo synodū Chalcedonensem haberi clementia uestra p̄cepit,cū à me,ut in Italia haberet̄, mā̄suetudo uestra retineat postulatū,ut oēs nostrarū partiū cōuocati antistites si securitas tēporis suppeteret,cōuenirent,adeo tamen nō aspernāter accepi,ut binos de coepiscopis meis, & cōpresbyteris ordinarē,qui uicem meam implere sufficerent,etiā datis ad uenerabilē synodū cōgruētibus scriptis,quibus fraternitas aduocata cognosceret,quam formā seruare in hac dijudicatione deberet, ne ulla temeritas aut fidei regulis,aut canonū statutis,aut benignitatis remediis obuiaret.Sicut enī à principio huius causæ frequētissime scripsi,hāc inter discordes sensus,& carnales æmulationes moderationē uolui custodiri,ut ītegritati qdē fidei nihil euelli, nihil liceret apponi,ad unitatē uero, pacēq; redeuntibus,remediū ueniæ præstaret̄. Quia tūc operū diaboli potentię destruunt̄,cū ad Dei,& proximi dilectionē hoīm corda reuocant̄. Sed q̄ cōtraria tunc his monitis,atq; obseruationibus meis acta sint,multū est explicare,nec op⁹ est epł'ari pagina cōprehēdi,qd in illo Ephesino

non iudicio, sed latrocinio potuit, perpetrari. Ibi primates synodi, nec resistẽtibus sibi fratribus, nec consentientibus, perceperunt, cũ ad infringendam catholicã fidẽ, & ad execrabilẽ hæresim roborandã, alios priuilegio honoris exuerint, alios consortio impietatis infecerint, sæuiores profecto in eos, quos persuadendo, ab innocentia separabant, q̃ ĩ illos, quos beatos cõfessores, persequendo faciebant. Veruntamen q̃a tales sibi maxime sua iniquitate nocuerũt, & maioribus uulnerib⁹ diligentior est adhibẽda medicina, nullis unq̃ epistolis definiui etiã talibus, si resipiscerent, ueniam denegandã. Et q̃uis incõparabiliter inimicissimam Christianæ religioni hęresim detestemur, ipsos tñ, si corrigantur, & digna se satisfactione purificẽt, ab ineffabili misericordia dei nõ iudicamus alienos, sed potius cum gementibus gemimus, cũ

Roma.12. fletibus flemus, & sic utimur iustitia cõmotionis, ut nõ amittamus remedia charitatis. Qđ, sicut pietas uestra cognoscit, nõ uerbis solis ꝓmittitur, sed etiã factis docetur. Siquidẽ pene omnes, qui in cõsensum præsidentium aut tra-

alias, rescindẽdo, uel, reijciẽdo ducti fuerant, aut coacti resistendo, quod statutum fuerat ab illis, & condẽnando quod scripserant, perpetuã culpæ abolitionẽ, & apostolicæ pacis gratiam sunt adepti. Si ergo clementia uestra propositum nostrum considerare dignetur, probabit, in eo concilio cuncta gesisse, ut sine cuiusquã animæ detrimento, hæreseos tantum obtineretur extinctio, & ob hoc, circa authores sæuissimorũ turbinum, quiddam cõsuetudinis minuisse, ut ad indulgentiam postulandam, cõpunctione aliqua possit eorũ tarditas

excitari. Qui etsi post illud iudiciũ suum tã impium, q̃ iniustum non sunt catholicæ fraternitati ita honorabiles, ut fuerunt, suas tñ adhuc obtinẽt sedes, & episcopatus sui honore potiũtur, aut per uerã, & necessariam satisfactionem pacem ecclesiæ recepturi, aut si hæresim (quod absit) tuebuntur, professionis suæ merito iudicandi. Data. 13. Calendas Augusti, Adelphio uiro clarissimo consule

EPISTOLA RAVENNII ALIORVM *que episcoporum Gallorum, ad Leonem papam, fidei eius, quam ad Orientem direxit, laudes dicentium.*

Domino uere sancto, merito in Christo beatissimo, & apostolico honore uenerando papæ Leoni, Rauennius, Rusticus, Venerius, Constãtius, Maximus, Armentarius, Florus, Sauin⁹, Valerianus, Constantius, Nectarius, Maxim⁹, Asclepius, Item Maximus, Vrsus, Ingenulus, Iustus, Valerianus, Superuentus, Crisaphius, Fonteius, Petronius, Hydacius, Etherius, Eulalius, Eutychius, Fraternus, Venturus, Eugeni⁹, Hilarius, Verus, Amandus, Gerontius, Proculeianus, Iulianus, Helladius, Armentarius, Honoratus, Hepartius, Amenius, Dinamius, Maximinus, Hyrnantius & Palladius. Perlata ad nos epistola beatitudinis uestræ, quã ad Orientem pro catholicæ fidei assertiõe misistis, optassemus, & statim apostolatui uestro pro tam ĩmenso munere gratiarũ actionẽ referre, nisi nobis difficultatem, qua in unũ celeriter non potuimus conuenire, uel spacia, quibus a nobis dispalati sumus, longa terrarum, uel aurarũ, q̃ in regionibus nostris præter consuetudinẽ fuit intemperies, attulisset. Det ergo apostolatus ue

ſter noſtræ ueniā tarditati, quæ nō de otio aut diſſimulatiōe, ſed de certa neceſſitate deſcēdit, quæq́; à nobis, etſi celeritatis gratiā abſtulit, ex ultādi tamen materiā auferre non potuit. Exultauimus itaq;, Chr̄o propitio, lectis beatitudinis ueſtræ literis, & omni inſtructione patefacta, omnes, intra Gallias conſtitutos, exultare
Alias, de. mox fecimus, dolētes pariter pro his uobiſcū, qui catholicæ fidei lumine derelicto, errorū tenebras inciderūt. Quæ apoſtolatus ueſtri ſcripta, ita ut ſymbolum fidei, quiſquis redemptio
Alias, ſcribit. nis ſacramenta non negligit, tabulis cordis aſcripſit, & tenaci, quo ad confundendos hæreticorū errores paratior ſit, memoriæ cōmendauit. Multi itaq; in ea gaudentes pariter & exultantes, recognouerunt, fidei ſuę ſenſum & ita ſe ſemper ex traditione paterna tenuiſſe, ut ueſter apoſtolatus expoſuit, iure lętantur. Nōnulli ſolicitiores facti, beatitudinis ur̄ę admonitione ꝑcepta, modis omnibus ſe gratulanť inſtructos, datamq́; ſibi occaſionē gaudent, qua libere, ac fiducialiter, ſuffragante etiam apoſtolicę ſedis authoritate, eloquantur, & aſſerat unuſquiſq; quod credit. Quis aūt apoſtolatui ueſtro, pro
Alias, quo. hoc tanto munere, quod nō ſolum Gallias, ſed totum mūdū, uelut quibuſdam pretioſiſſimis gemmis ornauit, dignas æſtimet gratias poſſe perſolui? Doctrinæ poſt Deum ueſtræ debet fidelis, ut cōſtanter teneat, quod credebat, debet etiā infidelis, ut à perfidia ſua, agnita ueritate, diſcedat, & apoſtolicæ inſtitutionis luce perfuſus, erroris ſui tenebras derelinquat, magiſq́; ſequať, & credat, quod per os ueſtrum dn̄s noſter Ieſus Chr̄s de ſacramēto īcarnationis ſuę

docet, quod id teneat, quod diabolus humanę salutis, & ueritatis inimicus stillat. Optassemus etiã ad filiũ uestrum, gloriosissimum ac fidelissimum principẽ sup eãdẽ cãm literas dare, quibus cõgratulãtes fidei ipsius, humilitatis quoque nrę solicitudinẽ, q̃ uos in Xp̃o seqmur, pderemus, nisi ad nos de Oriẽtalibus partibus nuntio plato, fieri hoc, minime necessarium putaremus. Meritis autẽ apostolatus uestri pius dñs pstitit, ut hæresim, iã diu occulte nutritã, uestris tpibus pderet. Ad laudẽ enĩ solicitudinis urę ptinet, quod malorũ error latere nõ potuit, ad gloriosę fidei ædificationẽ redundat, quod praua psuasio participes aut nõ ĩuenit, aut inuentos amisit. Respiciat itaque cõseruãdo apostolatum uestrum, misericors dñs ecclesiã suã, toto orbe diffusã. Vobis enim ita inuigilãtibus, & hi, q curã aĩæ suę gerunt, soliciriores in fide reddunt̃, & hi, q paulo desides sunt, tãto ad solicitudinẽ accendunt̃ exemplo. Quod nos ante oculos semper habentes, non desinemus Deo, ac dño nostro gratias agere, & pariter supplicare, gratulantes, quod tantæ sanctitatis, tantæ fidei, tantæque doctrinę apostolicæ sedi, unde religionis nostrę, ppitio Christo, fons, & origo manauit, antistitem dederit, petentes etiam, ut datum, concessumque munus pontificij uestri, lõgissima ad ædificationem ecclesiarum suarum ætate custodiat. Nos autẽ etsi impares meritis, pari tamen fide, siquid (quod absit) contra ecclesiam catholicam, prophana infestatione tentetur, parati sumus, cõfortãte dño cum beatitudine uestra pro ueritate fidei animas nostras ponere, & uitã hanc authori salutis nostrę, & largitori æternitatis impendere.

Et alia manu. Ora pro me, domine beatissime, merito & apostolico honore uenerande papa, Rusticus eps, apostolatum tuū ī dño uenerās saluto, &, ut digneris pro me orare, supplex rogo. Venerius, te dn̄m in Christo meum, reuerē tissime saluto, &, ut digneris pro me orare, supplex rogo, Constantinus episcopus, beatitudinem uestram saluto. Similiter & omnes episcopi suprascripti salutauerunt.

EPISTOLA L. EIVSDEM, *ad omnes episcopos Galliarum de damnatione hæreticorum.*

Herculano & Asporatio consulibus, circa annum domini, teste Caßiodoro. 454. secundum Marianum Scotum, ad ueritatem euangelij. 473. iuxta uero Dionysij cyclum. 451. qui fuit pontificatus Leonis papæ. 13. scripta est hæc epistola, similiter et tres sequentes.

Leo Rauennio, Rustico, Venerio, Constantino, Maximo, Armentario, Floro, Sauino, Valeriano, Cōstantio, Asclepio, Nectario, Maximo, Vrso, Ingenulo, Iusto, Valeriano, Superuento, Crisaphio, Fōteio, Petronio, Hydacio, Etherio, Eulalio, Eutychio, Fraterno, Vēturo, Eugenio, Hilario, Vero, Amando, Gerontio, Proculeiano, Iuliano, Helladio, Armentario, Honorato, Hepartio, Amenio, Dinamio, Maximinio, Hyrnantio, & Palladio episcopis per Gallias constitutis. Optassemus quidē, fraternitatis uestrę literas, eo tempore quo promiseratis, accipere, ut profecturis ad Orientē fratribus nr̄is, quos ad sanctam synodum, uice nostra pro catholicæ fidei defensione direximus, etiam uestræ sententiæ professio iungeretur. Sed cum multa obstacula inopinatam nobis intulerint tarditatē, quālibet seras, & diu expectatas epistolas per

fratrem,

fratrem,&coepiscopum nrm Ingenulũ gratan ter accepimus,easq; cum gaudio recensentes,p bauimus,sicut confidebamus,eruditione spiri tus sancti cœlestem in uobis uigere doctrinã, quã ĩ Orientalibus ecclesiis uersutia hostis an tiqui,per eos,quos sequaces suos reperit,fallitasq; fatigare conata est, cum catholica fides, quę nulla sui est parte mutabilis,p ipsas aduer santium exercitationes & ualidior efficiat̃ sem per,& clarior,operante hęc gratia dei, ut si qui forte,ad hæc subtilia inimici iacula declinãda, minus erant instructi,minusq; soliciti,pceptis ueritatis armis,fierent cõtra impiorum mendacia fortiores. Quod ergo, sicut causa poscebat,fiduciam nostram,quã de uobis habemus in dño,fideliter,atq; obedienter auxistis,multa exultatione gaudemus.Et merito nos cognoscimus,fratribus,&coepis nris Oriẽtalibus in timasse, q scdm euangelicam & apostolicã tra ditionem de incarnatione dñi nri Iesu Christi, una esset omnium nostrum,& indiscreta confessio,neq; ullis eorum disputationibus detine ri,ut aliter aliquid de summi,& salutiferi sacra menti ueritate sapiamus,& ex pdicatione sanctorum patrum,& ex authoritate incõmutabi lis symboli didicimus,& docemus, damnatis ab uniuersali ecclesia,& nunc Eutyche , & antea Nestorio.Quorum si qs,nõ ferendis impie tatibus,ĩhærere delegerit,ipse se a corporeChri stianæ unitatis abscidit.Nõ enĩ ultra iam cuiquam excusationis refugium,de ignorantia,& inscientia,uel de intelligentiæ difficultate cõce dit,cum hoc ipso sexcentorum fere fratrum,co episcoporumq; nostrorũ synodus cõgregata,

nullā artē rōcinādi, nullū eloqum differendi cō tra fundamētum fidei ĩspirare pmiserit, qm̄ adnitentibus p auxiliū gratiæ Dei fratribus, uicarijs nr̄is, quorꝝ plenissima extitit in omni actione deuotio, nō solum sacerdotibus Christi, sed etiā principibus, & potestatibus Chr̄ianis, cūctisq́; clericis, plebibus, ordinib⁹ plene, atq; euidēter apparuit, hanc esse uere ap̄licā fidem, ex diuinæ pietatis fonte manātem, quā synceram, & ab omni fæce totius erroris alienam (sicut accepimus) p̄dicamus, & uniuerso iā mundo cōsentiēte, defendimus, extinctis toto orbe dogmatibus, q̄ uel præcedens hæreticus ausus est ĩferre, uel subsequens, dissimili qdem cōmento, sed ĩpietate cōpari. Nam sicut Nestorius nō est toleratus, affirmans beatā Mariam hominis tā tummodo fuisse genitricem, q postmodum sit à uerbo deitatis susceptus, duabus. s. naturis ex psonis distinctis, ut neq; ipse esset filius hominis, qui filius Dei, neq; unus Christus in utraq; natura, sed alter sempiternus ex patre, alter tēporalis ex matre, cum euangelica authoritas ita uerbum prædicet, carnē factum, ut nō duos Christos, nec duos filios, sed in uno domino Iesu Christo, & Dei, & hominis nobis insinuet ueritatem, ut utriusq; substantiæ. i. saluantis, atq; saluatæ, nec proprietas possit cōfundi, nec persona geminari. Sicut ergo Nestorius in suo dogmate execrabilis, sic & Eutyches, dānatum olim sectatus errorem, alia prophanitate blasphemans, à catholicæ soliditatis cōpage resecatus est, quia indoctis qbusdā, nimiumq́; simplicibus persuadere tētauit, quòd uerbum Dei ita caro sit factum, ut uerā carnem de uentre uirgi

Iohan. 1.

nis nō sumpserit, nec nr̄i illum generis corpus habuisse, sed diuinitatis eius, & carnis una esset natura, ut unum dn̄m nostrum Iesum, & falsum hominem, & deum diceret esse passibilem. Qđ nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramenti, ut aut in sua natura passibilis fuerit deitas, aut in susceptione humana mentita sit ueritas. Quæ diabolicorꝫ sensuum prodigiosa commenta, sancta nunc synodꝰ (humilitatis nostrę scriptis, authoritate dn̄i mei beatissimi Petri apostoli, & merito roboratis) religiosa unanimitate cōsentiens abominando, ab ecclesia Dei amputauit. Dioscorꝫ quoqꝫ Alexandrinum, in sua impietate manentem, ne illa ecclesia, quæ inter ipsa euangelij principia beatum Marcum beatissimi Petri apostoli discipulum, in omnibus utiqꝫ doctrinis, sui doctoris magisterio cōsonā tem habuit fundatorem, quæqꝫ postea recentioribus à nostra ætate tp̄ibus Athanasium, Theophilum, & proxime Cyrillum probatissimos præsules habuit, ĩdignam captiuitatem sub hæretici dominatione pateretur. Vnde secundum magnā misericordiam Dei uniuersos diaboli conatus quibus ecclesiā dn̄i conturbare molitus est, noueritis esse destructos. Reddite igitur deo gr̄as, fratres charissimi, & dignam gr̄arum actionem, & oret nobiscum ur̄a dilectio, ut fratres nr̄os, quos expectatio nostra desiderat, incolumes q̄ꝫ primum redijsse, lętemur, & de omnibus, quæ, dn̄o adiuuante, sunt gesta, plenius nos possimus instruere. Nam fratrem Ingenulum nolumꝰ hac expectatione tardari, cum ob hoc ipsum ꝑperatius remeare debuerit, ne diutius uobis esset ĩcognita oīum materia gaudio

rum, quæ uolumus per curam dilectionis ue-
ſtræ etiam ad fratres noſtros Hiſpaniæ epiſco-
pos peruenire, ut quod deus operatus eſt, nulli
eſſe poſſit incognitum. Data Kalendas Februa
rij, Herculano uiro clariſſimo conſule.

EVSEBII MEDIOLANEN. EPISCO
*pi, epiſtola ad Leonem papam, p quam fidei eius, quã ad Orien
tẽ direxerat, aſſertioni cũ alijs epis conſentientibus ſubſcripſit.*

Domino ſancto, & beatiſſimo patri Leoni
Euſebius Mediolaneñ. epiſcopus. Reuerſis, do
mino annuente, fratribus noſtris, quos ad Oriẽ
tem fidei cauſa ſolicite puida beatitudo ueſtra
direxerat, decurſisq́; literis, quas p eos tua ſan-
ctitas deſtinauit, omni exultatiõe in Chr̃o rele
uatus ſum, qđ effectum cõmiſſę ſibi legationis
eoſdẽ reportaſſe, ueſtra pagina deſignauit. Nec
mirum, qđ dñs noſter Ieſus Chr̃us catholicę fi
dei, quam tenemus, maieſtatis ſuæ gratiam, cu
ſtodiamq́; preſtiterit, qñ uos ueros cultus ſui
aſſertores, in apoſtoli ſui ſede præſules colloca
uit, q & recta ſentire de incarnationis dñicæ ſa
cramẽto, & eadem poteſtis recte cuſtodire. Ad
monitis ergo fratribus, & coepiſcopis meis, ha
bitoq́; cõuentu, ueſtrarum formã tenuimus litera
rum. Nam cenſens ep̃ſam beatitudinis ur̃æ, in
ſacerdotũ dñi cõcilio, quam ſanctus frater, &
coep̃us nr̃. Abundantius, & cõpresbyter meus
Senatus, detulerant, agnitaq́; eorum narratione, ſi
cut ſcripta ur̃a ſignauerãt, rerum geſtarum ordine
cõtinuo requiſita eſt, recitataq́; ep̃la, quã fidei
aſſertione plene digeſtã. Ad Orientẽ dudũ ſan-
ctitas ueſtra tranſmiſerat, q̃ ad nos, ex ur̃a ad-
monitione, ſancto fratre & coep̃o noſtro, Cere
tio mutuãte puenit, claruit, eam plenã fidei ſim

plicitate fulgere, pphetarũ etiã assertionibus, euangelicis authoritatibus, & aplicæ doctrinæ testimoniis, nitore quodam lucis, ad ueritatis splendorẽ radiare, omnibusq; sensibus côueni re, quos beatus Ambrosius, de ĩcarnatiõis dñi icæ mysterio, suis libris, sancto spũ excitatus ĩ- seruit. Et qa oĩa maiorũ fidei, nobis antiquitus traditæ, tota puritate côueniunt, dñæ sanctę, & beatissimæ pater, placuit oĩbus, quorũ subscri- p tio subter annexa nomĩa poterit declarare, ut eos, q impie de incarnationis dñicæ scr̃to sen- tiunt, cũuis intellectus sui prauitate, à catholi- cæ fidei ueritate recedentes, seipsos dignos abie ctiõe fecerint, suo etiã côsensu, authoritatis uo stræ p̃cedente sententia, dãnatione côgrua per- sequendos. Literarũ ergo uestrarꝫ formam se- cuti, modũ pscriptæ ordinationis nos seruasse, his, per fratrẽ, & coep̃m meũ Cyriacũ, missis, ostẽdimus, superesse, ut, annuẽte dño, ppetuę re tinentes, hoc futuris memorabile seculis relin- quatis, ut ab hoc tpe p̃senti, extincta impiæ se- ctę côtumacia uideat̃, ut nouis purgationibus, in æternũ prostrata succũberet. Et alia manu. Incolumẽ beatitudinẽ tuã summa diuinitas ad ornet atq; custodiat, dñe sanctæ & beatissime pater. Eusebius ep̃s ecclesiæ Mediolanen̄. in oĩa supradicta côsensi & subscripsi, anathema dicens his, q de incarnationis dominicæ sacr̃o ĩpia senserunt. Ego Fauentius ep̃s Regien̄. ec- clesiæ in oĩa suprascripta côsensi, & subscripsi, anat. dicens his, q de incar. dñicę sac. impia sen serunt. Ego Maioranus ep̃s ecc̃liæ Placentinę, in omnia supras. cons. & subs. anat. dicens his, qui de incar. dominicæ sac. im. sens. Ego Cy-

prianus eps ecclesiæ Brixilleñ. in omia supras. cõs. & subs. anat. di. his q de ícar. do. sa. íp. sens. Ego Quintinus episcopus eccl. Dertoneñ. in omnia subs. cons. & subs. anat. dicens his, qui de incar. do. sac. imp. senserunt. Ego Crispinus episcopus ecclesię Ticinẽ. in omnia supras. cõs. & subs. anat. dicens his, qui de incar. do. sac. imp. sens. Ego Maximus eps ecclesiæ Taurinatis, in omnia supras. cons. & subs. anat. dicẽs his, qui de incar. do. sac. imp. sens. Ego Florei⁹ p̃bere, iussus à p̃sente sancto Eulogio epo meo ecclesiæ Iporien. quia ipse propter infirmitatẽ subscribere nõ potuit, in omnia supras. cõs. & subs. anat. d. his, q de incar. sacr. imp. sens. Ego Gradus præbere directus ab epo Eustasio ecc. Augustanæ, uice ipsius in omnia supras. cõs. & subs. anat. dicens his, q de incar. do. sacr. impia senserunt. Ego Cyriacus eps ecclesiæ Laudeñ. in omnia supras. cõs. & subs. anat. dicens his, q de incar. do. sacr. imp. sens. Ego Abundantius eps ecclesiæ Comeñ. in oía supras. p me ac pro absente sancto fratre meo Asimone epo ecclesię Curienẽ. primæ Reaticæ supscripsi anat. dicens his, qui de incar. do. sacr. imp. senserunt. Ego Paschasius episcopus ecclesiæ Genuen. in omnia supras. cõs. & subs. anat. dicens his, qui de incar. do. sac. imp. sens. Ego Pastor eps ecclesię Astensis, in omnia supras. cõs. & subs. anat. diceus his, qui de incar. do. sacr̃o. imp. sens. Ego Simplicius eps ecclesiæ Nouariẽ. in oía supras. cons. & subs. anat. dicẽs his, q de incar. do. sac. imp. sens. Ego Ioannes epus ecclesiæ Cremonen. in oía suprasc. cõs. & subs. anat. dicens his, q de incar. do. sac. imp. sens. Ego Octauianus

alias, Terdonensis.

alias, Gerardus.

alias, Euthasio.

alias, Rethiæ

eṗs ecclesię Brixianæ, in oĩa supraſ. cõſ. & subſ. anat. dicens his, qui de incar. do. ſac. imp. ſenſ. Ego Iustianus episcopus ecclesiæ Vercelleñ. in omnia supraſ. cõſ. & ſub. anat. dicens his, q de incar. dom. ſac. impia senserunt. Ego Quintius episcopus ecclesiæ Albingauneñ. in oĩa supraſ. cõsensi & subſ. anat. dicẽs his, q de incar. domi nicæ sacro impia senserũt. Ego Præstãtius eṗs ecclesiæ Bergomatis in oĩa suprascripta cõsensi & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dñicæ sacramento impia senserũt.

EPISTOLA LI. EIVSDEM AD *Anatholium Constantinopolitanum episcopum, Vbi in primis de fide in Chalcedonen. concilio laudat. Deinde arguit, quòd contra Nicænam synodum Alexandrinam atq; Antiochenam ecclesias sibi subdere uoluisset.*

Manifestato, sicut optauimus, per gratiam Dei lumine euangelicæ ueritatis, & ab uniuersali ecclesia pernitiosissimi erroris nocte de pulsa, ineffabiliter gaudemus in domino, q credite nobis dispensationis labor ad desideratum peruenit effectum, sicut etiam epistolæ tuæ textus eloquitur, ut secundum apostolicam doctrinam, idipsum dicamus omnes, & non sint in nobis schismata. Simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. In cuius operis deuotione, gratulamur dilectionem tuam esse consortem, ut & corrigendis tua prodesset industria, & ab omni te deuiantium participatione, & factione purgares. Decessore enim tuo beatæ memoriæ Flauiano, propter defensionem catholicæ ueritatis eiecto, non immerito credebatur, quòd ordinatores tui, contra sanctorum canonum cõ

1. Corinth. 1.

stituta, uiderenť sui similē cōsecrasse. Sed affuit misericordia dei, ī hoc te dirigēs atq; cōfirmās, ut malis principijs beneutereris, & nō te iudicio hoīm, sed dei prouectū benignitate mōstrares. Quod uere ita accipiendū est, si hāc diuini muneris gratiā alia offensione nō perdas. Virū etiā catholicū, & precipue dñi sacerdotē, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupidi

Eccl. 18. tate uiolari. Dicēte qppe scriptura sancta, post cōcupiscentias tuas nō eas, & à uoluntate tua uetare, multis mundi huius illecebris, multis uanitatibus, resistēdū est, ut ueræ cōtinētiæ obtineať integritas, cuius prima est labes supbia, initiū trāsgressionis, & origo peccati. Qm̄ mēs potentiæ auida, nec abstinere nouita à uetitis, nec gaudere concessis, dū inordinato, prauoq;

alias, pgressu. processu, impunitatū transgressionum augētur excessus, & crebrescunt culpæ, q̄ toleratæ sunt studio fidei reparandæ, & amore cōcordie. Post illa itaq; ordinationis tuæ nō inculpata principia, post cōsecrationem Antiōcheni epi, quā tibimet cōtra canonicā regulā uendicasti, doleo etiā in hoc dilectionē tuā esse prolapsam, ut sa-

Nicæni concilij. 6. & .7. capitulis. cratissimas Nicænorū canonū cōstitutiones conareris infringere, tanq; opportune se tibi hoc tp̄s obtulerit, quo secūdi honoris priuilegiū se des Alexandrina pdiderit, & Antiochena ecclesia proprietatē tertiæ dignitatis amiserit, ut, his locis iuri tuo subditis, oēs Metropolitani epi proprio honore priuētur. Quibus inauditis, & nunq; ante tentatis, ita pueniris excessibus, ut sanctā synodum, ad extinguendā solum hæresim, & cōfirmationē fidei catholicæ studio christianissimi principis cōgregatā, in occasionem

ambitus trahas,& ut cõniuentiã suam tibi dedat impellas,tanq̃ refutari nequeat, quod illicite uoluerit multitudo,& illa,Nicænorũ canonum,per sanctum uere spm̃ ordinata cõditio ĩ aliqua unquã sit parte solubilis.Nulla sibimet de multiplicatione congregationis synodalia cõcilia blandiãtur,neq; trecentis illis decẽ,atq; octo copiosior numerus sacerdotũ,cõparare se audeat,uel p̃ferre,cũ tãto diuinitus priuilegio Nicæna sit synodus cõsecrata,ut siue p paucio res,siue p plures ecclesiastica iudicia celebrentur,omni penitus authoritate sit uacuum, qcqd ab illorũ fuerit cõstitutione diuersum . Nimis ergo hæc ĩproba,nimis sunt praua, quæ sacratissimis canonibus ĩueniuntur esse cõtraria. In totius ecclesiæ pturbationẽ superba hæc tendit elatio,q̃ ita abuti uoluit concilio synodali, ut fratres in fidei tantũmodo negotiũ cõuocatos,& definitione eius causæ,quæ erat curãda, pfunctos,ad consentiẽdũ sibi,aut deprauando traduceret,aut terrendo cõpelleret.Inde enĩ fratres nostri,ab apl̃ica sede directi,q uice mea synodo p̃sidebãt,probabiliter atq; constanter illicitis ausibus obstiterũt,aperte reclamantes, ne contra instituta Nicænæ synodi , p̃sumptio reprobæ nouitatis assurgeret.Nec põt de eorũ cõtradictione dubitari,de q̃bus in epistola tua ẽt ipse cõquereris,q conatibus tuis uoluerint obuiare.In quo eos q̃dẽ multũ mihi,hæc scribendo,cõmẽdas,sed temetipsum,q̃d eis parere nolueris,dum illicita moliris,accusas,supflue nõ concedenda appetens,& insalubriter cõtraria concupiscens,q̃ nullũ unquam potuerunt nostrum obtinere consensum . Absit enim à con-

Roma.12. scientia mea, ut tã praua cupiditas meis studijs
alias, ope. adiuuetur, ac non potius & meo, & omnium,
qui nõ alta sapiunt, sed humilibus cõsentiunt,
opere subruatur. Sancti illi, & uenerabiles patres, qui in urbe Nicęna, sacrilego Arrio cũ sua
impietate damnato, mansuras usq; in finẽ mundi leges ecclesiasticorum canonum cõdiderunt, &
apud nos in toto orbe terrarum in suis cõstitutionibus uiuunt, & siquid usquã aliter, quàm illi statuerunt, præsumitur, sine cunctatione cassatur,
25. q.1. Quæ ad perpetuã. ut quæ ad perpetuã utilitatẽ generaliter instituta sunt, nulla cõmutatione uariẽtur, nec ad priuatũ trahant cõmodũ, quę ad bonum sunt cõmune præfixa. Et manẽtibus terminis, quos cõstituerunt patres, nemo in ius tendat alienũ. Sed intra fines proprios atq; legitimos, prout quis ualuerit, in latitudine se charitatis exerceat, cuius satis uberes fructus Cõstantinopolitanus
Roma.11. potest antistes acquirere, si magis humilitatis uirtute nitatur, quàm si spiritu ambitiõis infletur. Noli, frater, altum sapere, sed time, & Christianissimorum principum pijssimas aures improbis petitionibus ĩquietare desiste, quibus, certum habeo, modestia te magis, quàm elatione placiturum. Persuasioni enim tuæ in nullo penitus suffragatur, quorundã episcoporum ante sexaginta (ut iactas) annos facta subscriptio, cũ quadam à prædecessoribus tuis ad apostolicæ sedis transmissa notitia, cui ab initio sui caducæ, dudũq́; collapsæ sera nunc & inutilia subijcere fomenta uoluisti, eliciendo à fratribus speciẽ cõsensionis, quã tibi suã iniuriã, uerecũdia fatigata præberet.
Matth.18. & Marc.9. Memẽto, quod dñs ei, qui unum de pusillis scandalizauerit, cõminatur, & sapiẽter intellige,

quale sit iudicium Dei subitur⁹, q tot ecclesiis, tot sacerdotibus scandalū inferre nō metuit. Fateor enim, ita me dilectione uniuersæ fraternitatis obstringi, ut nemini prorsus in his, q̄ cōtra se poscit, assentiam, possisq́ꝫ euidenter agnoscere, me dilectioni tuę beneuolo animo cōtraire, ut saniore consilio ab uniuersalis te ecclesiæ ꝑturbatione contineas. Non conuellantur prouincialiū iura primatuum, nec priuilegĳs antiquitus institutis metropolitani antistites fraudentur. Nihil Alexandrinæ sedi eius, quā ꝑ sanctū Marcū euangelistam beati Petri discipulū meruit, pereat dignitatis, nec Dioscoro ī impietatis suæ pertinacia corruente, splendor tantæ ecclesiæ tenebris obscuretur alienis. Anthiochena quoqꝫ ecclesia, in qua primū prædicāte apostolo Petro, Christianū nomen exortum est, in paternæ cōstitutionis ordine ꝑseueret, & in gradu tertio collocata, nūquā se fiat īferior. Aliud enim sunt sedes, aliud p̄sidētes. Et magnus unicuiqꝫ honor est integritas sua. Quæ cū in qbuslibet locis propria ornamenta nō perdat, quanto magis in Cōstantinopolitanæ urbis magnificētia potest esse gloriosa, si per obseruantiam tuā & defensionē, paterni canones & exemplū probitatis multi habeant sacerdotes? Hæc tibi scribēs, frater in dn̄o, hortor ac moneo, ut deposito ambitiōis desiderio, spiritu potius ferueas charitatis, eius quoqꝫ uirtutibus, scd̄m doctrinā apostolicā, proficienter orneris. Est enim patiens & benigna, & nō æmulat̄, nō agit perperā, nō īflatur, nō est ambitiosa, nō quærit q̄ sua sunt. Vnde si charitas nō quærit ꝑpria, quantū peccat, q cōcupiscit aliena? A qbus, uolo, ut te

Roma.12.
1.Corinht.13.

Apoca. 3. prorsus abstineas, memorq́; sis eius sententiæ, q̃ dicit: Tene, quod tenes, ne alius accipiat coronam tuam. Nam si inconcessa quæsieris, ipse te tuo opere, atq; iudicio uniuersalis ecclesiæ pace priuabis. Frater autem & coepiscopus noster Lucianus, & filius noster Basilius diacoconus, quantum in ipsis fuit, studiose his, quæ eis iniunxeras, affuere. Sed actioni eorum iustitia negauit effectum. Data. 11. Calendas. Iunij, Herculano uiro clarissimo consule.

EPISTOLA LII. EIVSDEM *ad Martianum Augustum, ubi de eius gratulatur fide, in quæ ĩ Chalcedonen. concilio gesta est. Et de Anatholio Constantinopolitano episcopo, qui in eodem concilio Alexandrinam & Antiochænam ecclesias cõtra cõstituta p ambitũ sibi uoluit subiugare.*

Magno munere misericordiæ Dei, totius ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia, cum sancto & glorioso clementiæ ũræ studiō perniciosissimus error extinctus ẽ, ut labor nr̃ citius ad desideratum ꝑueniret effectum, quem Deo seruiens principatus uester, & fide & potestate iuuisse. Quia etsi in uirtute spiritus sancti, inter quaslibet dissensiones per sedis apostolicæ famulatum euangelij erat defendẽda libertas, manifestior tamen apparuit gratia Dei, quæ præstitit mundo, ut in uictoria ueritatis, authores tantum uiolate fidei deperirent, & sua integritas ecclesiæ redderetur. Bellum igitur, quod noster inimicus excitauerat adeo feliciter, dextera domini pugnante, cõfractum est, ut triumphãte Christo, omnium sacerdotum esset una uictoria, & coruscante lumine ueritatis, erroris tenebræ cum suis assertoribus pellerentur. Nã sicut, in ipsa domini resurrectione credenda,

ad corroboranda initia fidei, multum securitatis accessit, quod quidam apostoli de corporea domini Iesu Christi ueritate dubitauere, & uisu atque contactu fixuras clauorum, & uulnus lanceæ perscrutando, ambiguitatem cunctis, dum ambigunt, abstulerunt, ita nunc quoque quum aliquorum infidelitas confutatur, omnium hæsitantium corda firmata sunt & profecit uniuersis ad illuminationẽ, quod qbusdã intulit cæcitatẽ. In quo opere digne & iuste exultat uestra clementia, quæ fideliter, propriecque prospexit, ut Orientalibus ecclesiis, diabolicæ insidiæ non nocerent, sed ad ꝓpitiandum deum efficaciora ubique offerrentur holocausta, quando per mediatorem Dei, & hominum hominẽ Chr̄um Iesum eadẽ cõfessio plebiũ, eadẽ sacerdotũ eadẽ esset & regũ, gloriosissime fili, & clemẽtissime Auguste. His ãt, ꝓpter q̃ tãta facta ẽ cõgregatio sacerdotum, bono, & optabili fine cõpositis, miror, & doleo, ꝙ pacẽ uniuersalis ecclesiæ, diuinitus reformatã, ambitionis rursus spiritus inqetat. Quãuis enĩ necessarie sibi frater meus Anatholius cõsuluisse uideat̃, ut ordinatorꝵ suorꝵ errorẽ deserẽs, ĩ assensum catholicæ fidei salubri correctione trãsiret, custodire tñ debuit, ut quod uestro beneficio noscit̃ consecutus, nullius prauitatis cupiditate turbaret. Nos enim uestræ fidei, & ĩteruẽtionis habẽtes intuitum, cum scd̃m suæ consecrationis auctores eius initia turbarent, benigniores circa ipsum q̃ iustiores esse uoluimus, quo perturbationes oẽs, q̃ operãte diabolo fuerant excitatæ, adhibitis remediis, leniremus, quæ illum modestum magis, q̃ immoderatum facere debuo- *alias, cupiditatis prauitate.*

re. Qui etiam si præcipuis meritis, optimoq́; iudicio legitime fuisset, ac solẽniter ordinatus, cõtra reuerẽtiã tñ canonum paternoꝝ, contra sancti spiritus instituta, cõtra antiquitatis exempla, nullis posset suffragijs addiuuari. Apud Chr̃ianum, & uere religiosum, uereq́; orthodoxum principem, loquor, multum Anatholius ep̃s proprio detrahit merito, si illicito crescere optat augmẽto. Habeat, sicut optamus, Cõstãtinopolitana ciuitas gloriam suam, ac protegẽte dextera Dei, diuturno clemẽtiæ uestræ fruat̃ ĩperio. Alia tñ ratio est rerum secularium, alia diuinarũ, nec præter illam petram, quã dñs in fũdamẽto posuit, stabilis erit ulla cõstructio. Propria ꝑdit, q indebita concupiscit. Satis sit, ꝙ prædicto uestræ pietatis auxilio, & mei fauoris assensu, episcopatũ tãtæ urbis obtinuit. Nõ dedignetur regiã ciuitatem, quã apostolicã nõ potest facere sedem, nec ullo speret modo, ꝙ per aliorum possit offensiones augeri. Priuilegia enim ecclesiarum, sanctoꝝ patrum canonibus instituta, & uenerabilis Nicænæ synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate cõuelli, nulla nouitate mutari. In quo opere, auxiliãte Christo, fideliter exequendo, necesse est, me perseuerantem exhibere famulatũ, qm̃ dispensatio mihi credita est, & ad meum tẽdit reatum, si paternaꝝ regulę sanctionum, quæ in synodo Nicæna ac totius ecclesię regimen, spiritu Dei instruente, sunt conditę, me (quod absit) cõniuente, uiolẽtur, & maior sit apud me unius fratris uoluntas, q̃ uniuersę domus dñi cõis utilitas. Et ideo sciẽs gloriosam clemẽtiam uestram ecclesiasticę studere concordię, & his, quę pa-

Matth 16. c. 25. q. 2. Priuilegia ecclesiarum & ibidẽ ca. Priuilegia ecclesiarum.

cifice cõgruunt unitati, pijſſimũ pręſtare cõſen ſum, precor, & ſedula ſuggeſtione uos obſecro, ut auſus improbos, unitati Chrianę, paciq́; cõtrarios, ab omni pietatis ueſtræ abdicetis aſſenſu, & fratris mei Anatholij, nociturã ipſi (ſi pſtiterit) cupiditatem, ſalubriter comprimatis, ea, quæ ueſtræ glorię, atq; tpibus inimica ſunt, cupiẽs, maior ſuis uelit eſſe prioribus, liberũq́; illi ſit quantis potuerit ſplendere uirtutibus, quarum non aliter particeps erit, niſi charitate magis uoluerit ornari, q̃ ambitione diſtendi. Hanc autem ĩprobi deſiderij cõceptionẽ, nunq̃ debuit intra cordis ſui recipere ſecretũ, ſed cũ illi fratres & coepĩ mei, q uice mea aderant, obuiarẽt, ab illicito appetitu, eorum ſaltẽ ſalubri contradictione ceſſaſſet. Nam & ueſtrę pietatis apices, & ipſius ſcripta declarant, legatos ſedis apoſtolicæ (ſicut oportuit) contradictione iuſtiſſima reſtitiſſe, ut inexcuſabilior eſſet pſumptio, quę ſe nec increpata cohiberet. Vnde quia *alias, coerceret* conuenit fidei ueſtræ, uel gloriæ, ut ſicut hæreſis, Deo p uos agẽte, deſtructa eſt, ita etiam omnis ambitus retundatur. Agite, quod & Chriana eſt, pbitatis, & regiæ, ut prædictus epũs pareat patribus, cõſulat paci, neq; ſibi æſtimet licuiſſe, q Antiochenum ſine ullo exemplo, cõtra ſtatuta canonum, epm ordinare pſumpſit, quod amore reparandæ fidei, & pacis ſtudio retractare ceſſauimus. Abſtineat ergo ab eccleſiaſticorum iniuria regularum, & illicitos declinet exceſſus, ne ſe ab uniuerſali eccleſia, dum inimica paci tentat, abſcindat. Quem opto magis, irreprehẽſibiliter agẽtẽ, diligere, q̃ in hac pſumptione, q illũ ab oibus poterit ſeparare, p

durare. Frater autem, & coepiscopus meus Lucianus, qui cum filio meo Basilio Diacono clementiæ uestræ ad me scripta portauit, omni deuotione partem susceptæ legationis impleuit, qui non est ęstimandus negotio defuisse, quem potius causa deseruit. Data. 11. Calendas Iunij Herculano uiro clarissimo consule.

EIVSDEM LIII. EPISTOLA
ad Pulcheriam Augustam de ambitu Anatholij.

Leo eps Pulcheriæ augustę. Sanctis & Deo placitis clementię uestræ studijs, defensam contra hæreticos catholicam fidem, & uniuersæ ecclesiæ redditam pacem, ineffabiliter cum uestra pietate gaudemus, gratias agentes misericordię omnipotētis Dei, q̄ exceptis his, qui magis dilexerūt tenebras, q̄ lucem, neminem passus est euāgelica ueritate fraudari, ut absterſa erroris caligine, in oīum cordibus purissimum lumen oriretur, nec de infirmis quorundam animis, tenebrosus ille exultaret inimicus, quem non solum hi, qui illæsi steterant, sed etiam, quos fecerat nutare, superauerunt, ut errore abolito, per totum mundum fides uera regnaret, & omnis lingua cōfiteatur, q̄m dn̄s Iesus Christus ī gloria est Dei patris. Confirmatio autē in unitate euangelii uniuerso mundo, & in eodem spiritu sensus directis cordibus oīum sacerdotū, optimum fuerat, supra illa, propter q̄ sancta est synodus congregata, & quę, secūdum pietatis uestræ studium, probabili sunt fine cōclusa, nihil quod tanto bono contrarium esset, inferri, nec per occasionem ep̄alis cōcilii, id in cōmune appetti, quod nō licuit cōcupisci. Frater enim & coep̄s meus Anatholius, parum considerauit,

Ioan. 3. (margin)
Philip. 2. (margin)

quanto

quanto pietatis ueſtrę beneficio, & mei fauoris aſſenſu Conſtantinopolitanæ eccleſiæ ſacerdotiũ fuerit cõſequutus, & nõ tam de adeptis gauiſus, q̃ de ímodicis appetendis ſupra mẽſurã ſui honoris abſceſſus eſt, credens huic tam intẽ perãti cupiditati poſſe ꝓdeſſe, qđ ei quorũdam cõſenſum ꝑbuiſſe dr̃ extorta ſubſcriptio, quũ tam deſtruendis mox conatibus contradictio fratrum & coeꝑorum meoꝝ uicem meam agẽtium, fideliter & laudabiliter obuiaret. Qm̃ cõtra ſtatuta paternorum canonũ, q̃ ante longiſſimæ ætatis annos in urbe Nicęna ſpũalib9 ſunt fundata decretis, nihil cuiq; addere cõceditur, ita, ut ſiqs diuerſum aliquid decernere uelit, ſe potius minuat, q̃ illa corrumpat, q̃ ſi (ut oportet) à cunctis pontificibus intemerata ſeruẽtur, per uniuerſas eccleſias tranqlla erit pax, & firma concordia, nullę de menſuris haꝝ diſſenſiones, nullæ de ordinationibus lites, nullæ de priuilegñs ambiguitates, nulla erũt de alieni uſurpatione certamina, ſed ea, q̃ iure charitatis rationabilis eſt, & moꝝ & officioꝝ ſeruabitur unanimitas. Et ille uere erit mgnus, q fuerit totius ambitionis alienus, dicente dño. Quicunq; uo *alias, accenſus*
luerit inter uos maior fieri, ſit ueſter miniſter. *Matth.20. & Marc.10.*
Et quicunq; uoluerit inter uos primus eſſe, erit ueſter ſeruus. Sicut filius hoïs non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare. Et tñ hæc illis tunc ĩſinuabantur, qui de puſillo uolebant creſcere, & de infimis ad ſumma tranſire. Cõſtãtinopolitanæ uero ꝑſuli eccleſiæ (qa amplius, q̃ aſſecutus eſt, concupiſcit) qd illi ſatisfaciet, ſi tãtæ urbis magnificentia, & claritudo non ſufficit? Superbum nimis eſt & ímoderatum, ultra fines pro

prios tendere,& antiquitate calcata alienũ ius uelle præripere,atq;,ut unius crescat dignitas, tot metropolitanorũ impugnare primatus, quietisq; prouincijs, & olim sanctæ synodi Nicenę moderatione dispositis,bellum nouæ pturbationis īferre, atq;, ut uenerabilium patrum decreta soluantur,quorundam epoꝝ proferre cõsensum, cui tot annoꝝ series negauit effectum. Nam sexagesimus fere annus huius iactantiæ esse iactatur,qua se prædictus eps æstimat adiuuari,frustra cupiens id sibi prodesse, qđ etiã si quisquã ausus est uelle,nullus tñ potuit obtinere. Agnoscat,cui successit uiro,& repulso omni spũ elationis,Flauiani modestiam, Flauiani humilitatẽ, q̃ illum usq; ad cõfessoris gloriam prouexit,imitetur. Cuius si uelit splendere uirtutibus,laudabilis erit, & in omni loco plurimum dilectionis acquiret, non ambiendo humana,sed promerendo diuina. Hanc autem obseruantiam eũ q̃q; illi animum spondet copulandum,& apostolicæ sedis dilectionem, quã Cõstãtinopolitanæ ecclesiæ semp ĩpendimus, nulla mobilitate uiolandã. Quia si interdum ĩmoderati p̃sules aliquas incidunt culpas,ecclesiarũ tñ Chrĩ integra grã pseuerat. Consensiones uero epõrum,sanctorũ canonum apud Nicænã conditorũ regulis repugnantes, unita nobiscum uestrę fidei pietate, in irritum mittim⁹, & per authoritatem beati Petri Apostoli,generali prorsus definitione cassamus, in omnibus ecclesiasticis his legibus obsequentes, quas ad pacificationem omnium sacerdotum,p trecentos decẽ & octo antistites spũs sanctus ĩstituit, ita ut etiã,si multo plures alij,q̃ illi statuere, de

alias, Hæc autem obseruantia Vniuscuiusque.

cernerent, in nulla reuerentia sit habendum, qc qd fuerit à p̄dictorum constitutione diuersum. Prolixitatem itaq; epistolæ meç, qua necesse habui explicare, quid sentiā, rogo ut p fratrem & coepiscopum meum Lucianum qui (quātū in ipso est) solicitudinē susceptæ legationis est fideliter exequutus, & p filium meum Basilium diaconem, pietas uestra dignanter accipiat. Et quia moris uestri est pro pace, & unitate ecclesiæ laborare, fratrem meum Anatholiū episcopum ex uestra īsinuatione dilectum, salubriter in his, quæ ipsi profutura sunt, continere, ut gloria clementiæ ur̃æ, sicut magnificat̃ de fide reparata, ita p̄dicet̃ de ambitiōe cōpressa. Data. XI. Calē. Iunij. Herculano uiro clarissimo cōsule.

EIVSDEM LIIII. EPISTOLA

ad Iulianum episcopum Coenen. de Etio, & Andrea.

Opilione & Vincomalo consulibus, circa annum Christi teste Cassiodoro. 455. secundum autem Marianum Scotum ad euangelij ueritatem. 474. iuxta uero Dionysij cyclum. 452. qui fuit pontificatus Leonis Papæ. 14. scripta est hæc epistola, & similiter. 11. sequentes.

Leo ep̄s Iuliano episcopo Coensi. Agnoui ī dilectionis tuæ literis fraternæ charitatis affectū, qd̄ de multis malis, q̄ multa, & sęua ptuli mus, pio nobiscū dolore cōpateris. Sed utinā hæc q̄ ppeti nos dn̄s aut pmisit, aut uoluit ad correctionem proficiant multorꝫ, & ut desināt aduersitates, finiantur offensæ. Qd̄ utrunq; de magna erit misericordia Dei, si & flagella remoueát, & ad se suorum corda cōuertat. Sicut autē fraternitatē, ea q̄ apud nos fuit, cōtristauit hostilitas, ita me anxium facit, qd̄ in Cōstantinopolitana ecclesia (quantū tuæ indicant lite-

rae) hæreticorũ insidiæ nõ qescunt, & q̃sitis occasionibns, hi, q catholicæ fidei defensores fuere, uexantur. Nã dũ Etius ab officio archidiaconatus per spẽm prouectionis amouet̃, & in locum eius Andreas, q ob hęreticoꝝ societatẽ fuerat abiectus, assumit̃, dum beatæ memoriæ Flauiani accusatoribus honor reddit̃, & pijssimi cõfessoris participes, aut discipuli cõterunt̃, nimis aperte, q Chr̃o ecclesiæ ipsius placeat, demonstrat̃. In quem pro causæ merito differo cõmoueri, & qd ipse mecũ cũ suis epistolis agat, quas missuꝝ eum filius nr̃ Etius indicauit, expecto, dans locũ uoluntariæ emendationi, qua dolorẽ mecum cupio mitigari. Clementissimo tñ principi, & pijssimæ Augustæ de his, quę ad custodiã pacis ecclesiasticę ptinẽt, scripsi, quos deuotione suę fidei, prouisuros esse nõ dubito, ne cõtra gloriã operis ipsoꝝ, damnata hæresis q̃at pullulare. Studeat ergo dilectio tua (frater charissime) piam, & necessariam curã solicitudini apostolicæ sedis ĩpẽdere, q̃ tibi, apud se nutrito, catholicam contra Nestorianos, & Eutychianos hæreticos actionem, materno iure cõmendat, ut diuino fultus auxilio, speculari de Cõstantinopolitanæ urbis opportunitate non desinas, ut prædictoꝝ dogmatum ipius nunq̃ turbo cõsurgat. Et qa tanta est gloriosoꝝ principum clementia, ut cõfidenter eis possis, quæ sunt ĩsinuanda, suggerere, pietate ipsorũ, ad utilitatem ecclesiæ uniuersalis, utaris. Consulente autem dilectione tua de his, in qbus putaueris ambigẽdum, non deerit relationibus tuis meæ respõsionis ĩstructio, ut sequestrata earũ actione, causæ, q̃ in quibuscunq; ecclesiis p̃sulũ suo-

alias, quid episcopo.

rum debent cognitione firmati, hac speciali cura, uice mea functus, utaris, ne hæresis Nestoriana, uel Eutychiana, in aliq̃ parte reuirescat, q̃a in ep̃o Cõstãtinopolitano catholicus uigor nõ est, nec multum aut pro sacramento salutis humanæ, aut pro sua est æstimatione solicitus, cum siquid illi inesset sp̃ualis industriæ, ita & à q̃bus ordinatus sit, & cui uiro successerit, cogitare deberet, ut magis btm̃ Flauianum, q̃ sui erroris sequeret̃ authores. Et ideo cum p̃ijssimi principes sc̃dm obsecratiões meas, dignati fuerint fratrem Anatholium de his, q̃ merito in q̃relam ueniunt, increpare, uigeat charitas tua diligentia sua, ut uniuersa scandala, adhibita plenissima correctione, resecentur, & à filij nostri, ac tua cesset iniuria. Nam apd̃ catholicũ ep̃m, etiam si erat, utcũq; decus sacerdotale, sacerdoti archidiaconus p̃pter fidei reuerẽtiam debuit præmitti, potius q̃ locũ catholici nequissimus hęreticus obtineret. Cum itaq; q̃ sequãt̃ agnouero, tunc manifestius, q̃d agi oporteat, æstimabo. Nam interim, dolore cohibito, malui indulgere patientiæ, ut locus esset ueniæ. De Palestinis uero monachis, q̃ iampridẽ in tumultu dissensionis esse dicunt̃, quo adhuc animo moueãtur, ignoro. Neq; cuiusq̃; sermone mihi patefactum est, quas cãs uideãtur añ factæ p̃ferre discordiæ, utrũ. s. Eutychianæ, p̃uersitati tali furore famulentur, an ĩplacabiliter doleãt, ep̃m suũ in hanc ĩpietatem posse traduci, q̃ cõtra ipsorũ locorꝝ sanctorum testimonia, q̃bus totus mundus instruit̃, ab ĩcarnationis dñicæ ueritate desciuerit, & q̃d in alijs per indulgentiam curare placuit, in illo putent non esse ueniale. Vnde

cupio me sup his plenius edoceri, ut etiã taliũ correctioni congrue studeat, qa aliud est cõtra fidẽ ípie armari, aliud in errorem quẽpiam deti neri. Chartas etiã, quas Actius presbyter ante indicauit esse directas, & breuiariũ fidei, qđ te misisse significas, necdum ad me noueris perue nisse. Vnde, si expeditior occasio se præbuerit p latores, libenter habeo, ut si qua est, q̃ utilis uideatur, q̃ primũ ad me mittatur instructio. De Aegyptijs monachis q̃ quieti, aut cuius sint fidei, scire desidero, & de Alexãdrinæ ecclesiæ pacæ, quid ad uos ueris nuntijs perferat, ad cuius epm uel ordinatores ipsius, seu clericos, quod
alias, alias. alia scripta direxerim, missis exemplarijs scire te uolui. Ad clementissimũ quoq; principẽ, & ad religiosissimã augustã quis nunc meus sermo sit, missa exemplaria docebunt. Vtrum aũt epistola mea, quã de incarnationis dñicæ fide, incolumi adhuc sanctæ memoriæ Flauiano, ad dilectionẽ tuam p Basiliũ diaconũ miserã, fraternitati tuæ tradita sit, scire desidero, qm̃ suspectum habeo, q de eius textu nullum unq̃ iudicium reddidisti. Gestorũ synodalium, q̃ oĩbus diebus concilij in Chalcedonensi ciuitate confecta sunt, parũ clara, pp lingue diuersitatẽ, apđ nos habetur instructio. Et ideo fraternitate tuæ specialiter iniungo, ut in unũ codicem uniuersa facias congregari, in latinum sermonem absolutissima interpretatione translata, ut in nulla parte actionum dubitare possimus, neq; ullo modo esse possit ambiguum, quod ad plenam intelligentiam, te fuerit studente perductum. Data quinto Idus Martij, Opilione uiro clarissimo consule.

EPISTOLA LV. EIVSDEM AD *Martianum Augustum, de Etio & Andrea.*

Leo eps Martiano Augusto. Quàm excellenti pietate, & q̃ glorioso clementiæ uestrę studio, in ĩtegrum nup fides Chr̃iana reuocata sit, totus mũdus agnoscit, & saluti suæ singulare p̃sidium p uos à dño esse reparatũ. Ad si quid, aduersum tanti operis cõsummationẽ, de contrario spũ sentitur oboriri, necesse est, ut ad uestræ reuocetur pietatis auxilium, qđ ad custodiã catholicæ ueritatis diuina puidentia p̃para uit, ut quũ potestatis uestræ sit, scandala etiam in longinquum nata resecare, multo magis ea, q̃ sub uestris audent oculis surgere, nõ sinatis accrescere. Anatholij epi ordinationẽ (sicut sciẽtia Dei testis est) suspectã (quod fatendum est) mihi fecerãt consecrationis eius authores, nec dissimilẽ ab eligentibus arbitrabar electum, sequutumq́; est, ut dum cõione apostolicæ sedis existeret alienus, diu dãdis ad eum epistolis pacis me abstinerem. Sed quũ illi pietatis uestræ testimoniũ suffragaretur, quũ de fide atq; unanimitate eius optanda quæq;, & placitura promitteret, pfessionẽ eius ita credidi esse syncerã, ut tñ, qua obseruantia se agere deberet, nõ desinerem cõmonere, sedulo ipsi ac diligenter inculcans, ut de psequutoribus beatæ memoriæ Flauiani neminem auderet in suo habere cõsortio, & Eutychianæ hæreseos defensorẽ à se ĩdicaret esse deiectũ. Sequutumq́; est, ut de his, q̃ pro catholica fide in synodali cõcilio fuerãt definit, talia ad me scripserit, qualia catholicũ sacerdotẽ scribere cõgruebat. Cũ ergo ad cõmẽdanda ipsius primordia ista p̃cesserint, qđ causæ aut oc

casionis emerserit, ut uirũ catholicę fidei, & Nestorianis atq; Eutychianis hæreticis cõstanter etiã aduersum archidiaconũ sub honoris specie degradaret, & dispẽsationẽ totius causæ & curæ ecclesiasticæ in Andreã Eutychianistam repente transferret, adeo nimia cõmotione turbatus, ut cõsecrationẽ, quã pro iniuria dabat, sexta sabbati traditionis apostolicæ ut nescius aut oblitus inferret, quasi nõ ad epm magis, q̃ ad presbyterꝝ ordinationis illius uitiũ pertineret, qui nõ inueniens, qd argueret in fide, qđ improbaret in moribus, deiectionẽ ĩnocentis per speciem prouectionis impleuit, addens sentẽtię illud iniuriæ, ut eũ, cœmiterio deputãdo, cõdẽnaret exilio. Quẽ tñ pietati uræ cõmendare p̃sumo, ne ullis ulterius noxĳs ingrauari possit in fidĳs, quẽ dñs (ut comperi) sub uñra defensione cõstituit. Adĳcio aũt etiã hanc obsecrationẽ, ut p̃dictũ epm à professione sua dissonum, & nimium testimonĳ uñri ac fauoris oblitum, necessarie increpare dignemini. Cesset catholicos infestare, cesset eos, qui sanctæ memoriæ Flauiano placuere, cõterere, & eorum societatẽ, quos improbauit, eligere. Fraternam eni illi charitatem non aliter poterimus impẽdere, q̃ ut se ab inimicis catholicæ fidei approbet execrari, eorumq; à se cõsortium atq; cõmertiũ abscindat. Qui etiã si magna fuisset satisfactione purgatus, post dubiũ tñ reuersus errorem, catholicis diaconibus postponi debuit, nõ præponi. Illud quoq; clementiæ uestræ beneuolentiam peto, ut ueneratorem uestrũ, fratrem meum Iulianum epm, in uestro, sicut facere dignamini, habeatis affectu, cuius obsequĳs præsentiæ meæ

uobis imago reddatur. Nã & de fidei eius syn-ceritate cõfidens, uicem ipsi meam, contra tpis nr̃i hæreticos, delegaui, atq; pp ecclesiarum, pa cisq; custodiam, ut à comitatu uestro nõ abesset exegi, cuius suggestiones, pro concordia catholicæ unitatis, tanquam meas audire dignemini, placentes Deo, qui uobis prędter regiã coronam, etiã sacerdotalem cõferat palmã. Data 6. Idus Martij, Opiliõe uiro clarissimo cõsule.

EPISTOLA LVI. EIVSDEM, *ad Pulcheriam Augustam de Etio & Andrea.*

Multis extãtibus documentis, qbus in dilectionem ecclesię Dei pietatis uestræ manifestatur affectio, merito quoties aliqd noscitur scandalorũ, ur̃m desideraẽ auxiliũ, ut fides, q̃ annitentibus uobis, cõtra hæreticorũ cõmenta defensa est, securæ pacis ppetẽ obtineat firmitatẽ. Nam qd prodest, foris aduersarios ueritatis oppressos, si eosdẽ habeamus intra dñica septa rediuiuos? Quod itaq; circa psonam filij mei Etij gestum esse cognoui, nimiũ me anxium facit, & metuere certa rõne cõpellit, ne pœnitendum mihi sit, q̃ de ep̃o Cõstantinopolitano, qui ab ĩpugnatoribus fuerat ordinatus fidei, uobis adhortantibus, acquieui meliora sentire, cum tanto pietatis uestræ testimonio iuuareẽ, ne illum grauaret suæ ordinationis ĩfirmitas, ubi uestra interuentio præstareẽ. Vnde gratulari cœperã, q̃ beati Flauiani honoraret memoriã, & hæreticorũ conatibus obsistere diceretur. Sed doleo, illum (sicut p̃dicti lachrymabilis querela demõstrat) in deteriora mutatũ, & eũ nunc cõstituisse archidiaconẽ, quem ipse professus est à se esse reiectũ, qui Eutychianæ hæresis se apud nos

ꝓdiderat defensorem. Quē, quia nunc ecclesiasticis negotijs præposuit, pp hęreticā puersitatē, eidem fauorem suum pręstare cōuincit. Qui etiam si magna satisfactione potuisset indulgētiam promereri, nequaꝗ̃ debuit his, qui in fide ꝑmanserant, anteferri. Vnde qa nō latet clementiam uestram, quātum periculi, aut ꝑ pudendā socordiā, aut per dolosam nequitiā nutriat, dignamini epm ad ꝓfessionem suæ fidei, authoritate uestræ clemētię reuocare. Et ne sibi has maculas superducat, ne æstimationē suam, quā uestro acquisiuit fauore, cōtemnat, societatē hæretici, quē dudum à se remouit, abscindat. Cuius innocentiæ ita affuisse uos gaudeo, ut mœrori eius digna consolatione uestra pietas subueniret. Circa frēm meum, ueneratorē uestrū Iulianū epm, quātum debeat crescere ur̄a dignatio, apostolicæ sedis existimate iudicio, cum in cā fidei, cui gloria uestra famulat, uicem ipsi meā eatenus delegarā, ut ab ea, quæ uobis debet obseruantia, nō recedēs, pietati me uestræ p̄sentare nō desinat, exequens in custodia fidei, & in ecclesiasticis disciplinis per omnia solicitudinē, & opportunis suggestionibus, quod uniuersali eclesię prosit insinuans, ut in ipso, nec catholicis uestrum pręsidium, qbus uolumus subuenire, nec uobis meum desit obsequiū. Data. 6. Idus Martij, Opilione uiro clarissimo consule.

EPISTOLA LVII. EIVSDEM *ad Martianum Augustum, ubi gratias agit, quòd per Chalcedonen. concilium pax ecclesiæ catholicæ sit reddita.*

Multa mihi in omnibus clementię uestræ literis causa gaudij est, dū ex magna prouidētiæ diuinę misericordia præstitum humanis rebus

experior, quod ecclesiasticam pacem,(quæ nō nisi unitate prædicationis euangelicæ custoditur) piissimo studio iuuare dignamini, ut fidei uestræ gloria non solum utilitate reipublicę, sed etiam religionis profectibus augeatur, gloriosissime Imperator. Vnde ineffabiliter deo gratias ago, qui tēporibus, quibus obortura hæreticorum scandala præsciebat, uos in Imperij fastigio collocauit, in quibus ad totius mundi salutem, & regia potentia, & sacerdotalis uigeret industria. Nā cū uestro præcipuæ opere sit effectum, ut per synodale concilium damnatis ipsius dogmatis defensoribus, oēs uires sacrilegus error amitteret, ad eiusdem deuotionis pertinet palmam, si malū, quod in suis ducibus est oppressum, etiā in quibuscunque reliquijs deleatur. Quod facilius clementia uestra arbitretur īplendum, si per uniuersas ecclesias definitiones sanctæ synodi Chalcedonēsis, apostolicę sedi placuisse doceāt. De quo quidē ratio nō fuit ambigendi, cum ei fidei oīum, subscribendo, consensus accesserit, quę ad me, secundum formam apostolicæ doctrinæ, ac paternæ traditionis emissa est, & per fratrem meū Lucianū episcopum talia & ad gloriam uestrā, & ad Cōstantinopolitanū antistitem scripta direxerim, quę euidenter ostenderent, me ea, quę de fide catholica in prædicta synodo definita fuerant, approbare. Sed quia ī eisdē literis ea, quę per occasionē synodi male sunt attentata, reprehenderam, maluit prędictus antistes, meam gratulationem tacere, quàm suum ambitū publicare. Mihi autē multū fiduciæ, Deo per uos operante, collatū est, quod probasse uos obseruantiam meā, de custodia canonū paternorum, pietatis uestræ affatibus indicastis.

aliter dignatione ipsius sum gauisus, q̃ si mihi etiã tuæ serenitatis redderentur alloquia. Vnde consuetudinẽ debitã mei officii oportuit me custodire, p quã significarẽ clementiæ uestræ, absolute me gaudere, & incessabilibus à Deo precibus postulare, ut uos, & statum Romanæ rei pub. & catholicæ ecclesiæ in omni prosperitate conseruet. De uigore autẽ fidei uestræ, quo indesinenter dño sacrificium laudis offertis, quãtas Deo gratias agã, enarrare nõ ualeo, qm̃ principibus tp̃is nr̃i nõ solum potentiã regiã, sed ẽt sacerdotalẽ cognoscimus inesse doctrinã. Indicante enĩ fratre meo Iuliano ep̃o, puenerunt ad nos in exẽplaribus præceptionum uestrarũ saluberrimę sanctiones, quibus insanã ĩperitiam monachorũ dignati estis parcendo plectere, & docendo punire, ut si eos ad pœnitentiã miseratio diuina cõuerterit, multis lachrymis & à nefandis cædibus, & ab hæreticorũ blasphemiis diluãtur. Qđ uero piissimus Imperator ad oẽs ep̃os, qui Chalcẽdonensi synodo interfuere, uoluit me scripta dirigere, quibus, q̃ illic de fidei sunt regula definita firmarẽ, libenter ĩpleui, ne fallax cuiusquã simulatio sentẽtiam meam haberi uellet incertam, cum p Constantinopolitanũ ep̃m, cui lætitiã meã largiter ĩdicaui, in oĩm potuerit notitiam puenire, qđ scripseram, nisi maluisset meum gaudium tacere, q̃ repulsam sui ambitus publicare, fratri & coep̃o meo Iuliano, cui solicitudinem meam in causam fidei delegaui, rogo, ut eam fiduciam præbere dignemini, qua pietati uestræ possit, quæ uniuersali ecclesiæ sint profutura, suggerere. Data. 12. Calẽdas Aprilis, Opilione uiro clarissimo cõsule.

EPISTOLA LIX. EIVSDEM

ad Iuuenalem Hierosolymitanum, & caeteros episcopos, qui in sancta synodo Chalcedonen. congregati fuerant directa.

Leo epus sanctae synodo apud Chalcedonā habitae. Oēm quidē fraternitatē uestram nosse nō ambigo, definitionē sanctae synodi, q̄ ob cōfirmationem fidei in Chalcedonen. ciuitate celebrata est, toto corde me fuisse cōplexū, quia nulla sinebat ratio, ut qui unitatē catholicae fidei dolebā ab haereticis fuisse turbatam, nō exultanter in ītegrum rediјsse gauderem. Hoc autem nō solum ab ipso beatissimae consensionis affectu, sed etiā ex epistolis meis, quas post reditum meorum ad Cōstantinopolitanae urbis antistitem dedi, potuissetis agnoscere, si uobis responsionē sedis aplicae manifestare uoluisset.

QVAE HIC ADNOTANTVR, NON *attinent ad epistolam Leonis Papae praesentem, sed ad eam, quae est ipsius ad Martianum numero. 56. & incipit, Multa mihi in omnibus &c. ex qua desumpta sunt, & sunt addenda, Vbi haec eadem epistola citatur in. 3. actione Chalcedonen.*

Ne ergo per malignos interpretes dubitabile uideatur, utrum, quae in synodo Chalcedonē si p unanimitatē uestram de fide statuta sunt, approbem, haec ad oēs fratres, & coepos nr̄os, qui praedicto cōcilio interfuerunt, scripta direxi, q̄ gloriosissimus, & clemētissimus princeps (sicut poposci) in notitiā uestrā mittere pro catholicae fidei amore dignabitur, ut & fraterna uniuersitas, & oīm fidelium corda cognoscāt, me nō solū per fratres qui uicem meā executi sunt, sed etiam, p approbationem gestorū synodalium, ppriam uobiscum iniјsse sententiā, in sola, uidelicet, fidei cā (qd̄ saepe dicendum est)

ꝓpter quã generale concilium, & ex præcepto Chr̄ianoꝶ principũ,& ex consensu apostolicæ sedis placuit cõgregari,damnatis hæreticis,ꝗ si corrigi uoluissent,nulla penitus resideret de uera dñi nr̄i Iesu Chr̄i incarnatione dubitatio. Vnde si qs unq̃ ausus fuerit, uel Nestorij perfidiã tueri,uel Eutychetis, ac Dioscori ípiũ dogma defendere,& à catholicorũ cõione resecet̃, nec habeat eius corporis participationẽ, cuius abnegat ueritatem,fratres charissimi. De custodiẽdis quoq; sanctoꝶ patrum statutis,q̃ in synodo Nicæna íuiolabilibus sunt fixa decretis, ob seruantiam ur̄æ sanctitatis admoneo,ut iura ecclesiaꝶ,sicut ab illis.318.patribus diuinitus inspiratis sunt ordinata,ꝑmaneant. Nihil alienũ íprobus ambitus concupiscat,nec per alterius íminutionem, suũ aliquis quærat augmentũ. Quantumlibet enĩ exortis assentationibus sese instruat uanitatis elatio,& appetitus suos cõciliorꝶ æstimet noíe roborãdos,infirmum, atq; irritum erit,qcquid à p̄dictorum patrum canonibus discreparit. Quoꝶ regulis apostolica sedes q̃ reuerenter utatur,scriptorum meorũ,qbus Constantinopolitani antistitis conatus repuli,poterit sanctitas ur̄a lectione cognoscere, & me auxiliante dño nr̄o,& catholicæ fidei,& paternarum traditionũ esse custodẽ. Datã.12. Calẽ. Aprilis,Opilione uiro clarissimo cõsule. *alias, extortis*

EPISTOLA LX. EIVSDEM AD *Maximum Antiochenum episcopum.*

Quantum dilectioni tuæ placeat cõis fidei sacratissima unitas,& pacis ecclesiasticæ tranquilla concordia,literarum tuarũ textus ostendit, quas ad nos filii nostri Marinianus p̄sby-

ter,& Olympius diaconus detulere, eo nobis gratiores,qđ per ipsas alloquia alterna miscemus,& magis,magisq́; inotescere gratiā Dei, qua fit,ut per totum mūdum de manifesto catholicæ ueritatis lumine gaudeat. Quāuis (qđ multum dolemus) qdam adhuc (sicut sermo idicat nuntiorū) tenebras suas diligant,& cum ubiq; diei splendor exortus sit,etiam nunc cæcitatis suæ delectentur obscuro, & pdita fide, solo & uacuo remanserint nomine Christiani, non habentes intelligentiā,qua errorē ab errore discernant,& blasphemiam Nestorĳ ab Eutychis ipietate distinguant. Nec enī ideo excusabilis uideri aliqua eorum falsitas pōt,qa ipsi sunt in sua puersitate cōtrarĳ. Nam cum Nestorium Eutychetis discipuli detestentur,& Eutychen anathematizēt Nestorĳ sectatores,catholicorum iudicio pars utraq; damnatur,& ambæ simul hæreses à corpore ecclesię resecantur, quia neutra falsitas nobiscum pōt habere concordiam. Nec interest,quo sacrilegio ab īcarnationis dn̄icæ ueritate discordēt,dum id qđ prauissime sentiunt,nec authoritas euāgelĳ, nec ratio recipiat sacramenti. Et ideo (frater charissime) oportet dilectionem tuam toto corde pspicere,cuius ecclesiæ gubernaculis te dn̄s uoluerit præsidere,& eius meminisse doctrinę,quam præcipuus Apostolorum oīm beatissimus Petrus,p totum mundum qdem uniformi prædicatione,sed speciali magisterio in Antiochena, & Romana urbe fundauit,ut illum in suæ glorificationis domicilio præeminentem, ea intelligas reposcere instituta,quę tradidit, quę sicut ab ipsa,quā cōfessus est,ueritate suscepit. Neq;

ullo

ullo modo finas in Orientalibus ecclesiis, maximeq; in his, q̄s Antiochenæ sedi sacratissimo rū p̄rum Nicæni canones deputauere ab ĩprobis hæreticis euangelio resultari, & uel Nestorij, uel Eutychetis à quoq; dogma defendi. Q̄m (sicut dixi) catholicæ fidei petra (cuius cognomen beatus ap̄lus Petrus sumpsit à dn̄o) nullū recipit ab utraq; ĩpietate uestigium, sed euidēter atq; perspicue & Nestoriū anathematizat, qui uerbi, carnisq; naturam in beatæ uirginis cõiunctione seiurgens, unumq; Christū in duos diuidens, alium deitatis, & aliam humanitatis uoluit esse p̄sonā, quū oĩno unus idēq; sit, qui & scd̄m sempiternā deitatē de patre est natus sine tp̄e, & de matre natus in tp̄e. Et Eutychen sil̄r execratur, qui in dn̄o Iesu Chr̄o ueritatem humanæ carnis euacuans, ipsum uerbū in carnem asserit transformatū, ut nasci, nutriri, p̄ficere, pati, mori, atq; sepeliri, & die tertio suscitari, solius fuerit deitatis, q̄ seruilis formæ non ueritatem susceperit, sed figuram. Summa itaq; uigilantia cautum te esse conuenit, ne quid sibi hæretica prauitas audeat uendicare, quum te deceat, his sacerdotali authoritate resistere, nosq; sæpius de profectu ecclesiarū tuis relationibus, quid agat̃, instruere. Dignum est enĩ, te apostolicę sedis in hac solicitudine cõsortem, & ad augendam fiduciam priuilegia tertię sedis agnoscere, ut in nullo cuiusq; ambitione minuat̃, q̄a tāta apud me est Nicęnorū canonū reuerētia, ut ea, q̄ sunt à sanctis patribus cõstituta, nec permiserim, nec patiar aliqua nouitate uiolari. Et si enĩ diuersa nõnunq; sunt merita præsulum, tn̄ iura permanēt sedium, q̄bus etsi

alias, ĩsultari

possunt æmuli perturbationẽ aliquã fortassis inferre,nõ tñ possunt minuere dignitatẽ. Vnde quum aliquid pro Antiochænæ ecclesiæ priuilegijs dilectio tua agẽdũ esse crediderit, ,pprijs literis studeat explicare,ut & nos cõsultationi tuę absolute & cõgrue rñdere possimus. Nunc autem ad oĩa generaliter pronuntiare sufficiat, ꝙ si quid à quoq; contra Nicænoꝝ canonũ statuta in quacunq; synodo uel tentatum est, uel ad tp̃s uideť exortũ,nihil præiudicij põt inuiolabilibus inferre decretis. Et facilius erit quarũ libet consensionum pactum dissolui, q̃ prædictorum canonum regulas ex ulla parte corrũpi. Subrepẽdi eñi occasiones non prætermittit ambitio,& quoties ob intercurrentes cãs generalis congregatio facta fuerit sacerdotum, difficile est,ut cupiditas ĩproboꝝ nõ aliquid supra mensuram suã moliatur appetere. Sicut etiam in Ephesina synodo, q̃.ĩpium Nestorium cum dogmate suo pertulit,Iuuenalis ep̃s ad optinẽdum Palestinæ ,puinciæ principatũ credidit se posse sufficere,& insolentes ausus per cõmentitia scripta firmare. Quod sanctæ memoriæ Cyrillus Alexãdrinus ep̃s merito perhorrescens, scriptis suis mihi,qd p̃dicta cupiditas ausa sit, indicauit,& solicita p̃ce multum poposcit, ut nulla illicitis conatibus p̃beretur assensio. Nã cuius epistolæ ad nos exemplaria direxisti sanctæ memoriæ Cyrilli,eam in nr̃o scrinio requisitam,nos authenticam noueris reperisse. Hoc tñ,pprium diffinitionis meæ est,ut quantumlibet numerus sacerdotum amplior,aliquid per quorundã surreptionẽ decernat, quod illis trecentoꝝ decem & octo patrum constitutionib⁹

inueniatur aduersum,id iustitiæ cōsideratione cassetur,qm̃ uniuersę pacis trāquillitas non aliter poterit custodiri,nisi sua canonibus reuerētia intemerata seruet.Si quid sane ab his fratribus,quos ad sanctam synodū uice mea misi, prętet id,quod ad cām fidei pertinebat,gestum esse perhibetur,nullius erit penitus firmitatis, quia ad hoc tātum ab apostolica sede sunt directi,ut excussis hæresibus,catholicæ essent fidei defensores.Quicq̃d enī præter speciales cās synodalium conciliorꝫ ad examen episcopale defertur,pōt aliquā dijudicandi habere rōnem, si nihil de eo est à sanctis patribus apud Nicęā diffinitum.Nam quod ab illorꝫ regulis,constitutioneq́ꝫ discordat,apostolicæ sedis nunq̃ꝫ obtinebit consensum.Quanta uero hoc diligentia custodiatur à nobis,exemplaribus eius epistolæ,quam ad Cōstantinopolitanum epm̃,refrenantes ipsius cupiditatē,direximus,instrueris, quā in omnium fratrum & sacerdotum nr̃orꝫ facias notitiam peruenire,ut nouerint pacē ecclesiasticam,per cōcordiam Deo placitā,debere seruari.Illud quoqꝫ dilectionē tuam conuenit præcauere, ut præter eos , qui sunt dñi sacerdotes,nullus sibi ius docendi & prædicandi audeat uendicare,siue sit ille monachus,siue sit laicus,qui alicuius scientiæ nomine glorief. Quia etsi optandum est,ut oēs ecclesiæ filii, q̃ recta & sana sunt,sapiant,nō tñ permittēdum est,ut quisquam,extra sacerdotalem ordinē cōstitutus,gradum sibi p̃dicatoris assumat , quū in ecclesia Dei oīa ordinata esse conueniat, ut in uno Christi corpore & excellentiora membra suum officium impleant, & inferiora supe

fioribus non resultent. Data tertio Idus Iunij, Opilione uiro clarissimo consule.

EPISTOLA LXI. EIVSDEM, *ad Theodoritum episcopum Cypri post Chalcedonen. concilium, de fidei perseuerantia.*

Dilectissimo fratri Theodorico epo, Leo episcopus. Remeantibus ad nos fratribus, & cõsacerdotibus nostris, quos ad sanctum cõciliũ sedes beati Petri direxit, agnouimus, dilectionẽ tuam, superno adiutorio, nobiscum tam Nestorianæ impietatis, quàm Eutychianæ uesaniæ, extitisse uictricem. Vñ gloriamur in dño, cum propheta canentes. Adiutorium nrũm in noíe dñi, qui fecit cælũ & terram, qui nullum nos in nostris fratribus detrimẽtũ sustinere permisit, sed q̃ nrõ prius ministerio definierat, uniuersę fraternitatis irretractabili firmauit assensu, ut uere à se ꝓdisse ostẽderit, quod prius, à prima omnium sede formatũ, totius Christiani orbis iudicium recepisset, ut in hoc quoq; capiti membra concordẽt, in quo amplior nobis in hac re fit gaudendi materia, dum & tãto magis se perculit inimicus, quanto cõtra Christi ministros seuius insurrexit. Nam ne aliarũ sedium ab ea, quam cęteris oĩum dñs statuit presidere, cõsensus assentatio uideretur, aut alia q̃libet subrepere posset aduersa suspitio, inuenti prius sunt, qui de iudiciis nostris ambigerent. Et dum nõnulli, ad dissentiones incitati ab authore cõtradictionis, ad insana bella prosiliunt, ad maius bonum, malum eius, authore totius bonitatis dispensante, peruentum est. Dulcius siquidem munera gratiæ diuinę ꝓueniunt, quoties non sine magnis sudoribus acquiruntur. Et minus

Psalm. 123.

alias, ad eam

alias, ad dissentionum co ĉli authore, ad contradictionũ bella.

bonum uideri solet, pax continuata per otium, q̃ reddita post laborem. Ipsa quoq; ueritas & clarius renitescit, & fortius retinetur, dum, q̃ fides prius docuerit, hęc postea examinatio confirmarit. Multũ deniq; sacerdotalis officii meritum splendescit, ubi sic summorũ seruatur authoritas, ut in nullo inferiorũ putetur ĩminuta libertas. Et ad maiorem Dei gloriam ꝓficit finis examinis, qñ ad hoc se accipit exercerdi fiducia, ut uincatur aduersitas, ne quod per se ꝓbatur reprobum, silentii preiudicio uideat̃ oppressum. Exulta igitur, charissime frater, & in unico Dei filio uictor exulta. Vicit per nos ille, cuius carnis ueritas negabatur, uicit per nos, & pro nobis ille, cui uicimus, per quem secunda est post aduentum dñi hęc orbi festiuitas. Redditum seculo est, prędone ꝓstrato, incarnationis diuinę mysterium, quod humani generis inimicus, quia rebus ipsis auferre non poterat, calumniis obscurabat. Quinimo ab incredulorũ corde perierat ĩmortale mysterium, q̃a nihil prodest tanta salus incredulis, ipsa ueritate suis dicente discipulis: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui autẽ non crediderit, cõdemnabitur. Solis iustitię iubar, densis per Orientẽ Nestorii & Eutychetis nebulis impeditũ, pure ab Occidente resplenduit, ubi cõmertium in apostolis, & doctoribus principaliter collocauit, quãuis nec illic unquã defuisse credendus fit, quo confessores sibi egregios reseruauit, ita ut dum denuo conaretur hostis antiquus, per secundi Pharaonis ĩpœnitẽs cor, fidei Abrahę semẽ, & filios repromissionis extinguere, Deo miserante, languescens, nisi sibi

Marci. ult.

alias, culmen summum.

nocere, nihil possit. De quo & illud oĩpotẽs mi
rabili⁹ egit, qa & quos sibi socios ad Israelitici
populi cædes asciuerat, nõ cũ tyrãnidis autho
re submersit, sed cũ suo populo cõgregauit. Et
sicut reuera se dignũ, & soli sibi possibile fons
misericordiæ nouerat, uictos à nobis, nobiscũ
fecit esse uicturos. Nã dum solus uere sit huma
ni generis hostis spũs falsitatis, oẽs de illo iam
triũphare nõ dubium est, quos sibi ueritas uẽ-
dicauit. Nunc prorsus illa redẽptoris nr̃i dicta,
q̃ sint diuinæ authoritatis, apparet, dum con-
tra hostes fidei sic aptantur, ut de ipsis dubita-
re dictum nõ liceat. Vos (inquit) ex patre dia-
Ioan.8. bolo estis. Et desideria patris ur̃i uultis ĩplere.
Ille homicida fuit ab initio, & in ueritate nõ ste
tit, qa ueritas in eo nõ est. Qñ loquitur menda-
ciũ, ex proprijs loquitur, qa mendax est, & pa-
ter eius. Nihil ergo mirandum est, q̃ hi, q in ue
ritate Dei nr̃ę naturæ mendacium crediderunt,
patri suo & circa ista cõcordant, qquid uisum,
qcquid auditũ, qcquid deniq; (teste euangelio)
tactum est, atq; palpatũ, in unico Dei filio, non
eius, cuius ꝓbatum est, asserentes, sed coæternæ
& coessentialis patri fuisse substãtiæ, quasi aut
diuinitatis natura, crucis ligno trãsfixa sit, aut
incõuertibilis, cresceret per ætates, & in sapien
tia proficere, sapientia sempiterna, uel spũ De⁹,
q spũs est, subĩde repleri potuerit. In hoc quoq;
se acerba uesania, ex quo authore ꝓcesserit, pro
dit, quod quãtum in se est, uniuersis nocere mo
lita est. Nã qui nos ꝑsequendo afflixit, cæteros
ad cõsensum sceleris ĩpellendo deprauauit. Sed
nec nos, licet in singulis fratribus (quia mẽbra
nr̃a sunt) uulnerasset, à speciali dolore fecit ex-

ceptos,quibus noua & inaudita prius,atq; incredibili audacia inferre cõtra suum caput est molitus iniuriã. sed utinã uel post tot pessima resipiscens,nõ nos etiã de suo æternæ dãnationis interitu contristaret. Quã mensurã sceleris pretermisit,cui nec hoc sufficere potuit, q̃ nec uiuis parcendo,nec mortuis etiã in sanguine ĩnocentis & catholici sacerdotis pollutas iampridẽ abdicata ueritate,atq; approbata falsitate,manus intinxit? Et quũ scriptũ sit. Qui odit fratrem suum,homicida est,ille (quod odio iã fecisse,addictus est) ĩpleuit operib9,q̃si nec audisset illud quod dñs ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde,& ĩuenietis requiem aĩabus uestris. Iugum enĩ meum suaue est, & onus meum leue est. Dignus diabolici predicator erroris Aegyptius uastator ĩuctus est, quia tanq; seuissimus tyrannus,ecclesiæ nephandas blasphemias per uiolentam seditiosorũ turbã, & p̃ cruentas manus militum uenerãdis fratribus ĩponebat. Et cum uoce nr̃i redẽptoris firmatum sit,unum eundẽq; homicidĳ & falsitatis authorẽ,ille pariter utcunq; cõpleuit,q̃si nõ ut caueantur,sed ut perpetrẽtur,scripta sint, ad perditionis suæ cumulum trahens,quæ Dei filius monuit ad salutem. Illud quoq; surda nimis aure p̃teriens quod ab eodẽ dño dictũ est: Ego,quod uidi apud patrẽ meum, loquor, & uos ergo,quod uidistis apud patrẽ uestrum, facitis. Igitur,dum sanctæ memoriæ Flauiano uitam p̃ntis seculi moliretur auferre, se serenæ uitæ luce priuauit. Dum uos ab ecclesiis uestris conaretur expellere, se à Christianorũ collegio segregauit. Dum trahit plurimos, & ĩpellit ad

1. Ioan. 3. *Matth. 11.* *alias, qui.* *Ioan. 8.* *Ioan. 8.* *alias, uerae.*

erroris assensum, multiplici animam suam uulnere sauciauit, solus ultra omnes & p omnes, ac pro omnibus reus, qui cā reatus omnibus fuit, Sed licet his tua fraternitas, solido cibo firmata, indigere minime uideatur, tamē ut, quod nostri loci est, impleamus circa uocem dicētis
2.Corinth.11. Apostoli. Præter ea, quæ extrinsecus sunt, instātia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? hoc præcipue præsenti occasione credimus admonendum, frater charissime, ut quotiescunq;, diuina gratia administrante, illos, qui foris sunt, fonte doctrinæ aut submergimus, aut purgamus, in nullo ab illis, quas spiritus sancti diuinitas in Chalcedonensi cōcilio protulit, fidei regulis recedētes, inter utrūq; hostē nouellæ perfidiæ sermonē nostrū cum omni cautela libremus, non iam (quod ab sit) tanq; de dubijs disceptantes, sed authoritate sua, quæ bene definita sunt, astruentes, quum & in apostolicæ sedis epistola, uniuersali sanctæ synodi assensu firmata, tanta diuinæ authoritatis testimonia nouerimus esse congesta, ut nullus queat ulterius dubitare, nisi qui sibimetipsi errorum tenebras inferre maluerit, quum synodalia gesta, uel qbus primum definitio, fidei legitur esse formata, uel qbus præfatæ literæ apostolicæ sedis, etiam tuæ fraternitatis studio defensæ sunt, & maxime ad pijssimos principes totius concilij alloquutio, tot sit pcedentium patrum testimonijs roborata, ut quāuis īprudenti ac ptinaci animo, si tñ nō iam cum diabolo pro sua īpietate dānatus est, ualeant suadere. Vnde hoc quoq; contra ho

ſtes eccleſię prouidere condignũ eſt, ut eis nullã calũniandi occaſionẽ (quod ad nos attinet) penitus relinquamus, nec unquã cõtra Neſtorianos aut Eutychianos agentes, alteri eorum uideamur terga uertiſſe, ſed utroſq; Chriſti hoſtes æqua lance uitemus atq; damnemus, ita ut nos, quoties audientiũ, quãtalibet poſcit utilitas, cum dogmatibus eorum digno anathemate promptiſſime atq; euidentiſſime feriam⁹, ne ſi à nobis hoc, quod obſcurius fieri uideat̃, aut tardius, putetur inuitum. Qđ quãuis prudentiã tuã res ipſa admonere ſufficiat, nunc tamẽ & experimenta docuerunt. Sed benedictus deus noſter, cuius inuincibilis ueritas ab omni hæreſeos macula mundũ te, ſcđm ſedis apoſtolicæ iudicia demonſtrauit. Cui dignam retribues pro tot laboribus grãm, ſi talem te, qualẽ probauimus, ac probamus, pro uniuerſalis eccleſię defenſione ſeruaueris. Nã q̃ deus omniũ calumnioſoꝝ fallacias ſoluit, maximã beatiſſimi Petri curã pro nobis cunctis agnoſcimus, qui poſtq̃ ſuæ ſedis iudicium in fidei diffinitione firmauit, nec circa cuiuſquã ueſtrum, q̃ nobiſcum pro catholica fide laboraſtis, pſonam, quicq̃ reprobum uideri permiſit, q̃a nec poterat, ſpũ ſancto ĩdicante, q̃ſquã ex eis nõ uictor exire, quoꝝ iam uicerat fides. Quod ſupereſt, exhortamur, ut q̃a illic, nonnullas Eutychiani ac Neſtoriani erroris reliquias cognouim⁹ remanſiſſe, nunc etiã ſedi apoſtolicæ collabores. Victoria enĩ, quã Chr̃s dñs deus noſter ſuæ donauit eccleſiæ, q̃diu in hoc mundo uerſamur, licet fiduciã maiorẽ tribuat, nõ tñ ĩ totũ ſolicitudinẽ pimit, nec ut dormiam⁹ donata ẽ, ſed ut

suauis laboremus. Vnde in hoc quoq; tuæ uigilantiæ solicitudine uolumus adiuuari, ut tua relatione currente, qd apud illos religionis doctrina dñica proficiat, apostolicā sedē festines instruere, quatenus illius religions sacerdotes, in quocunq; usus necessitas exegerit, adiuuemus. De his uero, q̄ in supradicto concilio illicita, cōtra uenerabiles Nicænos canones, p̄sumptione tentata sunt, ad fratrē & coepiscopū nostrum Antiochenæ sedis p̄sulē scripsimus, adiicientes & illud, quod nobis pp īprobitatē monachorū quorundam, religionis uestræ uerbo mādastis p uicarios nostros, & hoc specialiter statuētes, ut p̄ter dñi sacerdotes nullus audeat p̄dicare, seu monachus, siue ille sit laicus, q cuiuslibet scientiæ nomine glorietur. Quas tñ literas, pro utilitate uniuersalis ecclesiæ, per p̄dictū fratrem & coepiscopum nostrū Maximū, ad omnium uolumus peruenire notitiā, & ob hoc, hic nolumus earum exemplar adiicere, qa quæ p̄dicto fratri iniunximus, non dubitamus implēda. Et alia manu. Deus te incolumem custodiat, frater charissime. Data quarto Idus Iunii, Opilione uiro charissimo consule.

16.q.1. Adiicimus illud.

PASCHASINI ARCHIEPISCOPI *Constantinopolitani epistola ad Leonem Papā, qui iusserat illi, ut rescriberet de supputatione paschalis festi.*

Domino uiro beatissimo, ac apostolico, mihiq; post dñm plurimum colendo Papæ Leoni, Paschasinus Ep̄s. Apostolatus uestri scripta diacono Panormitanæ ecclesiæ Silano deferente percepi, q̄ nuditati meæ atq; ærumnis, quas amarissima captiuitate faciente incurri, solatiū in oībus, atq; remediū attulerunt, cœlesti rore

animum recreãtes, atq; omne, qđ triste fuerat, abstergentes. Dñe uenerabilis Papa, iubere dignata est corona uestra, ut qđ paschalis supputationis ueritas anni post hunc futuri haberet, sacrosanctis auribus uestris exiguitas mea intimaret. Cui pcepto inobediens existere nõ potui oino, nec debui. Diuino itaq; tractatu, uel ratiocinatione id uerũ inuenimus, qđ ab Alexandrinæ ecclesiæ antistite beatitudini uestræ rescriptũ est. Nã quũ Romana supputatio, quę cyclo cõcluditur, cuius ipse, de quo agitur, erit sexagesimus quartus annus, qui cyclus cœpit à consulatu Antonini & Siagrij, nobis dubietatẽ afferret, eo q.7. Calendarũ Aprilium die, dies dñica, & luna.21. incurreret, & iterũ, nono Calẽdarũ Maiarũ die (ut rei ueritas habet) dñica dies, & luna.19. obueniret, in hoc ambiguo fluctuãtes, ad Hebræorũ, hoc est, legalem supputationẽ nos cõuertimus, q̃ quũ à Romanis ignoratur, facile errorem ĩccurrunt. Cœpit ergo Ogdoas à cõsulatu uirorũ clarissimorũ Etij, iterum & Sigismildi, q̃ clauditur anno, de quo quæstio uidetur exorta. Talis ratio hæc est. Priores uero anni cões, tertius embolismalis, quartus & quintus cões, sextus embolismalis, septimus cõis, octauus embolismalis. Peruidet ergo apostolatus uestri prudentia octauum annũ Ogdoadis fieri aliter nõ posse, nisi embolismũ teneamus. Qđ si uolerimus illud, quođ superius diximus, id est, qđ primũ incurrit, pascha septimo Calẽdarũ Aprilium die celebrare, cõem annum faciemus, & incipiet oĩs deinces subsequentiũ annorum supputatio uacillare. Et ne hoc, qđ exposui beatitudini uestræ obscuritatem aliquã

afferat, suggessim⁹ cões annos, apud Hebræos duodecim tantum menses, hoc est, dies. 354. habere. Necessitate ergo embolismi cogimur id tenere, quod longius est, ne à uero deuiare uideamur. Necq; nobis aut nouum, aut erraticum uideatur, quum dies passionis. 11. Calendas Maij occurrat, à qua (sicut uidetur) pascha nomen accepit, licet Hæbreæ linguæ interpretes tradãt pascha transitum dici, quod tñ idem & Ioãnis euangelistæ dicto firmatur, quo ait, quum de passione loqueretur: Cum uenisset hora, ut trãsiret Iesus de hoc mundo ad patrem. Non ergo nos dies una longius posita terreat, ne, quum hoc uitamus incurramus errorem, sicut tempore beatæ recordationis dñi mei, p̃decessoris uestri Zozimi, anno consulatus Honorij augusti undecies, & Cõstãtii secundo. Tunc enĩ quum declinaretur, ne decimo Calẽdas Maij dies paschæ teneretur, celebratum octauo die Calẽdas Aprilis, id est, pro embolismo communis est annus tentus, & error grauissimus est ortus, in tantum, ut ministerio certo, quod dono sancti spiritus ministratur, hæc ueritas probaretur. Quod propterea credidi exponendum, quia locus ipse etiam sancto, atq; à me uenerando fratre meo Libanio diacono notissimus est. Cuius mysterij miraculum tale est. Quædam uilissima possessio Meltinas appellatur, in montibus arduis, ac syluis densissimis constituta, illicq; pparua, atq; uili opere cõstructa est ecclesia, i cui⁹ baptisterio nocte sacrosancta paschali baptizãti hora, quũ nullus canalis, nulla sit fistula, nec aqua omnino uicina, fons ex se repletur, paucisq; qui fuerint, consecratis, cum de-

Ioannes. 13.

ductorium nullum habeat, ut aqua uenerat, ex sese descendit. Tunc ergo (sicut supra diximus) cum sanctæ memoriæ domino quondam meo, ac beatissimo Papa Zozomi, cum apud Occidentales error ortus fuisset, consuetis lectionibus, nocte sacra discussis, cum præsbyter secundum morem, baptiznadi horam requireret, usque ad lucem aqua non ueniente, non consecrati, qui baptizandi fuerant, recesserunt, Ut ergo breuiter narrem, illa noctæ, quæ lucescebat in diem dominicam, decimo die Calendas Maij fons sacer hora competenti repletus est. Euidēti ergo miraculo claruit. Occidentalium partium fuisse errorem. Hæc prout potui, uel epistolaris breuitas passa est, iubente apostolatu uestro rescripsi.

EPISTOLA LXII. EIUSDEM AD *Martianum Augustum de Pascha.*

Tam multis documentis per omnes Christi ecclesias fides uestræ pietatis innotuit, ut si quid solicitudinum pro communi religione generatur, merito uestrum quæratur auxilium. Et quia memor dispensationis mihi credite, necesse habeo, curas meas etiam in ea, quæ sunt futura, præmittere, non improbe cupio, clementiæ uestæ studijs adiuuari, ut in ea obseruantia, quæ certa semper ratione uariatur, nihil possit erroris incurri. Paschale etenim festum, quo sacramentum salutis humanæ maxime continetur, quamuis in primo semper mense celebrandum sit, ita tamen est lunaris cursus conditione mutabile, ut plerunque sacratissimi diei ambigua currat electio, & ex hoc fiat plerunque, quod non licet, ut non simul

omnis ecclesia, q̄ nō nisi unū esse oportet, obseruet. Studuereq́ sancti patres, occasionē huius erroris auferre, oēm hanc curam Alexandrino ep̄o delegantes, qm̄ apud Aegyptios huius supputationis antiquitus tradita esse, uidebat̃ peritia, per quā, qui annis singulis dies p̄dictæ solēnitatis eueniret, sedi apostolicę indicaret̃, ut huius scripti ad lōginquiores ecclesias iudiciū generaliter percurreret. Sed sanctæ memoriæ Theophylus, Alexādrinæ ecclesiæ urbis ep̄us, cum huius obseruationis annos centum numero collegisset, septuagesimosexto paschale festū longe aliter, q̄ aliĳ decreuerant, tenendum esse cōstituit, à primo augustę memoriæ Theodosii senioris cōsulatu succedētes sibi sacræ obseruātiæ ordines ponēs, ut longioris tp̄is ratio eius literis teneret̃ asscripta, cuius complexionis septuagesimus & quartus est annus, in qua pridie Idus Aprilis sanctum pascha celebrauim⁹, sequenti uero anno, pridie nonas Aprilis eadē, propitio Deo, erit habenda festiuitas, sicut reregulariter cētenariæ annorum rōnis ordo declarat. Sed in anno, qui erit septuagesimussext⁹ paschæ dies inueniet̃ asscriptus, quē à passione dñi nullius exempli, nullius cōstitutionis admittit authoritas. Nam diē octauum Calendarū Maiarꝝ ab eo cognoscimus pręfinitum, qui anni limitē, antiquitus cōstitutū, excedit, cum aliĳ quintodecimo Calēdarꝝ Maiarum huic festiuitati deputauerint diē. Siqdem ab undecimo Calendarꝝ Apriliū, usq; in decimū Calendarꝝ Maiarum, legitimum spaciū sit præfinitū. Intra qđ omnium uarietatum necessitas cōcludatur, ut pascha dñicū, nec prius possimus ha-

bere, nec tardius. Qđ enim in decimũ, & in nonum Calendarũ Maiarũ, uidetur nõnunquã puenisse festiuitas, quadam rõne defendit. Quia & si dies resurrectiõis ultra terminũ uidetur exisse, dies tñ passionis limitem positum nõ inuenietur egressus. Ad octauũ autẽ Calẽdarũ Maiarum paschalem obseruãtiam pducere, nimis insolens, & aperta transgressio est. Quia ergo ĩ illa, ut dixi, centenaria supputatione Theophyli, septuagesimussextus annus diẽ paschę cõtra morem ecclesiasticum statuisse mõstratur, & nõ leuiter delinquitur, si in principio sacramẽti ueritas, & unitas ab uniuersali ęcclesia nõ teneť, obsecro clementiam uestram, ut studiũ uestrũ præstare dignemini, quatenus Aegyptij, uel si q sunt alij, qui certa huius supputationis uidentur habere notitiam scrupulum huius solicitudinis absoluant, ut eum diẽ generalis obseruantia dirigat, qui nec paternarũ constitutionũ normam relinquat, nec ultra pfixos terminos euagetur. Quicquid autem pietas uestra de hac cõsultatione cognouerit, ad meam iubeat mox notitiam peruenire, ut in diuinis mysterijs nulla dissonantiæ culpa nascatur. Data. 16. Calendas, Iulij, Opilione uiro clarissimo consule.

EIVSDEM, LXIII. EPISTOLA *ad Eudochiam Augustam de Pascha,*

Hunc passum allegat Marianus Scotus sub anno consulatus Opilionis, & Vincomali, qui est ad ueritatem euangelij .474. Sed secundum cyclum Dionysii. 452.

Sanctæ memoriæ Theophylus ad Augustũ Theodosium seniorẽ scribens, p cẽtum annos, à primo pdicti principis cõsulatu, digessit ordinẽ diei festi, cuius instructionis septuagesimus

quartus nunc annus euoluitur Opilione consule, pridie Idus Aprilis celebrata est sacra solẽnitas, unde sequenti anno, pridie nonas Aprilis, eadem festiuitas rõnabiliter consequit̃. Sed annus, q̃ erat septuagesimussextus, memorati ẽpi annotationẽ habere cognoscit̃, quæ à totius antiquitatis exẽplo, & ab omni authoritate patrum discordat. Siqdem in octauum Calendarum Maiarũ dñicum pascha transtulerit, præfinitos antiquitatis limites nimis audẽter excedens, cum die qntodecimo Calẽdarũ Maiarum paschalem solennitatẽ (sicut cõstituere alij) potuerit annotare. Vnde q̃a nõ mediocris mihi solicitudo generat̃, ne apud Aegyptios hæc p̃suasio probaret̃, ad Chr̃ianissimũ & clemẽtissimũ principẽ scripta direximus, q̃bus cãm scrupuli diligenter exposui, & suppliciter postulaui, ut operã suam, quemadmodum cõsueuit, religionis cultui dignanter ĩpendat, ut eos, qui huius supputationis p̃fectã uidentur habere notitiã, in unum iubeat cõuenire, & digenter inq̃rere, ne forte hæc diffinitio teneat̃, & hic excessus, q̃ prioribus uidet̃ repugnare t̃pibus, nr̃æ conniuentiæ, uel negligentiæ deputetur, & fiat in nostris diebus, quod nunq̃ ante præsumptũ est. Quia uero oportet, serenitatẽ tuam curæ istius mecum esse participem, & ne quid tale accidat præcauere, crebrius religiosissimo, & fidelissimo principi dignare suggerere, ut ĩdissimulanter iubeat Aegyptios admonere, ne ĩ summæ festiuitatis die, aut dissensione aliqua aut transgressione peccetur. Quicquid autẽ de hac re diligẽtius ĩuestigare solicitudo tua potuerit, cito ad notitiã meã gloriosissim⁹ Imperator iubeat

præuenire,

ꝓuenire, qa & ad ipsi⁹, & ad oim salutē ptinet, ut Dei cultus nullo errore lædat. Data. 16. Calendas Iulij, Opilione uiro clarissimo consule.

EPISTOLA LXIIII. EIVSDEM *ad Lyciniam Eudochiam Augustam de monachis Palestinis.*

Quanta mihi catholicæ cura sit fidei, & qua solicitudine, inquantum dn̄s adiuuat, debeat ꝑ caueri, ne unquam ab īperitis, & impijs ueritatis euangelio resistatur, pietatem uestram scire nō dubito. Et ideo cū salutationis officio, quo semper mihi est oranda clementia, obsecro dominum, ut me tuam incolumitatē in cā fidei, in qua quorūdā intra ꝓuinciam Palestinā monachorum fuerant corda turbata, magisq; faciat adiuuare, ut tm̄ qd̄ pietatis tuę studio fieri potest, hęreticę ꝑuersitati oīs fiducia subtrahatur. Quos enim nec ratio sacrorum, nec authoritas scriptorum, nec ipsa sacratorꝝ locorū testimonia cōmouebant, qd eis nisi abruptum periculū timeretur. Prosit ergo ecclesiis, sicut (fauente Deo) & prodest, & ꝓsit generi humano, in uerbis Dei uestram ibi esse uoluntatē, ubi dn̄m nostrum Iesum Chr̄m uobis sicut deū uerum, & uerum quoq; hoīem, in unitate ꝑsonæ, & mirabilium iudicia, & passionū documenta loquūtur. Si ergo ꝑdicti nomen catholicum uenerantur, & diligunt, & inter dn̄i corpus se uolunt mēbra noīari, prauos errores, quos temere admiserant, detestentur, & agant pœnitētiā īpiarꝝ blasphemiarꝝ, cruentorumq; factorum. Succūbant pro salute aīarum suarꝝ, synodalibus, q̄ in ciuitate Chalcedonensi sunt confirmata, decretis. Et qa ad intelligendum sacr̄m salutis humanę, nisi fides uera, & humilitas qeta nō ꝑuenit,

credant in euangelio, qđ confitentur in symbolo, nec ipsis dogmatibus misceantur. Fides enī catholica, sicut damnat Nestorium, qui in uno domino nostro Iesu Christo, duas ausus est p̄dicare personas, ita damnat etiā Eutychē, cum Dioscoro, quòd ab unigenito Dei uerbo, negāt, in utero uirginis matris ueritatem carnis humanæ susceptam. Siquid autem erga prædictorum conuersionē ex hortatio uestra profecerit, quod gloriam uobis præstabit æternam, peto, hoc mihi clementiæ uestræ literis indicetis, ut & ī uobis boni operis fructum, & illis gaudeā misericordiā dñi nō perijsse. Data septimo Calendas Iulij, Opilione uiro clarissimo consule.

alias, & in illis.

EIVSDEM, LXV. EPISTOLA

ad Iulianum Coensem episcopum.

alias, sæpissime.

Leo episcopus Iuliano Coensi epō. Frequētissime dilectionē tuam ad hanc curā, & diligētiā meis sum lr̄is cohortatus, ut de his, q̄ circa fidem agūtur, solicitudinem meam īdesinenter instrueres. Et cum omnibus occasionibus scribere nō quiescam, q̄busdam tn̄ scriptis meis, id est, per filium nostrum Rodanum, domesticum filij nostri, uiri illustrissimi Aspiratij datis, nullum responsum tuę fraternitatis accepi, tanq̄ ratio temporis non habuerit, ut qd post mea scripta sit gestū, potueris indicare. Et ideo per filium meum Rodanum his literis te saluto, & ut opportunitatem scribendi non negligas, in quo quæstus solicitudinis meæ releuat, admoneo. Cum enim in te, quandam mei Constantinopolitani habeant portionem, dignum pro communi amicitia est, & pro totius ecclesiæ dilectione, incessabili te uigore prospicere,

nequid possit de statu fidei me latere. Quæ ergo per prædictos, uel ad gloriosissimum principem, uel ad tuam dilectionem scripsi, ut celerrime tradantur effectui, opportunis suggestionibus elabora. Et quicquid fuerit (Deo auxiliante) dispositum, scire me facito, ut perductis in effectum his, quæ rationabiliter ordinata sunt, pax fidei, canonūq́ꝫ custodia & securior ubiqꝫ habeatur, & fortior. Data septimo Calendas Iulij, Opilione uiro clarissimo consule.

EPISTOLA LXVI. EIVSDEM *ad Iulianum episcopum.*

Aetio & Studio consulibus circa annum Christi, teste Cassiodoro. 456. secundum autem Marianum Scotū ad euangelij ueritatem. 475. Iuxta uero Dionysii cyclum. 453. qui fuit pontificatus Leonis Papæ annus. 15. scripta est hæc epistola, & similiter. 4. aliæ sequentes.

Christianissimi principis fidem sępe euidentissimis probauimus documentis, ac de nostro gratias ago, qui talem dignatus est rebus humanis concedere pro sua pietate rectorem, qui fidei causas, & reipublicæ summæ uigilantiæ studio tuetur, hæreticorum ausibus semper obsistens, & nihil eorum insaniæ aduersum catholicam fidem licere permittens, cuius post Deum beneficijs hoc debetur, quod Hierosolymitanus episcopus est receptus, & monachos, quos perfidia hæreticę falsitatis inuaserat, ad sanitatem augusta authoritas reuocauit. Mox itaqꝫ ut accepi epistolas tuas, talia cōtinentes, non solum eadem die, sed propè eadem hora responsum reddere maturaui, ut certior de omnibus, quæ scripseras, redderens.

Frēm Protheriū Alexandrinæ urbis epm gratu lor, satisfactionis plenas de fide sua ad nos literas direxisse, & manifeste, qdnam teneat, indicasse, cui me dignā grām, p fidei ipsius synceritate, necesse est, pręstare, ut honorē in nullo suę pdat ecclesiæ, sed sedis suæ priuilegia, paternæ antiquitatis exemplo, iuxta canonum illibata iura possideat. De præsentis anni pascha nulla dubitatio eē nobis potuit, sed de futuro, quod Theophylus Alexandrinę urbis eps, nono Calendarū Maiarū die, qđ nunq̄ ita à tpe dñicæ resurrectionis celebratum est, credidit asscribendum. Vñ solicitus cōgruit hoc requiri, ut omnis occasio tollatˀ erroris. Nā in nr̄is annalibus Calendarū Maiarū die, aptissime à patribus nostris & cōstitutus legitur, & celebratus. Ac ne uel apud nos, uel apud Orientales, nascatur ex hac parte diuersitas, hoc instantius nr̄o noīe cū chr̄ianissimo prīcipe agere tua dignetˀ dilectio, quāuis & ipse clementissimus princeps se inquisitione solicitissima, curam hanc Aegyptiis delegasse, suis epl̄is dignatus sit indicare. Epl̄am sane meā, ad Chalcedonensem synodum datā p̄sentibus epis, & clericis lectā fuisse, tuis epistolis retulisti sed usq; ad illud capl̄m, quo ea, q̄ de fide acta sunt, meum, uidetˀ firmasse cōsensum. Vñ miratus sum, q reliqua, q̄ secuta fuerunt, nō pariter in notitiam eorum, qbus sunt lecta, prolata sint, cum maxime oībus īnotescere debuisset, īprobum à uobis ambitum notatum fuisse, ne nouis usurpationibus cōstituta, inuiolata (ut semper scripsimus) seruarentur. Etiam presbyterum, quem asseris fuisse discussum, gratulamur, cognitione habita, ī oībꝰ fuis-

alias, dūtaxat

se purgatum. Epistolam quoque ad Christianissimum principem noueris me misisse, in qua illi gratias egi, quia curam mihi suam, tam pro fidei causa, quam pro securitate reipublicæ dignatus est indicare. Aliam quoque ad nos epistolam dedit, interueniens pro Anatholio episcopo, ut nostri illi animi gratia præbeatur, quoniam correctionem eius promittit. & in omnibus se satisfacturum esse, quæ ad fidei obseruantiam pertinent, pollicetur. Data. 5. Idus Ianuarij, Aetio, & Studio, uiris clarissimis consulibus.

EPISTOLA LXVII. EIUSDEM *ad Martianum Augustum.*

Tituli capitulorum sequentis epistolæ. *De Protherio Alexandrino episcopo, ut priorum suorum decreta conseruet.* *Vbi postulat Imperatorem, ut epistolam, quam ad Flauianum Constantinopolitanum episcopum miserat, in Græco translatam, Alexandrinæ ecclesiæ destinet.*

Leo eps Martiano Augusto. Puritatem fidei Chrianæ, qua clementia uestra præfulget, et his literis, quas frater & coeps meus Nestorianus detulit, demõstrastis, iustissimũ fratri meo Protherio Alexandrinæ urbis antistiti ĩpendentes fauorem, quo mihi ꝓ oĩa esset acceptior. Nã cui uestra pietas testimonium ꝓhibere dignat̃, indubitanter esset ꝓbatus, etiam si taceret. Sed accedit ad grãm, qđ proprio quoque sermone cognoscitur, & quam syncer⁹ sit catholici dogmatis prædicator, ipsius ꝓfessione clarescit. Vñ plenissimo affectu dilectionẽ orthodoxi fratris amplector, & Deo grãs ago, ꝙ amoto eo, qui euangelio Chr̃i uoluit contraire, & à sanctorũ patrũ intelligentia dissentire, talẽ prospexit Alexãdriæ ecclesiæ sacerdotẽ, qui p̃cedentibus rectoribus & fide, cõcordaret & uita. Nam cum amplecti *alias, nestorus*

ſe epiſtolā meā, quā ad beatæ memoriæ Flauianum, cōtra Eutychen impium miſi, toto corde profiteť, quid aliud, quā Apoſtolorum ſe diſcipulum oſtendit, qm̄ doctrina ueritatis in lumine ſuo permanet, & non pōt eſſe diuerſum, qđ unum eſt, atq; diuinum? Reſcripſi itaq; prædicto fratri, quod debui, atq; in ſancto ſtudio ut pſeueraret, admonui. Qui ſine dubio cōſtātior erit, ſi etiam clementiæ ueſtræ cohortationibus adiuueť. Nec in aliquo eum terreat quorūdā imperita diſſentio, quos paucorꝫ hæreticorꝫ inſtigationibus ignorantia fecit obnoxios. Qđ ſua ergo negligentia aſſequi nequeunt, opportune eorꝫ inſinueť auditui. Et ne memoratis noua inferre, & propria uideať aſtruere, uenerabilium patrum, q eidem eccleſiæ præfuerunt, ſcripta relegātur, & qd beatus Athanaſius, quid Theophilus, qd Cyrillus, qd etiam Orientales magiſtri de incarnatione dñi ſentiāt, recognoſcāt. Nec repullulantibus decipianť erroribus, q olī euāgelici ſermonis ſunt uirtute proſtrati. Qm̄ omnes ferè hæreſes, quæ diuerſis tēporibus extiterunt, dum ſacramentum corporeæ natiuitatis, & paſſionis, ac reſurrectionis Chrī nō intelligunt, ab euāgelio deuiarunt. Et poſſemus minus laborare in hæreticis repellendis, ſi rudes animos ipſa nō turbarent mendacia, quæ peremit antiquitas. Sed nunc (ut dixi) hic docendi optimus modus eſt, ut paternorꝫ ſenſuum linea Alexandrinæ plebis, & cleri auribus innoteſcat, ac ſiqui ſunt, q noſtra ſcripta deſpiciant, illis ſaltem, qui nobiſcum apoſtolicis ſenſibus congruunt, acquieſcant. In quo opere multum cōſacerdotis noſtri deuotiōe gaudebo, & ſemꝑ

ipsius unanimitate lętabor, qa fraterna pax nõ nisi una fidei cõfessione seruať. Quia uero quorũdã hæreticorũ uersuta neqtia, ad cõturbandã aliorũ simplicitatẽ, epistolã meã, quã ad beatæ memoriæ Flauianũ dedi, falsasse phibeť, ut cõmutatis qbusdam uerbis, uel syllabis, receptorẽ me Nestoriani erroris asserat, obsecro uenerabilem clemẽtiã uestrã, ut eãdẽ epistolam, per fratrẽ meum Iulianũ episcopum, uel eos, quos idoneos ad opus pietas uřa delegerit, in Gręcũ sermonẽ iubeatis integre, diligenterq́ trãslatã, p idoneum latorẽ sub uestri signaculi impressione deferri, tradẽdam iudicibus Alexãdrinis, qui eam clero, & plebi ipsius ciuitatis, cũ p̃dictorũ episcoporũ p̃dicationibus, qui & meo scripto cõsentiunt, faciãt recitari, ut agnoscãt, se fallaciũ hominum fraude ulterius decipi nõ debere, & pbẽtur apostolicæ sedis synceri esse discipuli, apud quã nec Eutyches, nec Nestorius ullũ obtinẽt locũ, qa sicut alios hæreticos, ita & istos ecc̃a uniuersalis dãnauit. Data. 6. Id⁹ Martij, Etio, & Studio uiris clarissimis consulibus. *alias, falsam esse perhibet.* *alias, quibus mea scripta.*

EPISTOLA LXVIII. EIVSDEM

ad Martianum Augustum, in qua scribit de exilio Eutychetis, ut ad secretiora loca eum transferret, quia ubi positus erat, adhuc praua docebat.

Quod sępissime multa iam experimenta docuerunt, sanctum pietatis uestræ studium circa religionem Christianam gloriosis perseuerat, & crescit augmentis, & hęc fides uestrę clementiæ non solum me, sed & omnes domini sacerdotes cõsolatur, & roborat, dum in Christianissimo principe sacerdotalem experimur affectum. Quem si Oriẽtaliũ partiũ sacerdotes

alias, nullum scandalum. studeant imitari,nihil scandalorum , neq; pax neq; fides Chr̃iana patiet̃. Vñ cum Cõstantino politanus ep̃s ad oẽm pietatis profectum p̃sen ti clementiæ uestrę doceat̃ exẽplo,si fideliter ue stris acquiescat hortatibus,habebit in me syncere gr̃ę animum,tm̃,ut qđ uerbis spondet,cor de proficiat.Si uero,q̃ Deo,& pietati uestrę displicent,pertinaci ĩtentione delegerit,salua mãsuetudinis,uestræ reuerẽtia,utar cum oĩbus,& pro oĩbus,uobis quoq; annitẽtibus,aduersum superbientẽ liberiore constantia, quem (qđ sæpe dicendum est) mallẽ pro sanctis actibus fraterna charitate cõplecti , gloriosissime Imperator. *alias , quia (quod sape di cendũ est) male pullulantia fraterna charitate oportet resecari,glo.* Quia uero suggestiones meas pro tranquillitate catholicæ fidei libenter accepistis,significatum mihi fratris & coep̃i mei Iuliani (quem excepistis p̃ijssime) sermone cognoscite, Eutychem ĩpium pro suis qdem meritis exulare,sed in ipso suæ dãnationis loco multa,aduersus integritatẽ catholicam,blasphemiaꝝ desperatius uenena profundere,& qđ in illo totus mũdus horruit,atq; damnauit,ĩpudentia maiore, ut innocentes decipere possit,euomere . Plenũ itaq; rõnis æstimo,ut uestra clementia ad longinqora eũ iubeat,& secretiora trãsferri. Monasterio uero eius Cõstantinopoli cõstituto,in quo habitatores ipsius monachi euangelica apostolicaq; doctrina crebrius sunt,& plenius roborãdi,salubriter (ut arbitror) fiet,si is,qui ipsi monasterio p̃positus esse dr̃, à societate ueneratoris uestri Iuliani ep̃i,quem ĩ speculis pp. fidẽ illic esse constitui,nõ recedat,cuius assidua uisitatione,pfectus seruoꝝ Dei illic habitantium, possit augeri.Petitionem autẽ de festiuitate pa-

ſchali gaudeo ita à ueſtra pietate ſuſcepta, ut cōfeſtim Nectarium agētē in rebus Alexādriā mitteret, de errore remouendo, quē ſanctæ memoriæ Theophili conſtitutio uidetur īferre. De qua re (ſicut ſcribere dignamini) qcquid ad pietatis ueſtræ notitiam ꝑlatum fuerit, iubete me noſſe, ut de obſeruantia, quā nō licet eſſe diuerſam, quid potiſſimum ſit tenēdum, eccleſia uniuerſalis agnoſcat. Precor autē qđ ueſtræ noui clementiæ conuenire, ut eos maxime tueamini cōtra oēs inſidias, quos mihi & uræ manſuetudini propter amorem Dei placere cognoſcitis, ut eos Conſtantinopolitanus ep̄s lędendi non habeat facultatem. Data. 17. Calēdas Maij, Etio & Studio uiris clariſſimis conſulibus.

alias, paſchalis gaudij ita noui à ueſt.

EPISTOLA LXIX. EIVSDEM, AD *Anatholium epiſcopum, per Nectarium agentē in rebus directa.*

Si firmo īcōmutabiliq́ꝫ ꝓpoſito, dilectio tua curā gratię cōis habuiſſet, nihil profecto, quod ullā anxietatē tibi ingereret, extitiſſet. Non enī ſinebat ratio, ut eius charitatē ſpernerem, quā amore pacis, & ſtudio reparandæ catholicæ fidei inter ipſa epiſcopatus rudimenta iuuiſſem, optans in eccleſiaſticis curis talem habere conſortem, ut mihi de ſanctis ꝑdeceſſoribus tuis, nec Ioannis ſpecialem, copioſamq́ꝫ doctrinam, nec authoritatem Attici, nec induſtriam Procli, nec fidem beati Flauiani deeſſe ſentirem, & ita ſtudijs tuis uterer, ut nullus auderet, uel fidei catholicæ reſultare, uel Nicænis uenerabilium patrum regulis cōtraire. Sed quum in iniuriā canonum (ut agnoſcis) illa tentata ſunt, q̄ oībus eccleſiis ſcandalū maximū generarēt, quid aptius ac modeſti⁹ facerē q̄ꝫ te primum,

alias, ſpiritualem.

ut ab hac intentione discederes, fraterno animo, missis literis, admonerem? Ad quas quum nõ rescriberes, ipse te à colloquij mei consortio separasti. Denicꝗ inde iam tacui, sed clementissimo nro principi, custodi fidei, frequenti literarꝫ petitione suggessi, ut pro pace ecclesiarum, quam tibi maxime prodesse cognoscis, hæc ꝙ nunc à tua dilectione facta sunt, implerentur. Cui ineffabiles gratias ago, ꝙ secundũ eruditionem spiritus sancti, cuius est uirtute plenissimus, sacerdotali dignatur studere concordiæ, sciens, sibi orationes supplicãtium copiosius profuturas, si famuli unius dñi in nullo sint à ueræ pacis unitate diuisi. Quòd ergo in Constantinopolitana ecclesia quædam in officijs clericorũ correcta significas, ut & Etiũ presbyterꝫ in gratiã tuã, affectionemcꝗ reuocaueris, & Andream archidiaconi actione submoueris, nobis placuisse rescribo, qa existimationẽ tuam (ut optabã) plurimũ erigit, atcꝗ cõmendat. Et merito post correctionem in obliuionem deducitur, quod reprehẽsioni obnoxium uidebatur, quũ hæreticorum, prouectione, & sanctæ memorię Flauiani iniuria grauareris, ꝙ nũc simul ab omni offẽsione, quum tui (ut uolui) laude cessarunt, quia in ordinem suum, quę fuerãt turbatę, redierũt. Andreã sanè, q rationabiliter archidiaconi est priuatus officio, & Eufratam, qui sanctæ memoriæ Flauiani, (ut comperi) improbus extitit accusator, si professiõibus plenissime scriptis, non minus Eutychianam hæresim, cꝗ Nestorianũ execrabile dogma cõdemnãt; qm uenia est præstanda correctis, presbyteros consecrabis, ut sibi remedium catholicæ fidei sentiant pro-

fuisse,electo primitus,& ꝓbato,q archidiaconi officiũ possit implere,id est,quẽ nulla unquam ꝓ dictarũ ĩpietatum fama resperserit. Cæteri uero,quos par reatus inuoluerat,si ueniam simili professione cum satisfactione deposcũt,suis ordinibus reformẽtur,his tm̃ ad officiorũ primatũ admissis,quos ab omni errore liberos fuisse constiterit. Illã autẽ culpam,quam de augenda potestate aliena (ut asseris)adhortatione cõtraxeras,efficacius,atq; syncerius,tua charitas diluisset,si quod tentari sine tua uoluntate non potuit,non ad sola clericorum consilia transtulisses. Quia sicut in mala suasione delinquit̃,ita & in mala consensione peccatur. Sed gratũ mihi (frater charissime) est,ꝙ dilectio tua profitetur sibi displicere,quod tunc etiam placere nõ debuit. Sufficit in grẽ cõis regressu, professio dilectionis tuæ, & attestatio principis Chr̃iani. Nec uidetur tarda correctio,cui tam uenerabilis assertor accessit. Abijciat̃ penitus ĩ cõsessu iuris,q dissensionẽ fecerat appetitus. Sufficiãt limites,quos sanctorũ patrũ ꝓuidentissima decreta posuerũt. Vt qeta sit suis meritis, & antiquis priuilegijs, dignitas omnium sacerdotũ, renouetur,& maneat in te dominicæ charitatis affectio,ad quam dilectionẽ tuã sæpius cohortatus sum,cum fratre,& coep̃o nostro Iulaino, q cõmunem gratiam semper optauit,cuius industria,& solicitudines tuæ releuabuntur,& fides catholica munietur. Super omnia autẽ fraterna charitate hortor& moneo,ut ea, quæ ad gloriam,uel ad munimen pertinent sacerdotalis officij,Nicænorũ canonum uniuersalis ecclesiæ,pacem seruantia,decreta,custodias. Sic enĩ

alias, renocetur.

inter domini sacerdotes inuiolata charitas permanebit, si paribus studijs, quæ sunt à sanctis patribus cõstituta, seruent. Data. 4. Calen. Iunij, Aetio, & Studio, uiris clarissimis cõsulib⁹.

EPISTOLA LXX. BEATI LEONIS *Papæ ad Iuuenalem Hierosolymitanum episcopum.*

Acceptis dilectionis tuæ literis, quas ad me filij nostri Andreas presbyter, & Petrus diaconus detulerunt, gauisus quidẽ sum, ꝙ tibi ad episcopatus tui sedem redire licuisset, sed consluctibus in recordationem oĩbus, q̃ te ꝑ quosdam excessus laborare fecerunt, dolui aduersitatum tuarum temetipsum tibi fuisse materiã, & resistendi hæreticis constantiam ꝑdidisse, q æstimant nõ esse tibi liberum, ut eos audeas redarguere, quos tibi ꝓfessus sis ĩ suo errore placuisse. Beatæ enim memoriæ Flauiani condemnatio, & ĩpiissimi Eutychetis receptio, qđ nisi dñi nr̃i Iesu Christi scđm carnem negatio fuit: quam ipse grãdi misericordia sua fecit resolui, cum detestandum illud Ephesinæ synodi iudicium, ita sancta Chalcedonensis synodi authoritate destruxit, ut nullum deprauatorum à remedio correctionis arceret. Vñ quia in tp̃e ĩdulgentiæ resipiscentiam magis, q̃ꝫ ꝑtinaciam delegisti, ita gaudeo, te cœlestem expetisse medicinam, ut fidei, ab hæreticis ĩpugnatæ, tandẽ possis esse defensor. Quamuis enim nulli sacerdotum liceat nescire, qđ prędicat, qm̃ qui ignorat, ignorabitur, ĩexcusabilior tñ est oĩbus ĩperitis, quilibet Hierosolymis habitans Christianus, qui ad cognoscendam uirtutem euangelij, non solum paginarum eloquijs, sed ipsorum locorum testimonijs eruditur. Et qđ alibi non licet

1. Corint. 14.

alias, tamen est omnibus imperitis imperitior.

non credi,ibi non põt nõ uideri. Quid laborat intellectus,ubi est magister aspectus? Et cur lecta,uel audita sunt dubia,ubi se,& uisui,& tactui tot humanæ salutis ingerunt sacra? Quasi ad singulos quosq; cunctantes dñs adhuc uoce corporea utatur,& dicat: Quid turbati estis, Luce.24.
quare cogitationes ascendunt in corda uẽa? Videte manus meas,& pedes meos,quia ipse ego sum. Palpate & uidete, qa spiritus ossa,& carnem non habet,sicut me uidetis habere. Vtere ergo (frater charissime) inuictissimis catholicæ fidei documentis,& euangelistarum p̃dicationẽ sanctorum locorum,in qbus degis, testificatione defende. Apud te est Bethleem,in qua salutifer Luce.2.
Dauidicæ uirginis partus illuxit,quẽ obuolu- Ibidem.
tum pannis inter angustias diuersorij,præsæpe Matth.2.a,et
suscepit. Apud te est declarata ab angelis, ado- Ibidem.
rata à Magis, & p multorum infantium mortes Luce.2.
ab Herode quæsita saluatoris infantia. Apud te Ibidem.
est,ubi pueritia eius adoleuit,ubi adolescentia Luc.3.
maturauit,& per oĩa incremẽta corporea, in ui Matth.4.
rum p̃fectum ueri hominis natura p̃fecit, non Marc.4.
sine cibo esuritionis,non sine somno q̃etis,non Ioann.11.
sine fletu miserationis,nec sine pauore formidi Matth.26.
nis. Vnus enim atq; idem est, qui & in Dei for Ioan.19.
ma operatus est miracula magna uirtutis, & ĩ Matth.28.
forma serui subijt sæuitiam passionis. Hoc tibi Actu.1.
ipsa crux indesinenter loquitur,hoc lapis clamat sepulchri. in quo dñs humana conditione iacuit,& de quo diuina potentia resurrexit, & cum ad montẽ olyueti,& locum ascensionis uenaturus,accedis,nõne illa uox angelica ĩ tuo resultat auditu,qua eleuationẽ dñi stupentib9, dr. Viri Galilæi,quid statis aspicientes in cœlũ.

hic Iesus qui assumptus est, à uobis in cœlum, sic ueniet quemadmodum uidistis eum eũtem in cœlum. Veram igitur Christi generationem crux uera cõfirmat, quoniam ipse in nostra carne nascitur, qui in nostra crucifigitur, quæ, nullo interueniente peccato, nisi fuisset nostri generis, non potuisset esse mortalis. Vt autem repararet omnium uitam, recepit omnium causam, & uim ueteris chirographi, quod solus inter omnes non debuit, pro omnibus soluendo, uacuauit, ut sicut per unius reatum omnes facti fuerant peccatores, ita per unius innocentiam omnes fierent innocentes, inde in homines manante iustitia, ubi est humana suscepta natura. Nulla enim ratione extra nostri est corporis ueritatem, de quo euangelista prædicationem inchoans dicit: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Et qui Samaritanę mulieri protestatur, qm̃ salus ex Iudæis est, beati Pauli apostoli consonante doctrina, cum dicit: Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Itemq́ ad Timotheum: Memento, inquit, Iesum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid secundum carnem. Hæc autem ueritas quantis & noui, & ueteris testamenti authoritatibus declaretur, pro antiquitate sacerdotij tui, euidenter agnoscis, cum fides patrum & scripta mea ad sanctę memoriæ Flauianum data, quorum mentionem ipse fecisti, adiecta uniuersalis synodi confirmatione sufficiant. Vnde prospicere oportet dilectionem tuam, ne contra redemptionis, ac spei nostræ ineffabile sacramentum, ullus obmurmuret.

Coloss.2. *Roma.5.* *Matth.1.* *Ioan.4.* *Roma.9.* *2.Timot.2.*

Sed si, qui sunt, qui adhuc aut ignorantia caligant, aut peruersitate discordāt, eorum, quorū ĩ ecclesia Dei apostolica fuit, & est clara doctrina, authoritatibus instruantur, & de incarnatione uerbi Dei hoc nos credere, quod illi crediderè, cognoscāt, neq; se extra corpus Dei Christi, in quo cōmortui, & conresuscitati sumus, sua obduratione constituant, quia nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramenti, ut aut in sua essentia passibilis fuerit deitas, aut in nostræ naturæ susceptione mentita sit ueritas. Particulā dñicæ crucis, cū eulogijs dilectionis uṙæ ueneranter accepi. Data pridie nonas Septembris, Etio, & Studio uiris clarissimis consulibus.

EPISTOLA LXXI. EIVSDEM ad Leonem Augustum.

Constantino & Rufo consulibus, circa annum Christi, teste Cassiodoro. 459. Secundum autem Marianum Scotum, ad euangelij ueritatem: 477. Iuxta uero Dionysii cyclum. 455. qui fuit pontificatus Leonis Papæ annus: 18. Hæc epistola scripta est & similiter tres sequentes.

Officijs, quæ ad gratulationem imperij uestri pertinent, persolutis, etiam hanc paginā necessariæ supplicationis adieci, qua catholicæ fidei diuinitus præparatum fauoris uestri posco præsidium. Nam talia in Alexandrina ecclesia perpetrata fratris, & coepiscopi mei Anatholii relatione cognoui, ut omnis Christiana religio sentiat se impeti, atque uiolari, nisi uniuersali fidei uestræ deuotione prospiciatur, & memoratæ ecclesiæ, quæ antea catholicis fuit clara doctoribus, reddatur Christiana libertas, ut cessantibus hæreticorum impugnationibus, euangelica do-

ctrina, q̃ illic ante Dioscorum uiguit, unita cũ totius ecclesię pace reparet. Q̃d opus uirtutib⁹ uestris, glorięq́; cõueniens, celerem, & Deo platum habebit effectum, si apud sanctam Chalcedonensem synodum de dñi Chr̃i incarnatione firmata, nulla pmiseritis retractatione pulsari, quia in illo concilio, per spm̃ sanctum cõgregato, tam plenis atq; pfectis diffinitiõibus cũcta firmata sunt, ut nihil ei regulæ, q̃ ex diuina inspiratione plata est, aut addi possit, aut minui. Hoc autem etiam apud clementiæ uestræ scientiam non ambigimus esse perspicuum, siquidẽ (ut multorũ ante relatione cõperimus) molitiones hæreticorũ, q̃ contra prædictæ synodi authoritatem conabantur assurgere, nihil ex hoc permiseritis audere. Vñ q̃d negandũ illis sponte uidistis, gloriosum uobis est uniuersali ecclesiæ, me suspicante concedere, & incõmutabiliter, perpetuæq́; pręstare, ut q̃ scd̃m euangelium Christi, & prędicationis euangelicæ ueritatem omnibus retro seculis, una fide, unaq́; intelligẽtia roborata sunt, nulla ulterius possint actione conuelli. Prout ergo misericordia Dei, consilio spũs sui, mentem uestrę pietatis instruxerit, sanctæ primitus Alexandrinæ ecclesiæ pacis reparationi consulite, & per catholicos sacerdotes talẽ prouideri iubete pontificem, in quo & in actuum probitate, & in fidei perfectione nihil possit reprehensibile reperiri, ut omnibus rite compositis, eadem ubiq; seruetur prædicatio ueritatis. Data quinto Idus Iunij, Constantino & Ruso uiris clarissimis consulibus.

EPISTOLA LXXII. EIVSDEM AD *Leonem Augustum.*

Licet

Licet proxime ad clemẽtiam uñam gemina scripta direxerim,quorum unũ debitum salutationis iplerer,aliud pro statu ecclesiæ supplicaret,tñ occasione,q̃ Deo prouidente se p̃buit,iterari utrumq; cõuenit.Secundũ ergo fiduciã illã,quam ex Dei inspiratione uniuersali ecclesię præstitistis,ante cuiusquã preces cõstituendo, qđ maxime ab omnibus fuerat expetẽdum,nõ desinimus grãs agere,& ꝓuidentiam Dei in fidei uñæ feruore benedicere,q sancto & catholico spũ,sicut fratris,& coep̃i mei Anatholij sermone cognoui,ita hæreticorum ĩpudentiæ restitistis,ut ꝓfiteremini,ad totius mundi pacẽ Chalcedonensis synodi uos esse custodem.Qđ cum ex uestrę fidei sentẽtia saluberrime diffinitũ sit, quanto studiosius uniuersali ecclesiæ est cõferẽdum,ut tranquillitas fidei Christianæ etiã uño ꝓsit ĩperio,nec improbitas hæretica in aliquo suo molimine glorietur. Cuius pertinax insidiosa contentio illico conquiescet, si Imperiali potestate frenetur. Data Calendis Septembris,Cnnstantino & Ruso consulibus.

EPISTOLA LXXIII. EIVSDEM, *ad eundem Leonem Augustum.*

Literas clementię tuę plenas uirtute fidei,& lumine ueritatis ueneranter accepi,qbus cuperem,etiam in eo, qđ p̃sentiã meã pietas uestra necessarium existimat, obedire, ut maiori fructu cõspectum uñi splẽdoris assequerer, sed magis id uobis arbitror placiturũ,qđ eligendũ ratio demonstrauit.Nã cũ sancto,spũaliq; studio uniuersam pacẽ ecclesię muniatis,nihilq; sit cõuenientius fidei defendẽdę,q̃ his,q̃ per omnia, instruẽte spũ sancto,irreprehẽsibiliter diffinita

sunt inhærere, ipsi quõ uidebimur statuta uel cõ
uellere, et authoritate, quas ecclesia uniuersalis
amplexa est, ad arbitriũ hæreticę petitionis in-
fringere, atq; ita nullũ corrigẽdis ecclesiis mo-
dũ ponere, sed data licẽtia debellãdi, dilatarẽ ma
gis, q̃ sopire certamina. Vñ, q̃a post illas Ephe
sinæ synodi ĩpietates, q̃bus Dioscori scelere fi-
des catholica refutata, p̃uersitas Eutychiana su
scepta est, nihil ad cõfirmationẽ fidei Chr̃ianæ
utilius potuit ordinari, q̃ ut p̃dicti facinus san
cta synod⁹ Chalcedonẽsis aboleret, et tãta illic
haberet cœlestis cura doctrinę, ut nihil cuiusq;
opinione resideret, qđ à p̃dicationib⁹ uel, p̃phe-
ticis, uel apostolicis dissonaret, ea. s. moderatio
ne seruata, ut rebellibus tm̃, ac p̃tinacib⁹ ab ec-
clesiæ unitate reiectis, nulli correcto uenia ne-
garetur. Quid probabilius, quid religiosius po
terit pietas uestra decernere, q̃ ut, q̃ nõ tã hu-
manis, q̃ diuinis sunt statuta decretis, null⁹ ul
tra sinatur ĩpetere, ne uere digni sint Dei mun⁹
amittere, q̃ de ueritate ipsius ausi fuerint dubi-
tare? Cum ergo uniuersalis ecclesia p̃ illius prĩ
cipalis petræ ædificationẽ facta sit petra, & pri
mus apostolorũ beatissimus Petrus uoce domi
Matth. 16. ni audierit: Tu es Petrus, & sup̃ hãc petrã ędifi
cabo æcclesiã meã, q̃s est nisi aut Antixp̃s, aut
diabolus, q̃ pulsare audeat ĩexpugnabilẽ ueri-
tatem, qui in malitia sua inconuertibilis perse-
uerans, per uasa iræ, & suæ apta fallaciæ falso
diligentiæ nomine dum ueritatem se mentitur
inquirere, mẽdacia desiderata seminare, atq; cõ
temnenda, & uitanda merito sibi incontinens
furor, & impietas cæca p̃scripsit, ut diabolico
instinctu, qđ in sanctam Alexandrinã sæuit ec-

clesiam, quales essent q Chalcedonensem synodũ retractari cupiunt, differet, in qua nullo modo accedere potuit, ut à uobis contra sanctam Nicænã synodum sentiretur, qđ hæretici mentiuntur, qui se fidẽ Nicæni concilij tenere cõfingũt, in quo sancti & uenerabiles patres nostri cõtra Arriũ cõgregati, nõ carnem dñi, sed deitatẽ filij Homousion patri esse firmauere, in Chalcedonensi aũt cõcilio aduersum Eutychianam ĩpietatem definitũ est, de substãtia uirginis matris dñm Iesum Chr̃m sumpsisse nostri corporis ueritatẽ. Apud Chr̃ianissimũ principẽ igit, & inter Chr̃i p̃dicatores digno honore numerandũ, utor catholicæ fidei libertate, & ad consortiũ te apostolorꝝ ac pphetarꝝ securus exhortor, ut cõstanter despicias, ac repellas eos, q se Christiano nomine priuauere, nec patiaris impios patricidas sacrilega simulatione de fide agere, quos cõstat à fide deuiare. Cũ eni clemẽtiã tuã dñs tãta sacramẽti sui illuminatione ditauerit, debes incũctãter aduertere, regiam potestatem tibi nõ solũ ad mũdi regimẽ, sed maxime ad ecclesiæ presidium esse collatam, ut ausus nefarios comprimendo, & quæ bene sunt statuta, defendas et ueram pacem his, quę sunt turbata, restituas, depellendo, scilicet, persuasores iuris alieni, & antiquæ fidei sedem Alexandrinæ ecclesiæ reformando, ut correctionibus tuis Dei iracundia mitigata, regiæ ciuitati non retribuat, quę antea admissa sunt, sed remittat. Constitue ante oculos cordis tui, uenerabilis Imperator, omnes, qui per totum orbem sunt, domini sacerdotes, pro ea tibi fide, ĩ qua totius mundi est redemptio, supplicare, in qua te spe-

cialius ambiunt, q apl'icæ fidei sectatores Alexandrinæ ecclesiæ p̃sedere, agentes apud pietatẽ tuam, ne hæreticos hoĩes, & merito pro sua puersitate dãnatos, uti sua psuasione patiamini, cũ siue ĩpietatem erroꝝ aspicias, siue opus ppetrati furoris attendas, non solum ad sacerdotiĩ honorem admitti nequeãt, sed ab ipso Christiano noĩe mereanĩ abscindi. Nam (qđ exorata pietatis urç uenia dixerim) quodã cõtagio splẽdorẽ uestræ serenitatis obfuscãt, cũ sacrilegi patricidæ id audeant petere, qđ nec innocentes liceat obtinere. Oblatæ sunt pietati uestræ p̃ces; quaꝝ exempla uestris literis subdidistis, sed in his, q̃ catholicoꝝ sunt deplorantiũ subscriptio continetur, et qa cã pbabilis est, fiducialiter nomina singuloꝝ, uel dignitas sui honoris aperitur. In illis autẽ, quas orthodoxo principi hęretica porrigere nõ formidauit obreptio, sub incerto confusæ unitatis uocabulo, ideo certũ nomen retrahitur, ne nõ solum paucitas personarum, sed etiam meritũ detegatur. Latere enĩ sibi utile æstimat eoꝝ quãtitas, quoꝝ est & qualitas iudicata, nec ĩcõgrue cuius loci homines sunt, profiteri metuunt, q meruere damnari. In una ergo catholicoꝝ supplicatio continetur, in alia hæreticoꝝ cõmenta pandunĩ. Hic sacerdotum dñi, & totius Christiani populi, ac monasterioꝝ defletur euersio, ibi ĩmaniũ sceleꝝ continuatio demõstratur, ut qđ non licuit audiri, liceat dilatari. Nõ ne pspicuum est, qbus pietas uestra succurrere, & qbus debeat obuiare, ne Alexãdrina ecclesia, q̃ semp fuit domus orationis, spelunca nunc sit latronũ? Manifestum qppe est, per crudelissimã, insanissimamq; sæuitiã

Matth. 21. *Marci. 11.* *Luce. 19.* *1. q. 1. Manifestũ est p trn.*

omne illic cœlestium sacramentorum lumē extinctū. Intercepta est sacrificij oblatio, defecit chrismatis sanctificatio, et patricidalibus manibus īpiorū oīa se subtraxere mysteria. Nec ullo modo ambigi pōt, qd de his decernendū sit, q post nefanda sacrilegia, post sanguinē probatissimi sacerdotis effusum, & cōcremati corporis cinerem, & in cōtumeliam aeris cœliq; dispersum, audent sibi ius puasæ dignitatis expetere, & apostolicæ doctrinę inuiolabilem fidē ad concilia prouocare. Magnū ergo uobis est, ut diademati uestro de manu dñi etiā fidei addatur corona, & de hostibus ecclesiæ triumphetis, quia si laudabile uobis est aduersarum gentium arma cōterere, quanta erit gloria, ab īsanissimo tyrāno Alexandrinā ecclesiam, in cuius contritione omniū Christianorum est iniuria, liberare. Vt autem literæ meæ pietati tuæ colloquiū quasi p̄sentis exhibeant, quicquid de cōi fide fuerā suggesturus, scriptis p̄sequentibus insinuādū esse perspexi. Ac ne huius epistolæ pagina in nimiā longitudinem tēderetur, alijs literis, q̄ assertioni catholicæ fidei cōgruunt, cōprehēdi, ut licet ea, q̄ à sede apostolica sunt p̄dicata, sufficerent, insidias tm̄ hæreticorum etiā hæc, q̄ sunt adiecta, reserarent. Sacerdotalē nāq; & apostolicū tuæ pietatis animū, etiā hoc malū ad iustitiam ultionis debet accēdere, qđ Cōstantinopolitanæ ecclesiæ puritatē pestilenter obscurat, in qua īueniuntur clerici qdam, hæreticorum sensui cōsonātes, & intra ipsa catholicorum uiscera, assertionibus suis hæreticorum partē adiuuātes. In qbus deturbandis, frater meus Anatholius cū nimis benigne parcit, segnior inuenit. Dignamini pro

fide uestra, etiā ecclesiæ istam præstare medicinam, ut tales non solum ab ordine clericatus, sed etiam ab urbis habitatione pellantur, ne ulterius sanctus Dei populus peruersorum hominum contagio polluatur. Cultores autem pietatis tuæ Iulianum episcopum, & Eutychiū presbyterum mea petitione commendo, ut suggestiones eorum pro catholicę defensione fidei placide digneris audire, quia uere sunt eiusmodi, ut fidei uestræ possint per omnia utiles inueniri. Data Calendis Nouembris, Constantino & Rufo uiris clarissimis consulibus.

EPISTOLA LXXIIII. EIVSDEM, *ad Anatholium episcopum Constantinopolitanum.*

Leo episcopus Anatholio epō. Diligentiā necessariæ solicitudinis, quā fraternitas tua in dirigēdis ad nos literis exequitur, approbamus, & acceptis per filium nostrū Olympiū paginis tuis, sacerdotalē in te curā uigere sentimus, cui nos quoq; (q̃tum dn̄s dat posse) nō desumus, exortātes dilectionē tuam, ut q̃a tempus laboris incidimus, in sancta uigilantia perseueres, donec dextera dn̄i faciat uirtutem, & sub pedibus ecclesiæ suæ conterat tentatorem. Cōsolatur etenim nos per omnia p̃parata diuinitus clemētissimi principis fides, quę in eo rursus, sicut oportuit, sum cohortat⁹ alloquio, ut ip̃ꝭissimoꝝ latronū ausibus, districtiore cōstātia faciat obuiari, quos nefas est, tm̄ de suo fauore p̃sumere, ut ēt apud Cōstātinopolim audeāt isanire. Sed hoc, eis ideo diuinæ p̃uidentię rōne p̃mittif, ut magis ac magis, quo spū agitētur, appareat, ne dubitari possit, in quātā essent audaciā p̃rupturi, si post dānationē ip̃ꝭissimae hę

Psalm. 117.

resis, disceptandi cōtra fidē acciperent potestatem, ut, quātum in ipsis est, latius hoc furore sęuirent, quę fratres & coepi nostri, qui ad nos nuper ex Aegypti partibus confugere, se pertulisse deplorāt, qbus & à Christianissimo principe, & à tuæ fraternitatis Deo placita charitate, solatia pietatis impēdi nō ambigerem, etiam si ipse nō scriberes. Opportunū autem credidi, ut ad ipsos quoq; scripta dirigerē, quæ illos possint in cōmunis fidei proposito roborare, et qđ pro patientia sua superna remuneratione mereantur, agnoscerēt. Sicut beatus apostolus docet, dicens: Excipite itaq; illos cū gaudio in domino, & hmōi, cū honore habete, qm̄ ꝑpter fidē Christi usq; ad mortē accesserūt. Illud sanè plurimū mihi displicere significo, qđ inter dilectionis tuæ clericos, quidā esse dicuntur, q adversarioꝝ cōniueant prauitati, & uasa irę uasis misericordiæ misceant. Quibus inuestigandis, & sęueritate cōgrua coercendis debet diligētia tua uigilanter insistere, ita ut his, qbus prodesse nō poterit correctio, nō parcat abscissio. Oportet etenim nos euangelici meminisse mādati quod ab ipsa ueritate ꝑcipitur, ut si nos oculus, aut pes, aut dextera scandalizauerit manus, à cōpage corporis auferatur, qa melius sit, his in ecclesia carere membris, q̄ cū ipsis in ęterna ire supplicia. Nam superfluo extra ecclesiā positis resistimus, si ab his, qui intus sunt, in eis, quos decipiunt, uulneramur. Abijcienda prorsus pestifera hæc à sacerdotali uigore patientia q̄ sibimet, peccatis alioꝝ parcēdo, nō parcit. Sicut Heli quondā sacerdos slioꝝ suorū delicta tolerando, cum ipsis diuinę iustitiæ sententiam

Philip. 2.
24. q. 3. Illud autem sanè.
Matth. 18. & Marc. 9.
alias, Abscidenda.
1. Regum. 2.

meruit experiri, qa segni indulgẽtia, dissimulauit plectere pctõres. Quãtũ itaq; opportunitas inuitat officij, religiosissimũ principẽ dilectio tua studeat frequentare, & non solum regiã, sed et sacerdotalẽ ipsius mẽtẽ, ꝓcibus meis obsecrare ꝑsiste, ut memor cõis fidei, quam spũ sancto docente suscepimus, oĩa hæreticoꝝ machinamenta confringat, neq; quicq; illis in eccclesiis Christi licere patiatur, ne in eorum potestate sint diuina mysteria, quibus in domo Dei, pro scelerum suorum maguitudine, nec habitandi ius residet, nec orandi. Data pridie Idus Octobris, Cõstãtino & Rufo, uiris clariss. cõsulib9.

alias.5.

EPISTOLA LXXV. EIVSDEM *ad Anatholium episcopum per Patricium diaconum missa.*

Leone Augusto & Maiorano Augusto consulibus, circa annum Christi, Cassiodoro teste. 460. secundum autem Marianum Scotum, ad euangelij ueritatem. 480. Iuxta uero Dionysii cyclum. 458. qui fuit pontificatus Leonis Papæ. 20. scripta est præsens epistola, & duæ sequentes similiter.

Lectis dilectionis tuæ literis, quas ꝑ filiũ nostrum Patricium diaconum direxisti, intellexi, tibi studium meæ solicitudinis displicere, qua, scd̃m dñicam charitatem, quã tibi à nobis ipẽdi, experimentis plurimis approbasti, de cauendis his, q cõis fidei aduersarij dicerentur, admonui, ne ad negligentiam rectoris referretur, si qs quã in ecclesia catholica ea prædicare presumeret, quæ hæreticoꝝ sensibus cõuenirent. Quod utrum ueraciter fama iactaret, dilectionis tuæ inquirendum iudicio delegaui. Neq; in aliquo honorẽ tuum læsi, cui discutienda ea, q̃ ad me erant ꝑlata, cõmisi, ut. s. Atticus ꝑsbyter, quem talia audere cognoueram, nisi ꝑfecta se satisfa-

ctione purgasset, & nō solum uoce, hæreticos, sed etiam ꝓpriæ manus subscriptione damnasset, à cōionis grā esset alienus. Qui, scripta mittendo, dubiæ fidei, & professionis incertę cōfirmauit magis, q̄ꝫ diluit, quicqd ad nos de eo fama ꝑtulerat, cum, si cōsciētiam suā uoluisset ꝓbare synceram, nō Eutychen sibi odiosum fuisse, sed ꝙ ꝑfidiā ipsius reprobaret atq; dānaret, debuerat confiteri, qa aliud sunt humanæ, etiā īter catholicos, simultates, aliđ diabolici, quos fides catholica damnat, errores. Et ideo, frater charissime, in nullo debes de nr̄a dilectione dubitare, si prophetæ exēplum sequaris, & dicas. Nōne, qui te oderant, dn̄e, oderam illos, & suꝑ inimicos tuos tabescebam? Per oīa enī uolo te esse certissimū, ꝙ sicut meā existimationē illæsam cupio ꝑmanere, ita opto, te quoq; in omnibus irreprehensibilē reperiri. Prædictus autem Atticus, ut ab omni suspitiōe cōtraria liber appareat, quid in Eutychen anathematizet, ac dānet, euidēter ostēdat, & in dānationem erroris expressi, remota omni dubitatione, subscribat, ita ut Chalcedonensis symboli diffinitionē de fide, cui etiā dilectio tua subscribendo cōsensit, & quā apostolicæ sedis firmauit authoritas, ꝓfiteatur se per oīa seruaturū, adiecta subscriptione propriæ manus, quæ in ecclesia Christiano populo præsente, recitetur, ut pro catholica fide, neq; nos negligētes, neq; ipse ultra suspectꝰ habeatur. Qui si, in eadem prauitate perdurās, pręceptis salubribus parere noluerit, sentētiam synodi Chalcedonensis, cuius diffinitionibus resultat, recipie. Data. 15. Calen. Aprilis, Leone, & Maiorano augg. consulibus.

Psal. 138.

EPISTOLA LXXVI. EIVSDEM *ad Leonem Augustum per Philonem in rebus agentem directa.*

Multo gaudio mens mea exultat in dño, & magna mihi est ratio gloriandi, cũ clemẽtiæ uestræ excellentissimã fidẽ augeri ꝑ oía donis gratiæ cœlestis agnosco, & per incrementa diligentiæ deuotionẽ in uobis animi sacerdotalis experior. Nã in uestræ pietatis alloquijs non dubie patet, qd ꝑ uos ĩ totius ecclesiæ salute spũs sanctus operetur, & quantũ uniuersoꝝ fideliũ precibus sit optandũ, ut in omnẽ gloriam uestrũ extendatur ĩperium, qui supra curã reꝝ tẽporaliũ, religiosæ ꝓuidentiæ famulatũ diuinis, & æternis dispositionibus ꝑseueranter ĩpenditis, ut. s. catholica fides, q̃ humanũ genus sola uiuificat, sola sanctificat in una cõfessione ꝑmaneat, & dissensiones, quæ de terrenaꝝ opinionum uarietate nascuntur, à soliditate illius petræ, supra quam ciuitas Dei ædificatur, abigantur. Hæc autẽ Dei munera ita diuinitus demũ nobis cõferentur, si de his, q̃ ꝑ̃stita sunt, nõ inueniamur ingrati, et tanquã nulla sint, q̃ adepti sumus, cõtraria potius expetamus. Nam quæ patefacta sunt quærere, quæ ꝑfecta sunt retractare, & quæ sunt diffinita, cõuellere, qd aliud est, q̃ȝ de adeptis gratiam non referre, & ad interdictæ arboris cibum, improbos appetitus mortiferæ cupiditatis extẽdere? Vnde, quia ad pacẽ uniuersalis ecclesiæ, & ad custodiã catholicæ fidei, cura dignamini soliciriore respicere, euidenter agnoscitis, q̃ magnis hæreticorũ audetur insidijs, ut inter Eutychis, Dioscoriq́ discipulos, et eum, quẽ apostolica sedes direxerit, diligẽtior, tanq̃ȝ nihil fuerit ante definitum, tra

Alias, solertiorem.

ctat⁹ habeat, & qđ totius mūdi catholici sacer-
dotes ī sancta Chalcedonēsi synodo ꝓbāt, gau *alias,*
dentq́; firmatū, in iniuriā etiā sacratissimi cōci-
lij Nicæni efficiat infirmū. Qđ enī nostris tꝑib⁹
apud Chalcedonā de dñi nostri Iesu Christi ī-
carnatione firmatū est, hoc etiā apud Nicęā my *quo, aut quo*
sticus ille patrū numerus definiuit, ne catholi- *to capitulo nō*
coꝶ cōfessio, aut unigenitū Dei filiū in aliquo *dum certum*
crederet patri īparem, aut eūdē, cum factus est *est.*
filius hominis, nō uerā carnis nostræ, atq; ani-
mæ habuisse naturā. Detestādū ergo nobis est,
ꝑseueranterq; uitandū, qđ fraus hæretica nitit
obtinere, nec in aliquā disceptationē, pie, & ple
ne definita, reuocāda sunt, ne ad arbitriū dāna-
toꝶ, ipsi de his uideamur ambigere, quæ mani
festū est, per oīa propheticis, & euangelicis, &
apostolicis authoritatibus cōsonare. Vnde, siq
sunt, qui ab his, q̃ cœlitus sunt cōstituta, dissen
tiūt, suis opinionibus relinquāt, & ab unitate
ecclesię, cū ea, quā elegere, ꝑuersitate, discedant,
Nā, nullo modo fieri pōt, ut q diuinis audēt cō
tradicere sacramētis, aliqua nobis cōione sociē
tur. Iactēt se in sui eloquij uanitate, & de argu-
mētationū suarū uersutia, quę inimica est fidei,
glorient, nobis placet, apostolicis obedire p̄ce-
ptis, dicētib⁹: Videte, ne qs uos decipiat, ꝑ phi-
losophiā, & inanē seductionē hominū. Nam se *Coloss.2.*
cundū eundē apostolū, si q̃ destruxi, hæc ædifi- *Galat.2.*
co, p̄uaricatorē me cōstituo, & eis me ultionū
cōditionibus subdo, quas non solū authoritas
beatę memorię principis Martiani, sed etiā ego
mea cōsensione firmaui. Quia sicut sancte, uera *alias, audistis*
citerq́; dixistis, ꝑfectio incrementū, & adiectio
nem plenitudo nō recipit. Vñ cum sciam, te, uę

nerabilis princeps, syncerissimo ueritatis lumine ibutũ, in nulla fidei parte nutare, sed sancto pfecto'q; iudicio à prauis recta discernere, & à refutãdis amplectenda diuidere, obsecro, ne humilitatem meã de diffidentia putes esse culpandã, cũ hæc mea cautio non solum uniuersali ecclesiæ consulat, sed etiã tuæ gloriæ famuletur, ne sub imperij tui tpe, & hæreticoꝝ aucta uideatur ĩprobitas, & catholicoꝝ pturbata securitas. Quãuis ergo multũ p oĩa de pietatis uræ corde confidã, & per inhabitantem in uobis spiritum Dei, satis uos instructum esse perspiciam, ne fidei uræ ullus possit error illudere, pceptioni tñ uestræ, in eo adnitar obedire, ut aliquos de fratribus meis dirigã, qui apud uos psentiæ meæ instar exhibeant, &, q̃ sit apostolicæ fidei regula, licet (ut dixi) uobis bene sit nota, demõstrẽt, patefacientes in oĩbus, & probantes, non esse omnino inter catholicos cõputandos, qui definitiones uenerabilis synodi Nicænæ, uel sancti Chalcedonensis concilij regulas non sequunt, cum utrorũq; sancta decreta, ex euangelico, & apostolico sit manifestũ fonte prodire, & quicquid non est de irrigatione Chri, poculi esse ui perei. Prænoscat igitur pietas uestra, uenerabilis imperator, hos, quos spondeo dirigẽdos, nõ ad cõfligendum cum hostibus fidei, nec ad certãdum cõtra illos, à sede apostolica pfecturos; quia de rebus, & apud Nicæam, & apud Chalcedonam (sicut Deo plauit) definitis, nullũ audemus inire tractatum, tanq; dubia, uel infirma sint, q̃ tanta per spm̃ sanctum fixit authoritas. Instructioni autẽ paruulorum nr̃orum, qui post lactis alimoniam, cibo desiderãt solidiore

ſatiari, miniſterij nr̄i præſidium non negamus. Et ſicut ſimpliciores non ſpernimus, ita à rebel libus hæreticis abſtinemus, memoras pręcepti dn̄ici, dicētis: Nolite dare ſanctū canibus, neq; miſeritis margaritas ueſtras an̄ porcos. *Matth. 7.* Nimis quippe indignum, nimiſq́ iniuſtū eſt, eos ad libertatem diſceptationis admitti, quos ſignificat ſpiritus ſanctus per prophetā, dicens: Filij alieni mentiti ſunt mihi. *Pſal. 17.* Qui etiā, ſi euāgelio nō reſiſterent, de illis tn̄ ſe eſſe monſtrarent, de quibus ſcriptum eſt: Deum ſe profitentur ſcire, factis autem negant. *Titum. 1.* Clamante adhuc iuſti Abel ſanguine, aduerſum ĩpium Chain, qui increpatus à dn̄o, non requieuit ad pœnitēdū, ſed exarſit ad cædem, *Gene. 4.* Cuius uindictam ſic dn̄i iudicio uolumus reſeruari, ut ĩprobus prædo & parricida crudelis in ſeipſum recidat, & noſtra non teneat. Neq; ſanctæ eccleſiæ Alexandrinæ lamentabilem captiuitatem patiamini ulterius prolongari, cui oportet fidei ur̄æ, iuſtitiæq́ pręſidio, ſuam reſtitui libertatem, & per oēs Aegypti urbes dignitas patrū, & ius ſacerdotale reparetur. Data undecimo Calēdas Aprilis. Leone & Maioriano Auguſto conſulibus.

EPISTOLA LXXVII. EIUSDEM

ad Nicetam epiſcopum Aquileienſem.

Leo epiſcopus Nicętę Aquileien. ep̄o ſalutē. Regreſſus ad nos filius meus. Adeodatus, diaconus ſedis nr̄ę, dilectionem tuā popoſciſſe memorauit, ut de his, à nobis authoritatē apoſtolicæ ſedis acciperes, q̄ quidē magnam difficultatem dijudicationis uidenē afferre. Sed pro inſpectione tēporalium neceſſitatum adhibenda curatio eſt, ut uulnera, q̄ hoſtilitatis aduerſitā- *alias, aduerſione.*

te illata sunt, religionis maxime ratiōe sanenť.

Quod debeant fœminæ, quæ, captis uiris, nupserant alijs, regressis de captiuitate uiris prioribus copulari, ut quod suum est, unusquisque recipiat. Cap. 1.

34. q. 1 & 2. Cum per belli cam. Et in decret. Iuo. lib. 6. alias, solicitudine.

Cum ergo p̱ bellicā cladē, & p̱ grauissimos hostilitatis īcursus, ita q̄dā dicatis diuisa ēē cōiugia, ut abductis ī captiuitatē uiris, fœminę eorum remanserint destitutæ, q̄ uiros p̱prios, aut īterēptos putarint, aut nunquam à dominatione crediderint liberādos, & ad alioꝝ cōiugiū, solitudine cogēte, transierint. Cumq́ nūc statu reꝝ, auxiliante dn̄o, in meliora cōuerso, nōnulli eoꝝ q̄ putabanť perijsse, remeauerint, merito charitas tua uidetur ambigere, quid de mulieribus, quæ alijs iuncta sunt uiris, à nobis debeat ordinari. Sed quia nouimus scriptum, q̄ à Deo iungitur mulier uiro, & iterum p̄ceptum agnouimus, ut quod Deus iunxit, homo non separet, necesse est, ut legitimarum fœdera nuptiarum reintegranda credamus, et remotis malis, quæ hostilitas intulit, unicuiq; hoc, quod legitime habuit, reformetur, omniq́ studio procurandū est, ut recipiat unusquisq;, q̄d p̱prium est.

Prouerb. 19. Matth. 19.

Quod non probetur esse culpabilis, qui uxorem captiui in matrimonium uidetur esse sortitus. Cap. 2.

Nec tamen culpabilis iudicetur, et tanq̄ alieni iuris persuasor, qui p̱sonam eius mariti, qui iam nō esse ęstimabatur, assumpsit. Sic enī multa, quæ ad eos, qui in captiuitatem ducti sunt, pertinebant, ī ius alienum transire potuerunt, & tamen plenum iustitiæ est, ut hisdē reuersis propria reformētur. Quod si in mancipijs, uel in agris, aut etiam in domibus, ac possessionibus rite seruatur, quantomagis in cōiugiorum

reintegratione faciendum est, ut qđ bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformet.

Vt si uiri de captiuitate regressi, intemperantia uxoris offensi non fuerint, & uoluerint eas in coniugium recipere, liberam habeant facultatem. Cap. 3.

Et ideo, si uiri post longam captiuitatem reuersi, ita in dilectione suarum coniugum perseuerant, ut eas cupiant in suum redire consortium, omittendum est, & inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit, & restituendum, quod fides poscit.

Vt si mulieres ad priores maritos redire noluerint, uelut impiæ, ecclesiæ communione priuandæ sunt. Cap. 4.

Si autẽ aliquæ mulieres ita posteriorũ uirorũ amore sunt captæ, ut malint his cohærere, q̃ in legitimũ redire cõsortiũ, merito sunt notandæ, ita ut ẽt ecclesiastica cõione priuent̃, qa inexcusabiliter cõtaminationẽ criminis elegerũt, ostẽdentes, sibimet p̃ sua incõtinentia placuisse, qđ iusta remissio potuit expiare. Redeant ergo in suum statũ uoluntaria reintegratione cõiugia, neq; ullo modo ad opprobrium malæ uoluntatis trahat̃, qđ cõditio necessitatis extorsit, qa sicut hæ mulieres, q̃ reuerti ad uiros suos nolũt, ĩpie habendæ sunt, ita illæ, q̃ in affectum initũ ex Deo redeunt, merito sunt laudandę iudicio.

alias, quæ de re excusabili.

Captiuis, aut terrore, aut fame, nõ ueneratione, cibos immolatitios edere compulsis, pœnitentia concedenda est. Cap. 5.

De his autem Christianis, qui inter eos, à q̃bus fuerant captiuati, immolaticijs cibis asseruntur esse polluti, consulationi charitatis tuæ hoc etiam respondẽdum esse credidimus, ut pœnitẽtiæ satisfactione purgẽt̃, q̃ non tam tẽporis lõgitudine, q̃ cordis cõpunctione pẽsanda est.

Et siue hoc terror extorserit, siue fames suaserit nō dubitet abolēdū, cū hmōi cibus p metu, aut īdigētia, nō p religiōis ueneratiōe sit sumptus.

Quod hi, qui ad iterationem baptismi, uel ui, uel terrore, coacti, animos inclinarunt, sint subleuandi remedio, ita ut senilis aetatis, periculorum quoque, & aegritudinum, caeterarumq; necessitatum, habeant solicita consideratione respectum. cap. 6.

His uero, de quibus dilectio tua sibi nos credidit consulendos, qui ad iterādū baptismum uel metu coacti sunt, uel terrore traducti, & nunc se contra catholicae fidei sacrm egisse cognoscunt, ea custodienda est moderatio, qua in societatem nostram, nō nisi p poenitentiae remedium, & p īpositionem episcopalis manus cōmunionis recipiāt unitatē, tpis poenitudinis habita moderatione, tuo cōstituenda iudicio, put conuersorū aīos pspexeris esse deuotos, pariter etiam habens senilis aetatis intuitum, & periculorū quorumq;, aut aegritudinis, respiciens necessitates, in quibus, siquis ita grauiter urgeatur, ut, dum adhuc poenitet, de salute ipsius desperetur, oportet, ei per sacerdotalem solicitudinem communionis gratia subueniri.

26.q.7. Tempora poenitudinis. *alias, prospexeris.* *alias, inspexeris,*

Ut hi, qui ab haereticis baptizati sunt, sola sancti spiritus inuocatione firmentur. cap. 7.

Nam hi qui baptismum ab haereticis acceperunt, cum baptizati antea non fuissent, sola inuocatione spiritus sancti p īpositionē manuum confirmandi sunt, quia formam tm̄ baptismi sine sanctificationis uirtute sumpsere. Et hanc regulam (ut scitis) seruandam, omnibus ecclesiis praedicamus, ut lauacrum semel initū nulla iteratione uioletur, dicente apostolo: Vnus dn̄s, una fides, unū baptisma. Cuius ablutio nulla iteratione

1.q.1. Hi qui baptisma. *1. q. 1. Hanc regulam.* *Ephe.4.*

iteratione temeranda est, sed (ut diximus) sola sanctificatio sancti spūs inuocanda est, ut qđ ab hęreticis nemo accipit, à catholicis sacerdotib⁹ cōsequatur. Hanc autē epistolā nr̄am, quam ad consultationem tuæ fraternitatis emisimus, ad omnes fratres, & comprouinciales tuos episcopos facies puenire, ut omnium obseruantiæ data psit authoritas. Data duodecimo Calendarꝝ Aprilium, Maiorano Aug. primum consule.

EPISTOLA LXXVIII. EIVSDEM *ad uniuersos episcopos per Campaniam, Samnium, & Picenum constitutos.*

Recimero & Patritio consulibus, circa annum Christi, teste Cassiodoro. 461. Secundum autem Marianum Scotum, ad ueritatem euangelij. 481. iuxta uero Dionysii cyclum. 459. qui fuit annus pontificatus Leonis Papæ. 21. scripta fuit hæc epistola.

Vt non omni tempore baptismi regeneratio detur, sed tantū in Pascha & Penthecoste, nisi periculo infirmitas obrepserit. c. 1.

Leo uniuersis episcopis p Cāpaniam, Samnium & Picenum cōstitutis. Magna īdignatione cōmoueor, & multo dolore cōtristor, quod quosdā ex uobis ita cōperi esse apostolicæ traditionis oblitos, & studio sui erroris intentos, ut p̄ter paschæ festum, cui sola penthecostes solennitas cōparatur audeant sibimet, nō aliqua humanæ infirmitatis necessitate cogente, sed sola indisciplinati arbitrij libertate, ius baptismatis uēdicare, & in natalibus martyrum, quorꝝ finis aliter honorandus est q̄ꝫ dies dn̄icę passionis, regenerationis celebrare mysteria, ac sine ullis spūalium eruditionibus p̄parationū, ita rudibus, & īperitis tradere sacr̄m, ut circa renouandos, nihil doctrina ecclesiastica, nihil ī exorcismis īpositio manuū, nihil ipsa ieiunia, qbus

alias, Paschalem festiuitatem.

uetus hõ destruit, operent, neq; in tanto myste-
sterio salutis humanæ, nulla ei⁹ diei habeat ex-
ceptio, quo ipsum donũ est cõditum renascẽti-
bus. Admonemus igit, & nõ sine periculo sta-
tus eorũ, q hęc faciunt, ꝓtestamur, ut ab hac ꝑ-
sumptione cessetur, & summã hanc potentissi-
mamq; Dei grãm, nõ nisi in paschali, & pente-
costes die desiderantibus, & credẽtibus cõfera
tis, manente quolibet tpe grauium necessitatũ,
ac periculorũ cõsideratione, scdm quam opor-
teat subuenire, cõditione mortali coarctata, ĩfir
mitas necessaria liberatione fraudet, cũ seruata
(sicut ꝑlocuti sumus) duarũ tñmodo festiuita
tum reuerẽtia, pp multa pericula sit cauẽdum,
ne cuiq; aut indesperata ægritudine, aut in ho-
stilitatis ĩcursu, aut in timore naufragij, per sa-
cerdotum dñi regeneratio denegetur. Siquis ue
ro post hoc interdictum, in eadem fuerit usur-
patione detectus, dignam pertinaciæ suæ inci-
det ultionem, quoniam ostẽdit se turpe potius
lucrum, quàm religionis cultum esse sectatũ.

alias, tot mysterijs. *alias, renascẽdi.*

De pœnitẽtia fidelium, ut confessio eorum nõ publicetur. c. 2.

Illam etiã, cõtra apostolicã regulam, ꝑsum-
ptionẽ, quã nuꝑ agnoui à qbusdã illicita usur-
patione cõmitti, modis oĩbus cõstituo submo
ueri (de pœnitentia uidelicet, q̃ ita à fidelib⁹ po
stulat) ne de singulorũ peccatorũ genere, libellis
scripta ꝓfessio publice recitet, cũ reatus cõsciẽ-
tiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari, cõ-
fessiõe secreta. Quãuis. n. plenitudo fidei uidea
tur esse laudabilis, q̃ pp Dei timorem apud ho
mĩes erubescere nõ ueret, tñ, qa nõ oĩum hmõi
sunt pctã, ut ea, q̃ pœnitẽtiam poscunt, non ti-
meant publicare, remoueat tam ĩprobabilis cõ

De pœnitẽtia dis. 1. Quãuis plenitudo.

suetudo,ne multi à penitentiæ remedijs arceantur,dũ aut erubescũt,aut metuũt,inimicis suis sua facta referare,q̃bus possunt legum cõstitutione ꝑcelli. Sufficit eñi illa cõfessio, q̃ primum Deo offertur, tunc etiã sacerdoti,q̃ pro delictis pœnitentium p̃cator accedit. Tunc enim demũ plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, si populi auribus nõ publicetur conscientia confitẽtis. Datũ.2.nonas Martij. Recimero cõsule.

De pœnitentia, dist.1. Suf ficit pœnitẽti.

RELIQVARVM EPISTOLARVM,

quæ carent uel data, uel consulibus, situatio & ordo, quia latet ob dictam causam, relinquitur alij cuicunque in posterum diligentius scrutanti, uel melius collectorem sentienti. Nihilominus continuatur numerus epistolarum, etiam circa sequentes, quatenus lectori facilius commodiusq; occurrant cum aliquam earum ipsum quærere contigerit.

EPISTOLA LXXIX. EIVSDEM

ad Dioscorum Alexandrinum episcopum.

Leo ep̃s Dioscoro ep̃o Alexandrino salutẽ. Quantũ dilectioni tuæ dñicæ charitatis ĩpẽdamus affectũ,ex hoc poteris approbare, q̃ tua firmius desideramus fundare initia,ne q̃d charitati tuæ ad perfectionem deesse uideatur,quũ tibi specialis gratiæ merita (ut ꝓbauimus) suffragentur. Paterna igĩt & fraterna collatio debet sanctitati tuæ esse gratissima, & à te taliter suscipi,quẽadmodũ à nobis eam intelligis ꝓficisci. Vnũ eñi nos sentire oportet,et agere,ut (sicut legimus) in nobis quoq; unum esse cor,& anima,comprobetur. Quum enim beatissimus Petrus apostolicum à dño acceperit pricipatũ, & Romana ecclesia in eius ꝑmaneat institutis, nefas est credere,q̃ sanctus discipul⁹ eius Marcus,qui Alexandrinã primus ecclesiam guber-

alias, festinamus.

alias, spiritualis.

Acto.4. 24.q.1. Cum beatissimus.

nauit,aliјs regulis traditionũ ſuarꝝ decreta formauerit,quum ſine dubio de eodem fonte gratiæ unus ſpirit⁹ fuerit & diſcipuli & magiſtri, nec aliud ordinat⁹ tradere potuerit,q̃ qđ ab ordinatorẽ ſuſcepit. Nõ ergo patimur,ut quũ uni⁹ nos eẽ corpis & fidei fateamur,ĩ aliq̃ diſcrepem⁹ et alia doctoris,alia diſcipli ĩſtituta uideãt.

De ordinatione presbyteri, aut diaconi, ut ſabbato ſancto celebretur, id eſt, die dominico. Cap. I.

Quod ergo á patribus noſtris ꝓpenſiore cura nouimus eſſe ſeruatum,à uobis quoq; uolumus cuſtodiri,ut nõ paſſim diebus oĩb⁹ ſacerdotalis uel leuitica ordinatio celebreť, ſed poſt diem ſabbati eiuſq; noctis,q̃ in prima ſabbati luceſcit,exordia delegantur,hoc eſt, ſub lege diuini officij ſubſtituãtur,in q̃bus his,q cõſecrãdi ſunt,ieiunis,& à ieiunatib⁹ ſacra benedictio cõferatur. Qđ eiuſdem obſeruãtiæ erit, ſi mane ipſo dñico die continuato ſabbati ieiunio celebretur,à quo tpe p̃cedentis noctis initia nõ recedunt,quam ad diem reſurrectionis,ſicut etiã in paſcha dñi declaratur,pertinere,nõ dubium eſt. Nam p̃ter authoritatem cõſuetudinis, quã ex apoſtolica nouimus uenire doctrina,etiã ſacra ſcriptura manifeſtat,ꝙ quum apoſtoli Paulum & Barnabã ex p̃cepto ſpũs ſancti ad euãgelium gentibus mitterent p̃dicandum, ieiunãtes & orantes,ĩpoſuerunt eis manus,ut intelligamus,quanta & dantium & accipiẽtium deuotione curãdũ ſit,ne tantæ bñdictionis ſacrm̃ negligenter uideať ĩpletum. Et ideo pie & laudabiliter apoſtolicis morem geſſeris inſtitutis, ſi hanc ordinãdorꝫ ſacerdotum formam per eccleſias,q̃bus dñs p̃eſſe te uoluit,etiam ipſe ſer-

In decre. Iuonis lib. 3.
Acto. 13.

uaueris, ut his, qui cõsecrandi sunt, nunquam bene dictio nisi in die resurrectionis dñicæ tribuatur, cui à uespera sabbati initium cõstat à scribi & tantis diuinarum dispositionum mysterijs consecratum, ut quicquid est à dño insignius cõstitutũ, in huius diei dignitate sit gestum. In hac mũdus sumpsit exordium, in hac, per resurrectionem Chri, & mors interitum, et uita accepit initium. In hac apostoli à dño pdicandi oĩbus gẽtibus euangelij tubam sumunt, & inferẽdũ uniuerso mundo, sacrm regenerationis accipiunt. In hac (sicut beatus Ioannes euangelista testatur) cõgregatis in unum discipulis, ianuis clausis, quum ad eos dñs introisset, insufflauit, et dixit: Accipite spm sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum detinueritis, detenta erunt. In hac denique, pmissus à dño apostolis spũs sanctus aduenit, ut cœlesti quadam regula insinuatum, & traditum nouerimus, in illa die celebrãda nobis esse mysteria sacerdotaliũ bñdictionũ, ĩ quo collata sunt oĩa dona grarũ. Ioan.20. Ioã.14.et.16.

De festiuitatibus, ut si una agenda populis non suffecerit, nulla sit dubitatio iterari sacrificium. Cap. 2.

Vt autem in oĩb9 obseruantia nra cõcordet, illud quoque uolumus custodiri, ut quum solennior festiuitas cõuentum populi numerosioris indixerit, et ad eam tanta multitudo cõuenerit, quã recipere basilica simul una nõ possit, sacrificij oblatio indubitanter iteretur, ne, his tm ad missis ad hanc deuotionem, qui primi aduenerint, uideantur hi, qui postmodũ confluxerint, non recepti, quum plenum pietatis atque rõnis sit, ut quoties basilicam, in qua agitur, psentia nouæ plebis ĩpleuerit, toties sacrificium subse-

De cõs. dist. v. Necesse est. quens offeratur. Necesse est aũt, ut q̃dã pars populi sua deuotione priuet, si uni⁹ tm̃ missæ more seruato, sacrificium offerre nõ possint, nisi q prima diei parte conuenerint. Studiose ergo, dilectionẽ tuã & familiariter admonemus, ut qđ nostræ cõsuetudini ex forma paternæ traditionis insedit, tua quoq; cura non negligat, ut per oĩa nobis & fide & actibus congruamus. Propter quod remeanti filio nostro Possidonio p̃sbytero, hanc ad fraternitatẽ tuã epistolam dedimus perferendam, q nostris prçcessoribus, atq; ordinationibus frequenter interfuit, & toties admissus, quid in omnibus apostolicæ authoritatis teneremus, agnouit. Data Calen. Iulijs. alias, ad nos missus.

EPISTOLA LXXX. EIVSDEM ad Iulianum Coen. episcopum.

Leo epus Iuliano Coen. epõ. Literas dilectiõis tuæ, quas per filium meũ uirum illustrẽ Isichium direxisti, eo tpe accepi, quo recẽtioribus epistolis tuis iterata iam occasione responderam. Vnde qa etiam in his alloquijs tuis, eadem de impĳssimis hæreticis iusto dolore conquestus es, congruum fuit, quoad scribẽdi opportunitas extitit, non tacere. In causa itaq; fidei, qcquid pro nostro officio oportuit, ac potest, iuuante dño, & solicite, & libenter exequimur, ut euãgelio irreprehẽsibiliter seruiamus, ne per desidiam nostram, ulla pars ecclesiæ catholicç neglecta uideat. Propter quod, sicut omnibus notum est, nõ destiti laborare, ut manifestata, atq; defensa incarnationis dñicç ueritate, omnis fraternitas, qd ubiq;, secundum doctrinam apostolicam, & tenendum, & docendum esset, agnosceret, accedente gloriosissimorum

principum ſtudio diuinitus inſpirato, ut in ciuitate Chalcedonenſi ſynodo cōgregata, hæretica damnaret̃ ĩpietas, ne uel quiſq; ſectator Neſtorij, uel ullus diſcipulus Eutychis liberū poſſit cum catholicis habere cōſortium, cum (q̃d ad ſancti concilij authoritatem pertinet) nulla uſquam remãſerit diſcordia. Siq aũt ſua obduratione cæcati, ita in reprobi ſenſus amentiam tranſierunt, ut mallent furere, q̃ ſanari, ad imperialem pertinet poteſtatem, ut perturbatores eccleſiæ pacis, & reipublicæ, q̃ Chr̃ianis principibus merito gloriat̃, inimici ſolicitius cōprimant̃. Vt autē ĩperialis eſt (ut diximus) poteſtatis, tumultus publicos, ac ſeditiones ſacrilegas ſæuerius coercere, ita authoritatis eſt ſacerdotalis, monachis prędicãdi aliquam contra fidem licentiam non præbere, & omni uirtuti reſiſtere, ne ea, quæ ad ſacerdotes ptinent, ſibi audeãt uēdicare. Vñ miramur, fratrē Thalaſium ep̃m, quod Georgio (neſcio cui) q præſumendo illicita, & propoſitum monachi, et nomen amiſit, ſcribendi, uel p̃dicandi aliquam permiſerit facultatem. Ad quem ep̃m (ſi dilectioni tuæ uiſum fuerit) ex hac parte cōpetentia ſcripta mittamus. Agat itaq; fraternitas tua opportunis ſuggeſtionibus, ut clementiſſimus princeps, q̃ dño ſint placitura, præcipiat, & incẽtores cruẽtaq; ſeditionum iubeat competentius coerceri, ut nec illi impuniti ſint, quorum manus ſcelera ppetrarunt, nec illi, q talium utunt̃ ĩſania. Si autem inquiſitio iudiciaria, & cōfeſſio reorum ad eas pſonas peruenit, quarum uel cōſilio, uel ĩpulſu mala tãta cōmiſſa ſunt, nullius fauoris eis præſtãda ſunt ſolatia. Quantum enĩ melio-

ra de ipſis ſunt credita, tm̄ ſunt amplius deteſtandi, quorum nunc ĩpietas, q̃ p̱ hypocriſim fuerat uelata, detegit̃. Et ideo agat Chriſtianiſſimus, & pijſſimus Imperator, quod paci eccleſiaſticæ intelligit profuturum. Quem ſuperna inſpiratione ita inſtruendum eſſe confide, ut & diſciplina inquietos reuocare, & à ſanguine eorum iubeat abſtineri, quamuis nil ultionum non mereantur ſubire, qui auſi ſunt, et diuinis, & humanis conſtitutionibus repugnare.

EPISTOLA LXXXI. EIVSDEM, *ad Paleſtinos.*

Leo ep̄s uniuerſis epiſcopis per Paleſtinam conſtitutis. Solicitudini meæ, quam uniuerſali eccleſiæ, oĩbusq́; eius filijs debeo, multorum relatione patefactum eſt dilectionis ueſtræ animis, q̃ddam offenſionis illatum, dum aut ĩperiti (ut apparet) ĩterpretes, aut maligni q̃dã uos aliter intelligere, quam à me ſunt prędicta, fecerunt, non ualentes in Græcum eloquium apte, & ꝓprie latina transferre, cum in rebus ſubtilibus, & difficilibus explicandis, uix ſibi etiã in ſua lingua diſputator q̃ſq; ſufficiat. Quod tm̄ apud me eo proficit, ut dum ea, q̃ catholica fides reſpuit, ĩprobatis, intelligamus uos ueris amiciores eſſe, quã falſis, & id merito refutare, quod ex antiquæ inſtitutione doctrinæ etiã ipſe Eutyches deteſtatur. Quamuis .n. ep̄la mea, ad ſanctæ memorię Flauianum ep̄m data, ſatis ſibi ad manifeſtationem ſui ipſa ſufficiat, neq; ĩ aliquo, aut purgationis, aut expoſitionis indigeat, & alia tñ, cum eadem, mea ſcripta cõcordant, in q̃bus ſilr̄ p̄dicationis meę ſenſus ĩ aperto eſt. Neceſſitatem .n. habens cõtra hæreticos,

qui multos Chri pplos cõturbauerant, differẽdi, & clementissimis principibus, & sancto cõcilio synodali, & Cõstantinopolitanæ ecclesię, quid de incarnatione uerbi, scdm euãgelicam, apostolicamq́ doctrinam deberem⁹ sapere ac sentire patefeci, & ĩ nullo à sanctorum patrum confessione discessi, quia una est, uera, singularis, perfecta, inuiolabilis catholica fides, cui nihil, addi, nec minui põt. Quam Nestorius pri⁹, & nunc Eutyches, diuersa quidẽ assertione, sed simili ĩpietate impugnare conati sunt, et ecclesię Dei duas hæreses sibimet cõtrarias inferre tentarunt, ut uterq; à discipulis ueritatis merito damnaretur, quia ĩsanum nimis & sacrilegum fuit, quod uaria falsitate ambo sensere. Anathematizetur ergo Nestorius, qui beatum uirginẽ Mariam hominis, tm̃modo credidit genitricẽ ut aliam personã carnis, aliam faceret deitatis. Nec unum Chr̃m in uerbo Dei, & carne sentiret, sed separatim & seiunctim alium filiũ Dei, alium hominis p̃dicaret, quum manẽte illa incõmutabilis uerbi essentia, q̃ ei cum p̃re & spiritu sancto intẽporalis atq; coæterna est, ita intra uirginea uiscera uerbum caro sit factum, uti uno conceptu, unoq́ partu eadem uirgo, secundum unionem utriusq; substantiæ & ancilla dñi esset & mr̃. Quod etiam Elisabeth (sicut euangelista declarat) intellexit et dixit: Vñ hoc mihi, ut ueniat mater dñi mei ad me? Eutyches quoq; eodẽ percellatur anathemate, qui per impios ueterum hæreticorum uolutatus errores, tertium Apollinaris dogma delegit, ut negata humanę carnis atq; aĩæ ueritate, totũ dñm nostrum Iesum Chr̃m unius asserat esse naturæ,

Luce.1.

tanquam uerbi deitas ipsa se in carnē, animamque cō uerterit, & concipi ac nasci, nutriri, ac crescere, crucifigi, ac mori, sepeliri, ac resurgere, & ascendere in cœlū, & in patris dextera, unde ad iudicandos uiuos & mortuos ueniet, cōsidere, eius tamen essentiæ fuerit, quod nihil horum in se, sine carnis ueritate recipit, quoniam natura unigeniti natura est patris, natura est spūs sancti, simulque impassibilis, simul est incōmutabilis, sempiternæ trinitatis indiuisa unitas, & cōsubstantialis æqualitas. Vnde si ab Apollinaris puersitate hæreticus iste descisciτ, ne cōuincatur deitatē passibilē sentire, atque mortalem, & tamen uerbi incarnati, id est, uerbi & carnis unam audet pronunciare naturā, non dubie in Manichæi & Marcionis transit isaniā, & mediatorē Dei & hominū hoīem Iesum Chrm simulatorie oīa credit egisse, nec humanum in ipso corpus, sed phantasticā corporis speciē oculis apparuisse cernentiū. Quæ impietatis mēdacia, quoniam olim fides catholica detestatur, & talium sacrilegia, concordibus per totum mūdum beatorum patrum sunt damnata sententijs, quicunque illi sunt ita obcæcati, & à lumine ueritatis alieni, ut uerbo Dei à tempore incarnationis, humanam, id est, nostram negent inesse naturam, ostendant, in quo sibi Christianum nomen usurpent, & cum euangelio ueritatis, qua ratione concordent, si per beatæ uirginis partū, aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari nō potest, quod uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, ita negari nō potest, quod deus erat ī Chrō, mūdum recōcilians sibi. Quæ autē recōciliatio esse potest, qua humano generi propitiaretur

Ioan. 1.

2. Corinth. 5.

deus,nisi oīm causam mediator Dei hominūq; susciperet? Qua uero ratione ueritatem mediatoris impleret,nisi qui ī forma Dei æqualis est patri,in forma serui particeps esset & nr̄i ? ut p unū nouū hoīem fieret renouatio uetustatis,& mortis uinculū,unius p̄uaricatione cōtractū, unius morte,q solus morti nihil debuit, solueret? Effusio .n.pro iniustis sanguinis iusti,tā potēs fuit ad priuilegiū,tā diues ad pretium, ut si uniuersitas captiuorꝝ in redemptorē suum crederet,nullū tyrannica uincula retinerēt,qm̄(sicut apl̄us ait) ubi abundauit pcm̄,superabundauit & gr̄a. Et quum sub peccati p̄iudicio nati potestatē acceperint,ad iustitiā renascēdi,ualidius factum est donū libertatis, q̄ debitū seruitutis. Quam itaq; sibi in huius sacri pręsidio spem relinquunt,qui in saluatoris nr̄i corpore negant humanæ substantiæ ueritatem? Dicant, quo sacrificio reconciliati,dicāt, quo sanguine sint redēpti? Quis est, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationē & hostiam Deo, in odorē suauitatis? Aut qđ unquam sacrificium sacratius fuit,q̄ quod uerus pontifex altari crucis, per imolationem suæ carnis imposuit? Quamuis enim multorum sanctorum in conspectu domini pretiosa mors fuerit,'nullius tn̄ insontis occisio,propitiatio fuit mundi. Accepere iusti,non dederunt coronas, & de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiæ, nō dona iustitiæ. Singulares qppe in singulis mortes fuere,nec alterius qsquam debitum suo fine psoluit,quum inter filios hominum unus solus dn̄s nr̄ Iesus Christus extiterit,ī quo oēs crucifixi, omnes mortui,omnes sepulti,omnes sunt etiā

Roma.5.

Ephe.5.

Psalm.115.

suscitati. De quibus ipse dicebat: Quum exal-
Ioan.12. tatus fuero à terra, omnia traham ad me. Fides
etenim uera iustificans impios, & creãs iustos,
ad humanitatis suæ tracta participẽ, in illo ac-
quirit salutem, in quo solo homo se inuenit in-
nocentẽ, liberum habens per grãm Dei, de eius
potentia gloriari, qui cõtra hostem superbum
in carnis nrę humilitate cõgressus, his uictoriã
suam tribuit, ĩ quorum corpore triumphauit.
Quamuis ergo in uno dño nřo Iesu Chro, ue-
ro Dei, atq; hoĩs filio, uerbi, & carnis una per-
sona sit, et utraq; essentia cões habeat actiones,
intelligendæ tñ sunt ipsorũ operum qualitates,
& syncerae fidei cõtẽplatione cernẽdum est, ad
q̃ puehaĩ humilitas infirmitatis, & ad q̃ incli-
netur altitudo uirtutis. Quid sit, qđ caro sine
uerbo non agit, & quid sit, qđ uerbum sine car
ne non efficit. Sine uerbi enĩ potentia, nec conci
peret uirgo, nec pareret, & sine ueritate carnis,
obuoluta pannis infantia nõ iaceret. Sine uerbi
potentia, non adorarent magi puerum nouo si-
dere declaratum, & sine ueritate carnis non iu-
beret transferri in Aegyptum puer, & ab He-
rodis persecutione subduci. Sine uerbi potẽtia,
Lucæ.1. non diceret uox patris, missa de cœlo, hic est fi-
Lucæ.2. lius meus dilectus, ĩ quo mihi complacui, et si
Matth.2. ne ueritate carnis, non protestaretur Ioãnes: Ec
Matth.2. ce agnus Dei, ecce q̃ tollit peccata mundi. Sine
Matth.3. uerbi potẽtia nõ fieret redintegratio debilium,
& Marci.1. & uiuificatio mortuorũ, & sine ueritate carnis,
Ioan.1. nec cibus ieiuno nec somnus esset necessarius
Matth.4. fatigato. Postremo, sine uerbi potentia, non se
Ioan.11. dñs patri profiteretur ęqualem, & sine ueritate
Matth.4. carnis, non idem diceret patrem esse maiorẽ,

cum catholica fides utrumq; suscipiat, utrũq; *Matt.4.*
defendat. q̃ scd̃m proprietatem diuinæ huma- *Ioã.10.et.16.*
næq; substantię, unum Dei filium, et hoĩem cre *Ioan.14.*
dit, & uerbum. Quãuis ergo ab illo initio, quo
ĩ utero uirginis uerbum caro factum est, nihil
unq̃ inter diuinam humanamq; substantiam
diuisionis extiterit, & per oĩa incrementa corporea, unius personæ fuerint totius tp̃is actiones, ea ipsa tñ, q̃ inseparabiliter facta sunt, nulla permixtione cõfundimus, sed quid cuius formæ sit, ex operum qualitate sentimus. Nec diuina enim humanis p̃iudicant, nec humana diuinis, cũm ita in idipsum utraq; concurrant, ut ĩ *Ioan.19.*
eis nec proprietas absumatur, nec persona ge- *Ibidem.*
minetur. Dicant igĩ isti phantasmatici Chr̃iani, *Matth.28.*
q̃ substantia saluatoris affixa sit ligno q̃ ia- *Luce.23.*
cuerit in sepulcho, & reuoluto monumenti la- *Ioan.20.*
pide, q̃ tertia die caro surrexit, uel quale corp⁹ *Ibidem.*
Iesus discipulo℞ uisui, clausis ad eos ostijs ingressus, intulerit, cum ad abigendam cernentiũ diffidẽtiam, inspici oculis, digitisq; tractari, patentes adhuc fixuras clauo℞, & recens cõpuncti lateris uulnus exigeret. At si ĩ tanta luce ueritatis tenebras suas hæretica obduratio nõ relinquit, ostendant, uñ sibi spem uitæ polliceantur æternæ, ad quam, nisi per mediatorem Dei, & hominum, hoĩem Iesum Chr̃m, nõ potest p̃ueniri. Non est .n. aliud nomen datum hoĩbus *Act.4.*
sub cœlo, in quo oporteat saluos fieri, nec est redemptio captiuitatis humanæ, nisi in sanguine eius, qui dedit semetipsum redemptionem pro oĩbus. Qui (sicut p̃dicat beatus Apostol⁹) cum *1.Timoth.2.*
in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, *Philip.2.*
esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinani-

uit,formam serui accipiens,in similitudine hominum factus,& habitu inuentus,ut hō. Humiliauit semetipsum,factus obediēs usq; mortem,mortem autem crucis.Propter qđ & deus illum exaltauit,et donauit illi nomen,quod est super omne nomen,ut ī nomine Iesu omne genu flectať,cœlestium,terrestrium, & infernoꝝ, & oīs lingua confiteatur,qa dn̄s Iesus Chr̄s in gloria ē Dei patris.Quamuis ergo un⁹ sit dn̄s Iesus Chr̄s,& ueræ deitatis,ueræq; humanitatis in ipso una prorsus,eademq; ꝑsona sit,neq; huius unitionis soliditas ulla possit diuisione seiungi,exaltationē tn̄,q̄ illum exaltauit Deus, & donauit illi nomen,quod super omne nomē excellit,ad eam intelligim⁹ ꝑtinere formā,q̄ ditanda erat tantæ glorificationis augmento. In forma quippe Dei,æqualis erat filius patri, & inter genitorem,atq; unigenitum, nulla erat in essentia discretio,nulla in maiestate diuersitas, nec per incarnationis mysterium,aliquid decesserat uerbo,quod ei patris munere redderetur. Forma autem serui,per quam īpassibilis deitas sacr̄m magnæ pietatis īpleuit,humana humilitas est, & in gloriam diuinæ potestatis euecta est,in tantam unitatem ab ipso conceptu uirginis,deitate,& humanitate connexa, ut nec sine homine diuina,nec sine Deo agerenť humana. Propter quod sicut dn̄s maiestatis dr̄ crucifixus,ita qui ex sempiternitate æqualis est Deo, dr̄ exaltatus.Nec interest,ex qua Chr̄s substantia nominetur,cum inseparabiliter manēte unitate personæ idē sit,& totus hoīs filius,ꝑꝑ carnem,& totus Dei filius,ꝑꝑ unam cum pr̄e deitatem,Quicquid ergo ī tp̄e accepit Chr̄s,scđm

hominem accepit, cui q̃ nõ habuit, cõferuntur. Nam sc̃dm potentiam uerbi, indifferenter oĩa, q̃ habet pr̃, etiam filius habet, & q̃ in forma serui à pr̃e accepit, eadem in forma pr̃is etiam ipse donauit, & idem ipse & diues et pauper. Diues, q̃a in principio erat uerbũ, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Hoc erat in prĩcipio apud deum. oĩa per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Pauper uero quia uerbũ caro factũ est, & habitauit ĩ nobis. Quæ autem est eius exinanitio, q̃ue paupertas, nisi formæ seruilis acceptio, per quam, uerbi maiestate uelata, dispensatio humanæ redemptionis impleta est, Nã q̃a captiuitatis nr̃æ resolui originalia uincula non poterant, & ab hostis imperio relaxari, nisi existeret hõ nr̃i gñis, nr̃æq́ naturę, quẽ ueteris debiti p̃iudicia non tenerẽt, & qui imaculato sanguine suo chirographum letale dilueret, sicut ab initio erat diuinitus prę ordinatum, & ꝓphetarꝝ oraculis prænuntiatũ, ita est ĩ plenitudine p̃finiti tp̃is factum, ut multis modis significata promissio, in diu expectatum ueniret effectũ, nec posset esse ambiguũ, quod continuis significationibus sempꝛ fuerat nuntiatum. Destructis itaqꝫ tot hæresibus, quæ per sanctam deuotionem p̃sidentium patrum, à corpore sunt catholicæ unitatis abscissæ, q̃qꝫ ideo extorres à Chr̃o esse meruere, q̃a uerbi incarnationem, q̃ singularis est recte credentium salus, fecerunt sibi lapidẽ offensionis, & petrã scandali, miror dilectionem uestram, in discernẽdo ueritatis lumine, laborare. Et quum multis manifestationib⁹ declaratum sit, q̃ꝫ recte & Nestorium & Eutychen cum Dioscoro, fides

2.Corint.8.
Ioan.1.
Ibidem.
Coloss.2.
1.Pet.2.

Christian⁹ possit uocari, qui uel illius, uel horῳ impietati p̄bet assensum, doleo, uos euangelicę & apostolicæ doctrinę (ut audio) resultare, exagitando seditionibus ciuitates, cōturbando ecclesias, nec solum iniurias, sed etiam cędes presbyteris atq; epis inferendo, ut præ furore & seuitia propositi uestri, & professionis sitis immemores. Vbi est regula mãsuetudinis et quietis? Vbi longanimitas patientiæ, ubi tranquillitas pacis, ubi firmamentum dilectionis, & tolerantiæ fortitudo? Quæ uos ab euãgelio Chr̄i aut p̄suasio abduxit, aut persequutio separauit? Vel q̄ tanta extitit decipientis astutia, ut obliti prophetarῳ & apostolorum, obliti symboli salutaris & cōfessionis, quam p̄nuntiantes corã multis testibus, sacr̄m baptismi suscepistis, diabolicis uos illusionib⁹ subderetis? Quid apud uos acturæ fuerant ungulæ, q̄d seua tormenta, si ad expugnandam fidei ur̄æ integritatem, tm̄ uana hæreticorῳ cōmenta ualuere? Pro fide uos agere creditis, & fidei contraitis. Ecclesiæ noĩe armamini, & contra ecclesiam dimicatis. Hoc à prophetis, hoc ab euangelistis, hoc ab apostolis didicistis, ut negantes ueram Chr̄i carnem, & ipsam uerbi essentiam passioni, mortiq; subdentes, alienam faciatis nr̄am à suo reparatore naturam, totumq́;, quod crux intulit, quod lãcea uulnerauit, q̄d sepulchri lapis suscepit & reddidit, solum fuisse opus diuinæ potentię, non etiã humilitatis humanæ? Propter quam Ap̄lus dicit: Non. n. erubesco euangelium, qm̄ nouerat, quale Chr̄ianis obĳceretur opprobrium ab inimicis. Et ideo etiam dn̄s protestabatur, dicens: Qui me cōfessus fuerit corã hoĩbus, & ego confitebor

alias, Hoccine

Roma. 1.

Marci. 8.

fitebor illum corã patre meo. Hi enim nõ erunt & Luca.12.
digni confeßione filii & patris, q̃bus nunc caro Christi uerecũdiã facit, probabuntq́ſ, se nullã de ligno crucis sumpsisse uirtutẽ, qui, quod p̃ferendum frontibus acceperunt, promere labijs erubescũt. Declinate filij ab his diabolicis persuasionibus, declinate. Veritatem Dei nulla res uiolat, sed ueritas nos, nisi ĩ nostra carne nõ saluat. Veritas q̃ppe (sicut ꝓpheta ait) de terra Psalm.84.
orta est, & sic uerbum Maria concepit, ut uniendam sibi carnem de sua substantia ministraret, nec cum adiectione personæ nec cum euacuatione naturę, quoniam, qui erat in forma Dei, ita accepit formam serui, ut unus atq; idem in forma utraq; sit Christus, inclinante se Deo usq; ad infima hominis, & proficiente homine usquam ad summa deitatis, dicente Apostolo: Quorum patres, & ex quibus Christus Roma.9.
secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

EPISTOLA LXXXII. EIVSDEM, *ad Anastasium Thessalonicen. episcopum.*

Quod semper Thessalonicenses antistites uicem apostolicæ sedis impleuerint. Cap. 1.

Leo ep̃s urbis Romæ, Anastasio ep̃o Thessalonicen. Quãta fraternitati tuæ à beatissimi Petri apostoli authoritate sint cõmissa, & qualia etiã nr̃o tibi fauore sint credita, si uera ratiõe ꝑspiceres, & iusto examine ponderares, multum possem⁹ de iniunctæ tibi solicitudinis deuotione gaudere. Qm̃ sicut p̃cessores mei p̃cessorib⁹ tuis, ita ẽt ego dilectioni tuæ, priorꝜ secutus exẽplũ, uices mei moderaminis delegaui, ut curã, quã uniuersis ecclesiis pricipaliter ex diuina in

ſtitutione debemus, imitator nrę mãſuetudinis effectus adiuuares, & lõginquis ab apl'ica ſede ꝓuinciјs p̃ſentiã quodãmodo nr̃æ uiſitationis impenderes, qa de continenti, opportunoq; ꝓſpectu prõptum tibi eſſet agnoſcere, quid uel ĩ qbus rebus, uel tuo ſtudio cõponeres, uel nr̃o iudicio reſeruares. Nã quũ maiora negotia & difficiliores eãrum exitus liberũ tibi eſſet, ſub nr̃æ ſniæ expectatione ſuſpẽdere, nec ratio tibi, nec neceſſitas fuit, in id, ꝙ menſurã tuã excederet, deuiandi. Abundant enim apud te monitorum ſcripta noſtroꝝ, quib⁹ te de oĩum actionũ tẽperantia frequenter inſtruximus, ut cõmendatas tibi Chr̃i eccleſias, per exhortationẽ charitatis, ad ſalubritatẽ obediẽtia ꝓuocares. Quia etſi plerunq; exiſtant inter negligentes, uel deſides fratres, quos oporteat maiore authoritate curari, ſic tñ eſt adhibẽda correptio, ut ſemꝑ ſit ſalua dilectio. Vñ & beatus apl'us Paulus, ad eccleſiaſticũ regimen Timotheũ ĩbuens, dicit. Seniorẽ ne increpaueris, ſed obſecra ut patrẽ, iuuenes ut fratres, anus ut matres, iuuenculas ut ſorores in omni caſtitate. Quæ moderatio, ſi q buſcunq; inferioribus mẽbris ex apl'ica inſtitutiõe debet, quãto magis fratribus et coepis noſtris ſine offenſiõe reddẽda eſt? Et licet nõnũꝙ accidãt, q̃ in ſacerdotalib⁹ ſint reprehẽdenda ꝑſonis, plus tñ corrigenda agat beneuolentia, ꝙ ſeueritas, plus cohortatio, ꝙ cõmotio, plus charitas, ꝙ poteſtas. Sed hi, q, q̃ ſua ſunt, q̃runt, nõ q̃ Ieſu Chr̃i, facile ab hac lege diſcernunt, & dũ dñari magis, ꝙ cõſulere ſubditis, q̃runt, placet honor, iflat ſupbia, & qđ ꝓuiſum eſt ad cõcordiã, tẽdit ad noxã. Qđ ut neceſſe habeamus ita

alias, ſiquidẽ. *1.Timoth.5.* *alias, corrigẽdos.* *Philip.2.* *alias, ab his.* *alias, diſcedi-tur.*

dicere, nõ de paruo animi dolore ꝓcedit. Meipsum ení quodãmodo trahi in culpã sentio, quũ te à traditis tibi regulis immodice deuiasse cognosco. Qui si tuæ existimationis parũ diligẽs eras, meæ saltẽ famæ parcere debuisti, ne q̃ tuo tm̃ facta sunt animo, nr̃o uiderẽt gesta iudicio. Relegat fraternitas tua paginas nostras, oĩaq; ad tuos missa maiores ap̃licæ sedis præsulum scripta decurrat, & uel à me, uel à p̃cessoribus meis iueniet ordinatum, qđ à te cognoui esse p̃sumptum. Venit nãq; ad nos cum ep̃is ꝓuinciæ suæ frater noster Atticus, ueteris Epiri Nicopolitan⁹ antistes, & de ĩdignissima astrictiõe, quã ptulit, lachrymabili actione cõquestus est coràm astantib⁹ diaconib⁹ tuis, q q̃relis flebilib⁹ nihil contra referendo, ea, q̃ nobis ingerebant, fide nõ carere monstrabant. Legebat quoq; in literis tuis, q̃s ĩjdẽ diaconi detulere, q frater Attic⁹ Thessalonicã uenisset, q cõsensum suum etiã scripturæ ꝓfessione signasset, ut de illo nõ aliud à nobis intelligi posset, q̃ ꝓpriĵ arbitriĵ et spontaneæ deuotionis fuisse, q uenerat, quodq; chartulam de obedientiæ sponsione cõscripserat, in cuius tñ chartulæ mentione signum ꝓdebatur iniuriæ. Nõ.n. necessarium fuerat, ut obligaretur scripto, q obedientiã suã ipso iam uolũtariĵ aduent⁹ probabat officio. Vnde deploratoribus supradicti hæc uerba ep̃læ tuæ testimõium p̃buere, & p hoc, qđ nõ est tacitum, nudatum est illud, qđ silentio fuerat adopertum, adhibitam (scilicet) Illyrici p̃fecturam & sublimissimã inter mundanos apiçes potestatem in exhibitionem insontis antistitis incitatam, ut missa executione terribili, quæ omnia sibi offi-

alias, metropolitanus.

alias, add.

ćia publica ad effectũ pceptionis adiungeret, à sacris ecclesiæ aditis nullo uel falso insimulat⁹ crimine, extraheretur sacerdos, cui nõ ob molestiã ægritudinis, non ob sęuitiã hyemis darẽtur induciæ, sed iter asperũ & periculis plenũ per íuias niues agere cogeretur. Qđ tanti laboris, tãtiq; discriminis fuit, ut ex his, q epũm comitati sunt, qdam defecisse dicanť. Multũ stupeo, frater charissime, sed & plurimũ doleo, q in eum, de quo nihil amplius indicaueras, q̃ q euocatus adesse differret, & excusationẽ infirmitatis obtẽderet, tã atrociter, & tã uehemẽter potueris cõmoueri, psertim, quũ etsi tale aliqd mereret, expectãdũ tibi fuerat, qd ad tua cõsulta rescriberẽ. Sed ut uideo, bene de moribus meis existimasti, & quã ciuilia, p cõseruãda sacerdotali cõcordia respõsurus essem uerissime puidisti, & ideo motus tuos exequi sine dilatiõe pperasti, ne, cũ moderationis nr̃æ aliud disponentia scripta sumpsisses, faciẽdi id, qđ factum est, licẽtiã nõ haberes. An forte aliqđ tibi facinus fratris ĩnotuerat, & metropolitanum epm noui apud te criminis pondus urgebat? At, hoc quidẽ alienũ ab illo esse, etiã tu nihil ei obĳciendo cõfirmas. Sed etiã, siquid graue, intolerandũq; gessisset, nostra erat expectãda censura, ut nihil pri⁹ ipse decerneres, q̃ quid nobis placeret, agnosceres. Vices enĩ nostras ita tuæ credidim⁹ charitati, ut in partẽ sis uocatus solicitudinis, non ĩ plenitudinẽ potestatis. Vñ sicut multum nos ea, q̃ à te pie sunt curata, lætificant, ita nimium ea, q̃ pperã sunt gesta, cõtristant. Et necesse est, post multarũ experimenta causarum, solicitius pspici, & diligẽtius pcaueri, quatenus per spm̃

3. q. 6. Multũ stupeo.

alias, Nicopolitanum.

3. q. 6. Multũ.

charitatis & pacis, oĩs materia scandalorum de ecclesiis dñi (quas tibi cõmendauimus) auferat, p̃eminẽte q̃dẽ in illis p̃uincijs episcopat⁹ tui fastigio, sed amputato toti⁹ usurpatiõis excessu.

Vt metropolitanis sua iura seruentur. Cap. 2.

Igitur scd̃m sanctorum patrũ canones spũ Dei cõditos, & totius mundi reuerẽtia cõsecratos, metropolitanos singularum p̃uinciarum ep̃os, qb⁹ ex delegatione nr̃a fraternitatis tuæ cura p̃tẽditur, ius traditæ sibi antiquitus dignitatis itemque ratũ haberẽ decernim⁹, ita ut à regulis p̃stitutis, nulla aut negligẽtia, aut p̃sumptione discedãt. *25.q.2.Igitur.*

Vt à metropolitanis, non laici, non digami non uiduarum mariti, sed irreprehensibiles ordinentur episcopi. Cap. 3.

In ciuitatib⁹, quarum rectores obierint, de substituendis ep̃is hæc forma seruetur, ut is qui ordinandus est (etiã si bonæ uitæ testimonio fulciatur) non laic⁹, nõ neophyt⁹, nec secũdę cõiugis sit marit⁹, aut q uel unã q̃dẽ habeat, ul' hauerit, sed nec qui sibi uiduam copularit. Sacerdotum enim tam excellens est electio, ut hæ quæ in alijs ecclesię mẽbris non uocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita. *Dist.32. Omnium sacerdotum.*

Quod subdiaconis carnale coniugium denegetur. Cap. 4.

Nam quum, extra clericorum ordinem constitutis, nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendã tamẽ p̃fectæ cõtinentiæ puritatẽ, nec subdiaconibus quidẽ carnale cõnubiũ cõceditur, ut qui habẽt, sint tãq̃ nõ habentes, & qui non habent, permaneãt singulares. Quod si in hoc ordine, q quartus à capite est, dignũ est custodiri, quãto magis ĩ p̃io, aut secundo, uel tertio seruãdũ est, ne aut leuitico ministerio, aut p̃sbyterali honore, aut ep̃ali- *1.Corinth.17.*

excellentia quisq; idoneus existimetur, qui se à uoluptate uxoria necdum frenasse detegitur.

Vt nullus inuitus ordinetur episcopus. *Cap. 5.*

In dec. Iuonis lib.3. *Di.63. Si for.* Cum ergo de summi sacerdotis electiõe tractabitur, ille oĩbus pponatur, quem cleri, plebisq; cõsensus cõcorditer postularint. Ita ut si in aliam forte psonam partium se uota diuiserint, metropolitani iudicio, is alteri pferatur, q maiorib9 & studijs iuuatur, & meritis. Tñ, ut null9 ĩuitis & nõ petentib9 ordinetur, ne ciuitas episcopum non optatum, aut contemnat, aut oderit, & fiat minus religiosa, q̃ conuenit, cui non licuerit habere, quem uoluit.

Vt metropolitanus episcopus, de electo, quem est ordinaturus episcopum, ad Thessalonicen. pontificem referat, & de metropolitano electo, similiter prouinciales episcopi faciant. *Cap. 6.*

Dist.65. De persona autẽ. De psona autem cõsecrãdi epi, & de cleri plebisq; cõsensu, metropolitanus eps ad fraternitatẽ tuam referat, quodq; in puincia bene placuit, scire te faciat, ut ordinationẽ rite celebrandã, tua quoq; firmet authoritas. Quę rectis dispositionibus nihil moræ aut difficultatis debet afferre, ne gregibus dñi diu desit cura pastorũ. *Dist.63. Metropolitano Et dist.77. in princi.dist.* Metropolitano uero defuncto, quũ in loco eius alius fuerit subrogandus, puinciales epi ad ciuitatẽ metropolitanã cõuenirẽ debebũt, ut omnium clericorum atq; oĩm ciuium, uoluntate discussa, ex presbyteris eiusdem ecclesię, uel ex diaconibus optimus eligatur, de cuius noĩe ad tuã notitiã puinciales referant sacerdotes, impleturi uota poscentium, si qđ ipsis placuit, tibi quoq; placuisse cognouerint. Sicut.n. iustas electiones nullis dilationibus uolumus fatigari, ita nihil pmittimus, te ignorante, præsumi.

Vt bina per annum prouincialia episcoporum concilia celebrentur. Et si res difficilis emerserit, nec fuerit Thessalonicen. episcopi iudicio terminata, ad Romanum referatur antistitē. ca. 7.

De cōciliis aūt epalibus nō aliud īdicim⁹, q̄ꝫ sancti pr̄es salubriter ordinarunt, ut (scilicet) bini cōuentus per annos singulos habeant̄, in q̄bus de oībus q̄relis, q̄ inter diuersos ecclesię ordines nasci assolent, iudicet̄. At si forte inter ipsos, q p̄sunt, de maioribus (q̄d absit) peccatis causa nascat̄, q̄ puinciali nequeat examine diffiniri, fraternitatē tuā de totius negotij qualitate metropolitanus curabit instruere, & si corā positis p̄trib⁹, nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nr̄am cognitionem, q̄cq̄d illud est, trāsferat̄. *Dist. 18. De cōciliis. Et in decre. Iuo. li. 4.*

Vt siquis ep̄s suam deserens ciuitatē, maiorem sedē ambitus cā petierit, nec illam obtinere poterit, et sua carere debebit. C. 8.

Siq̄s ep̄s, mediocritate ciuitatis suę despecta administrationē loci celebrioris ambierit, et ad maiorē se plebē q̄cunq; occasione transtulerit, nō solū á cathedra q̄dem pellat̄ aliena, sed carebit & propria, ut nec illis præsideat, quos per auaritiam concupiuit, nec illis quos per superbiam spreuit. Suis igitur terminis cōtentus sit q̄sq;, nec supra mēsurā iuris sui affectet augeri. *7. q. 1. Siquis episcopus.*

Vt nullus alienum clericum solicitare uel tenere præsumat, suo episcopo non præbente consensum. Cap. 9.

Alienū clericū, inuito ep̄o ipsius, nemo suscipiat, & nemo solicitet, nisi forte ex placito charitatis id īter dātē, accipientemq; cōueniat. Nā grauis iniuriæ re⁹ est, q de fratris ecclesia id q̄d est utili⁹, aut p̄tiosi⁹, audet uel abijcere, uel tenere. Itaq; si ītra puīciā res agat̄, transfugam clericum ad suam ecclesiam metropolitanus redire cōpellet. Si autem longius processit, tui p̄cepti *19. q. 2. Alienum clericum* *alias, recessit.*

authoritate reuocabitur, ut nec cupiditati, nec ambitioni occasio relinquatur.

Vt in euocandis prouincialibus episcopis, à Thessalonicen. pontifice moderatio conseruetur, ne sub hoc colore sacerdotalis honor contumelijs addicatur. Nec amplius quàm bini de prouinciis episcopi, quos metropolitani probauerint, dirigantur. Et non amplius ab statuto concilij tempore, quàm dies. 15. remorentur episcopi. Cap. 10.

In euocãdis aũt ad te epis, moderatissimũ te esse uolumus, ne per maioris diligentiæ speciẽ, fraternis uidearis gloriari iniurijs. Vnde si causa aliqua maior extiterit, ob quã necessariũ sit, fraternum aduocare conuentum, binos de singulis ꝑuincijs epos, quos metropolitani credi derint esse mittendos, ad fraternitatẽ tuã uenire sufficiat, ita ut à ꝓstituto tpe non ultra quin decim dies, quo conuenerint, retardentur. *alias qui.*

Vt si inter eos de negotio fuerit oborta contentio, cuncta Romano pontifici sub gestorum insinuatione pandantur, ut ab eo, quod Deo placuerit, ordinetur. Cap. 11.

Si aũt in eo, qđ cũ fratrib⁹ tractãdũ, definien dũ ue credideris, diuersa eoꝝ fuerit à tua uolũtate sñia, ad nos oĩa, sub gestoꝝ testificatiõe referãt, ut remotis ambiguitatib⁹, qđ deo placeat decernat. Ad hũc. n. finẽ, oẽm affectũ nr̃um, curãq; dirigim⁹, ut qđ ad unitatẽ cõcordiæ, & qđ ad custodiã ꝑtinet disciplinæ, nulla dissensione uioletur, nulla desidia negligat. Et te igit, fr̃ charissime, & eos frẽs nr̃os, q de tuis offendunt ex cessib⁹, quũ tñ nõ similis sit oĩm materia q̃relarũ, hortor & moneo, ut q̃ pie sunt ordinata, salubriterq; disposita, nulla cõcertatione turbentur. Nemo qđ suũ est q̃rat, sed qđ alterius, sicut aplus ait: Vnusqsq; uestrũ ꝑximo suo placeat i *alias omnibus materies.* *Philip. 2.* *Roma. 15.*

bono ad ædificationẽ. Nec .n. poterit ueritatis nostræ firma esse compago, nisi nos ad inseparabilem soliditatẽ uinculũ charitatis astrinxerit, qa sicut in uno corpore multa mẽbra habemus, oĩa ãt mẽbra nõ eũdẽ actũ habẽt, ita multi unũ corpus sum⁹ in Chr̃o, singuli ãt alter alterius mẽbra. Hęc cõnexio totius qdẽ corporis unanimitatẽ requirit, sed p̃cipue exigit concordiã sacerdotũ. Quib⁹ etsi dignitas non sit cõis, est tñ ordo generalis, qm̃ & ĩter beatissimos apostolos in similitudine honoris fuit q̃dam discretio potestatis, & quũ oĩm par esset electio, uni tñ datũ est, ut cęteris p̃emineret. De qua forma, ep̃orꝝ q̃q; est orta distĩctio, & magna dispositione prouisum est, ne oẽs sibi oĩa uẽdicarent, sed essent in singulis p̃uincijs singuli, quorꝝ inter fratres haberetur prima sñia, & rursus qdã, in maioribus urbibus cõstituti, solicitudinẽ susciperent ampliorem, per quos ad unam Petri sedem uniuersalis ecclesiæ cura cõflueret, & nihil unq̃; à suo capite dissideret. Qui ergo qbusdam scit se esse p̃positum, nõ moleste ferat, aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam quã exigit, etiam ipse dependat. Et sicut nõ uult grauis oneris sarcinam ferre, ita nõ audeat, alñ importabile pondus imponere. Discipuli enim sumus, humilis & mitis magistri, dicentis: Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enĩ meum suaue est, & onus meum leue est. Quod quomodo experiemur, nisi & illud in obseruãtiam ueniat, quod idem dominus ait: Qui maior est ur̃m, erit minister uester. Qui aũt se exaltat, humiliabitur, & q se humiliat, exaltabitur.

Roma.12. & 1. Corinth.12.

2. q. 6 Qui scit se.

Matth.23.

Matth.11.

Matth.20. & Marc.10. & Luc.22.

Luc.14.

EPISTOLA LXXXIII. EIVSDEM ad Septimum Altinum episcopum.

Lectis tuę frnitatis lr̄is, uigorē fidei tuę, quā olim noueram⁹, agnouimus, congratulantes tibi, qđ ad custodiā gregum xp̄i, pastoralem curā uigilanter exeq̄ris, ne lupi, q sub specie ouiū subintrarunt, bestiali sęuitia simplices q̄sq; dilacerent, & non solum ipsi nulla correctione p̄ficiāt, sed etiā ea, q̄ sunt sana corrūpāt. Qđ neq̄ uipea possit obtiner̄ fallacia, ad metropolitanū ep̄m prouincię Venetię scripta direxim⁹, qb⁹ ad status sui p̄iculum cognosceret p̄tinere, si q̄sq; de Pelagianorꝝ & Celestianorꝝ cōsortio ueniēs, in cōīone catholica, sine professione legitimę satisfactionis habeat̄. Saluberrimum est. n. & spiritualis medicinæ utilitate plenissimum, ut siue presb̄ri, siue diaconi, siue alij cuiuslibet ordinis cl̄ici, q se correctos uideri uolunt, errorem suū, & ipsos erroris authores dānari à se, sine ambiguitate fateant̄, ut sensib⁹ prauis dudum p̄emptis, nulla sperādi sup̄sit occasio, ne ullum mēbrum eccl̄iæ talium possit societate uiolari, cū p̄ oīa illis professio propria cœpit obuiare. Circa q̄s etiā illā canonum constitutionem pręcipimus custodiri, ne ab his eccl̄ijs, ad q̄s propriе p̄tinent, sinant̄ abscedere, & pro suo arbitrio, ad loca sibi nō deputata, trāsire. Qđ si recte nō p̄mittitur īculpatis, multo minus debeat licere suspectis. Proinde dilectio tua, cuius deuotione gaudemus, iungat curam suam dispositionibus nr̄is, & cum supradicto metropolitāo det opam, ut circunspecte ac uelociter impleātur ea, q̄ ad totius ecclesiæ incolumitatem, et laudabiliter sunt gesta, & salubriter ordinata.

Matth. 7

1. q. 7. Saluberrimū. n. & 1. q. 1. Omnis cuiuslibet, &. Si quis hæretica. Et in dec. Iuo. lib. 3. cum literæ uariatione

EPISTOLA LXXXIIII. EIVSDEM ad Aquileiensem episcopum.

Relatione sancti fris, & coepiscopi nri Septimij, q in subditis habetur, agnouimus qsdam presbros, diacones, ac diuersi ordinis clericos, quos Pelagiana, uel Celestiana hæresis habuerit implicatos, ita in uestra prouincia ad communionem catholicam peruenisse, ut nulla ab eis damnatio proprij exigeretur erroris, &, pastoralibus excubijs nimium dormitātibus, lupus, ouium pellibus tectus, i ouile dñicum nō depositis bestialibus animis itroiret, & qd, per authoritatem canonū, decretorūq; nrorū ne insontib⁹ qdem conceditur, usurpasse, ut relictis ecclijs, i qbus clicatum aut acceperant, aut receperant istabilitate sua p diuersa circūferantur, amantes semp errare, & nunq̄ in fundamento aplico pmanere. Qm q nullo discussi examine, nullo sunt præiudicio suæ professionis obstricti, hunc maxime expetunt fructum, ut sub uelamento communionis plures domos adeant, & per falsi nois scientiam multorū corda corrumpant. Quod utiq; efficere non possent, si ecclesiarū præsules necessariam diligentiam in talium receptione seruarent, nec cuiq; eorū euagari i diuersa licuisset. Ne ergo hoc ulterius audiatur, néue p quorūdam negligentiam itroducta pernities, ad euersionē multarū tendat animarū, hac nri authoritate præcepti, industriæ tuæ fraternitatis indicimus, ut congregata apud uos synodo prouicialium sacerdotum, omnes siue presbyteri, siue diaconi, siue cuiusq; ordinis clerici, q de Pelagianorū, Celestianorumq; consortio in cōionem catholicam ea iprudentia sunt

Matth. 7.

alias, hoc

recepti,ut nõ prius ad dãnationẽ sui coarctarẽt erroris,q̃ nũc,saltẽ posteaq̃ hypocrisis eorũ ex quadã parte detegit ad uerã correctionem,q̃ et ipsis pdesse,& nullis possit nocere,cogant.Dãnẽt aptis pfessionibus sui supbi erroris authores,&,qcqd in doctrina eorũ uniuersalis ecc̃lia exhorruit,detestent,oĩaq́; decreta synodalia, q̃ ad excisionẽ hæreseos apostolicę sedis cõfirmauit authoritas amplecti se,& ĩ oĩbus approbare,plenis,& aptis,ac ppria manu subscriptis ptestationibus eloquant. Nihil ĩ uerbis eorũ obscurũ,nihil inueniatur ambiguũ.Qm̃ nouimus hãc istorũ esse uersutiã,ut ĩ quacunq; particula dogmatis execrandi,qua se à damnatorũ societate discreuerint,nihil sibi sensuum suorũ existiment esse nõ saluum. Cumq; oẽs diffinitiones suas,ad tantã facilitatem, ĩprobare se simulẽt, atq; deponere,hoc sibi tota arte fallendi,nisi intelligãtur,excipiũt,ut gr̃a Dei, scd'm merita dari accipientium sentiat. Quæ nisi gratis detur, nõ est gr̃a,sed merces,retributioq; meritorũ, dicente beato ap̃lo: Gratia salui facti estis p fidẽ, et hoc nõ ex uobis,sed Dei donum est.Non ex opibus,ne forte qs extollatur.Ipsius.n.sumus figmentum,creati in Christo Iesu,in opibus,q̃ p̃parauit deus,ut in illis ambulemus.Oĩs itaque bonorũ operũ donatio,diuina p̃paratio est, nec propria quisq; iustificatur uirtute,qm̃ gr̃a unicuiq; principiũ iustitiæ,et bonorũ fons,atq; origo meritorũ est. Sed ab istis ideo p naturalẽ ĩdustriam dicitur præueniri,ut q̃ ad gratiã proprio clara sit studio, nullo uideatur peccati originalis uulnere sauciata. Ideo etiam paruulos dicunt,si sine baptismo hinc de seculo exierint,

alias, non saluari

alias, subrepẽtem

alias, tanta

Ephe. 2.

alias, opatio ẽ quia nõ prius iustificat quis quã uirtute, quàm gratia, quæ.

alias, ante

nō posse dānari, neq; reos in pctō Adæ teneri, sed ad regnum Dei, uel ad uitā ęternā, sine ulla cunctatiōe uenire, cū Apl's dicat, p unū hoīem pctm̄ intrauit in mundum, & p pctm̄ mors, & ita in oēs hoīes ptransiit, propter qd & ipsi paruuli baptizantur. Quāuis ī illo uno possint intelligi plura peccata, si unum ipsum in sua q̄si membra singula diuidatur. Nam & supbia est illic, qa in sua homo potius esse, q̄ ī Dei potestate dilexit, & sacrilegium, quia Deo non credidit, & homicidium, quia se p̄cipitauit ī mortem, & fornicatio spiritualis, quia ītegritas mētis humanæ serpētina suasione corrupta est, & furtum, quia phibitus usurpatus est cibus, & auaritia, quia plus q̄ sufficere illi debuit, appetiuit, & siqd aliud ī hoc uno admisso diligenti cōsideratione poterit īueniri. Parentum quoq; peccatis paruulos obligari, nō solum primoℜ hoīum, sed etiam suoℜ, de quib⁹ ipsi nati sunt, non īprobabil'r dicitur. Illa quippe sn̄ia reddā peccata patrum in filios, tenet eos utiq;, anteq̄ p regenerationem ad testamētum nouū īcipiāt ptinere, qd testamentum pphetabatur, cum diceretur p Ezech. non accepturos filios peccata patrum suoℜ, nec ulterius futurā in Israel parabolam illam, patres manducauerunt uuam acerbam, & dentes filiorum obstupescūt. Ideo enim quisq; renascitur, ut soluatur in eo, quicquid peccati est, cum quo nascitur. Nā pctā, q̄ male agendo postea cōmittunt, possunt, & pœnitendo sanari, sicut etiam post baptismum fieri uidemus. Ac per hoc non est īstituta regeneratio, nisi quia uitiosa est generatio, usq; adeo ut etiam de legitimo matrimonio pcreatus di-

Roma. 5.

Exod. 20.

Ezech. 18. & Hiere. 31.

Psal.50. cat: In iniqtatib⁹ cōcept⁹ sum, & ĩ pctĩs mr̄ mea ĩ utero me aluit. Neq; hic dixit ĩ iniquitate, uel Roma.5. ĩ pctō, cū hoc recte dici posset, sed iniqtates, & pctā dicere maluit, qa et ĩ illo uno, quod in oēs hoies ptrāsiuit, qđq; tā magnū est, ut eo mutaretur, et cōuerteretur ĩ necessitatē mortis huma na natura, (sicut supra disserui) repiuntur plura pctā, alia parentū, q̄ licet nō possint mutare naturā, reatu tñ obligāt filios, nisi gratuita grã, De con.dis.4. et misericordia diuina subueniat. A paruulo.n. A paruulo recēs nato, usq; ad decrepitū senē, q̄libet corpo ris ętatē gerāt, sicut null⁹ phibēdus est à baptis mo, ita null⁹ est, q nō peccato moriatur ĩ baptis mo. Sed paruuli, originali, maiores aūt etiā his oībus moriūtur pctĩs, q̄cunq; male uiuēdo ad didere ad illud, qđ nascēdo traxere. Cauendū ergo dilectioni tuæ est, magnaq; diligentia pui dēdū, ne p hmōi hoies extincta dudū scandala suscitentur. & de exciso olim dogmate, aliqđ ĩ puincia tua eiusdē mali germē oriatur, qđ non solū ĩ radicib⁹ suis crescat, sed ēt sanctę ecclię so bolē ueneno sui odoris ĩficiat. Qui correctos se uideri uolunt, ab oĩ suspitione se purgēt, et obe diendo nobis, pbēt se esse nr̄os. Quorũ, si qsq; salubrib⁹ pręceptis satisfacere detractarit, siue ille cleric⁹, siue sit laic⁹, ab ecclię societate pella tur, ne pditor aiæ suę, saluti ĩsidietur alienę. Illā quoq; partē ecclīasticę disciplinę, q̄ olim à sctĩs pr̄ib⁹, et à nobis sępe decretū est, ut nec ĩ p̄sbyterat⁹ gradu, nec ĩ diaconat⁹ ordine, nec ĩ subsequēti officio clericorũ ab ecclīa cuiquā trāsire sit liberũ, ut ĩ ĩtegrū reuoces, admonem⁹. Et u- In cōc.Hispa- nusqsq; nō ambitiōe illect⁹, nō cupiditate sedu len.2.cap.3. ctus, nō psuasione hoim deprauat⁹, ibi, ubi or-

dinat⁹ est, pseueret. Ita ut siqs sua q̃rēs, nō q̃ Iesu xp̃i, ad plebē, & eccl'iā suā redire neglexerit, et ab honoris priuilegio, et à cōionis uinculo habeat extrane⁹. Nō aūt dubitet dilectio tua, nos, si (qd nō arbitramur) neglecta fuerit, q̃ p custodia canonū, et p fidei ītegritate decernim⁹, uehemēti⁹ cōmouendos, qa īferiorꝝ ordinū culpę, ad nullos magis referēdę sūt, q̃ ad desides, negligētesq́ rectores, q multā sępe nutriūt pestilentiā, dum austeriorē dissimulāt adhibere medicinā. *Dist. 86. Inferiorum culpæ*

EPISTOLA LXXXV. EIUSDEM

ad ep̃os Aphricanos per Mauritaniā Cæsarien. constitutos.

Ne illicite personæ ad episcopatum prouehantur. Cap. I.

Leo ep̃s uniuersis ep̃is p Cæsareā Mauritaniā cōstitutis ī dn̄o salutē. Cū de ordinationibus sacerdotum q̃dam apud uos illicite usurpata crebrior ad nos cōmeantium sermo pferret, ratio pietatis exegit, ut pro solicitudie, quā uniuersę eccl'ię, ex diuina īstitutione depēdim⁹, rerꝝ fidem studerem⁹ agnoscere, uicē curę nr̄ę, pficiscenti à nobis fr̄i, & consacerdoti nr̄o Potentio, iniungentes, q secundum scripta, q̃ per ipsum ad uos direximus, de episcopis, quorꝝ culpabilis ferebatur electio, qd ueritas haberet, inqreret, nobisq́ oīa fidel'r indicaret. Vn̄ qa idem plenissime notitię nr̄ę cuncta reserauit, & sub q bus qualibusq́ rectoribus q̃dam Christi plebes in partibus prouinciæ Cæsariensis habeantur, syncera nobis relatione patefecit, necessariū fuit, ut dolorē cordis nostri quo pro dominicorum gregum piculis ęstuamus, datis nunc ad uos literis promeremus, mirantes tm̄ apud uos, per occasionem tp̄is impacati, aut ambientiū pręsumptionē, aut tumultū ualuisse popu- *alias, delegates* *Dist. 61. Miramur tantum*

larē, ut ĩdignis qbusq;, & lõge extra sacerdotale meritũ cõstitutis, pastorale fastigiũ, et gubernatio ecclīę crederet. Nõ est hoc cõsulere ppl'is, sed nocere, nec pstare regimē, sed augere discrimē. Integritas.n. psidentiũ, salus est subditorũ, & ubi est ĩcolumitas obediẽtię, ibi sana est forma doctrinę. Prĩcipatus aũt, quē aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, ēt si morib⁹, atq; actib⁹ nõ offendit, ipsi⁹ tñ initij sui est pnitiosus exẽplo. Et difficile est, ut bono pagantur exitu, q̃ malo sũt ĩchoata prĩcipio. Qđ si ĩ qbuslibet ecclīę gradib⁹ puidẽter, sciẽterq; curãdũ est, ut ĩ dñi domo nihil sit ĩordinatũ, nihilq; ppostexũ, q̃to magis elaborãdũ ē, ut ĩ electiõe eius, q supra oẽs grad⁹ cõstituitur, nõ erretur? Nã toti⁹ familię dñi status, & ordo nutabit, si qđ reqritur ĩ corpore, nõ ĩueniatur ĩ capite. Vbi ē illa beati Pauli apl'i p spm̃ Dei emissa pceptio, q̃ ĩ psona Timoth. oĩum sacerdotũ xpi nũerus eruditur, et pinde unicuiq; nr̃um dicitur. Manus cito nemini imposueris, neq; cõicaueris pctis alienis? Quid est cito manus ĩponere, nisi añ ætatē maturitatis, ante tp̃s examinis, ante meritũ laboris, ante experiẽtiã disciplinæ sacerdotalē honorē tribuerẽ nõ pbatis? Et qd ē cõicarẽ pctis aliẽis, nisi talē effici ordinãtē, q̃lis ille est, q nõ meruit ordĩari? Sicut.n. boni opis sibi cõparat fructũ, q rectũ sectatur ĩ eligẽdo sacerdote iudiciũ, ita graui semetipsum afficit dãno, qui ad suę dignitatis collegiũ sublimat indignũ. Nõ.n. ĩ cuiusquã psona ptermittendũ est, qđ ĩstitutis gñalibus cõtinetur, nec putandus est honor ille legitimus, q fuerit de puaricatione collatus, Dicente.n. apostolo, ut ĩter alias electiõis regulas, is

1.q.1. Principatus quem alias, ipso

1. Timoth. 5.

dist. 78. Quid st manus

alias, tenet

alias, cõtra diuinæ legis præcepta

1. Timoth. 3.

episcopus

eps ordinet, quē unius uxoris uirꝝ fuisse, aut esse cōstiterit, tā sacra semp habita ē ista pceptio, ut etiā de muliere sacerdotis eligenda, eadē intelligat seruāda conditio, ne forte illa, priusquā i matrimoniū eius ueniret, q aliā nō habuisset uxorē, alterius uiri esset experta cōiugiū. Quis ergo dissimulare audeat, qđ in tanti scri perpetrat iniuriam? cū huic magno, uenerādoq; mysterio, ne diuinæ legis qdem statuta defuerint, qbus euidenter est definitū, ut uirginē sacerdos accipiat, & alterius thorum nesciat coniugis, q uxor est futura pontificis? Iam tūc .n. in sacerdotib9 figurabatur Christi, & ecclesiæ spirituale coniugium, ut qm̄ uir caput est mulieris, discat sponsa uerbi nō alium uirū nosse q̄ Christum, qui merito eā unam, quam elegit, unā diligit, & aliā præter ipsam suo consortio nō adiungit. Si ergo etiam in ueteri testamēto hæc sacerdotaliū cōiugioꝝ forma seruata est, q̄to magis sub releuata iam grā constituti, apostolicis debemus iseruire pceptis, ut quālibet qs bonis moribus pditus, & sanctis operibus inueniat ornatus, nequaq; tn̄ uel ad diaconū gradū, uel ad presbyterū honorē, uel ad episcopatus culmen ascendat, si aut ipsum nō unius uxoris uirum, aut uxorem eius nō unius uiri fuisse claruerit? Monente uero apostolo, atq; dicēte, & hi aūt pbētur primum, & sic ministrent, qd aliud intelligendū in hoc putamus, nisi ut in his prouectionibus nō solum matrimonioꝝ castimoniā, sed etiā laborū merita cogitemus, ne aut à baptismo rudibus, aut à seculari actu repente cōuersis, officiū pastorale credatur, cū ōis gradus militiæ Christianæ de icremētis profectuū

Dist. 61. | alias, prius, qua in societatem. | Leuiti. 21. & Exec. 44. | Ephe. 5. | 1. Corinth. 11. | alias, Christi, | Leuiti. 21. & Exec. 44. | alias, euangelij. | 1. Timo. 3. | 1. Timo. 3.

Dist.61. Mira mur tantum. debeat æstimari, an possint cuiq; maiora cõmitti? Merito sanctorũ patrũ uenerabiles sanctiones, cum de sacerdotum electione loquerentur, eos demũ idoneus sacris administrationib⁹ censuere, quorũ oĩs ætas, à puerilibus exordijs usq; *alias, perfectiores.* ad puectiores annos, p disciplinæ ecclesiasticæ stipendia cucurrisset, ut unicuiq; testimonium prior uita p̃beret, nec posset de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuuis, celsioris loci præmium deberetur. Si.n.ad honores mundi sine suffragio tpis, sine merito laboris, indi- *alias, ambitu* gnum est puenire, & notari ambitus solent, q̃s probitatis documenta non adiuuant, q̃ diligẽs & q̃ prudens habenda est dispensatio diuinorũ munerum, & cœlestium dignitatũ, ne ĩ aliquo apl̃ica, & canonica decreta uiolentur, & his ecclesia dñi regenda credatur, q legitimarum ĩstitutionum nescij, & toti⁹ humilitatis ignari, nõ ab infimis sumere incrementum, sed à summis uolunt habere principium? cum ualde iniquũ sit, & absurdum, ut imperiti magistris, noui antiquis, & rudes præferantur emeritis. In domo *2.Timo.2.* q̃dem magna, necesse est (sicut Apostolus dixit) uasa diuersa sint, q̃dam aurea & argentea, quædam uero lignea, & fictilia, sed horum ministerium pro materiæ q̃litate discernitur, nec qui est pretiosorũ, idem usus est & uiliũ. Nam inordinata erunt omnia, si fictilia aureis, & lignea pręferantur argenteis. Sicut aũt in ligneis, & fictilibus eorum hoĩum spẽs figurant, q nullis adhuc uirtutibus nitent, ita in aureis & argenteis hi sine dubio declarãtur, q p longe eruditionis ignem, & per fornacem diuturni labo-

ris excocti, aurum ꝓbatum, & argentum purũ esse meruere. Quibus si merces pro deuotione nõ reddit, omnis ecclesiastica disciplina resoluitur, omnis ordo turbatur, dum in ecclesia, q̃ nullum subiere ministerium, ꝑuerso eligentiũ iudicio indebitum obtinent principatũ. Cũ ergo ĩter uos tm̃ ualuerint aut studia populariũ, aut ambitus sup̃borum, ut non solum laicos, sed etiã secularium uxorum uiros, aut uiduarꝫ maritos ad officium cognoscam⁹ pastorale ꝑuectos, nõ'ne aptissime exigunt causæ, ut ecclesiæ, in q̃bus ista cõmissa sunt, iudicio seueriore purgentᷣ, & nõ solum in tales p̃sules, sed etiam in ordinatores eorꝫ ultio cõpetens proferaturᷣ. Sed circunstant nos hinc mansuetudo clementiæ, hinc cẽsura iustitiæ. Et q̃a uniuersæ uiæ dñi misericordia, & ueritas, cogimur, sc̃dm sedis apostolicæ pietatem, ita nr̃am temperare sñiam, ut trutinato pondere delictorum, q̃ constat nõ unius esse mensuræ, q̃dam definiamus utcũq; toleranda, q̃dam uero penit⁹ amputanda. Eos enĩ q̃ uel secundas nuptias inierunt, uel uiduarum se coniugio sociarunt, nec ap̃lica, nec legalis authoritas sacerdotium obtinere ꝑmittit, & multo magis illum, si fuerit uestro iudicio confutatus, q̃ (sicut ad nos relatum est) duarum simul est maritus uxorum, uel illum, q̃ à prima uxore dimissus, alteram duxisse perhibetur, priuandum honore decernim⁹. Cæteros uero, quorum prouectio hoc tm̃ reprehensionis incurrit, q̃d ex laicis ad officiũ episcopale delecti sunt, neq; ex hoc quòd uxores habeant, possunt esse culpabiles, susceptũ sacerdotium tenere ꝑmittimus, non præiudicantes apostolicæ sedis statu

alias, apertissime.

1.q.7. Exigũt causæ.

Psalm. 24.

1.q.7. Exigũt causæ.

alias, prima uxore dimissa

1.q.7. Exigũt causæ.

alias, nec beatorum patrũ regulas resoluentes.

1.q.7. Exigũt causæ.

tis,nec pdecessorum nrorum,nrisq; decretris, qbus salubriter statutum est,ne primũ,uel scdm,aut tertiũ in ecclesia gradũ qsquam laicorum, qbuslibet suffragijs fultus,ascendat,priusquã ad hoc meritum p legitima augmenta perueniat. Quod enim utcunq; patimur esse ueniale,inultũ post modũ esse nõ poterit,si qsquã id,qd oino interdicimus,usurpare psumpserit,qa remissio peccati nõ dat licentiã delinquendi,nec qd potuit aliq rõne cõcedi,fas erit ampli9 ipune cõmitti.

alias,uitari.

De statutis canonum conseruandis. Cap. 2.

Cum itaq; de omnibus ferè, quæ fratris nri Potentij relatio continebat,plenissime dilectionem uestram,p Dauid fratrem,& coepum nostrum qui & sacerdotij merito nobis est probatus, & moribus,uideatis instructam, superest, fratres,ut concordi obedientia salubres suscipiatis hortatus,& nihil p contentionem agentes,sed ad omne studiũ deuotionis unanimes, diuinis,& apostolicis constitutionibus pareatis,& in nullo patiamini,pia canonum decreta uiolari. Quæ enim nunc certarum remisim9 cõsideratione causarum,antiquis deinceps custodienda sunt regulis,ne quod ad tempus pia lenitate cõcessimus,iusta post hęc ultione plectamus,in eos specialius et propẽsius cõmouẽdi,qui in epis ordinandis sanctorum patrũ statuta neglexerint, & quos refutare debuerant, consecrarint. Vnde siqui episcopi talem consecrauerint sacerdotem,qualem nõ liceat , etiam si aliquo modo damnum proprij honoris euaserint,ordinationis tñ ius ulteri9 nõ habebũt , nec ei sacro itéresse, qd neglecto diuino iudicio imerito præstitere. Illud sanè qd ad sacerdotalẽ

alias prouidẽtissima.

1.q.7. Donatum autem si

1.q.1.et.15.q.2.Siqui episcopi talem.

Dist.80. Illud sane quod ad

Ca.6. Sardicen.concilij.

ꝑtinet dignitatem, inter omnia uolumus cano
num statuta seruari, ut non in quibuslibet locis,
neq; quibuslibet castellis, & ubi ante non fue-
runt epi cōsecrent, cū ubi minores sunt plebes,
minoresq; cōuentus, pbrorꝫ cura sufficiat. Epi-
scopalia autem gubernacula non nisi maiorib9
populis, & frequentioribus ciuitatibus opor-
teat præsidere, ne quod sanctorum patrum di-
uinitus inspirata decreta uetuere uiculis, et pos
sessionibus, uel obscuris, & solitarijs munici-
pijs tribuatur sacerdotale fastigium, & honor,
cui debent excellentiora committi, ipse sui nu-
merositate uilescat. Quod nunc in sua diœcesi
Restitutus episcopus factum esse causatus est,
& rationabiliter postulauit, ut si episcopi eorū
locorum, in quibus non debuerāt ordinari, hu
mana cōditione decesserint, loca ipsa ad ius ei9
antistitis redigātur, cuius fuerant ante priora.
Et inutile est, ut sacerdotalis dignitas incōside-
rata ordinantis facilitate superflua multiplica-
tione minuatur. De his autem, quę in sacro uir
ginitatis proposito constitutæ barbaricam per
tulere uiolentiam, & integritatem pudoris nō
animo, sed corpore perdidere, ea nobis seruan-
da uidetur moderatio, ut neq; ī uiduarum deij-
ciantur gradum, nec in sacrarum, & perseuerā-
tium uirginum numero censeant. Quibus, si in
omnibus uirginalibus obseruantionibus per-
seuerant, & castimoniæ soliditatem mente cu-
stodiunt, sacramentorum non est neganda cō-
munio, quia iniustum est eas in eo, uel argui,
uel notari, quod non uoluntas admisit, sed uis
hostilis eripuit. Causam quoq; Lupicini epi il
lic iubemus audiri. Cui multum & sæpius po

Sententialiter ponitur iste canon.

32.q.5. Illę autem famulæ Dei.

ſtulāti cōmunionem hac ratione reddidimus, qm̄ ad noſtrum iudicium prouocaſſet, īmerito eum, pendente negotio, à cōmunione uidebamus fuiſſe ſuſpenſum. Adiectum etiā illud eſt, quòd huic temere ſuperordinatus eſſe cognoſcitur, qui non debuit ordinari, antequam Lupicinus in p̄ſenti poſitus, aut cōfutatus, aut certe cōfeſſus, iuſtæ poſſet ſubiacere ſentētię, ut uacantem locum, quemadmodum diſciplina eccleſiaſtica exigit, is, q cōſecrabatur, exciperet.

De Donato Nouatianorum epiſcopo, & de Maximo ex Donatiſtis. Cap. 3.

1.q.7. *Donatum autem.* Donatum autem Salicinenſem ex Nouatiano cū ſua (ut cōperimus) plebe cōuerſum, ita dn̄ico uolumꝰ gregi p̄ſidere, ut libellū fidei ſuę ad nos meminerit dirigēdum, quo & Nouatiani dogmatis dānet errorem, & pleniſſime cōfiteat catholicā ueritatē. Maximum quoq; ex laico licet reprehēſibiliter ordinatum, tn̄ ſi Donatiſta iam non eſt, & à ſpiritu ſchiſmaticæ prauitatis alienus, ab epiſcopali, quā quoquo modo adeptus eſt, nō repellamꝰ dignitate, ita ut & ipſe libello ad nos edito catholicū ſe eē māifeſtet.

De Aggaro et Tyberiano, qui ex laicis fuerūt ordinati. c. 4.

1.q.7. *Maximum quoque ex laicis.* 32.q.5. *Ille autem famulæ Dei.* De Aggaro & Tyberiano, quorꝫ à cæteris, q ex laicis ordinati ſunt, in hoc cā diuerſa eſt, qđ eorꝫ ordinationi atroces tumultus, & ſæuę ſeditiōes memorant eē famulatę, ur̄o iudicio cūcta cōmiſimꝰ, ut relata habiti apđ uos examinis fide, qd de ſupradictis ſtatuēdū ſit, ſcir̄ poſſimꝰ.

De uirginibus ſacris, quæ uim barbaricam pertulerunt. c. 5.

Illę autem famulæ Dei, quæ integritatem pudoris oppreſſiōe barbarica perdidere, laudabiliores erunt in humilitate ac uerecundia, ſi ſe ī-

cõtaminatis nõ audeant cõparare uirginibus. Quãuis.n.omne pcm̃ ex uolũtate nascat̃,et potuerit corruptiõe carnis mens ĩ uita nõ pollui, minus tñ eisdẽ oberit, si, qd' potuerint aío non amittere, doleãt se uel corpore pdidisse. Si uero aliç emerserint causç, q̃ ad statũ ecclesiar̃, & ad cõcordiã ptineãt sacerdotũ, illic sub timor̃ dñi uolumus, uẽtilent̃, & de cõponendis atq; cõpositis oíb⁹ ad nos relatio plena mittat̃, ut ea, q̃ iuxta eccl'asticũ morẽ iuste et rõnabil̃r fuerit definita, mea q̃q; ſnia roborẽt. Data. 4. Id⁹. Augu.

LEO PAPA DE PRIVILEGIO *Chorepiscoporum siue presbyterorum ad uniuersos Germaniæ atque Galliæ ecclesiarum episcopos.*

EPISTOLA LXXXVI.

Leo Romanç ecclesiç & apl'icç sedis ep̃s uniuersis Germaniæ, atq; Galliç ecclesiarũ epis salutẽ. Cũ in Dei noíe in Romana ecclesia synodũ ep̃orũ siue cæterorũ cõsacerdotũ Chr̃iq; fideliũ coadunatũ habuissemus, & de ordinationibus illicitis, sup qbus crebrior ad nos illarũ partium cõmeãtiũ sermo puenerat, atq; de alĳs necessitatibus ecclesiasticis negotĳs tractãtes, sacrosq; canones relegẽtes solerter egissemus, à multis lachrymabili uultu relatũ est nobis, q̃ qdã Germaniar̃ ac Galliar̃ urbiũ ep̃i freq̃nter chorep̃os, q iuxta canones Neocæsariñ. siue scdm alior̃ decreta pr̃m ĳdẽ sunt, q & pbr̃i, uel pbr̃os destinarẽt, q absente pontifice altaria erigerẽt, basilicasq; cõsecrarent. Qd̃ qdem non est mirũ, id p̃cepisse uiros eccl'asticç disciplinç ignaros, quod est canonicç regulç contrarium, & statim à seculari militia in sacerdotale ministerium delegatos atq; pmotos. Ergo ne ultra

Cap.15. Damasi Papç in episcopi. ad Numidiæ episcopos.

talis à uobis licentia usurpetur, communi sententia statuendum oportuit, scientes, quia sicut coep̃o uel presbytero illicita consecratio est altaris, ita & constitutio. In diuinis enim literis, præcipiente domino, solus Moyses in tabernaculo Dei erexit altar̃, solus ipse unxit, qui utiq; summus sacerdos Dei erat, sicut scriptum est de eo, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. Ideoq; id, quod tantum facere principibus sacerdotum iussum est, quorum typum Moyses & Aaron tenuerunt, omnino decretum est; ut chorepiscopi, uel presbyteri, qui filiorum Aaron gestant figuram, arripere non præsumant. Nam quamuis cum episcopis plurima illis ministeriorum communis sit dispensatio, quadã tamen authoritate ueteris legis, quædam nouę etiam ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint, sicut presbyterorum & diaconorum, aut uirginum consecratio, sicut constitutio altaris, ac benedictio, uel unctio. Siquidem nec erigere eis altaria, nec ecclesias, uel altaria consecrare licet, nec per impositiones manuum fidelibus baptizandis uel conuersis, uel ex hæresi paracletum spiritum sanctum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publice quidem ĩ missa quenquam pœnitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Hęc enim omnia illicita sunt chorepiscopis, qui ad exemplũ & formam septuaginta discipulorum esse noscuntur, uel presbyteris, qui eandem gestant figuram, quoniam quanquam consecrationem habeant, pontificatus tamen apicem non habent. Quæ omnia solis debere summis pon-

Nume. 7.

Psalm. 98.

tificib⁹ authoritate canonũ p̃cipit, ut p hõc & discretio graduũ, & dignitatis fastigiũ summi pontificis demonstret. Sed neq̧ corã ep̃o licet presbr̃is i baptisterium itroire, nec p̃nte antisti te ĩfantem tingere, aut signare, nec pœnitentem sine p̃ceptione ep̃i sui reconciliare, nec eo p̃nte, nisi illo iubente, sacr̃m corp̃is & sanguinis xp̃i conficere, nec eo corã posito pp̃l'm docere, uel bñdicere aut salutar̃, nec plebẽ utiq̧ exhortari.

Ex fine huius pistolæ argumẽtum sumitur, q̧ non sit plena, sed fragmentum duntaxat.

EPISTOLA LXXXVII. EIUSDEM

ad episcopos per Viennensem prouinciam constitutos.

Dilectissimis fr̃ibus uniuersis episcopis per Viennensem prouinciam cõstitutis Leo. Diuinæ cultum religionis, quem ĩ oẽs gentes, oẽsq́ nationes, Dei uoluit gr̃a coruscare, ita dñs nr̃ Iesus Chr̃us humani gñis saluator instituit, ut ueritas, q̃ antea legis et prophetarum præconio continebatur, per ap̃licam tubam in salutẽ uniuersitatis exiret, sicut scriptum est: In omnẽ terrã exiuit sonus eoꝝ, & ĩ fines orbis terræ uerba eoꝝ. Sed hui⁹ muneris sacr̃m, ita dñs ad oĩm apostoloꝝ officium pertinere uoluit, ut ĩ beatissimo Petro, ap̃l'oꝝ oĩm summo principal'r collocaret, ut ab ipso, q̃si quodam capite, dona sua uelut in corpus omne diffunderet; ut exortem se mysterij ĩtelligeret esse diuini, q ausus fuisset à Petri soliditate recedere. Hunc.n.ĩ consortiũ ĩdiuiduę unitatis assumptũ, id quod ipse erat, uoluit noĩari, dicendo: Tu es Petrus, et sup̃ hãc petrã ædificabo eccl'ã meam, ut ęterni ædificatio templi, mirabili munere gr̃ę Dei ĩ Petri soliditate consisteret, hac eccl'am sua firmitatę cor

Distin.19. Ita dominus noster Iesus

Psalm.18.

Matth.16.

roborans, ut illam, nec humana temeritas posset appetere, nec portæ contra illam īferi prꝗualerent. Verꝫ hanc Petre istius sacratissimam firmitatē, Deo (ut diximus) ędificāte constructā, nimis īpia uult pręsumptione uiolare, qſqs ei⁹ potestatem tentat īfringere, fauendo cupiditatibus suis, & id, qđ accepit à ueterib⁹, non sequēdo, cum nulli se subditum legi, nullis īstitutionis dñicę credit regulis cōtineri, à uro, nroq; p nouæ usurpationis ambitum more desciscens, præsumendo illicita, & q̄ custodire debuit, negligendo. Verꝫ hęc nos, Deo (ut credimus) aspirante, seruata circa uos nrę charitatis gr̄a, quā sanctitati uræ apl'ica semp sedes (ut meministis) īpendit, nitimur consilio maturiore corrigere, & uestrarꝫ eccl'iarꝫ statum, cōicato uobiscū labore, componere, non noua īstituentes, sed uetera renouantes, ut ī status consuetudine, q̄ nobis à nr̄is pr̄ibus est tradita, pduremus, & Deo nr̄o p boni operis ministerium, remotis perturbationum scādalis, placeam⁹. Nobiscum itaq; ur̄a fraternitas recognoscat, apl'icam sedē, pro sui reuerentia, à uræ etiam prouincię sacerdotibus īnumeris relationibus esse consultam, et p diuersarꝫ (quemadmodū uetus consuetudo poscebat) appellatiōe causarꝫ, aut retracta, aut cōfirmata, fuisse iudicia, adeo ut seruata unitate spiritus ī uinculo pacis, commeantibus hincinde lr̄is, qđ sancte agebatur, ppetuę proficeret charitati. Quam solicitudo nr̄a non sua q̄rens, sed q̄ sunt xp̄i, dignitatē diuinitus datam, nec ecclesijs, nec eccl'iarꝫ sacerdotibus arrogabat. Sed hunc tramitem semp īter maiores nr̄os, & bn̄ tentum, & salubriter cōstitutum, Hilarius

ecclesiarum statum, & concordiam sacerdotum nouis præsumptionibus turbaturus excessit, iterum suæ uos cupiens subdere potestati, ut se beato apostolo Petro nō patiatur eē subiectū, ordinationes sibi omnium per Gallias ecclesiarum uendicans, & debitam metropolitanis sacerdotibus in suum ius transferens dignitatē, ipsius quoq; beatissimi Petri reuerentiam, uerbis arrogantioribus minuendo, cui cum prę cęteris soluendi & ligandi tradita sit potestas, pascendarum tamen ouium cura specialius mandata est. Cui quisquis principatum æstimat denegandum, illius qdem nullo modo potest minuere dignitatem, sed inflatus spiritu superbiæ suæ semetipsum in inferna demergit. Quæ igitur apud nos in causa Celidonij episcopi gesta confecta sint, & quæ Hilarius dixerit, dum cū eodem, præsente supradicto episcopo, audiret, inditus chartis rerū ordo demonstrat. Vbi post q̄ Hilarius rationabile, quod in sanctorū concilio sacerdotū posset respondere, non habuit, ad ea se occulta cordis ipsius trāstulerūt, q̄ nullus laicorū dicerē, nullꝰ sacerdotū posset audire. Doluimus (fateor) frēs, & hunc eius mētis tumorem medelis patiētiæ nostrę curare tentauimus. Nolebamus etenim ea illi exacerbarē uulnera, quæ suæ animæ, insolentibus subinde sermonibus, isligebat, & quem susceperamus ut fratrem, delinire magis ipsum (quamuis ipse se suis responsionibus implicaret) quam contristare interlocutionibus, nitebamur. Absolutus est Celidonius episcopus, q̄m se iniuste sacerdotio fuisse deiectum, manifesta testium responsione, ipso etiam pn̄te, monstrauerat, ita ut, quod

Matth. 16.
Ioan. 21.

Hilarius nobiscum residens posset opponere, non haberet. Remotum est ergo iudicium, qđ prolatum in hac sñia legebatur, quod tanq̃ ui duæ maritus sacerdotiũ tenere non posset. Qđ nos qdem, seruantes legalia constituta, solicitiꝰ uolumus custodiri, non solũ circa sacerdotes, sed circa clericos quoq; minoris officij, ne ad sacram militiam hi pmittãtur accedere, qbus sit tale coniugium, ut contra aplicã disciplinã nõ unius tñi uxoris uiri fuisse mõstrent. Sed sicut eos, quos factum suũ non potest excusare, aut nõ admittendos, aut si fuerint, decernimus remouendos, ita qbus hoc falsum obijcit, ab ea necesse est examinatione purgemꝰ, & suum officium pdere non sinamus. Mansisset nãq; i illum prolata sñia, si obiectorꝝ ueritas extitisset. Redditus itaq; est ecclesiæ suæ, & huic, quam amittere non debuit, dignitati coeps nr̃ Celidonius, sicut gestorꝝ series, & post decursam cognitionem sñia, q̃ à nobis est plata, testat. Huic negotio sic finito fr̃is & coepi nr̃i Proiecti, q̃re la successit. Cuius ad nos lr̃ę lachrymabiles, & dolendæ desup ordinato sibi epõ sunt directæ. Epistola quoq; ĩgesta est ciuium, ipsius & numerosa subscriptione singulorꝝ firmata, ĩuidiosissimis contra Hilarium plena q̃rimonijs, qđ Proiecto epõ suo ægrotare liberum nõ fuisset, eiusq; sacerdotium in alium præter suam notitiam esse translatum, & tanq̃ ĩ uacuam possessionem ab Hilario peruersore hæredem uiuentis inductum. Quid hic fraternitas uestra sentiat, cuperemꝰ audire, quãq̃ de ur̃is animis nr̃a non debeat sñia dubitare, cum frẽm in lectulo constitutum, non tam infirmitate corporis ag-

grauari, q̃ alio uideatis dolore torqueri. Quæ spes illi de uita relinquit, cui de sacerdotio suo, dum illi alter substituitur, irrogat desperatio? Appet ergo, q̃ mitis sit corde Hilarius, q obesse præsumptioni suę frnę mortis credidit tarditatem. Quantum enim ĩ se fuit, illi subtraxit lucem, abstulit uitam, q hunc dolorem, in locum eius alterꝰ subrogãdo, ne ad salutem illi recursus esset, iniecit. Esto ut breuis frĩ euenerit humanę conditionis consueta migratio, quid sibi Hilarius q̃rit ĩ aliena prouincia, et id qđ nulla decessorꝰ ipsiꝰ, aut Patroclus habuerit, cur usurpat, cũ & ipsum, qđ Patroclo à sede apłica tpaliter uidebatur esse concessum, postmodum sit snĩa meliore sublatum? Expectarent certe uota ciuium, testimonia populorꝰ, q̃reretur honoratorꝰ arbitrium, electio clericorꝰ, q̃ in sacerdotũ solent ordinationibus ab his, q norunt prm̃ regulas, custodiri, ut apłicę authoritatis norma ĩ oĩbus seruaretur, q̃ præcipitur, ut sacerdos ecclesiæ præfuturus, nõ solum attestatione fidelium, sed etiã eorꝰ, q foris sunt, testimonio muniatur, necq ullius scãdali relinquatur occasio, cum per pacẽ, & Deo placitam concordiã consonis oĩum studĳs, q doctor pacis futurus est, ordinatur. Sed ĩsperatus nesciẽtibꝰ superuenit, & ĩprouisus abscessit cursu (ut didicimus) celeri, itinera multa conficiens, & p longinquas puincias tanta ĩmaturitate discurrens, ut uideatur gloriam de scurrili uelocitate potius, q̃ de sacerdotali moderatione captasse. Hæc. n. directarꝰ ad nos ciuium uerba sunt lrãrꝰ. Ante abscessit, q̃ eum uenisse, nossemus. Nõ est hoc redire, sed fugere, nec salubritatẽ ĩpendere diligen

tiæ pastoralis, sed uim īferre latronis, & furis,
Ioan.10. dicente dño: Qui non ītrat p ianuam ī curtem
ouium, sed ascendit aliunde, hic fur et latro est.
Non ergo Hilarius tā studuit epm consecrarī,
q̄ȝ eum potius, q ægrotabat, occidere, & ipsum
quē superposuit, male ordinādo decipere. Nos
tñ, quod uobis credimꝰ, Deo iudice placituꝝ, ī
cōe cunctis fratribus consulentes, & male or-
dinatū submoueri, & epm, & proiectum ī suo
sacerdotio pmanere debere, decreuimus, id sta-
tuentes, ut si qsq̄ȝ fratrum nostroꝝ in quacūq̄ȝ
prouincia decesserit, is sibi ordinationem uen-
dicet sacerdotis, quem illius prouinciæ metro-
politanum esse constiterit, qa (ut uidemus) cau
sæ transactæ sunt, in qbus etiam multa sunt, q̄
præter rationē ecclīasticam uideanť esse cōmis
sa, & iusti iudicij debeant expectare censuram.
Sed nos diutius hic non possumus īmorari, cū
ad alia, q̄ nobis cum ūra sanctitate conferenda
sunt, prouocemur. Militaris manus (ut didici-
mus) per prouincias sequitur sacerdotē, & ar-
matis presumptione suffultum ad inuadēdas,
per tumultū famulatus ecclīas, q̄ pprios ami-
serint. Traduntur ordinandi ad hoc officium,
his, qbus præficiendi sunt, ciuitatibꝰ ignoti. Vt
ēm notus, q fuerit probatus, per pacē petitur,
ita per uim, necesse est, qui ignotus adducit, im
ali. prohibere. ponatur. Obtestor & obsecro, & sub Dei uos ī
uocatione conuenio, prohibete, fratres, talia, &
ali. remouete. oēm dissensionis materiam de uestris puincijs
rēmouete. Certe nos ante Deum absoluimus, q
uos ne permittatis ultra hæc fieri, conuenimꝰ.
Per pacem, & quietem sacerdotes, q præfuturi
sūt, postulētur. Teneatur subscriptio clericoꝝ,

honoratorum testimonium, ordinis consensus & plebis. Qui præfuturus est oībus, ab oībus eligatur. Ordinationē sibi (ut ante iam diximus) singuli metropolitani suarum prouinciarum, cum his q cæteros sacerdotij antiqtate præueniunt, restituto sibi per nos iure defendant. Alienū ius, alter sibi non audeat uendicare. Suis limitib⁹ suis terminis, sit unusquisque cōtentus. Et priuilegiū sibi debitum, in aliū transferre se posse, nouerit non licere. Quod siqs negligēs aplicas sanctiones, plus grãæ tribuēs personali, sui honoris desertor esse uoluerit, priuilegium suum in alium transferre, posse se credēs, nō is, cui cesserit, sed is, q ītra prouinciam antiqtate epāli cæteros p̃uenit, sacerdotes ordinãdi, sibi uendicet potestatē, nō q̄ passim, sed die legitimo celebret. Nec sibi cōstare status sui nouerit firmitatē, q nō die sabbati uespere, quod lucescit ī primã sabbati, uel ipso dñico die fuerit ordinatus. Solū.n. maiores nr̃i resurrectionis dñicę diē honore dignū iudicauere, ut sacerdotes, q sumuntur, hoc die potissimum tribuãtur. Suis unaquęque ꝓuincia sit contenta cōsilijs, nec ultra Hilarius audeat conuentus indicere synodales, et sacerdotū dñi iudicia, se īterferēdo, tubare, q non tm̄ nouerit se, ab alieno iure depulsum, sed ēt Viennēsis ꝓuincię (quã male usurpauerat) ptãte priuatum. Dignum est.n. fr̃es, antiqtatis statuta reparari, cum is, q sibi ordinationē ꝓuinciæ īdebite uendicabat, talis in pñti ēt ꝓbatus fuerit, ut cū ipse frequenti⁹ temerarijs, et īsolentib⁹ uerbis sñiam damnationis expeteret, suę tm̄ ciuitatis sacerdotium, pro sedis aplicę pietate, p̃ceptio nr̃a seruauerit. Non ergo sit illi ordinatio, q meriti sui cō

ſcius,cum q̃reretur ad accuſandum,turpi fuga ſe credidit ſubtrahendum ex oris aplicæ cōionis,cuius particeps eſſe nō meruit, Deo(ut credimus)hoc agente,q illum,īopinantib⁹ nobis, & ad iudicia nr̃a pertraxit,& īter examinationes habitas, ne communionis noſtræ conſors fieret,ut abſcederet latenter,effecit. Nulli Chriſtianorum facile communio denegetur,nec ad indignantis fiat hoc arbitriū ſacerdotis, quod in magni reatus ultionē inuitus,& dolēs quodammodo debet īferre animus uindicātis. Cognouimus enim,pro cōmiſſis, & leuibus uerbis quoſdam à gratia communionis excluſos, & animā, pro qua Chriſti ſanguis effuſus eſt, irrogatione tam ſęui ſupplicij ſauciatam,et inermem quodammodo,exutamq́ omni munimine,diabolicis incurſib⁹, ut facile caperetur, obiectam. Certe ſiquando cauſa talis emerſerit,ſut pro cōmiſſi criminis qualitate aliquē iuſte faciat cōione priuari,is tm̄ pœnę ſubdēdus eſt,quem reatus inuoluit, nec particeps debet eſſe ſupplicij,qui conſors non docetur cōmiſſi. Sed quid mirum eum in laicos talem exiſtere,qui ſoleat de ſacerdotum damnatiōe gaudere? Vnde quia noſtra longe alia uidetur intētio (nam oīum eccleſiarꝫ ſtatum,& concordiā cuſtodiri cupimus ſacerdotum)ad unitatem uos uinculo charitatis hortantes,& obteſtamur,et affectione congrua commonemus,ut ea, quę à nobis,Deo īſpirante, & beatiſſimo Petro apl'o diſcuſſis,probatiſq́; nunc omnibus cauſis, decreta ſunt, ꝑ ueſtra pace, & dignitate ſeruetis, certi,nō tā noſtro honori proficere,q̧ talia ſtatuiſſe cognoſcimur. Nō enim nobis ordinationes ueſtrarum

nes ueſtrarum prouinciarum defendimus, quod poteſt forſitan, ad deprauādos ueſtræ ſanctitatis animos, Hilarius pro ſuo more mētiri, ſed ppter ueſtram ſolicitudinem uindicamus, neqd ulterius liceat nouitati, nec pſumptori loc⁹ ultra iā pateat, priuilegia noſtra caſſandi. Noſtrę.n.gratulationi hoc ſolum creſcere profitemur, ſi apoſtolicæ ſedis diligentia apud uos illibata ſeruetur, & p ſacerdotalis diſciplinæ cuſtodiā honori ueſtro perire, quod ſuū eſt, pro nouis uſurpationibus, non ſinamus. Et qm̄ honoranda eſt ſemp antiquitas, fratrem, & coepm nr̄um Leōtium probabilem ſacerdotem, hac (ſi uobis placet) dignitate uolumus decorari, ut præter eius conſenſum alterius prouinciæ nō indicatur à ueſtra ſanctitate concilium, & à uobis oībus, quēadmodum uetuſtas eius, & pbitas exigit, honoretur, metropolitanis priuilegij ſui dignitate ſeruata. Aequum eſt.n.nec ulli de fratrib⁹ fieri uidetur iniuria, ſi his, qui uetuſtate præcedunt, pro ætatis ſuæ merito in ſuis prouincijs à ſacerdotibus cæteris deferatur. Deus uos incolumes cuſtodiat, fratres mei.

EPISTOLA LXXXVIII. EIVSDEM,

ad Rauennium Arelatenſem archiepiſcopum.

Domino fratri Rauennio, Leo. Prouectionē dilectionis tuæ, q̄ ſummi ſacerdotij adepta eſt dignitatē, ita nobis placere cognoſce, ut non ſolum tibi, de honoris augmento, ſed etiam Arelatēſi eccleſię, cui te dn̄s prępoſuit, gaudeam⁹. Ad oīum.n.fidelium decus, atq; utilitatem redundat, cum talis habetur antiſtes, cuius plurimi & adiuuentur præſidio, & incitentur exēplo. Vnde, quia non ignoras, quid de ſynceri-

tate aī tui scd'm pñtem notitiā senserimus, iustissime nos agnoscitis exiger̄, ut qd' p̄sumim⁹, hoc probemus, frater charissime. Modestiæ igitur tuæ nō authoritas constantiā, sed māsuetudo cōmendet, iustitiam lenitas tēperet, patientia contineat libertatem, et declinata superbia, cui proximū est ut decidat, ametur humilitas, cui semper debetur ut crescat. Ecclesiasticaꝶ legū non ignara est dilectio tua, ut ītra eaꝶ regulas, atq; mensuras oīs potestatis tuæ iura contineas. Iusto tñ dicitur lex nō esse posita, qa normam præceptionis implet iudicio uoluntatis, cum uerus recti amor in semetipso habeat, & ap̄licas authoritates, & canonicas sanctiones. Quaꝶ deuotus sectator, & diligēs executor in eoꝶ proculdubio consortio gloriaberis, qui de creditoꝶ sibi profectibus talentoꝶ audire meruerunt. Euge serue bone, & fidelis, qa sup̄ pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, ītra in gaudium dñi tui. Vt aūt fiduciā dilectionis erga te nostræ habere non dubites, sæpius nos de ꝓcessu actuū tuoꝶ facias certiores, qm̄ iudicij nr̄i memores, cupim⁹ semp̄ de tuis ꝓfectib⁹ in dño gloriari. Deus te incolumem custodiat, frater charissime.

1. Timoth. 1.

Matth. 25. & Luc. 19.

EPISTOLA LXXXIX. EIVSDEM *ad Theodorum Foroiulien. ep̄m, ut his, qui in exitu sunt, pœnitentia, & communio, non negetur.*

Leo Theodoro ep̄o Foroiuliensi salutē. Solicitudinis qdem tuæ is ordo esse debuerat, ut cum metropolitano tuo primitus de eo, quod q̄rendum uidebatur esse, conferres, ac si id, qđ ignorabat dilectio tua, etiā ipse nesciret, instrui uos pariter posceretis, qa in causis, q̄ ad genera

lē obseruantiā pertinent, oīum dñi sacerdotum sine primatib⁹ nihil oportet inqri. Sed, ut quoquomodo īstruatur ambiguitas cōsulentis, qd de pœnitentium statu ecclīastica habeat regula non tacebo. Multiplex misericordia Dei ita lapsibus subuenit humanis, ut non solum p baptismi gratiā, sed etiam p pnię medicinam spes uitæ reparetur æternæ, ut q regenerationis donum uiolassent, proprio se iudicio condemnantes, ad remissionem criminū puenirent, sic diuinę bonitatis p̄sidijs ordinatis, ut īdulgētia Dei, nisi supplicationibus sacerdotum nequeat obtineri. Mediator. n. Dei, & hoīum homo xp̄s Iesus, hāc p̄positis ecclīæ tradidit potestatem, ut & confitentibus satisfactionem pniæ darēt, & eadem salubri satisfactione purgatos ad cōionem sacramentorū per ianuam reconciliationis admitterent. Cui utiq; operi incessabilr ipse saluator īteruenit, nec unq̄ ab his abest, q̄ ministris suis exequēda cōmisit, dicēs: Ecce ego uobiscum sum oībus diebus usq; ad consummationē seculi, ut siqd per seruitutem nr̄am bono ordine, et grato īpletur effectu, nō ambigamus per sp̄m sanctū nobis fuisse donatū. Si aūt aliqs eorū, pro qbus dño supplicamus, quocunq; interceptus obstaculo, à munere indulgētiæ p̄sentis exciderit, & priusq̄ ad constituta remedia pueniat, temporalē uitam humana cōditione finierit, quod manens in corpore, non receperit, conseq, exutus carne, nō poterit. Nec necesse est nobis, eorū, q sic obierint, merita, act⁹q; discutere, cum dñs Deus nr̄, cuius iudicia nequeunt comprehēdi, quod sacerdotale ministerium īplere non potuit, suæ iustitiæ reseruauerit

De pœ. dist. 1. Multiplex

alias, dominus

alias, quibus dicit in euāgelio.

Matth. 28.

De pœ. dist. 1. Multiplex.

alias, excesserit

rit, ita potestatem suã timeri uolens, ut hic terror oĩbus prosit, & quod quibusdam tepidis, aut negligentibus accidit, nemo non metuat. Multum enim utile, ac necessarium est, ut peccatorũ reatus ante ultimũ diem sacerdotali supplicatione soluatur. His autem, q in tpe necessitatis, & in periculi urgentis instantia, præsidiũ pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorãt, nec satisfactio ĩterdicenda est, nec reconciliatio deneganda, quia misericordiæ Dei, nec mensuras possum9 ponere, nec tpa definire, apud quẽ nullas patitur uenire moras conuersio, dicente spiritu Dei per prophetam: Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Et alibi: Dic tu iniqtates tuas, ut iustificeris. Et iterũ: Quia apud dñm misericordia est, & copiosa apud eum redemptio. In dispensandis itaq; Dei donis non debemus esse difficiles, nec accusantium se lachrymas, gemitusq́; negligere, cum ipsam pœnitentiam ex Dei credamus inspiratione conceptam, dicente apostolo: Ne forte det illis Deus pœnitentiam, ut resipiscant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad ipsius uoluntatẽ. Vnde oportet, unumquẽq; Christianum conscientiæ suæ habere iudicium, ne cõuerti ad Deũ de die in diem differat, nec satisfactionis sibi tempus in fine uitæ suæ constituat, quẽ periculose ignorantia humana concludit, ut ad paucarũ horarum spacium se reseruet incertum, & cum possit pleniore satisfactione indulgentiam promereri, illius tpis angustias eligat, quo uix ĩueniat spatium uel confessio pœnitentis, uel reconciliatio sacerdotis. Verum (ut dixi) etiam taliũ necessitati ita auxiliandũ est, ut nec actio illis pœ

De pœ. dist. 1. Multiplex. Et 26. q. 6. His qui tpe. Ezech. 33. Esa. 43 alias, tu prior Psalm. 129 alias, pœnitendi affectionẽ. 2. Timot. 2.

alias, Ita ergo necessitati talium

nitentiæ, nec communionis gratia denegetur, si ea, etiam amisso eis uocis officio, per indicium integri sensus quærere comprobentur. Quod si aliqua ęgritudine ita fuerit aggrauati, ut quod pauloante poscebant, sub præsentia sacerdotis significare nō ualeant, testimonia eis fidelium circūstantium prodesse debebunt, ut simul & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium cōsequantur, seruata tamen regula canonum paternorum circa eorum personas, qui in Deum, à fide discedendo, peccarunt. Hæc aūt, frater, quæ ad interrogationem dilectionis tuæ ideo respondi, ne aliquid contrarium sub ignorantiæ excusatione gereretur, in metropolitani tui notitiā facies peruenire, ut si qui forte sunt fratrum, q de his antea putauerant ambigendum, per ipsum de oībus, q̄ ad te scripta sunt, instruantur.

alias, eam. *De pœ. dist. 1.* *Multiplex* *alias, indicia.* *26. q. 6. His qui tpe nec*

EPISTOLA XC. EIVSDEM

ad Rusticum Narbonensem episcopum.

Leo eps, Rustico Narbonēsi epo. Epistolas fraternitatis tuæ, quas Hermes archidiaconus tuus detulit, libenter accepi, diuersarum qdē causarum connexione multiplices, sed non ita patientiæ legentis onerosas, ut aliqd earum īter concurrentes undiq; solicitudines fuerit prętermissum. Vnde totius sermonis tui allegatione cōperta, & gestis, q̄ in epōrum, honoratorūq; examine confecta sunt, recēsitis, Sauiniano, & Leoni presbyteris actionis suę ītelleximus fiduciā defuisse, nec eis iustam superesse q̄rimoniā, q se ab īchoatis disceptationibus sponte subduxerint. Circa quos quā formam, quā ue mensurā debeas tenere iustitiæ, tuo relinquo moderamini, suadens tn̄ charitatis hortatu, ut sanandis

alias, Subditis respōsionibus, & ad eiusdem consulta rescriptis epistolas.

alias, cōcepta

ægris spiritualem adhiberẽ debeas medicinã,&
Eccl.7. dicente scriptura,noli esse nimiũ iustus,mitius
agas cum eis,q impudicitiæ zelo uidentur mo
dum excessisse uindictę,ne diabolus, q decepit
adulteros,de adulterij exultet ultorib9. Miror
autem,dilectionem tuam in tm̃ scãdalorꝶ qua-
cunq; occasione nascentiũ aduersitate turbari,
ut uacationem ab epatus laboribus optare te
dicas,& malle in silentio,atq; otio uitam dege
re,q̃ in his,q̃ tibi commissa sunt,pmanere. Di
Matth.10. & cente uero dño,Beatus,qui pseuerauerit usq; ĩ
24. finem,unde beata erit perseuerantia, nisi de uir
2.Timoth.3. tute patientiæ? Nã,secundum apłicam prædica
tionẽ,oĩs,q uoluerit pie uiuere in xp̃o Iesu, per
secutionẽ patietur. Quæ non in eo tm̃ cõputan
da est,q contra Christianã pietatem aut ferro,
aut ignibus agitur,aut qbuscũq; supplicijs, cũ
persecutionum sæuitiam suppleant,& dissimi-
litudines morum,& cõtumaciæ inobedientiũ,
& malignarum tela linguarꝶ, quibus conflicta
tionibus, cũ oĩa semper ecclesiæ membra pul-
sentur,& nulla piorꝶ portio hic à tentatione sit
libera,ita ut periculis nec otia careãt,nec labo-
res,quis ĩter fluctus maris nauem diriget,si gu
Ioan.10. bernator abscedat? Quis ab ĩsidijs luporꝶ oues
custodiet,si pastoris cura nõ uigilet? Quis de-
niq; latronibus obsistet,& furibus, si specula-
torẽ in prospectu explorationis locatũ,ab intẽ
tione solicitudinis amor quietis abducat? Per-
manendum ergo in opere est credito,& ĩ labo-
re suscepto. Cõstanter tenẽda est iustitia,& be-
Dist.86.Odio nigne præstanda clementia. Odio habeant pec
habeãtur pec- cata,nõ hoĩes. Nunc corripiant timidi, nũc to-
cata lerentur ĩfirmi, & quod in peccatis seuerius ca

ſtigari neceſſe eſt,nõ ſequentis plectatur aío,ſed medẽtis.At ſi uehemẽtior tribulatio ĩcubuerit, nõ ita expaueſcamus, q̃ſi illi aduerſitati,pprijs ſit uiribus reſiſtẽdũ, cũ & cõſilium nr̃m,& fortitudo nr̃a ſit xp̃s,ut ſine quo nihil poſſumus, p ipſum cuncta poſſim⁹,q cõfirmans p̃dicatores euãgelij,et ſacror̃ miniſtros.Ecce ego,inqt, uobiſcum ſum,uſq; ad conſummationem ſeculi.Et iterum:Hęc,inquit,locutus ſum uobis,ut in me pacem habeatis,in mundo autem tribulationem habebitis.Sed bono animo eſtote,qa ego uici mundum.Quæ pollicitationes,quia ſine dubitatione manifeſtę ſunt,nullis debemus ſcandalis infirmari,ne electioni Dei uideamur ingrati,cuius tam potẽtia ſunt adiutoria, q̃; uera promiſſa . De conſultationibus autem dilectionis tuæ,quas ſeparatim conſcriptas, archidiaconus tuus detulit,quid ſentiendum ſit,inter præſentes opportunius quęreretur,ſi nobis tui cõſpectus copia proueniret.Nam cum quędam interrogationes modum uideant̃ excedere,intelligo eas colloquijs aptiores eſſe,q̃; ſcriptis.Quia ſicut quædam ſunt,q̃ nulla poſſunt ratione conuelli,ita multa ſunt,q̃ aut pro conſideratione ætatum, aut pro neceſſitudine rerũ oporteat temperari,illa ſemper conditione ſeruata,ut in his,quę uel dubia fuerint,aut obſcura,id nouerimus ſequendum,quod nec præceptis euangelicis cõtrarium,nec decretis ſanctorum patrum inueniatur aduerſum.

Ioan.15. *Matth.28.* *Ioan.16.* *alias,interrogationis* *Diſt.14.c. Sicut quædam*

Incipiũt ad inqſitionẽ eiuſdẽ epi ſubiecta rñſa.

Quo'd non habeãtur epiſcopi, quos nec clerus elegit,nec populus exquiſiuit , nec puinciales epiſcopi conſecrarunt,&c.

Quòd nō habeātur epi, quos nec clerus elegit, nec populus exquisiuit, nec prouinciales epi cōsecrarunt. Si qui tamē clerici ab his pseudoepiscopis ordinantur, rata potest talis ordinatio existere. Cap. 1.

Dist. 62. Nulla ratio. Nulla ratio sinit, ut īter epos habeantur, qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibus experti, nec à prouincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati. Vnde cū sæpe quęstio de male accepto honore nascatur, quis ambigat, nequaq; istis esse tribuendum, quod nō docetur fuisse collatum? Si qui autē clerici, ab istis pseudoepiscopis, in eis ecclesijs ordinati sunt, quæ ad proprios episcopos pertinebant, & ordinatio eorum cum consensu, & iudicio pręsidentium facta est, potest rata haberi, ita ut in ipsis ecclesijs perseuerēt. Aliter autem uana est habenda ordinatio, quæ nec loco fundata est, nec authoritate munita.

1. q. 1. Si qui a Pseudoepiscopis. alias, qui

Quòd p̄sbyteri, aut diaconi, si in aliquo crimine detecti fuerint, nō possint p manus impositionē pn̄iæ remediū consequi. c. 2

Dist. 50. Alienum est a cō. Alienum est à consuetudine ecclesiastica, ut qui in presbyterali honore, aut in diaconij gradu fuerint consecrati, pro crimine aliquo suo p manus impositionē remedium accipiant pœnitendi, qđ sine dubio ex aplica traditione descendit, secūdum quod scriptum est: Sacerdos, si peccauerit, qs orabit pro eo? Vnde huiusmodi lapsis, ad promerendam misericordiam Dei, priuata est expetenda secessio, ubi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.

1. Reg. 2. alias, concessio, uel successio.

Quòd diaconi sicut episcopus, & presbyter, cessare debeant ab opere coniugali, non tamen repudiare coniugium. Cap. 3.

Dist. 31. Lex continentiæ. Lex cōtinētię eadē est ministris altaris, q̄ epis, atq; p̄sbr̄is. Qui, cum essent laici, siue lectores,

licite & uxores ducere, & filios pcreare potuerũt. Sed cũ ad pdictos puenerint gradus, cœpit eis non licere, qđ licuit. Vnde, ut de carnali fiat spũale cõiugiũ, oportet, eos nec dimittere uxores, & quasi nõ habeant, sic habere, qđ & salua sit charitas cõiugiorum, et cessent opera nuptiarum. Et in de. Iuonis lib. 3. alias, 7. connubiorum. 32. q. 2. Non oĩs mulier.

Quòd aliud sit uxor, aliud concubina, Nec erret, quisquis filiam suã in matrimoniũ tradiderit ei, qui habuit cõcubinã. c. 4. Gene. 2. & 21 Gala. 4.

Nõ oĩs mulier iũcta uiro, uxor ẽ uiri, qa nec oĩs filius hæres est pr̃is. Nuptiarum aũt fœdera ĩter ingenuos sunt legitima, & inter æquales & multo prius (hoc ipsum dño cõstituẽte) q̃ initiũ Romãi iuris existeret. Itaq; aliud est uxor, aliud cõcubina, sicut aliud ãcilla, aliud libera. Propter qđ etiã apl̃us ad manifestãdã harum psonarum discretionẽ, testimonium ponit ex Genesi, ubi dr̃ Abrahę: Eijce ancillã, & filiũ eius. Nõ. n. hæres erit filius ancillæ cũ filio meo Isaac. Vñ cũ societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut, pter sexuũ cõiunctionẽ, haberet in se Chr̃i, & ecclesiæ sacr̃m, dubiũ non est, eã mulierẽ nõ ptinere ad matrimoniũ, ĩ qua nõ doceẽ nuptiale fuisse mysteriũ. Igiẽ cuiuslibet loci cleric⁹, si filiã suã uiro habẽti cõcubinã ĩ matrimoniũ dederit, nõ ita accipiẽdũ ẽ, q̃si cõiugato eã dederit nisi forte illa mulier & ingenua facta, & dotata legitime, & publicis nuptijs honestata uideaẽ. Pr̃no arbitrio uiris iunctæ carent culpa, si mulieres, quæ à uiris habebantur, in matrimonio nõ fuerunt, qa aliud est nupta aliud cõcubina. Gene. 21. 27. q. 2. Cum societas. Et in de. Iuo. lib. 6. Ephe. 5.

Quòd non sit coniugij duplicatio, quando, ancilla relicta, uxor assumitur. Cap. 5.

Ancillã à thoro abijcere, & uxorẽ certę ingenuitatis accipere, nõ duplicatio cõiugij, sed pfe 32. q. 2. Ancillam à thoro.

cti⁹ est honestatis. Culpāda est sanè taliū negligētia, sed nō penit⁹ desperāda, ut crebris cohortationib⁹ īcitati, qđ necessarie expetierunt, fideliter & exequātur. Nemo enim desperādus est, dū in hoc corpore cōstituit̃, qa nōnūq̃, qđ diffidentia ętatis differt̃, cōsilio maturiore pficitur.

De pæ. dist. 7. Nemo desp.

De his, qui communione priuantur, et ita moriuntur. Ca. 6.

Horū cā Dei iudicio reseruanda est, ī cuius manu fuit, ut taliū obitus usq; ad cōmunionis remediū differret̃. Nos autē, qb⁹ uiuētib⁹ nō cōicauimus mortuis cōmunicare non possumus.

34. q. 2. De cōmunione. alias, nō usq;. De pæ. dist. 1. Pœnitētia q̃.

De his, qui pœnitentiam agere differunt. Cap. 7.

Dissimulatio hęc pōt nō cōtēptu eē remedij, sed de metu grauius delinquendi. Vnde pœnitentia, quæ dilata est, cum studiosius petita fuerit, non negetur, ut quoquomodo ad indulgentię medicinam anima uulnerata perueniat.

Quod oporteat, eum, qui pro illicitis ueniam poscit, etiam à licitis abstinere. Cap. 8.

Aliud quidem est, debita iusta reposcere, aliud propria perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum ueniam postulantem, oportet, multis etiam à licitis abstinere, dicente Apostolo: Omnia mihi licent, sed nō omnia expediūt. Vnde, siquis pœnitens habeat causam, quam negligere forte nō debeat, melius expetit ecclesiasticum, q̃ forense iudicium.

De pæ. dist. 1. Aliud quidē. & 11. q. 1. aliud. 1. Corinth 6.

Qđ pœnitēti nulla negotiationis lucra exercere cōueniat. c. 9

Qualitas lucri negotiantem aut excusat, aut arguit, qa est et honestus quæstus, et turpis. Veruntamen pœnitenti utilius est etiam dispendia pati, quàm periculis negotiationis obstringi, quia difficile est, inter ementis, uendentisq́ commercium non interuenire peccatum.

De pæ. dist. 5. Qualitas lu.

Qđ ad militiã secularẽ post pœnitentiã redire nõ debeãt. c. 10

Cõtrariũ est oĩno ecclesiasticis regulis, post pniæ actionẽ redire ad militiã secularẽ, cũ Apostolus dicat: Nemo militans Deo, ĩplicat se negotĳs secularib⁹. Vñ nõ est liber à laqueis diaboli, q se militiæ mũdanæ uoluerit implicare. De pœ. dist. 5. Contrarium. 2. Timo. 2.

Quòd adolescens, si, urgente quocunque periculo pœnitentiã gessit, & non se continet, uxoris potest remedio sustineri. Ca. 11.

In adolescẽtia cõstitutus, si, urgẽte aut metu mortis, aut captiuitatis periculo, pœnitẽtiã gessit, & postea, timens lapsum incõtinẽtiæ iuuenilis, copulã uxoris elegit, ne crimen fornicationis incurreret, rẽ uideť fecisse uenialẽ, si p̃ter cõiugẽ nullã oĩno cognouerit. In quo tñ nõ regulã constituimus, sed qd sit tolerabilius æstimamus. Nam scđm ueram cognitionem, nihil magis ei congruit, qui pœnitentiam gessit, quàm castitas perseuerans, & mentis & corporis.

Quod siquis propositum monachi deseruerit, publice sit pœnitentiæ satisfactione purgandus. Cap. 12.

Propositũ mõachi ꝓprio arbitrio, aut uolũtate susceptũ, deseri nõ põt absq; pctõ. Qđ. n. qs uouit Deo, dẽt et reddere. Vñ, q relicta singularitatis ꝓfessiõe, ad militiã, uel ad nuptias deuolut⁹ est, publice pniæ satisfactione purgãd⁹ est, qa etsi inocẽs militia et honestũ põt eẽ cõiugiũ, electionẽ tñ meliorẽ deseruisse, transgressio est. 20. q. 3. Propositum. Deute. 23. Psal. 49. 115. & Ecclesi. 5. Ionæ. 2. alias, melioris

Quòd puellæ, quæ non coacte, sed uoluntate propria, uirginitatis propositum susceperunt, peccant, si nupserint, licet nondum fuerint consecratæ. Cap. 13. 20. q. 1. Puel.

Puellæ, q̃ nõ coacte parẽtũ ĩperio, sed spõtaneo iudicio uirginitatis ꝓpositũ, atq; habitum susceperunt, si postea nuptias eligũt, p̃uaricãť, etsi cõsecratio nõ accessit, cuius utiq; nõ frau- alias, etiam si nondum eis gratia consecrationis.

darentur munere, si in proposito permanerent.

De his, quae iam consecratae sunt, si nupserint. Cap. 14.

Vbi sup. 10. 1. Puellae quae non. alias, eos.

Ambigi uero nõ põt crimen magnũ admitti, ubi & ꝑpositũ deseritur, et cõsecratio uiolat. Nã si hũana facta nõ possunt ĩpune calcari, q̃d de eis mãebit, q corruperit fœdera diuini sacri?

De his, de quibus dubium est, utrum baptisma perceperint, necesse est, ut renascantur. Cap. 15.

De con. dis. 4. Si nulla ex. Et in de. Ino. lib. 1.

Si nulla existant indicia inter ꝓpinquos, aut familiares, nulla ĩter clericos, aut uicinos, qb⁹ hi, de qbus q̃ritur, baptizati fuisse doceant, agẽdũ est, ut renascant, ne manifeste pereãt; in quibus, q̃d nõ ostẽdit gestum, ratio non sinit, ut uideatur iteratum. Qui autẽ possunt meminisci, ꝙ ad ecclesiam ueniebãt cũ parẽtibus suis, possunt recordari, an quod eoꝵ parentibus dabatur, acceperint. Sed si hoc etiam ab eorum memoria alienum est, cõferendum eis uidetur, q̃d collatum esse, nescitur qa nõ temeritas interuenit præsumptionis, ubi est diligentia pietatis.

Quòd eos, qui se baptizatos agnoscunt, sed in qua fidei professione nesciunt, per manus impositionem suscipiantur. Cap. 16.

De con. dis. 4. Hi de quibus Et in dec. Ino. lib. 1.

Hi autem, de quibus scripsisti, q se baptizatos sciunt, sed cuius fidei fuerint, qui eos baptizauere, se nescire profitentur, quolibet modo formam baptismatis acceperint, rebaptizandi non sunt, sed per manus impositionem, inuocata uirtute spũs sancti, quã ab hęreticis accipere non potuerunt, catholicis copulandi sunt.

De his, qui cõuiuio gẽtiũ, & escis immolatitijs usi sunt. c. 17.

Qui cõuiuio solo gentilium, & escis ĩmolatitijs usi sunt, possunt ieiunijs & manus ĩpositione purgari, ut deinceps ab idolothytis abstinẽtes sacramẽtoꝵ Chr̃i possint esse participes. Si

autē aut idola adorauerī,aut homicidijs, uel fornicationib⁹ cōtaminati sunt,ad cōionē eos,nisi per pœnitentiā publicam,non oportet admitti.

EPISTOLA XCI. EIVSDEM *ad Turbium Asturicensem episcopum.*

Leo epš Turbio epo salutē. Quam laudabiliter pro catholicæ fidei ueritate mouearis, & quã solicite dñico gregi deuotionē officij pastoralis īpēdas,tradita nobis p diaconū tuū fraternitatis tuæ scripta demonstrant, qbus notitiæ nostræ insinuare curasti,qualis in regionibus uestris de antiqs pestilentiæ reliquijs errorū morbus exarserit. Nā & epl'ę sermo,& cōmonitorij series,et libelli tui textus demonstrat,Priscillianistarum fœtidissimā apud uos recaluisse sentinam. Nihil est enī sordium in quorūq; sensib⁹ impiorū,quod in hoc dogma nō cōfluxerit,qñ de omnium terrenarū opinionū luto, multiplicē sibi fæcem cōmiscuerunt,ut soli totū biberent,quicquid alij ex parte gustassent. Deniq; si uniuersæ hæreses,quę ante Priscilliani tēpus exortæ sunt, diligentius retractētur, nullus pene inuenietur error,de quo non traxerit impietas ista contagium,quæ non contenta eorum recipere falsitates,q ab euangelio Christi sub Christi nomine deuiauerunt,tenebris etiam paganitatis immersi sunt, ut per magicarum artium profana secreta,& mathematicorum uana mēdacia,religionis fidem, morumq; rationem in potestate dæmonum,& effectu syderum collocarent. Quod si et credi liceat,& doceri,nec uirtutibus premium,nec uitijs pœna debetur,omniaq;,nō solum humanarum legum, sed etiam diuinarum constitutionum decreta soluentur,

alias, eloquentur.

alias, feculentiam.

quia neq; de bonis, neq; de malis actibus ullũ poterit esse iudicium, si in utranq; partem fatalis necessitas motum mẽtis ĩpellit, & quicqd ab hominibus agitur, nõ est hominũ, sed astrorum. Ad hanc insaniam ptinet, & prodigiosa illa totius humani corporis per duodecim cœli signa distinctio, ut diuersis partibus diuersę p̃sideant potestates, & creatura, quam deus ad imaginem suam fecit, in tãta sit obligatione syderum, in quanta est cõnexione membrorum.
Gene. 1. Merito patres nostri, sub quorum temporibus hæresis hęc nefanda prorupit, per totum mundum instanter egere, ut impius furor ab uniuersa ecclesia pelleretur, qñ etiam principes mundi ita hanc sacrilegã amẽtiam detestati sunt, ut authorem eius, ac plerosq; discipulos legũ publicarum ense prosternerent. Videbant enĩ, omnem curam honestatis auferri, omnẽ cõiugiorũ copulam solui, simulq́; diuinũ ius, humanũq; subuerti, si hmõi hominib⁹ usquam uiuere cũ tali professione licuisset. Et profuit diu ista districtio ecclesiasticæ lenitatis, quæ etsi sacerdotali contenta iudicio, cruentas refugit ultiones, seueris tñ Christianorũ principum cõstitutionibus adiuuatur, dum ad spiritale nõnunq̃ recurrunt remedium, qui timẽt corporale supplicíũ. Ex quo autem multas prouincias hostilis occupauit irruptio, & executionẽ legũ tempestates interdixere bellorum, ex quo inter sacerdotes Dei difficiles cõmeatus, et rati cœperunt esse conuẽtus, inuenit ob publicã pturbationẽ secreta pfidia libertatem, & ad multarum mentium subuersionẽ his malis est ĩcitata, qbus debuit esse correcta. Quæ uero illic aut quanta

alias, interclusere.

pars plebium à contagione pestis huius aliena est,ubi (sicut charitas tua indicat) letali morbo etiam qurundã sacerdotum corda corrupta sunt,& p quos opprimẽda falsitas,& defendẽda ueritas credebatur,per ipsos doctrinæ Priscilliani euãgelium subditur Chri,ut ad profanos sensus pietate sanctorũ uoluminum deprauata, sub nominibus prophetarum, & Apostolorum non hoc pdicetur,qd spiritus sanctus docuit,sed quod diaboli minister inseruit? Quia ergo dilectio tua,fideli,quantum potuit,diligentia damnatas olim opiniones decem & sex capitulis comprehendit,nos quoq; strictim omnia retractemus,ne aliquid harum blasphemiarum aut tolerabile uideatur,aut dubium.

Contra Priscillianistas,qui sanctam trinitatem,non personis,sed tantum nominibus distinguunt. Cap. I.

Primo itaq; capitulo demõstratur,q̃ ĩpie sentiant de trinitate diuina,qui & patris,& filij,& spiritus sancti, unam atq; eandem asserunt esse psonam,tanquam idem deus nunc pater,nunc filius,nunc spiritus sanctus nominetur,nec alius sit,qui genuit,alius,qui genitus est,alius, q de utroq; processit,sed singularis unitas in tribus quidem uocabulis,& non in tribus sit accipiẽda personis. Quod blasphemiæ genus de Sabellij opinione sumpserũt,cuius discipuli etiã Patripassiani merito nuncupantur,quia si ipse est filius,qui & pater,crux filij patris est passio,& quicquid,in forma serui filius,patri obediẽdo, sustinuit,totum in se pater ipse suscepit. Quod catholicæ fidei sine ambiguitate cõtrarium est, quæ trinitatẽ unitatis sic homousion cõfitetur, ut patrem,& filium, & spiritum sanctum sine

confusione indiuisos, sine tpe sempiternos, sine differentia credat æquales, quã unitatem in trinitate nõ ex eadẽ psona, sed eadẽ ĩplet essentia.

Aduersus id, quod Dei filiũ posteriorẽ credunt, quã patrẽ. c. 2.

In secundo capitulo ostenditur ineptum, uanumq; cõmentum, de processionibus quarundam uirtutum ex Deo, quas habere cœperit, & quas essentia sua ipse præcesserit, in quo Arrianorum quoq; suffragantur errori, dicẽtiũ, q pr̃ filio prior sit, quia fuerit aliquando sine filio, & tunc pater esse cœperit quãdo filium genuerit. Sed sicut illos catholica ecclesia detestat̃, ita & istos qui putãt, unq̃ Deo id, qđ eiusdem est essentiæ, defuisse. Quem sicut mutabilẽ, ita & pficientem, dicere nefas est. Quàm enim mutat̃, quod minuitur, tam mutatur etiam, qđ auget̃.

Aduersus id, quod dicunt, ideo unigenitum dici Christum, quia solus de uirgine natus. Cap. 3.

Tertij uero capl̃i sermo designat, qđ iidem ĩpij asserãt, ideo unigenitũ dici filiũ Dei, qa sol⁹ sit natus ex uirgine. Qđ utiq; non auderẽt dicere, nisi Pauli Samosateni, & Fotini uirus hausissent, q dixere dñm nr̃m Iesum Chr̃m, anteq̃ nasceret̃ ex uirgine Maria, non fuisse. Si autem isti aliud de suo sensu intelligi uolunt, ne principiũ de matre dent Chr̃o, asserant, necesse est, non unum esse filium Dei, sed alios quoq; ex summo patre progenitos, quorum hic unus sit natus ex fœmina, & hic ob hoc appelletur unigenitus, quia hanc nascendi conditionem alius filiorum Dei nemo susceperit. Quaquauersum igit̃ se contulerint, in magnæ tẽdunt ĩpietatis abruptum, si Chr̃m dñm, uel ex matre uolũt habere principium, uel patris Dei unigenitũ diffitent̃, cum &

alias, neque.

cum &

cum & de matre is natus sit, qui erat deus uerbum, & de patre nemo sit genitus pter uerbū.

De natali domini, qđ in eo, Priscillianistæ ieiunia celebrēt. c. 4.

Quarto autē capl'o cōtinet, qđ natalē Chri, quē scđm susceptionē ueri hois catholica ecclesia ueneraī, qa uerbū caro factū est, et habitauit in nobis, nō uere isti honorēt, sed honorare se simulēt, ieiunantes eodē die sicut, & die dñico, q est dies resurrectionis Chri. Qđ utiq; ideo faciunt, qa Chrm dñm in uera hoīs natura natū esse non credunt, sed p quādam illusionē ostētatā uideri uolunt, q̄si uera nō fuerit, sequētes dogma Cerdonis, atq; Marciōis, & cognatis suis Manichæis p oīa cōcordātes. Qui sicut in nro examine detecti, atq; cōuicti sunt, dñicū diem, quē nobis saluatoris nri resurrectio cōsecrauit exigunt in mœrore ieiunij, soli (ut pditū est) reuerētiæ hāc cōtinētiā deuouētes, ut p oīa sint à nræ fidei unitate discordes, & dies, q à nobis in lætitia habeī, ab illis ī afflictione ducaī. Vñ dignū est, ut inimici crucis Chri, & resurrectionis, talē accipiāt sniam, qualē elegere doctrinā. Ioan. 1. alias, quia. alias, consonantes.

Aduersus id, quod aiunt, animam hominis ex diuina esse substantia. Cap. 5.

Quinto aūt capl'o referī, qđ aīam hoīs diuinæ asserāt esse substātiæ, nec à natura creatoris sui cōditionis nræ distare naturā. Quā īpietatē ex phlosophoꝝ quorūdā, & Manichæoꝝ opinione manātē, catholica fides dānat, sciēs nullā tam sublimē, tamq; p̄cipuam esse facturā, cui deus ipse natura sit. Qđ enim de seipso est, id est, quod ipse. Nec id aliud est, q̄ filius, & spiritus sanctus. Præter hanc autem summæ trinitatis unam consubstātialem, & sempiternam, alias, hoc.

atq; icõmutabilem deitatem, nihil omniũ creaturarũ est, qđ non in exordio sui ex nihilo creatum sit. Non autem, qcquid iter creaturas eminet, deus est, nec siquid magnum est, atq; mirabile, hoc est, qđ ille, qui facit mirabilia magna
Psal. 71. et. 131 solus. Nemo hominum ueritas, nemo sapientia, nemo iustitia est, sed multi participes sunt ueritatis, & sapientiæ, atq; iustitiæ. Solus autẽ deus nullius participationis dign⁹ est. De quo quicquid digne utcunq; sentitur, non qualitas est, sed essentia. Incõmutabili enĩ nihil accedit, nihil deperit, qa esse illi, quod est sempiternũ, semper est ꝓprium. Vnde in se manens inouat omnia, & nihil accipit, quod ipse non dedit. Nimium igit̃ supbi, nimiumq; sunt cęci, q cum dicãt humanã aĩam diuinę esse substãtiæ, non intelligunt, nihil se aliud dicere, q̃ deũ esse mutabilẽ & ipsum ꝑpeti, qcqd põt naturæ eius inferri.

Contra id, quod aiunt, diabolum ex se, uel eorum chaos, esse, & propriam habere naturam. Cap. 6.

Sexta annotatio indicat eos dicere, quod diabolus nunq̃ fuerit bonus, nec natura eius opificium Dei sit, sed eũ ex Chao, & tenebris emersisse, quia. s. nullum sui habeat authorẽ, sed omnis mali ipse sit principium, atq; substantia, cũ
alias, nostra. fides uera, quæ est catholica, omnium creatura
alias, ea. rum siue spiritualium, siue corporalium bonã confiteatur substãtiam, & mali nullam esse naturam, quia deus, qui uniuersitatis est cõditor, nihil non bonum fecit. Vnde & diabolus bon⁹
Ioan. 8. esset, si in eo, quod factus est, ꝑmaneret. Sed qa naturali excellentia male usus est, & in ueritate non stetit, non in contrariam transiit substãtiam, sed à summo bono, cui debuit adhærere,

desciuit, sicut ipsi qui talia asserunt, à ueris in falsa proruunt, & naturã in eo arguunt, in quo sponte delinquunt, ac pro sua uoluntaria peruersitate dãnantur. Qđ utiq; in ipsis malũ erit, & ipsũ malũ nõ erit substãtia, sed pœna substãtię.

Contra illud, quod nuptias, & procreationes filiorum, astruant esse peccatum. Cap. 7.

Septimo loco seqtur, qđ nuptias dãnãt, & pcreationẽ nascentium phorrescunt, in quo (sicut penè in omnibus) cum Manichæorũ profanitate concordant, ideo (sicut ipsorum mores probant) coniugalem copulam detestãtes, quia non est illic & libertas turpitudinis, ubi nèc pudor matrimonij seruat, nec spes sobolis.

Contra id, quod corpora humana, diaboli dicunt esse figmẽta, & à dæmonibus, & in uero formari. Cap. 8.

Octauũ eorũ est, plasmationẽ humanorũ corporũ diaboli dicere esse figmẽtũ, & semina cõceptionum, opere dæmonũ in mulierũ uteris figurari. Propterea resurrectionẽ carnis nõ esse credendã, qa cõcreatio corporis nõ sit cõgruẽs aĩę dignitati. Quæ falsitas sine dubio opus diaboli est, & talia pdigia opinionum figmenta sunt dæmonum, q non in fœminarũ uentribus formant homines, sed in hęreticorũ cordibus tales fabricant errores. Qđ ĩmundissimum uirus, de Manichęæ impietatis specialiter fonte pcedẽs, olim fides catholica deprehendit, atq; dãnauit.

Contra id, quod filios repromissionis ex spiritu sancto, dicunt esse conceptos. Cap. 9.

Nona autem adnotatio manifestat, qđ filios promissionis, ex mulieribus quidem natos, sed ex spiritu sancto dicant esse cõceptos, ne illa soboles, quæ de carnis semine nascitur, ad Dei cõ

ditionē ptinere uideať. Qđ catholicæ fidei repu gnās, atq; cōtrariū est, q̄ oēm hoiem in corpis aīæq; substātiā à cōditore uniuersitatis formari, atq; aīari ītra materna uiscera, cōfiteť, manente qdē illo pcī, mortalitatisq; cōtagio, qđ in p lem à primo parente trāscurrit, sed regenerationis sacro subueniente, quo p spūm sanctum promissionis filij renascunť, nō ī utero carnis, sed ī uirtute baptismatis. Vñ & Dauid, q utiq; erat promissionis filius, dicit ad deum: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me. Et ad Hieremiam dñs ait. Priusq̄; te formarem ī utero, noui te, & in uulua matris tuæ sanctificaui te.

alias, substantia.

Psal.118. & Iob.10.

Hiere.1.

Contra id, quòd animas in cœlestibus peccare dicunt, & secundum qualitatem peccati in hoc mundo accipere sortem, uel bonam, uel malam. Cap. 10.

Decimo autem capľo referunť asserere, aīas q̄ humanis corporibus īserunť, fuisse ī corpore, & in cœlesti habitatione peccasse, atq; ab hoc à sublimibus ad inferiora delapsas, in diuersę q̄litatis principes īcidisse, et p aereas, ac sydereas potestates alias duriores, alias mitiores corporibus esse īclusas sorte diuersa, & cōditione dissimili, ut qcquid in hac uita uarie, & inæqualiter puenit, ex p̄cedētibus causis uideať accidere. Quā īpietatis fabulā ex multorų sibi erroribus texuerūt, sed oēs eos catholica fides à corpore suæ unitatis abscidit, cōstāter p̄dicās atq; ueraciter, qđ animæ hoīm, priusq̄; suis inspirētur corporibus, non fuere, nec ab ullo incorporenť, nisi ab opifice Deo, qui & ipsarū est creator & corporū. Et qa p primi hoīs p̄uaricationem tota humani generis propago uitiata sit, neminem posse à conditione ueteris hominis li

alias, alio.

berari,nisi p sacrm baptismatis Christi,in quo nulla est discretio renatorum,dicente aplo. Quicunq; eni in Chro baptizati estis, Christum induistis.Nõ est Iudæus,neq; Græcus,non est seruus,neq; liber,non est masculus neq; fœmina, oẽs eni unum estis in Chro Iesu.Quid ergo hic agunt cursus syderum,qd figmẽta fatorum,qd mundanarum rerum mobilis status,et iquieta diuersitas?Ecce tot ipares gra Dei facit æquales, qui inter quoslibet uitæ huius labores, si fideles pmanent,miseri esse non possunt, aplicum illud in omni tẽtatione dicẽtes.Quis nos separabit à charitate Chri?tribulatio, an angustia, an psecutio,an fames,an nuditas, an periculũ, an gladius?Sicut scriptũ est,qa pp te morte afficimur tota die,æstimati sumus, ut oues occisionis.Sed in his oibus superamus in eo,q nos dilexit.Et ideo eccla,q̃ corp9 est Chri, nihil de mũdi iæqlitatib9 metuit, q̃ nihil de bõis corpalib9 cõcupiscit.Nec timet iani strepitu fatorum grauari,q̃ patiẽtia tribulationum nouit augeri. *Galat. 3.* *Roma. 8.*

Contra id, quod fatalibus stellis, dicunt animas hominum obligatas. Cap. 11.

Vndecima ipsorum blasphemia est,qua fatalibus stellis & aïas hoim,& corpora opinãtur astringi,p quã amẽtiã,necesse est,ut hoies paganorum erroribus iplicati,& fauẽtia sibi (ut putant) sydera colere,& aduersantia studeant mitigare.Verum ista sectantib9 nullus in ecclesia catholica locus est,quoniam,qui se talibus psuasionib9 dedit,à Chri corpore tot9 abscessit. *alias, obstringi.* *alias, omnibus.*

Contra id, quod sub alijs potestatibus partes animæ, sub alijs corporis membra describunt. Cap. 12.

Duodecimum inter hæc illud est, quod sub

aliis potestatibus partes animę, sub aliis corporis membra describunt, & qualitates interiorum psulum in patriarcharum nominibus statuunt, quibus è diuerso signa siderea, quorum uirtuti corpora subiiciant, opponunt. Et in his hominib⁹ inextricabili se errore ppediunt, nō audiētes dicētē
Coloss. 2. apostolum. Videte, nequis uos decipiat, p philosophiam, & inanem fallaciam scdm traditione hominum, scdm elementa mundi, & non secundum Christum, qa in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, &
Coloss. 2. potestatis. Et iterum. Nemo uos seducat uolēs in humilitate, & religione angelorum, quę non uidit ambulans, frustra īflatus sensu carnis suę non tenens caput, ex quo totum corpus p nexus, & coniunctiones subministratum, & cō-
alias, compactum. iunctum crescit in augmentum Dei. Quid ergo opus est in cor admittere, quod lex nō docuit,
alias, constructum. quod prophetia, non cecinit, quod euangelii ueritas non prædicauit, quod apostolica doctrina nō tradidit? Sed hæc operta sunt eorum mē-
1. Timo. 4. tibus, de quibus apostolus dicit. Erit enim tēpus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua dsideria coaceruabūt sibi magistros prurientes auribus, & à ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.
alias, nobiscū. Nihil itaque nobiscum commune habeant, qui talia audent uel docere, uel credere, et quibuslibet modis nituntur astruere, quod substantia carnis ab spe resurrectionis aliena sit, atque ita omne sacramentum īcarnationis Christi resoluunt, quia indignum fuit integrum hominem suscipi, si indignum erat integrum liberari.

Contra id, quod xii. signa, quae mathematici obseruant, per corpus omne distinguunt. Cap. 13. & 14.

Tertiodecimo loco positum est, eosdem dicere, quod omne corpus scripturarum cononicarum sub patriarcharum nominibus accipiendum sit, quia illę duodecim uirtutes, quae reformationem hominis interioris operantur, in horum uocabulis indicentur, sine qua sciẽtia, nullam animam posse assequi, ut in eam substãtiã, de qua prodijt, reformetur. Sed hanc ĩpiam uanitatem despectui habet Christiana sapientia, quae nouit uerae deitatis inuiolabilem, & inconuertibilem esse naturam, animam autem, siue ĩ corpore uiuentem, siue à corpore separatã, multis passionibus subiacere. Quae utiq; si diuinae esset essentiae, nihil aduersi posset incidere. Et ideo ineffabiliter aliud creator est, aliud creatura. Ille. n. semp idẽ est, et nulla uarietate mutatur, haec autẽ mutabilis est, etiã non mutata, qa ut nõ muteť datũ poterit habere, non ꝓprium.

alias, de diuina esset essentia.

alias, qđ autẽ non mutetur donatum.

Sub quartodecimo uero capitulo, de statu corporis, sentire dicuntur, quod sub potestate syderum, atq; signorum pro terrena qualitate teneatur, & ideo multa in sanctis libris, quę ad exteriorem hominem pertineant, reperiri, ut in ipsis scripturis inter diuinam, terrenamq́; naturam quaedam sibi repugnet aduersitas, & aliud sit quod sibi uendicent animae praesules, aliud, quod corporis conditores. Quae fabulae ideo disseruntur, ut & anima diuinae affirmetur esse substantiae, & caro credatur malae esse naturae, quoniam & ipsum mundum cum elementis suis non opus Dei boni, sed conditionem mali profitentur authoris, atq; ut haec mendaciorũ

alias, immistione. suorũ sacrilegia bõis titulis colorarẽt, oĩa penè diuina eloqa sẽsuũ nefãdorũ ĩmissiõe uiolarũt.

De apocryphis eorundem Priscillianorum. Cap. 15.

De qua re qntidecimi capituli sermo cõqueritur, & præsumptionem diabolicam merito detestat, qa & nos istud ueracium testium relatione comperimus, & moltos corruptissimos eorum codices, qui canonici titulantur, ĩuenim⁹. Quomodo enim decipere simplices possent, nisi uenenata pocula quodam melle prælinirent ne usquequaq; sentirentur insuauia, quæ essent futura mortifera. Curandum ergo est, & sacerdotali diligentia maxime prouidendum, ut falsati codices, & à syncera ueritate discordes, in nullo usu lectionis habeantur. Apocryphæ autem scripturæ, quæ sub nominibus apostolorum multarum habent seminarium falsitatum, non solum interdicendæ, sed etiam penit⁹ auferendæ sunt, atq; ignibus concremandæ. Quamuis enim sint in illis quædam, quæ uideantur speciem habere pietatis, nunquam tamen uacua sunt uenenis, & per fabularum il- *alias, sed.* lecebras, hoc latenter operãtur, ut mirabilium narratione seductos, laqueis cuiuscunq; erroris inuoluant. Vnde siquis episcoporum uel apocrypha haberi per domos non prohibuerit, uel sub canonicorum nomine eos codices in ecclesia permiserit legi, qui Priscilliani adulterina sunt emendatione corrupti, hæreticum se nouerit iudicandum, quoniam, qui alium ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat.

alias, Dictinij *De libro Dicticinij.* Cap. 16.

Postremo autẽ capĩo hoc pdidit iusta qrimo- *alias, Dictinij* nia, qđ Dicticinij tractat⁹, quos scđm Priscilliãi

dogma cõscripsit, à multis cũ ueneratione legerentur, cum si aliqd memoriæ Dicticinio tri buendum putãt, recuperationẽ eius magis debeant amare, q̃ lapsum. Non ergo Dicticiniũ, sed Priscillianum legũt, & illud probant, quod errãs docuit, nõ qđ correctus elegit. Sed nemo hoc impune p̃sumat, nec ĩter catholicos censeatur, quisqs utitur scripturis, non ab eccl'ia solũ modo catholica, sed etiam à suo authore damnatis. Non sit peruersis liberꝝ, simulare, quod fingũt, nec sub uelamine noĩs Christiani, decretoꝝ Imperialiũ statuta declinent. Ideo enim ad ecclesiã catholicã cum tanta cordis diuersitate cõueniunt, ut & quos possunt, suos faciant, & legũ seueritatẽ, dum se nr̃os mẽtiunt, effugiãt. Faciunt hoc Priscillianistæ, faciunt hoc Manichæi, quoꝝ cũ istis tã fœderata sũt corda, ut solis noĩbus discreti, sacrilegĳs aũt suis ĩueniant uniti, qa & si uetus testamẽtum, qđ isti se suscipere simulant, Manichęi refutãt, ad unũ tñ finẽ utroꝝq; tendit ĩtentio, cum qđ isti recipiendo corrũpunt, illi abdicãdo ĩpugnãt. Inexecrabilibus aũt mysterĳs coꝝ, q̃ quãto ĩmũdiora sũt, tãto diligẽtius occultant, unũ p̃rsus nefas est, una est obscœnitas, & sil'is turpitudo. Quã etsi eloq erubescimus, solicitissimis tñ inqsitionibus ĩdagatã, & Manichęoꝝ, q cõprehẽsi sunt, cõfessionibus detectã, ad publicã fecimus puenire notitiã, ne ullo modo possit dubiũ uideri, qđ in iudicio nr̃o, cui nõ solũ frequẽtissima p̃sentia sacerdotũ, sed etiã illustriũ uiroꝝ dignitas & pars q̃dã senatus, ac plebis ĩterfuit, ipsorũ q omne facinus p̃petrarãt, ore reseruatũ est, sicut ea, q̃ ad dilectionẽ tuã nunc direxim⁹, ge-

ali. Dictinio. *ali. Dictiniũ.* *ali. correptus* *alias, scriptis.* *ali. occulũtur.*

Qm̄ nō derelinques aíam meam in íferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionē. Quibus utiq; uerbis manifestum est, q̄ caro dn̄i & uere sepulta requeuit, & corruptionē nō subijt, q̄a celeriter uiuificata reditu aíæ resurrexit. Qđ non credere satis ípium est, & ad Manichei, Priscillianiq; doctrinā ptinere nō dubium est, qui sacrilego sensu ita se Christum simulant confiteri, ut incarnationis, & mortis, & resurrectionis auferant ueritatē. Habeat ergo íter uos ep̄ale concilium, & ad eum locū, q oíbus opportunus sit, uicinarū prouinciarū cōueniant sacerdotes, ut secundum ea, q̄ ad tua consulta rn̄dim⁹, plenissimo disquirat̄ examine, an sint aliq inter ep̄os, q huius hæreseos cōtagio polluant̄, à cōmunione sine dubio separādi, si nefandissimam sectam p oím sensuū prauitates damnare noluerint. Nulla.n. ratione tolerandum est, ut qui prædicādæ fidei suscepit officiū, is cōtra euāgelium Christi, cōtra ap̄licā doctrinā, contra uniuersalis ecclesiæ symbolum audeat disputare. Quales illic erunt discipuli, ubi tales docebūt magistri? Quæ illic religio populi, q̄ salus plebis, ubi contra humanam societatem pudoris, sanctitas siue uerecundia tollitur, cōiugiorū foedera auferuntur, propagatio generationis inhibetur, carnis natura damnatur, contra uerū autem Dei cultum, trinitas deitatis negatur, psonarū proprietas cōfundit̄, aía hoīs diuina essentia p̄dicat̄, & eadē ad diaboli arbitriū carne cōcluditur, Dei filius p id, quod ex uirgine ort⁹, non p id, quod ex patre natus est, unigenitus p̄dicatur, idemq; nec uera Dei proles, nec uerus filius uirginis asseritur, ut p falsam passionem,

alias, Christi & in sepulchro.

ali. ueri Dei cultus interdicitur.

alias, partus.

mortemq́ non ueram mendax etiã resurrectio resumptæ de sepulchro carnis habeatur? Frustra autem utuntur catholico noîe, q istis îpietatibus nõ resistunt. Possunt hæc credere, q pos sunt talia patiẽter audire. Dedim⁹ ita q̃ lr̃as ad fratres, & coep̃os nr̃os, Terraconenses, Carthaginenses, Lusitanos, atq; Gallicos, eisq́ concilium synodi generalis îdiximus. Ad tuæ dilectionis solicitudinẽ ptinebit, ut nostræ ordinationis authoritas, ad p̃dictarũ prouinciarũ episcopos deferat. Si autẽ aliquid (quod absit) obstiterit, quo minus possit celebrari generale cõcilium Galliciæ, saltẽ in uno conueniant sacerdotes, qbus congregatis fratres nostri Hydacius, & Ceponius imminebunt, cõiuncta cum eis instantia tua, quatenus de prouinciali conuentu remedium tantis uulneribus afferatur.

EPISTOLA XCII. EIVSDEM, *ad Rusticum, Rauẽnium, Venerium, & cæteros ep̃os Galliarũ.*

Impletis per misericordiam Dei cõibus uotis, dignum est fraternitatem uestram sanctorũ gaudiorum habere cõsortium. Nã fratres mei, qui uice mea Orientali synodo præsederunt, q̃ uota retulere, significo, confirmata catholica fide, & glorificato aplicæ p̃dicationis triũpho, quod etiã hi, qui ad deuiandum uel seducti fuerant, uel impulsi, recepta ueritatis luce, lætant. Siquidem oẽs dñi sacerdotes î una sñîa, sancto spiritu docẽte, consensere. Et de sacro dominicę incarnationis, in qua multorũ intelligentia caligabat, ita tenebræ erroris ablatę sunt, ut in uno dño nr̃o uero Dei & hoîs filio, nec de humanitatis ambigat natura, nec de deitatis essẽtia. In îpios autem nefandi erroris authores, qui indi

gnos se Dei gr̄a iudicantes, correctionis uti remedijs noluere, qualis sit lata sententia, exemplaria, quæ misimus, edocebūt, ut agnoscat uestra dilectio, fratres charissimi, in sancto examine diuinum non defuisse iudicium, quo & uindicta retributa est obduratis, & pax ipensa correctis. Dominus uos incolumes custodiat, fratres charissimi.

EPISTOLA XCIII. EIVSDEM *ad episcopos Galliarum & Hispaniarum de pascha.*

Dilectissimis fr̄ibus uniuersis ep̄is catholicis per Galliam, & Hispaniam cōstitutis, Leo. Cum in oībus diuinorꝫ pręceptorꝫ regulis exequendis, sacerdotalem obseruantiā oporteat esse concordē, maxime nobis principal̄r prouidēdum est, ne in paschalis festi die uel ignorātia, uel p̄sumptio pc̄tm̄ diuersitatis incurrat. Vnde qa tp̄s sacratissimę solēnitatis ita dispositos habet limites suos, ut salutare sac̄rm nunc citius, nunc tardius oporteat celebrari, nō desinit apostolicæ sedis solicitudo prospicere, ne deuotio ecclesiastica aliquo turbet̄ incerto. Quum igit̄ in qbusdā ascriptionibus patrum futurum p̄xime pascha dn̄i ab alijs in diem qntūdecimū Cal. Maij, ab alijs in diem octauū Calēdarꝫ earundem iuenire̅t ascriptū, tm̄ me diuersitas ista permouit, ut clementissimo principi Martiano curam de hac re animi mei panderem, ut præcipiente ipso, ab his, q habent huius supputationis peritiam, diligētius illi, discussa ratione q̄reret̄, quo die posset uenerāda solēnitas rectius celebrari. Quo rescribente, octauo Calē. Maij. definitus est dies. Quia ergo studio unitatis, & pacis malui Oriētalium definitioni acquie-

misso sacerdotum iudicio, secularẽ adierit potestatem. Quod ideo singulos, uniuersosq́; uolumus agnoscere, ut quod pleno iustitiæ, & iuris ordine cõstitutum est, effectum totius firmitatis in oĩbus clericorum negotijs sortiatur. Sanè si clericus laicum pulset, prius se audiri ab ep̃is poscat, tum si petitioni suæ laicum uiderit obuiare, ex ꝑmissu episcopi sui, in seculi moderatores disceptatione confligat. Leo ep̃s scribit. Victori9 ep̃s scribit. Eustatius ep̃s scribit.

EPISTOLA XCV. EIVSDEM *ad Leonem Augustum.*

De blasphemijs Nestorij & Eutychetis, eorumq́; digno anathemate. *Cap. 1.*

Promisisse me memini, uenerabilis Imperator, in causa fidei, de qua clementiã tuam noui pie esse solicitam, pleniorẽ humilitatis meæ dirigendum esse sermonẽ, quem nunc (auxiliante dño) fideli occasione persoluo, ut sancto pietatis tuæ studio, utilis (quantum arbitror) deesse non possit instructio. Quãuis. n. sciam clementiam tuam humanis instructionib9 nõ egere, & syncerissimã de abũdantia spiritus sancti hausisse doctrinam, officij tamen mei est, & patefacere, quod ĩtelligis, & prædicare, quod credis, ut ignis ille, quem dñs ueniẽs misit in terram, motu crebræ moderationis agitatus, sic concalescat, ut ferueat, & sic inflammetur, ut luceat. Magnas. n. caligines Eutychiana hæresis Orientis partibus inferre molita est, & ab illa luce, q̃ (sicut euangelium loquitur) licet in tenebris, et tenebræ eam non comprehẽderunt, imperitoꝝ oculos tentauit auertere. Cumq́; ipsa in suã reciderit cæcitatẽ, nunc in discipulis recrudescit,

Luc. 12. (margin)
Ioan. 1. (margin)

quod in actore defecit. Non longo nanque temporis interuallo catholica fides, quae est singularis & uera, cuique nihil addi, nil'ue minui, potest, à duobus est hostibus appetita, quorum prior Nestorius, Eutyches secundus emersit, qui ecclesiae Dei duas haereses sibimet contrarias inferre uoluerunt, ut uterque à praedicatoribus ueritatis merito damnaretur, quia insanum nimis, & sacrilegum fuit, quod uaria falsitate, ambo senserunt. Anathematizetur ergo Nestorius, qui beatam uirginem Mariam, non Dei, sed hominis tantummodo credidit genitricē esse, ut aliā personam carnis, aliā faceret deitatis. Nec unū Christum in uerbo Dei, & carne sentiret, sed separatim, atque seiunctim alterum filium Dei, alterum hominis praedicaret, cū manente illa incommutabili uerbi essentia, quae ei cum patre, & spiritu sancto intēporalis, atque coaeterna est, ita tamen uirginea uiscera uerbum caro sit factum, ut per id, quod ineffabile est sacramentum, uno conceptu, unoque partu, secundum ueritatem utriusque naturae ea uirgo & ancilla domini esset & mater. Quod etiam Elisabet (sicut
Luc. 1. Lucas euangelista declarat) intellexit, & dixit: Vnde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me? Eutyches quoque eodem percellatur anathemate, qui per impios ueterum haereticorum uolutatus errores, tertium Apollinaris dogma delegit, ut negata humanae carnis, atque animae ueritate, totum dominum nostrum Iesum Christū unius asserat esse naturae, tanquam uerbi deitas ipsa se in carnem animamque conuerterit, & concipi, ac nasci, nutriri, et crescere, crucifigi, ac mori, sepeliri, ac resurgere, & ascendere in coelum, & in

& in patris dextera, unde ad iudicādos uiuos, & mortuos ueniet, considere, diuinæ tātum essentiæ fuerit, q̄ nihil horum in se, sine carnis recipit ueritate, qm̄ natura unigeniti, natura est patris, natura est spiritus sancti. Simulq; īpassibilis, simul est incōmutabilis, sempiternæ trinitatis indiuisa unitas, & consubstantialis æqualitas. Vnde si ab Apollinaris peruersitate, Eutychianus quisq; descisit, ne conuincatur deitatem passibilem sentire, atq; mortalem, & tamē uerbi incarnati, id est, uerbi, & carnis unam audet pronuntiare naturam, manifeste in Valentini, & Manichæi transit insaniam, & mediatorem Dei & hominum, hoīem Iesum Christum simulatorie credit omnia egisse, nec humanū in ipso corpus, sed phantasticam corporis speciem oculis apparuisse cernentiū. Quæ impietatis mendacia, qm̄ olim fides catholica detestatur, & aliarum āssertionum sacrilegia, concordibus per totum mundum beatorꝝ patrum dudum sunt damnata sententijs, non dubium est, eam uos fidē prædicare, atq; defendere, quā sancta synodus Nicæna confirmauit, dicens: Credimus in unum deum patrem omnipotentem, uisibilium, & inuisibilium factorem, & in unum dominum Iesum Christum filium Dei, natum de patre unigenitum, hoc est, de substātia p̄ris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deū uerū de Deo uero, natum non factū, unius substantiæ cum patre (quod Græci dicunt Homousion) per quem omnia facta sunt, siue quæ in cœlo, siue quæ in terra. Qui propter nostrā salutem descendit de cœlo, & incarnatus est, & homo factus, passus est, et resurrexit tertia die.

Ascendit ad cœlos, inde uenturus iudicare uiuos & mortuos. Et in spiritū sanctum. In qua professione hoc euidentissime cōtinetur, quod etiam nos de domini ĩcarnatione confitemur, & credimus, qui ad salutē humani generis reformādā, uerā carnē nrę fragilitatis nō de cœlo secū detulit, sed ĩ utero uirginis mr̄is assūpsit.

Quòd in una domini Iesu persona, gemina sit, deitatis, & humanitatis asserenda natura. Cap. 2.

Quicunq; ergo sunt ita obcæcati, & à lumine ueritatis alieni, ut uerbo Dei à tempore ĩcarnationis humanę carnis denegent ueritatē, ostēdant, ĩ quo sibi xp̄ianum nomē usurpēt, &, cū euāgelio ueritatis, q̄ ratione cōcordent, si p̲ beatæ uirginis partū aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut. n. negari nō potest
Ioan. 1. (euāgelista dicēte) q̄p uerbum caro factum est, & habitauit ĩ nobis, ita negari non pōt, (beato
2. Cor. 5. Paulo apl̄o p̄dicante) q̄p Deus erat in xp̄o mundum reconcilians sibi. Quæ autem recōciliatio esse posset, q̄ humano gn̄i propitiaretᵗ Deus, nisi oīum cām mediator Dei, hoīumq; susciperetᵗ Qua uero rōne ueritatē mediatoris ĩpleret, nisi q̲ in forma Dei ęqualis est pr̄i, ĩ forma serui particeps esset & nr̄iᵗ ut mortis uinculū, unius pręuaricatione cōtractū, uniᵒ morte (q̲ solus morti nihil debuit) solueretur. Effusio em̄ pro iniustis sanguinis iusti xp̄i, tam potens fuit ad priuilegium, tam diues ad pretium, ut si uniuersitas captiuoꝝ ĩ redemptorē suum crederet, nullum diaboli uincula retinerent, qm̄ sicut apl̄us
Roma. 5. ait: Vbi abundauit peccatū, superabūdauit & gr̄a. Et cum sub peccati p̄iudicio nati, potestatem acceperint ad iustitiam renascēdi, ualidius

factum est donũ libertatis,q̃ꝫ debitum seruitutis. Quam itaqꝫ sibi in huius sacramẽti ꝑsidio spem relinquunt,q ĩ saluatore nr̃o negãt humani corporis ueritatẽ? Dicãt,quo sacrificio recõciliati,dicãt,quo sanguine sint redempti? Quis est(ut ait apl̃us)q tradidit semetipsum pro nobis oblationem,& hostiã Deo ĩ odorẽ suauitatis? Aut quod unquã sacrificium sacratiꝰ fuit, q̃ꝫ quod uerus,& æternus pontifex altari crucis,ꝑ immolationẽ suæ carnis ĩposuit? Quãuis enim multoꝶ sanctoꝶ ĩ conspectu dñi pretiosa mors fuerit,nullius tñ insontis occisio redẽptio fuit mundi. Acceperunt iusti, nõ dederũt coronas,& de fortitudine fideliũ exẽpla nata sũt patientiæ,nõ dona iustitiæ. Singulares qppe in singulis mortes fuerũt, nec alterius quisq̃ꝫ debitũ suo fine ꝑsoluit,cum ĩter filios hoĩm unus solus dñs noster Iesus xp̃s,q uere erat agnus ĩmaculatus,extiterit,in q̃ oẽs crucifixi,oẽs mortui,oẽs sepulti,oẽs sunt etiã suscitati. De qbus ipse dicebat: Cũ exaltatus fuero à terra,oĩa traham ad meipsum. Fides eñ uera iustificãs impios,& creans iustos,ad humanitatis suæ tracta participem,in illo acquirit salutem, in quo solo homo se ĩuenit ĩnocentẽ, liberum habẽs ꝑ grãm Dei de potentia eius gloriari,q cõtra hostem humani gñis ĩ carnis nr̃æ humilitate congressus,his uictoriã suã tribuit,in quoꝶ corpore triũphauit. Licet ergo ĩ uno dño Iesu xp̃o uero Dei,atqꝫ hoĩs filio,vbi & carnis una ꝑsona sit,q̃ inseparabil̃r,atqꝫ ĩdiuise cões habeat actiones, ĩtelligẽdę tñ sunt ipsoꝶ operũ qualitates, & syncerę fidei contemplatione cernẽdum est, ad q̃ prouehat humilitas carnis,et ad q̃ incline

Ephe. 5.

Psal. 115.

Joan. 12.

tur altitudo diuinitatis. Quid sit, qđ caro sine
Lucæ.1. uerbo non agit, & qd sit qđ uerbum sine carne
Lucæ.2. nō efficit. Sine uerbi enī potētia, nec conciperet
Matth.2. uirgo, nec pareret, & sine ueritate carnis obuo-
Matth.2. luta pannis infantia non iaceret. Sine uerbi po
Matth.3. tentia nō adorarent Magi puerꝗ, stella indice de
& Marc.1. claratum, & sine ueritate carnis non iuberet in
Ioan.1. Aegyptum trāsferri puer, & ab Herodis ꝑsecu
Ioan.11. tiōe subduci. Sine uerbi potētia nō diceret uox
Matth.4. patris missa de cœlo: Hic est filius meꝰ dilectꝰ,
Marc.4. in quo mihi bene complacui, ipsum audite, &
Ioan.14. sine ueritate carnis nō ꝓtestaretur Ioannes. Ec-
Matth.16. ce agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi. Si
ne uerbi potētia nō fieret reditegratio debiliū,
et uiuificatio mortuorū, & sine ueritate carnis,
nec cibus ieiuno, nec somnus esset necessarius
fatigato. Postremo, sine uerbi potētia nō se dn̄s
patri ꝓfitetur æqualem, & sine ueritate carnis
nō idem diceret prēm esse maiorem, cū catholi
ca fides utrūqꝫ suscipiat, utrūqꝫ defendat, quæ
scđm confessionem beati apostoli Petri, unum
Christum Dei uiui filium & hoīem credit, &
uerbum. Quamuis itaqꝫ ab illo initio, quo in
alias, in utra utero uirginis uerbum caro factum est, nihil
que forma. unquam īter utrāqꝫ formam, diuisionis extite-
alias, corporis rit, & per omnia īcrementa corporea unius ꝑ-
sonæ fuerint totius tꝑis actiones, ea ipsa tn̄, q̄
īseparabiliter facta sunt, nulla commistione
confundimus, sed, quid cuius formæ sit, ex ope
alias, senten- rum qualitate sentimus. Dicant ergo isti hypo
tiamus. critæ qui cæcis mentibus lumen nolunt recipe
Ioan.19. re ueritatis, in qua forma crucis ligno domi-
Ibidem. nus maiestatis Christus affixus sit? qd iacuerit
in sepulchro? & reuoluto monumenti lapide,

quæ tertio die caro resurrexit? & in quo post re surrectionem suã nõ credentes quosdã discipulos, arguebat, & hæsitationem cunctantium cõfutabat, cum diceret, palpate, & uidete, qa spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et apostolo Thomæ, infer manum tuã in latus meum, & uide manus meas, & pedes, & noli esse ĩcredulus, sed fidelis. Qua utiq; manifestatione corporis sui, iam hæreticorũ mẽdadacia destruebat, ut uniuersa ecclesia Christi ĩbuenda doctrinis, hoc non sibi dubitaret credẽdum, quod apostoli susceperant p̃dicãdum. At si in tanta luce ueritatis tenebras suas hæretica obduratio nõ relinquit, ostendãt, uñ sibi spẽ uitæ polliceantur æternæ, ad quam nisi p mediatorẽ Dei, & hoĩm hoĩem Iesum Chr̃m, non põt pueniri. Sicut enĩ ait beatus Petrus apostolus, non est aliud nomen datũ hoĩbus sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri, nec est redẽptio captiuitatis humanę, nisi in sanguine eius, q dedit semetipsum redemptionẽ pro omnibus, & qui (sicut p̃dicat beatus apostolus Paulus) cũ in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Humiliauit semetipsũ, factus obediẽs usq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. Propter qđ & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est sup omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Cum ergo unus sit dominus Iesus Christus, & ueræ

alias, qui. *Matth. 28.* *Lucæ. 24.* *Lucæ ult.* *Ioan. 20.* *Actorum. 4.* *1. Timot. 2.* *Philip. 2.*

deitatis, ueræq; humanitatis, ĩ ipso una pr̃sus, eademq; p̃sona sit, exaltationẽ tñ, q̃ illum (sicut doctor gentium dicit) exaltauit Deus, & donauit illi nomẽ, quod sup̃ oẽ nomẽ excellit, ad eã intelligimus pertinere formam, q̃ ditanda erat tantæ glorificationis augmento.

Philip.2.

In forma q̃ppe Dei æqualis erat fili⁹ p̃ri, & ĩter genitorẽ, atq; unigenitũ nulla ĩ essentia erat discretio, nulla ĩ maiestate diuersitas, nec p̃ ĩcarnationis mysteriũ aliq̃d decesserat uerbo, q̃d ei p̃ris munere redderet̃. Forma autẽ serui, p̃ quã impassibilis deitas sacr̃m magnæ pietatis ĩpleuit, humana humilitas est, q̃ ĩ gloriã diuinæ potestatis euecta, est ĩ tanta unitate, ab ipso cõceptu uirginis deitatis & humanitatis conserta, ut nec sine hoĩe diuina, nec sine Deo agerent̃ humana. Propter q̃d sicut dñs maiestatis dicitur crucifixus, ita q̃ ex sempiternitate æqualis est Deo, dicit̃ exaltat⁹, q̃a ĩseparabil̃r (manẽte unitate p̃sonæ) unus, atq; idem est & totus hoĩs filius p̃p carnem, & totus Dei fili⁹, p̃p unam cũ patre deitatem. Quicquid enim in t̃pe accepit Christus, secũdum hoĩem accepit, cui, q̃ nõ habuit, conferrent̃. Nam secũdum potentiã deitatis indifferenter omnia, quæ habet pater, etiam filius habet, & quæ in forma serui à patre accepit, eadem in forma Dei etiam ipse donauit.

Ioan.10. Secundum formam enim Dei ipse, & pater
Ioan.6. unũ sunt, sc̃d̃m formam autem serui nõ uenit
Ioan.5. facere uoluntatem suam, sed uoluntatem eius,
Matth.26. qui misit eum.

2.Cor.8. Secundum formam Dei, sicut pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio, uitam habere in semetipso.

Secundum formam serui, tristis est anima *Ioan.1.*
eius usque ad mortem. Et idem ipse est, (sicut ait *Ioan.1.*
apostolus) & diues & pauper.

Diues, quia euangelista dicente, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deũ, et deus erat uerbũ, hoc erat in principio apud deũ. Oĩa p ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil.

Pauper uero, qa ppter nos uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quæ autem est eius exinanitio, quæ ue paupertas, nisi formæ seruilis acceptio: p quam, uerbi maiestate uelata, dispensatio humanæ redẽptionis ĩpleta est. Nam quia captiuitatis nostræ resolui originalia uincula non poterãt, nisi existeret homo nostri generis nostræq; naturæ, quem peccati p̃iudicia non tenerent, & qui ĩmaculato sanguine suo chirographum letale dilueret, sicut ab initio erat diuinitus præordinatum, ita est in plenitudine præfiniti temporis factum, ut multis *Coloss.2.*
modis significata promissio, in diu expectatũ, *alias, impletũ*
ueniret effectum, nec posset esse ambiguum, qđ *alias, diuersari.*
continuis testificationibus semper fuerat nunciatum. In magno autẽ sacrilegio se uersari, hæ- *alias, cum speciem deitatis honorando.*
reticorum manifestat ĩpietas, cũ sub specie deitatis honorandæ, humanę carnis in Christo denegant ueritatem, & religiose existimant credi, si dicaẽ ĩ saluatore nr̃o, uerũ nõ esse, qđ saluat, cum ita secundum promissionem omnia secula percurrentem, mundus sit Deo recõciliatus in Christo, ut nisi uerbum dignaretur caro fieri, nulla possit caro saluari. Omne enim sacramentum fidei Christianæ, magno (ut hæretici *2. Corinth 5.*
uolunt) decoloraẽ obscuro, si lux ueritatis sub mẽdacio putaẽ latuisse phãtasmatis. Non ergo

qſquã ſibi erubeſcẽdum exiſtimet Chriſtian⁹, de nr̃i ĩ chr̃o corporis ueritate, qa oẽs apl̃i apoſtolorumq́ diſcipuli, & pręclari eccleſiarũ qq; doctores, qui ad martyrij coronã, uel ad confeſſionis meruere gloriam ꝑuenire, in huius fidei lumine ſplenduere, cõſonis ubiq; ſententijs intonãtes, qđ in dño Ieſu Chriſto deitatis, & carnis una ſit cõfitenda perſona. Qua autẽ rõnis ſimilitudine, qua diuinorum uoluminũ portione hæretica ĩpietas ſe exiſtimat adiuari, quæ ueritatem negat corporis Chriſti, cum hanc non lex teſtificari, non ꝓphetia præcinere, non euangeliſta docere, non ipſe deſtiterit Chriſtus oſtẽdere? Quærant per omnem ſeriem ſcripturarũ, quo tenebras ſuas fugiant, in quo uerum lumẽ obſcurent, & per omnia ſecula ita ueritatem inuenient coruſcantem, ut magnum hoc, & mirabile ſacramentum, ab initio uideant creditum, quod eſt in fine cõpletum. De quo, cum ſanctarum literarum nulla pars ſileat, ſufficit quædã conſona ueritatis ſigna poſuiſſe, qbus diligentia fidei in ſplendidiſſimam latitudinem dirigatur, & ſyncera intelligentiæ luce perſpiciat, qđ in filio Dei, qui ſe ĩceſſabiliter filium hominis, & hominem profitetur, non ſit Chriſtianis erubeſcendum, ſed cõſtantiſſime gloriandum. Vt autem pietas tua cum uenerabilium patrũ prædicationibus nos concordari cognoſcat, aliquãtas eorum ſententias huic credidi ſubijciendas eſſe ſermoni. Quibus, ſi digneris attendere recẽſitis, non aliud nos prædicare reperies, q̃ quod ſancti patres noſtri toto orbe docuere, nec quẽquã ab illis, niſi ſolos ĩpios hæreticos diſcrepare. His igitur, gl'ioſiſſime et uenerabilis Impera

tor, quanta potui breuitate perstrictis, cum inspirata tibi diuinitus fide etiam nostrã prædicationem unitam esse cognosce, nec ĩ aliquo nos ab euangelica, apostolicaq́; doctrina, uel à catholicæ professionis symbolo discrepare, qm̃ sicut docet B. apostolus Paulus magnum est pietatis sacr̃m, quod manifestatum est in carne, iustificatum est spiritu, apparuit angelis, p̃dicatũ est gẽtib⁹, creditũ ẽ ĩ mũdo, assumptũ ẽ in gl̃ia. Quid igiẽ tuæ utilius est saluti, qd tuę congruẽti⁹ potestati, q̃ȝ ut paci ecclesiarum domini tua cõstitutione prospicias, & in omnibus tibi subditis Dei dona defendas, neq; ulla rõne patiaris p inuidiã diaboli ministros ipsius in cuiusq; seuire perniciem, ut q in hoc sancto, tẽporali emines regno, in ęternũ merearis regnare cũ Chr̃o. 1. Timo. 3.

De capitulis fidei, ex sanctorum patrum libris collectis. Ca. 3.

Sancti Hilarij Pictauiensis episcopi, & confessoris, in libro secundo, inter cętera. Vnum igitur hoc est immobile fundamentum, una hæc felix fidei petra, Petri ore confessa: Tu es (inquit) Christus filius Dei uiui, tanta in se argumenta sustinens ueritatis, quantæ peruersitatũ quæstiones, & infidelitatis calumniæ mouebũtur. Iam in cęteris dispensatio uoluntatis paternæ est. Virgo, partus, & corpus, post quæ crux, mors, inferi, salus nostra est. Humani enim generis causa, Dei filius natus ex uirgine est, & spiritu sancto, ipso sibi in hac operatione famulante, & sua, Dei uidelicet inumbrante uirtute, corporis sibi initia conseuit, & exordia carnis instituit, ut homo factus ex uirgine, naturam in se carnis exciperet, per quæ huius admistionis societas, sanctificatum in eo uniuersi gene-

Hylarij Pictauien. episcopi lib. 2. de fide, uel de trinitate.

Matth. 16.

alias, quam uel quem.

alias, societate, uel societatem.

ris humani corpus existeret, ut quemadmodū omnes in se, per id, quod corporeum se esse uoluit, conderentur, ita rursum in omnes ipse, per id, quod eius est, inuisibile referretur. Dei igitur imago inusibilis pudorem humani exordij nō recusauit, & p cōceptionē, partum, uagitum, & cunas oēs naturæ nrę contumelias transcurrit. Quid tandem dignum à nobis tantę dignationis affectui repēdetur? Inenarrabilis à Deo originis unus unigenitus deus, in corpusculi humani formam sanctę uirginis utero īsertus, accrescit. Qui oīa cōtinet, & ītra quē et p quē cuncta sunt, humani partus lege profertur, et ad cuius uocem archangeli, atq; angeli tremunt, cœlum, & terra, & oīa huius mundi resoluentur elementa, uagitu infantiæ auditur. Qui inuisibilis, & īcōprehēsibilis est, nō uisu, sensu, tactuq́ moderandus, cunis est obuolutus. Hæc siquis indigna Deo recolit, tanto se maioris beneficij obnoxium confitebitur, quāto minus hęc Dei conuenerint maiestati. Nō ille eguit homo effici, per quem hō factus est, sed nos eguimus, ut deus caro fieret, & habitaret ī nobis, idest, assūptione carnis unius, mēbra uniuersæ carnis incoleret. Humilitas eius nra nobilitas est, contumelia eius nr̄ honor est. Qđ ille est deus in carne cōsistens, hoc nos uicissim in deum carne renouati. Item, in lib. 9. inter cętera. Nescit planè, uitam suam nescit, qui Christum Iesum, ut uerum deum, ita & uerum hominem ignorat. Et eiusdē periculi res est, Christum Iesum, uel spiritum deum, uel carnem nostri corporis denegare. Omnis ergo qui confitebitur me coràm hominibus, cōfitebor & ego eum coràm patre

Ioan. 1.

Idē Hyla. lib. 9. ut supra.

Matth. 10.

meo, q est in cœlis. Qui aũt negauerit me corã hoĩbus, negabo & ego eum corã pr̃e meo, q est in cœlis. Hæc uerbum caro factũ loquebat, & homo Iesus Christus dñs maiestatis docebat, mediator ipse in se ad salutẽ ecclesię constitut⁹, & ipso illo ĩter deum, et hoĩes mediatoris sacr̃o utrinq; unus existẽs, dum ipse, ex unitis in idipsum naturis, naturæ utriusq; res eadem est, ita tñ, ut neutro careret in utroq;, ne forte deus esse homo, nascẽdo, desineret, et homo rursus de⁹, manendo, non esset. Hæc itaq; humanæ beatitudinis fides uera est, deum & hoĩem p̃dicare, uerbum & carnem confiteri, neq; deum nescire, qđ homo sit, neq; carnẽ ignorare, qđ uerbũ sit. Item, eiusdem in eodẽ libro inter cætera. Nã tus igitur unigenitus deus ex uirgine homo, & scd̃m plenitudinem temporum in semetipso p̃uecturus in deum hominem, hunc per oĩa euãgelici sermonis modum tenuit, ut se filium Dei credi, doceret, & hominis filium prædicari, admoneret, loquens, & gerens homo uniuersã, q̃ Dei sunt, loquens deinde, & gerens deus uniuersa, quæ hominis sunt, ita tñ, ut in ipso illo utriusq; generis sermone, nunquam nisi cum significatione & hominis locutus, & Dei sit. Item, alio loco in eodem libro ĩter cætera. Hinc itaq; fallendi simplices, atq; ignorante hæreticis occasio est, ut quæ ab eo secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum naturæ diuinæ infirmitatem mentiantur, & quia unus, atq; idem est, loquens omnia, quæ loquitur de semetipso, omnia eum locutum esse contendant. Nec sanè negamus, totum illum, qui eius manet, naturæ suæ esse sermonem. Sed si Iesus

alias. non habet Hæc.

alias, illo ipso, uel ille in ipso.

Idem ubi supra.

alias, locutus.

Idem ubi supra.

Christus & homo, & deus & neq; cum homo sit, tum primum deus, neq; cum & hō, tum nō etiam & deus, neq; post hominem, in Deo non totus homo totus deus, unum atq; idem necesse est dictorum sacr̄m eius esse, quod generis. Et cum in eo secundum tempus discernis hominem à Deo, Dei tum, atq; hominis discerne sermonem. Et cum deum, atq; hominem in tēpore confiteberis, Dei, atq; hominis in tempore dicta dĳudica. Cum uero ex homine, & Deo rursum totius hominis, totius etiam Dei tempus intelligis. Siquid aliud, ad demonstrationē eius temporis, dictum est, tempori coaptato, quæ dicta sunt, ut cum aliud sit ante hominem deus, aliud sit homo, & deus, aliud sit post hominem, & deum totus homo, & totus deus. Non confundas temporibus, & generib9 dispēsationis sacramentum, cum pro qualitate generum, ac naturarum alium ei in sacramento hominis necesse est, sermonem fuisse nō nato, aliū adhuc morituro, alium iam æterno. Nostri igitur causa hæc omnia Iesus Christus manens, & corporis nostri homo natus, secundum consuetudinem naturæ nostræ, locutus est, non tamen omittens naturæ suæ esse, quod deus est. Nam tametsi in partu, & passione, & morte naturæ nostræ res peregerit, res tamen ipsas omnes uirtute naturæ suæ gessit. Et reliqua. Item, alio loco in eodem libro inter cętera. Vides'ne, ita deum, & hominem prædicari, ut mors homini, Deo uero carnis excitatio deputetur? Nō tamen ut alius sit, qui mortuus est, & alius sit, per quem mortuus resurgit. Spoliata enim carne Christus est mortuus, & rursum Christum

alias, gerens.

Idem ubi supra.

alias, caro.

Idem ubi supra.

à mortuis excitans, idem Christus est, carne se expolians. Naturam Dei in uirtute resurrectionis intellige, dispensationem hominis in morte cognosce. Et cũ sint utraq; suis gesta naturis, unum tamen Christum Iesum eum memento esse, qui utrunq; est. Item post pauca. Hæc igitur demonstranda à me paucis fuerunt, ut utriusq; naturæ formam, tractari in domino Iesu Christo meminissemus, quia qui manẽs in forma Dei, formam serui suscepit, ipse diuinitatem nequaquam amisit. Item, sancti Athanasii Alexandrinæ ecclesię episcopi, & cõfessoris ad Epictetum Corinthiorum episcopum. Quomodo autem uel dubitare ausi sunt, qui dicunt Christiani, si is dominus, qui ex Maria uirgine processit, filius qdem substantia, & natura Dei est, id uero, quod est scdm carnẽ, ex semine Dauid est, & carne sanctæ Mariæ? Item sancti Ambrosii epi, & confessoris, Mediolanensis ecclesiæ, quod misit ad Imperatorem Gratianum in libro secundo de fide inter cætera. Vñ illud, qđ lectum est, dominum maiestatis crucifixum esse, non quasi in maiestate sua crucifixum putemus. Sed quia idem deus, idem homo, per diuinitatem deus, per susceptionem carnis homo, Chrs Iesus dominus maiestatis dicitur crucifixus, quia consors utriusq; naturæ, id est, humanæ, atq; diuinę, in natura hominis subĳt passionem, ut indiscrete, & dominus maiestatis dicatur esse, qui passus est, & filius hoĩs, sicut scriptum est: Qui descendit de cœlo. Item alio loco in eodem libro inter cætera. Sileant igitur inanes de sermonibus quęstiones, quia regnũ Dei (sicut scriptum est) non in ꝑsuasione uerbi est,

alias, qui manebat.

Athan. Alexãdrini ex epistola ad Epictetum episcopũ Corinthi.

alias, deus quidem dę.

Amb. Mediolan. lib. 2 de fide. cap. 4. ad Gratianũ Imperatorem.

Ioan. 3. & Ephe. 4.

1. Corinth. 4.

Idem in eodē libro. sed ostensione uirtutis. Seruemus distinctionē diuinitatis, & carnis. Vnus in utroq; loquitur Dei filius, qa in eodē utraq; natura est. Etsi idē loquitur, non uno semp loquitur modo. Inten de in eo nunc gloriam Dei, nunc hominis pas- alias, Qui quasi. siones. Quasi deus loquitur, quæ sunt diuina, qa uerbum est, quasi homo dicit, quæ sunt humana, quia in mea substātia loquebatur. Item Ex cap. 6. eiusdem Amb. li. 10. de incarnatione domini contra Apollinaristas. eiusdem in libro de īcarnatione dñi cōtra Apollinaristas. Sed dum hos redarguimus, emergūt alij, qui carnem dñi, dicant, & diuinitatē unius naturæ. Quæ tm̄ sacrilegium inferna uomuere? Iam tolerabiliores sunt Arriani, quorum p̄ istos perfidiæ robur adolescit, ut maiore contētione asserant patrem, & filium, & spiritū sanctum unius non esse substantiæ, quia isti diui- Eodem lib. et capitulo. alias, hic. nitatem dñi, & carnem substantiæ unius dicere tentauere. Item infra. Et hi mihi frequēter, Ni- alias, commemorat. cæni concilij tractatum se tenere, cōmemorant. alias, Irenen. Sed in illo tractatu patres nostri non carnem, Lib. 7 episto. 47. epistolaris eiusdem. sed Dei nerbum unius substantiæ cū patre esse dixere. Et uerbum qdem, ex paterna processisse substantia, carnē autem, ex uirgine esse confessi sunt. Quomodo igit̄ Nicæni concilij nomē obtēditur, & noua inducunt̄, quæ nunquā nostri Philip. 2. sensere maiores? Et reliqua. Item eiusdem ad Sabinum episcopum inter cętera. Vn̄ pulchre apostolus eiusdem uerbi repetitione usus est, dicēs de dño Iesu Christo. Cum ī forma Dei esset, nō rapinam arbitratus est, esse se, æqualē Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiēs. Quid est, in forma Dei, nisi in plenitudine deitatis, in illa perfectionis diuinæ expressione? Ergo cū esset ī plenitudine diuinitatis, exinaniuit

se,& accepit plenitudinem naturæ,& perfectio- nis humanæ. Sicut Deo nihil deerat, ita nec hominis cõsummationi, ut esset pfectus in utraq; forma. Vñ & Dauid dicit: Speciosus forma p̄ filiijs hoīm. Cõcluditur Apollinarista, nec quò se uertat, habet, suis clauditur retibus. Ipse enī dixit, formā serui accepit, non seruus locutus est. Iteꝝ ergo interrogo. Quid est in forma Dei? Respondit. In natura Dei. Sunt enim (ait apostolus) qui non sunt natura dij. Quæro, qd sit, formā serui accipiēs. Sine dubio pfectionē naturę, & cõditionis, ut dixi, humanę, ut esset in hominū similitudine. Et pulchre, nõ carnis, sed hominū dixit, similitudinem, quia in carne eadē est. Sed qa sine peccato erat solus, omnis autem homo in peccato, ī specie hominis uidebatur. Vñ & propheta ait: Et homo est, & quis cognoscit eum? Homo scd̄m carnem, sed ultra hominem diuina operatio. Deniq; cum leprosum tāgeret, homo uidebatur, sed ultra hominem, cum mūdaret. Et cum Lazaꝝ mortuū fleret, mortuum, quasi homo flebat, sed supra hominem erat, cū mortuum, uinctis iuberet pedibus exire. Homo uidebatur, cum penderet in cruce, sed supra hominem cum reseratis tumulis mortuos suscitaret. Sancti Augustini episcopi Hyponē. ecclesiæ ad Dardanum inter cætera. Noli itaq; dubitare, ibi nunc esse hominem Christum, unde uenturus est, memoriterq́; recole, & fideliter tene Christianam confessionem, qm̄ resurrexit à mortuis, ascendit in cœlum, sedet ad dexterā patris, nec aliunde quam inde ad iudicādos uēturus est uiuos & mortuos. Et sic uenturus est illa angelica uoce testante quemadmodum est

Psalm. 44. *Gala. 4.* *Hiere. 17.* *Matth. 8.* *Ioan. 11.* *Ioan. 19.* *Matth. 27.* *alias, hunc.* *Ex epistola beati August. Hyp. ad Dardanum.* *Act. 1.*

Eiusdem ex epistola ad uolusianum. ire uisus ĩ cœlũ.i.in eadẽ forma carnis,atq; substãtia,cui pfecto ĩmortalitatẽ dedit,naturã non abstulit.Itẽ eiusdẽ in epl'a ad Volusianũ ĩter cętera.Nũc uero ita inter deũ , et hoĩes mediator

Tractatu. 78. post medium. apparuit,ut ĩ unitate psonę copulãs utrãq; naturam,& solita sublimaret insolitis,& insolita

Vbi supra statim post. solitis tẽperaret.Itẽ eiusdẽ in expositione euangelij scd̃m Ioannẽ inter cætera. Quid igit hæretice,cũ Chr̃s sit deus,& hõ,loquit ut hõ,& calũniaris Deo?Ille in se naturã cõmẽdat humanã,tu ĩ illo audes deformare diuinã?Et iterũ infra.Agnoscamus geminã substãtiã Chr̃i , diuinã.s.qua æqualis est patri,humanam,qua maior est pr̃. Vtrunq; autẽ simul,nõ duo , sed unus Christus,ne sit quaternitas, non trinitas deus. Sicut enim unus est homo,anima rationalis,et caro,sic unus est deus , Christus,& hõ , ac per hoc Chr̃s est deus,anima rõnalis,& caro.Christum in his oĩbus,Christum in singulis cõfitemur.Quis est ergo,p quem factus est mũdus? Christus Iesus,sed in forma Dei . Quis est sub Pontio Pilato crucifixus?Christus Iesus,sed in forma serui.Item eiusdẽ cuius supra.Quis non est derelictus in inferno? Christus Iesus, sed in

Quasi continue post præmissa. anima sola.Quis resurrecturus,triduo iacuit ĩ sepulchro?Christus Iesus,sed in carne sola.Dicitur ergo in his singulis Christus.Verum hæc omnia non duo,uel tres,sed unus est Christus.

Ioan.14. Ideo ergo dixit,Si diligeretis me,gauderetis utique,quia uado ad patrem quoniam naturę humanæ gratulandum est,eo quòd sic assumpta est à uerbo unigenito,ut immortalis constitueretur in cœlo,atq; ita fieret terra sublimis, ut ĩcorruptibilis puluis,sederet ad dexterã patris.

Sancti

Sancti Ioannis Constantinopolitani epi, & cõ fessoris in homilia de cruce & latrone. Sed cur cum cruce ueniat, uideamus, scilicet, ut hi, qui eum crucifixere, suæ sentiant dementiæ cæcitatem. Et ideo impudentię eorum signum portat. Ideo propheta ait: Tunc lamētabuntur omnes tribus terrę, uidentes accusatorē, & agnoscētes peccatum. Et quid mirum est, si, crucē portās, adueniet, quando & uulnera corporis ipsa demonstrat. Tunc enim (inquit) uidebunt quem confixere. Et sicut post resurrectionem Thomę uoluit diffidentiam confutare, & illi clauorum loca mōstrauit, & lateris uulnera declarauit, et dixit, mitte manum tuam, & uide, quoniā spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me uides habere, sic & tunc ostendet uulnera, crucemq; demonstrabit, ut ostendat illum se esse, qui fuerat crucifixus. Item eiusdē in Homilia de ascensione domini. Nam sicut, duobus iurgio separatis, unus in medio positus, altercantiū litem, discordiāq; dissoluit, ita et Christus fecit. Deus nobis iuste irascebatur, & nos contemnebam9 iratum, et clemētem dominum declinabamus, & se medium Chrs ingessit, & sociauit utrāq; naturam, et nobis, quod iminebat supplicium, ipse sustinuit. Item eiusdem in eadem homilia inter cætera, Christus igitur nostræ naturæ primitias obtulit patri, & oblatum donum miratus est pater. Quod tanta dignitas offerebat, & quod offerebatur, nulla macula fœdabatur. Nam & suis manibus suscepit oblatum, & suę sedis fecit esse participem, & qd' plus est, ad ptē suæ dexteræ collocauit. Cognoscamus, quis ille est, qui audiuit, sede ad dexteram meam quę

Ioan. episcopi Const. ex ho. de cruce et latrone inter medium & finem eiusdem homiliæ.

Zacha. 12.

alias, pupugerunt.

Zacha. 12. & Ioan. 19.

Ioan. 20.

Luce. 24.

Eiusdem Ioānis ex ho. de ascensione.

Ante medium illius hom. cuius supra.

natura est,cui dixit,esto meæ particeps sedis. Il
Psalm.109. la natura,quæ audiuit,terra es,& in terrā ibis.
Matth.22. Item eiusdem in eadē homilia īter cætera. Quo
Gene.3. sermōe utar,quo uerbo dicam,reperire nō pos
In ho. medio sum. Natura fragilis,natura contempta, & om
ubi supra. nibus monstrata deterior, omnia uicit , omnia superauit,& omnibus hodierna die meruit excelsior reperiri. Hodie angeli,diu uota desiderata receperunt,hodie archangeli,quod multo tēpore cupiebant,īspicere ualuerunt. Naturā nostram in sede dñica ipsi īmortali fulgentem glo
Theop. Alexandrini ex epistola per Aegyptum missa. ria,puiderunt. Sancti Theophili episcopi Alexandrini de epistola paschali quam per Aegyptum destinauit. Cuius rei testis est ille,qui loquitur: Omnes declinauere simul inutiles facti sunt. Et prophetæ Christi auxilium deprecan-
Psalm.13. tes,Dñe,inclina cœlos tuos,& descende. Nō ut
Psalm.143. mutaret locū,in quo oīa sunt,sed ut , pp salutē
2. Corinth. 8. nrām,carnē humanę fragilitatis assumeret,Pau
Matth.1. lo Aplo eadē cōcinēte. Cū esset diues ,p nobis paup factus est,ut nos illius paupertate ditaremur. Venitq́ꝫ ī terras,& de uirginali utero,quē sanctificauit,egressus hō, īterptationē nois sui Emmauel.i.nobiscū de⁹,dispēsatiōe cōfirmās, mirū in modū cœpit esse,qđ nos sumus, & nō desiit eē,qđ erat,sic assumēs naturā nrām,ut qđ
Ioan.1. erat,ipse nō pderet. Quanq̄.n. Ioannes scribat,
Psalm.101. uerbū caro factū est.i.aliјs uerbis, de⁹ hō fact⁹
& Heb.1. est uerbū tñ nō est uersum ī carnē,qa nūq̄ de⁹
Matth.3. esse cessauit. Ad quē & spūs sanctus loquit. Tu
Marc.1. aūt idē ipse es,Et pr̄ de cœlo cōtestaī , & dicit.
& Luce.3. Tu es filius meus dilectus,in quo mihi bñ cōplacui. Vt et hō factus,nr̄a cōfessione pmanere dicaī,qđ fuit priusq̄ hō fieret,Paulo nobiscū ca

dē ṗdicāte, Iesus Chrs heri, & hodie idē ipse, & in eternū. In eo.n.qđ ait, ipse, ostendit eū pristinā nō mutasse naturā, nec diuinitatis suæ īminuisse diuitias, qa pp nos paup effectus, plenā similitudinē nr̄æ cōditiōis assumpserat. Itē eiusdē in alia ep̄la paschali, cōtra Origenē īter cætera. Vnus filius pr̄is, nr̄iq; mediator, nec æqualitatē eius amisit, nec à nr̄o cōsortio separat⁹ est. Inuisibilis deus, & uisibilis hō forma serui abscōditus, & dn̄s gl̄iæ cōfessione credētiū cōprobatus. Neq;.n.priuauit eū pr̄ naturæ suæ noīe, postquā ṗ nobis hō, et paup effectus est nec in Iordane fluuio baptizatū, altero appellauit uocabulo, sed filiū unigenitū, tu es filius meus dilect⁹ ī q̄ mihi bn̄ cōplacui. Nec similitudo nr̄a in diuinitatis est mutata naturā, nec diuinitas ī nr̄æ naturę uersa est similitudinē. Sc̄tī Gregorīj ep̄i Naziāzeni in homilia de Epiphania īter cætera. Cū ergo ṗcessisset ex uirgine de⁹, ī ea quā assumpserat, humana natura, unū è duob⁹, sibi īuicē cōtrarījs, existēs, carne, et sp̄ū aliud in deū assumit, aliud deitatis gr̄a p̄stat. Itē īfra: Missus est qdē, sed ut hō, Duplex.n.erat ī eo natura. Inde deniq; & laborauit ex itinere, īde & esurījt, & sitiuit, & cōtristat⁹ est, & fleuit humani corporis lege. Scī Basilīj ep̄i Cappadocis. Cū ergo q̄dā in Chr̄o ita uidem⁹ humana, ut nihil à cōi mortaliū fragilitate distare uideant̄, q̄dā ita diuina, q̄ nulli alīj, nisi īlli ineffabili naturæ cōueniāt, deitatis, hęret humani ītellect⁹ angustia, et tātæ admirationis stupor̄ ṗculsa, q̄ declinet, qd teneat, quo se uertat, ignorat. Si hoīem putet, deuicto mortis regno, cū spolījs redeuntē à mortuis, cernit. Propter qđ cū oī metu, & reuerētia

Hebræ.13.

Matth.3. Marci.1. & Luc.3.

Gre. Nazian in ho. de Epiphania post medium.

Idem ubi supra circa medium medij & finis.

alias, Cappadociæ.

cõtẽplãdũ est, ut in uno, eodẽq; ita utriusq; naturæ ueritas demõstret, ut neq; aliqd idignũ, et idecẽs de diuina illa, & ieffabili subftãtia sentiatur, neq; rursum, q̃ humanitus gesta sunt, falsis illusa iaginib⁹ æstimenẽ. Scti Cyrilli epi Alexãdrini. Hõ noiatus est, cũ sit natura de⁹ Dei pris uerbũ, qm̃ sil'r ut nos, sanguini cõicauit & carni. Sic. n. i terris apparuit, nõ amittẽs id qđ erat sed assumẽs humanitatis naturã in sua rõne pfectã. Itẽ eiusdẽ in lib. q dr̃ Golia. Vnus igit est, & añ icarnationẽ deus uerus, et q in diuinitate mãsit, in q̃ erat, ẽ, et erit. Nõ discernẽdũ igit unũ dñm Iesum Chr̃m, i hoiem seorsum, & seorsũ i deũ, sed unũ, eũdẽq; Iesum Chr̃m esse dicimus, nõ ignorãtes differẽtias naturaꝝ, sed eas icõfusas, iter se seruãtes. Itẽ, cui⁹ supra. Dr̃ nãq; tãq; aliud in alio inhabitare. i. diuinã naturã i humanitate, nõ ppessam cõmistionẽ, ut esset, qđ non erat. Quicqđ. n. in alio habitar̃ dr̃, nõ ipsum fit tale, q̃le est id, i q̃ habitat, sed aliud i alio magis intelligit. At uero in uerbi natura, & humanitatis nobis solã differẽtiã designat diuersitas naturaꝝ. Vn⁹. n. ex utraq; itelligit Chr̃s. Ergo icõfusione (ut añ dixi) seruata, inhabitasse, ait, uerbũ in nobis. Scit. n. unũ esse filiũ unigenitũ, carnẽ factũ, et hoiem. Itẽ cuius supra ad Nestoriũ.

Cyrilli episcopi Alexandrini. *Eiusdem ex libro dicto Golia.* *alias, id quod* *alias, discernẽdo.* *alias, certum est.* *alias, quod,* *Idẽ Cyrillus in epi. ad Nestoriũ, & habetur tempore Ephesini cõcil. sub Celest. Papa.*

Ait igit sancta, & magna synodus, ipsum, q ẽ ex Deo prẽ nat⁹ natural'r, filiũ unigenitũ, Deũ ueꝝ de Deo uero, lumẽ de lumine, p quẽ, & cũ q̃ oia fecerit pr̃, hũc descẽdisse, icarnatum eẽ, & hoiem factũ, passũ esse, resurrexisse tertia die, & ascendisse rursus ad cœlos. Hæc nos seq uerba debem⁹, his nos cõuenit obtẽperar̃ dogmatib⁹, cõsiderãtes, qd sit icarnatũ eẽ, & hoiem factum

alias, in.

Dei uerbũ.Nõ.n.dicim⁹,qđ Dei natura cõuersa,uel ĩmutata facta sit caro, nec qđ in totum hoĩem,q eſt ex aĩa,& corpe trãsformata ſit,ſed illud magis,qđ carnem,animatã aĩa rõnali,ſibi copulauerit uerbũ,& ſubſtãtialr,ĩeffabilr,& irreprehẽſibilr fact⁹ ſit hõ,& nũcupat⁹ ſit ẽt fili⁹ hoĩs,nõ nuda tm̃mõ uolũtate,ſed nec aſſũptione ſola pſonę,ſed qđ diuerſę qdẽ naturę in unũ cõuenerint,un⁹ tñ ex ambabus xp̃s, & fili⁹,nõ euacuata,aut ſublata,diuerſitate naturarũ p cõiunctionẽ ſed qa ſimul nobis effecerunt unum Deũ,& xp̃m,& filiũ,id eſt diuinitas & humanitas,p arcanã illã, ĩeffabilẽq; copulatiõis adunationẽ.Itaq; is,q ante ſecula oĩa ẽ nat⁹ ex p̃re, etiã ex muliere carnalr dicit̃ pcreatus ĩ tpe.Nõ qa diuina ipſi⁹ natura de ſacra uirgine ſumpſit exordiũ,nec qđ pp ſeipſã opus habuit ſcđo naſci poſt illã natiuitatẽ,quã hẽbat ex p̃re,(eſt.n. ineptũ,& ſtultũ hoc dicere,qđ is,q ante oĩa ſecula ẽ cõſempitern⁹ p̃ri,ſcđæ gñationis eguerit, ut eſſe ĩciperet)ſed qa pp nos, & pp nr̃am ſalutẽ naturã ſibi copulauit humanã, &,pceſſit ex muliere,idcirco dicit̃ nat⁹eſſe carnalr. Neq; enĩ pri⁹natus eſt hõ cõis de ſancta uirgine,& tunc demũ habitauit ĩ eo uerbũ,ſed ĩ ipſa uulua,uteroq; uirginali,ſecũ carnẽ cõiunxit,& ſuſtinuit gñationẽ carnalẽ,carnis ſuæ natiuitatẽ, ſuã faciens.Sic illũ dicim⁹,& paſſum eſſe, & reſurrexiſſe,nõ qa De⁹ uerbũ in ſua natura paſſus ſit, aut plagas,aut clauorũ trãsfixiões,aut alia uulnera ſuſcepit(Deus nãq; ĩcorporalis extra paſſionẽ eſt)ſed qa corpus illud, qđ ipſi⁹ ppriũ tactũ eſt,paſſum eſt,ideo hæc oĩa p nobis ipſe dicit̃ paſſus.Inerat.n.in eo corpore, qđ patiebat̃,

alias primum

alias, ſe cum carne.

alias, hoc ſuſtinuit.

Deus,q pati nõ poterat.Simili modo & mortẽ ipsi⁹ ĩtelligim⁹.Immortale.n.& ĩcorruptibile ẽ naturalr̃,& uita,et uiuificãs Dei uerbũ.Sed qa corpus ipsi⁹ ꝓpriũ,grã Dei,iuxta Pauli uocẽ,ꝓ oĩb⁹ mortẽ gustauit,idcirco ĩpe dicit̃ mortẽ passus esse,ꝓ nobis. Nõ ꝙ ĩ se mortẽ esset exptus, quãtũ ad ipsi⁹ naturã ptinet)ĩsania ẽ.n. hoc uel sentire,uel dicere)sed ꝙ(ut supra diximus) caro ipsi⁹ mortẽ gustauit.Ita & resurgente carne, ipsi⁹ rursus resurrectionẽ dicim⁹, nõ qa ĩ corruptionẽ ceciderit(qđ absit)sed qa eius resurrexit corpus.Ita xp̃m unũ, & dñm cõfitemur,nõ tã quã hoĩem cũ uerbo coadorãtes, ne diuisionis q̃dã spẽs ĩducat̃,sed unũ iã, & eundẽ adorãtes, qa nõ est alienũ a uerbo corpus suũ,cũ q̃ ipsi ẽt assidet prĩ.Nec hoc ita dicim⁹,q̃si duobus filijs assidentib⁹,sed uno cũ carne ꝑ unitatẽ, q̃si talẽ copulationẽ factã ꝑ substãtiã,aut q̃si passibilẽ, aut q̃si parũ decorã,uoluerimus accipe,ĩ id ĩcidimus,ut duos filios eẽ dicam⁹. Necesse est.n. discernere,& dicere, hoĩem separatim fuisse sola filij appellatiõe honoratũ,& rursum uerbũ, qđ est ex Deo,& noĩe,& ueritate, filiũ Dei,sed discernere ĩ duos filios,nõ debem⁹ unũ dñm Iesum xp̃m.Neq;.n.id adiuuat rectã fidei rõnẽ,licet nõnulli,nescio,quã ꝓhibeãt copulationẽ ꝑsonarꝫ. Nõ dixit.n.scriptura, uerbũ Dei ꝑsonã hoĩs sibi assumpsisse,sed carnẽ factũ esse. Id autẽ est ostẽdere Dei uerbũ,simil̃r ac nos participationẽ habuisse carnis,& sanguinis, & corp⁹ nr̃m ꝓprie suũ fecisse, & hoĩem ex muliere processisse,non abiecta,nec deposita deitate,aut generatione illa,quã habebat ex prẽ,sed mansisse etiã ĩ assumptione carnis Deũ, quod erat. Hoc

alias,deus. Hebr.2. *alias,ipse.* *alias, impassibilem, uel,impossibilẽ, uel, præpassibilem* *alias,in homine,in.* Ioan.1. *alias,participium,uel,participatum.*

itaq; recte fidei ratio protestaт. In tali sensu sanctos pres fuisse cõperimus. Ideo illi nõ dubitauere sanctã uirginẽ dicere theotocon, nõ q uerbi natura, deitasq; i sancta uirgine sumpsit exordiũ, sed q ex ea natũ sit sacrũ illud corpus, animatũ aĩa rationali, cui substantial'r adunatum Dei uerbum, carnal'r natũ esse dicitur.

Tractatus beati Leonis Papæ contra heresim Eutychetis habitus Romæ in Basilica sanctæ Anastasiæ.

Sicut peritorum dilectissimi prudentumq; medicorum est passiones infirmitatis humanæ remedijs præuenire: & quemadmodum saluti contraria declinentur ostendere: Ita pastoralis officij est ne dñico gregi hęretica malignitas noceat: prouidere et qualiter lupoꝝ & latronũ iprobitas sit cauenda: demõstrare: qa nũq̃ potuit hęretica ĩpietas sic latere: vt nõ à sanctis patribus nostris & semp depręhẽsa sit: & iure dãnata. Solicitudinem itaq; nr̃am quã dilectioni uestrę ĩpendimus: latere non potuit: quosdã Ægyptios pręcipue negociatores ad urbem venisse: eaq; quę Alexãdriæ scelestè ab hęreticis sunt admissa; defendere, asserentes solã deitatis in Chr̃o fuisse naturam, nec carnis humanę, quã sumpsit ex beata virgine Maria habuisse penitus veritatem, q̃ ĩpietas & falsum hoĩem, & deum dicit esse passibilem. Quod quo audeant aĩo quoue consilio dubitare non possumus, qa enim ipsi à veritate euãgelij recesserunt, & mẽdacia diaboli sunt secuti, alios quoq; volunt socios suę perditionis efficere, & ideo fraterna vos & paterna sollicitudine commonemus, vt inimicos catholicę fidei hostes Ecclesiæ incarnationis dominicę negatores & ĩstituto à sanctis Apostolis Symbolo repugnantes in nullum recipiatis consensionis affectum, dicente Apostolo. Hęreticum hominem post unam & secundam correptionem de vita, sciens qa qui huiusmodi est, subuersus est, & delinquit proprio iudicio condemnatus. Propria enim pertinacia perit, & sua à Christo discedit insania, qui eam impietatem per quam ante se multos scit periisse, sectatur, & religiosum sibi atq; catholicum putat id quod sanctorum patrum iudicio & in Photini perfidia, & in Manichæi demẽtia, & in Apollinaris insania constat esse damnatum, vt adhuc quasi nouæ & necdum damnatæ in perniciem animarum suarum consentiant prauitati, qui incarnationis dominicæ denegant sacramentum. Quasi aliud tota Euangelii lectione doceamur, q̃ hoc uno diuinę misericordię sacramento humanum genus in his qui credunt esse saluatum, quod unigenitus Dei filius ęqualis per omnia patri nostrę assumptione substantię manens quod erat, dignatus est esse quod non erat, verus scilicet homo, verus deus

qui absq; cuiusq; sorde peccati integram sibi nr̃am pfectamq; naturam veritate carnis & animę vniuit. Et intra vterum beatę uirginis matris spiritus sancti virtute conceptus nec editione partus nec primordia fastidiuit infantię, ut verbum Dei patris humanā sibi inesse substantiam, & deitatis potentia & carnis infirmitate loqueretur. De corpore habens corporeas actiones: & spiritales de deitate uirtutes. Humanum quippe est esurire, & sitire, et dormire, humanum est metuere flere tristari, humanum denique est crucifigi mori atq; sepeliri. Sed diuinum est super mare ambulare, aquam in uinum conuertere, mortuos suscitare, mundū propria morte tremefacere, & cum viuificata super omnem coelorum altitudinem carne conscendere, vt qui hoc credunt, dubitare non possint quid humanitati ascribere quid debeant assignare deitati, quoniā in vtroq; unus est Christus qui & deitatis suę potentiam non amisit, & veritatem perfecti hominis nascendo suscepit. Hos ergo dilectissimi de quibus loquimur, tanq; venenū mortiferum fugite, execramini, declinate, & ab eorū colloquiis si increpati à nobis corrigi noluerint, abstinete. Quoniam sicut scriptum est, sermo eorum serpit vt cancer, iusto enim iudicio ab Ecclesiæ vnitate reiectis nulla est tribuenda communio, quam non nostris odijs, sed suis sceleribus perdiderunt. Vos ergo dilecti Deo & Apostolico testimonio comprobati quibus beatus Apostolus dicit. Quoniā fides vestra annunciatur vniuerso mūdo, custodite in vobis, quod tantum prędicatorem agnoscitis sensisse de vobis. Nemo vestrum efficiatur huius laudis alienus, vt quos per tot secula docente sancto spiritu hęresis nulla violauit, ne Eutychianę quidem impietatis possint maculare cōtagia. Cōfidimus autem q; protectio Dei corda uestra fidemq; custodiat, ut cui hactenus fideliter obedistis, in ęternū pseuerante catholicę fidei obseruantia placeatis. Per Chr̃m dñm nostrum. Amen.

Heretici fugiendi.

Errata quæ animaduersione digna uisa sunt sic corrigito.

Folio. 12. pagina. 1. linea. 14. dissensionibus, & lin. 30. dissensio fol. 21. pa. 2. li. 10. reliquas fol. 14. pa. 1. li. 7. qui pro pa. 2 li. 2. lacessere li. 10. pretercam & li. 14. recidiuum fol. 18. pa. 2. li. 21. desipiat fo. 28. pa 1. li. 17. cp̃m pa. 2. l. 21. dimicare fo. 31. p. 1. li. 27. omne fo. 3. pa. 1. li. 22. dele in li. 27. naturę fo. 33. pa. 2. li. 33. sacerdotiū. f. 44. p. 1. li. 27. vr̃i fo. 49. p. 1. li. 11. detestabilibus fo. 51. p. 1. l. 12. atq; fo. 52. p. 2. l. 22. clementiā fo. 54. p. 2. l. 19. flentibus fo. 59. p. 1. l. 9. dñe sancte li. 14. fecerint fo. 60. p. 1. l. 4. cons' uel sub. fo. 62. p. 2. l. 3. quęsieris & li. 5. adiuuari fo. 67. p. 2. li. 12. pace fo. 73. p. 1. l. 13. sit fo. 77. p. 2. li. 24. clarissimo fo. 79. p. 1. l. 12. nocte fo. 8. p. 1. l. 11. ecclesiasticū fo. 62. p. 1. li. 21. ac deo fo. 83. p. 2. li. 11. dissensio fo. 88. p. 1. l. 14. turbata fo. 93. p. 1. l. 32. recipiet pa. 2. li. 16. confessione fo. 94. p. 1. l. 14. definita pa. 2. li. 11. spūm fo. 95. p. 2 l. 21. pprū li. 27. puasor fo. 96. p. 2 l. 25. ille li. 27. fame li. 30. polluti, cōsultationi fo. 98. p. 2. l. 4. q; qd' fo. 99. p. 1. li. 3. ascribi. fo 113. p. 2. li. 10. strenuis fo. 128. p. 1. li. 3. quorundam.

SVMMA CONCILIORVM PONTIFICVM, ALIOrumq; sanctorum patrum, succinctè complectens omnia, quæ alibi sparsim tradita sunt.

PETRVS PAPA PRIMVS.



PETRVS Apostolus, & princeps Apostolorum, natione Galilęus, ex uico Bethsaida, filius Ioãnis, frater Andręę, primo sedit in cathedra episcopatus Anthiochię annis septem. Hinc ingressus est in urbem Romam, Nerone Cæsare, ibiq; sedit in cathedra episcopatus annis 25. mensibus duobus, diebus tribus. Fuit autem temporibus Tiberij Cæsaris, & Caij, & Tiberij Claudij, et Neronis. Hic scripsit duas epist. quę catholicæ & canonicæ nominantur, et euangelium Marci, quia Marcus auditor eius fuit & filius a baptismo. Hic ordinauit duos episcopos, Linum, & Cletum, qui præsentialiter omne ministeriũ sacerdotale in urbe Roma populo, uel superuenientibus exhiberent. Beatus autem Petrus orationi, prędicatione populum erudiens, uacabat. Hic cũ Simone Mago multas disputationes habuit &c. Idem Petrus beatum Clementem episcopum consecrauit, cui & cathedram, uel ecclesiã omnem disponendam commisit, (ut refert idem Clemens in epistola prima ad Iacobum fratrem Domini) dicens: Sicut mihi gubernandi

Petrus primus Pont.

Marcus, filius Petri i baptismate.

Actu. 8.

Verba Petri ad Clementem.

tradita est a dño meo Iesu Christo potestas li gandi soluendiq́;,ita & ego tibi committo, ut ordines dispositores diuersarũ causarum: per quos actus non ecclesiastici profligentur, & tu minime curis seculi deditus reperiaris, sed solummodo orationi, & prædicationi ad populum uacare stude. Deinde martyrio cũ Paulo coronatur,anno post passionem domini.38. q sepultus est uia Aurelia, in tẽplo Apollinis, iuxta palatium Neronianum, in Vaticano.3. cal.Iulij. Sub Petro celebratum est concilium primum Hierosolymis,cuius exemplar habes in Actis Apostolorum cap.15.

Primum concilium Hierosolymis sub Petro.

Linus episcopus.

Linus episcopus.

Linus,natione Italus,de regione Tuscię,patre Herculano,sedit Episcopus annis.11.Menses tres,dies.12. Fuit autem temporibus Neronis, martyrio coronatur a Saturnino Cõsule, & sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano.9.calen.Ooctob.

Hic nudis capite fœminis ecclesia interdixit.

Cletus episcopus.

Cletus episcopus.

Cletus,natione Romanus, patre Emiliano, sedit annis. 12. mense uno, diebus.12. Fuit tẽporibus Vespasiani & Titi,& sub Domitiano martyrio coronatur,& sepultus fuit iuxta corpus beati Petri in Vaticano.

Clemens papa secundus.

Clemens secũdus pont.

Cleme,nsnatione Romanus,de regione Cælio mõte,ex patre Faustino,sedit annis.9.Fuit autem temporibus Galbæ, & Vespasiani,Hic ex præcepto beati Petri suscepit ecclesiæ pontificatum gubernandum, sicut ei fuerat a Dño Iesu Christo cathedra tradita & commissa, ut

Hic, Pontificum ornatus instituit.

Matth.16.

ipſe in epiſtola, (quæ ad Iacobum ſcripta eſt) explicat. Sed Linus, & Cletus ante eum conſcribuntur, qui ab ipſo principe Apoſtolorum ad miniſterium ſacerdotale exhibēdum, ſunt epiſcopi ordinati. Clemens tamen fuit immediatus, & proximus ſucceſſor Petri in cathedra pontificali. Obijt martyr anno Traiani.3. Tenet hoc Ioannes papa tertius, in epiſtola decretali ad epiſcopos prouinciarū Germaniæ & Galliæ, & Alexander primus in epiſtola decretali prima ad orthodoxos. Euſeb. uero Cæſarieñ. eccleſiaſt. hiſto. lib. 3. cap. 14. de Clemēte ſcribit dicens, In urbe Roma 12. Anacleti annis in epiſcopatu exactis ſacerdotij ſedem Clementi tradidit. Et cap. 34. Igitur in urbe Roma tertius ab apoſtolis Clemens. 9. annis ſacerdotio perfunctus Euariſto diuini uerbi tradidit miniſterium.

Linū, & Cletum præmiſit, ambitiōis exēpli, declinatione.

Platina enumerat Clementem papam quartum a Chriſto poſt Linum, & Cletum. Et diuus Hieronymus dicit fuiſſe quartū, ſed alia ratione, quoniam recenſet Anacletum prædeceſſorem Clementis, & tertium papam, quod tamen communis ſententia non recipit. Ego tamen puto ſecundum, ſed in re tam perplexa lectoris arbitrio iudicium permitto.

Clemens ſecūdū Hierony. quartus pont.

Opinio authoris.

Extāt epiſtolę Clemētis decretales quinq;.

Anacletus Papa.

Anacletus tertius papa, natione Gręcus, ex patre Anthiocho, ſedit annis. 9. menſes. 2. dies 10. Fuit temporibus Domitiani, ſepultus eſt in pace iuxta corpus beati Petri.

Anacletus. 3. Pont.

Sub hoc pon. Ioā apoſtolus migrauit ad dominum.

Euſebius eccleſiaſt. hiſt. lib. 3. cap. 14. ait, ſe-

disse annos.12. & tradidisse sacerdotium Clementi.

Decreta Anacleti in epistola prima.

Quo loco, & quibus testibus sacrificãdum.

Sacerdotes, quando Domino sacrificant, nõ soli hoc agere debent, sed testes secum adhibeant, ut Dño perfecte in sacratis deo locis sacrificare probentur, Iuxta illud Deut.12. Vide, ne offeras holocausta in omni loco, quem uideris, sed in loco, quem elegit Dominus Deus tuus. Episcopus deo sacrificans, testes secum habeat, & plures, quam alius sacerdos, cum quo peracta cõsecratione, omnes ministri communicent: qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus, Sic Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet ecclesia. de consecratione. d.1. cap. Episcopus Deo &c.

de primatu ecclesiæ Ro.

In fine eiusdem epistolę: Si difficiliores ortę fuerint quæstiones, ad sedem Apostolicam (si appellatum fuerit) referantur: quoniam Apostoli hoc statuerũt iussu domini saluatoris, ut maiores, & difficiliores quæstiones semper ad sedem referãtur Apostolicam, super quã Christus uniuersam ecclesiam cõstruxit ecclesiam, dicente ipso: Tu es Petrus. &c.

Matth.16.c.

Epistola secunda eiusdem, in qua de fide, & alijs causis rogatus respondit ad episcopos Italiæ.

A quibus accusandus, & ordinãdus episcopus.

Primo, de ordinatione Episcopi habetur ex eius decretis, &. d.64. &.75. ca. Ordinationes. Quod per tres Episcopos fiat consecratio reliquis consentientibus. Secundo, habetur de eorum accusatione, quod nõ nisi ab idoneis, & probatissimis uiris, qui suspicionibus & sceleribus careãt, fieri debeat, quia dominus sacri sui cor

poris tractatores, a uilibus, & reprobis personis infamari noluit, nec calũniari permisit, sed ipse, proprio flagello, peccantes sacerdotes a tẽplo eiecit. habetur. 2. q. 7. c. Accusatio quoq;.

Tertio de electione. Cum electionẽ summorum sacerdotum sibi dñs reseruarit, electionẽ tamen eorũ bonis sacerdotibus, & spiritualib9 populis concessit. habet. d. 79. ca. Electionẽ. Ante Abraham nullus alius uocatus est presbyter. i. senior, cum ab Adam usque ad eundem, nongentos & amplius annos multos homines uixisse legimus. Abraham uero multo paucioribus annis uixisse conuincitur. Vnde non propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam, sacerdotes presbyteri nominantur. Exo. 29. Mosi præceptum est, ut eligeret presbyteros.

De electione episcoporum.

De nomine p̃sbyteri.

Abraham primus appellatus presbyter. Gene. 14. d.

Initium sacerdotij fuit Aaron, licet Melchisedec prius sacrificium obtulerit, & post hunc Abraham, Isaac, & Iacob, sed hi spontanea uoluntate, nõ sacerdotali authoritate ista fecerũt. Quo loco cõtemplari oportet Aarõ, summum sacerdotẽ, id est Episcopum fuisse. Porro filios eius presbyterorum demonstrasse figuram. d. 21. ca. In nouo testamento.

De origine sacerdotij.

Aarõ primus pont. vet. test. Exod. 29.

In nouo testamẽto, post Christum dominũ, a Petro sacerdotalis cępit ordo, iuxta illud. Tu es Petrus. &c. Et primus ille ligandi et soluẽdi potestatẽ accepit a domino, primusq; ad fidẽ, populũ uirtute suæ prædicationis adduxit. Cęteri uero apostoli cum eodem pari cõsortio, honorem & potestatem acceperũt, ipsumq; principem eorum esse uoluerunt, ipsis quoq; dece-

De primatu Petri. Matth. 16.

dentibus, in locum eorum successerunt Episcopi. d. 21. c. In nouo testamento.

De æqualitate patris & filij.

Filius est æqualis patri, quia licet uerbũ fuerit abbreuiatum, non tamen minutio deitatis in dei filio significatur: sed dispensatio susceptę carnis annũciatur. In qua dispensatione nõ solum patre, sed etiã angelis, hominis filium legimus minoratũ, idq; probat multis testimonijs scripturarum.

Heb. 2. d.

Tertia epistola eiusdem.

Sacerdotũ & episcoporũ ordo a Deo constitutus.

Quę in summa tractat Anacletus in hac epistola, sunt ista. Primum, a domino constitutos esse hos duos ordines Episcoporũ, & sacerdotum; & amplius q̃ isti duo, nec nobis a Deo collati sunt, nec apostoli docuerũt. Ex quo colligitur reliquos ordines, aut gradus notos in ecclesia, nõ a domino ordinatos, nec ab apostolis. Secũdo colligit, Episcopos superiores esse sacerdotibus alijs, cũ loco apostolorum successerint. Præsbyteri uero septuaginta discipulolorum locum tenent. In sacerdotio complexus est Anacletus diaconos, & subdiaconos.

d. 22. sacrosan.

Quod ecclesia Ro. sit caput omnium ecclesiarum.

Secundum. Romana ecclesia non ab apostolis, sed ab ipso dño saluatore nostro primatum obtinuit, & eminentiã potestatis super uniuersas ecclesias, ac totũ Christiani populi gregem assequuta est. Secunda sedes est apud Alexandriam sub Marco euãgelista. Tertia apud Antiochiam sub Petro Apostolo, qui illic priusq; Romam ueniret, habitauit, et Ignatium Episcopum constituit.

Petrus, et Paulus vna die passi sunt.

Petrus, & Paulus eodem tẽpore, & uno die sub Nerone Principe passi sunt: & ambo san-

ctam Romanam ecclesiam sua morte cōsecrarunt, & aliis oībus urbibus in uniuerso mundo, eam suo uenerando triūpho prætulerunt.

Pro meritis plebis sępe pastores deprauātur ecclesiæ, ut procliuius corruant: qui sequūtur. Capite enim languescēte, facilius reliqua corporis membra inficiuntur, iuxta illud Esaię.1. Omne caput languidum &c. Et illud, Sicut populus, sic sacerdos. &c. Iuxta merita plebis daī sacerdos. Esa.24.

Contra detractores prælatorū suorum, qui sententiam Cham filii Noe dānantur, quia patris pudenda nō operuit, sed magis deridenda mōstrauit. Quia doctor, uel pastor ecclesię, si a fide exorbitauerit, erit a fidelibus corrigēdus, sed pro reprobis morib⁹, magis est tolerādus, q̃ distringēdus, quia rectores ecclesiæ a deo iudicādi sunt: ut dicitur in psal.81. Deus stetit in synagoga deorū &c.2.q.7.c. Sententia Cham. &.24.q.3.ca. Tam sacerdotes. Contra detractores prælatorum suorū.

Decreta Euaristi papæ.

Euaristus quartus papa, natione Gręcus, ex patre Iudæo, nomīe Iuda, de ciuitate Bethlehē, sedit ann.9. menses.10. dies duos. Fuit temporibus Domitiani, & Neruæ Traiani, & martyrio coronatur, sepultus iuxta corpus sancti Petri in Vaticano. Eusebius autē ecclesiast. hist. lib.4. c.1. secus, illius annos prosequitur. Hic titulos in vrbe roma diuisit presbyteris.

Epistola prima ad episcopos Aphricanos.

Quale debet esse legitimum cōiugium fidelium, ut a patribus, & apostolis, eorumq; successoribus traditum inuenimus. Non fit coniugium, nisi ab his, qui super ipsam fœminā dominationem uidentur habere. Vxor petatur, et Qualia sint Christiana cōiugia.

a parentibus propinquioribus sponsetur, & suo tempore sacerdotaliter (ut mos est) cum precibus,& orationibus a sacerdote benedicatur,& paranimphis(ut consuetudo docet)custodiatur, & consocietur, & biduo & triduo orationibus uacent, & castitatem custodiant, ut bonæ soboles generētur,& Domino in actibus suis placeant. Aliter uero præsumpta, nō coniugia,sed adulteria,uel cōtubernia, uel stupra,uel fornicationes, potiusquā legitima coniugia esse non dubitate.&c.Habetur.3.q.5.Aliter legiti.

Euaristus matrimonia publica benedixit.

Canō renouādus ī reformatiōe ad cauēda clādestīa mīmonia, q̄ ipsa Ven⁹ solet cōtrahere.

Locus Pauli explicatus.

De hoc quod Paulus.1.Timot.6.dicit. Qui solus habet immortalitatem,& lucem habitat inaccessibilem. Quod non de solo patre dictū sit (ut quidam male interpretati sunt) probat rationibus,& testimonijs. De filio etiam hunc locum intelligendum,post pauca subiungit.

Quod nullus mortalium uiderit Deum in essentia.

Eam lucem inaccessibilem (quam pater, & filius inhabitant,) nullus in hoc mortali corpore constitutus potest aliquatenus contueri. Sed dum apparuerit,tūc uere eū uidebit, sicuti est. Et non sicut Moses,cæteriq́; Prophetæ p ænigmata & figuram, sed ipsam ueraciter in filio contuebitur deitatis imaginem. Hic sentit, nullum prophetam,nec Mosem uidisse Deum in natura sua.

1.Ioan.3.
1.Cor.13.

Epistola secunda eiusdem ad episcopos Aegypti, quod Christus sit sponsus ecclesiæ.

Episcopus ecclesiam suā nō dimittat.

Sicut uir non debet adulterare uxorem suā, ita nec episcopus ecclesiam suam, id est, ut il-

lam dimittat, ad quam sacratus est, absq; ineuitabili necessitate, aut Apostolica, aut regulari mutatione: necq; alteri se ambitus causa cõiungat. Et uelut uxor, quæ sub manu uiri est, obedire debet uiro suo, eumq; diligere & amare, sic ecclesiam episcopo suo in omnibus obedire, & amare, (ut animam suam) debet: quia illud fit carnaliter, istud uero spiritualiter. 7. q. 1. Sicut uir nõ, &c. Vide eruditam, & elegantem epistolam. In concilijs fo. 35.

Deus omnipotens, ut nos a præcipitatæ sententiæ prolatione cõpesceret, cum omnia nuda & aperta sint oculis eius, mala tamẽ Sodomæ noluit audita iudicare, priusq; manifeste agnosceret. Gene. 18. Descendam & uidebo &c. Cuius exemplo monemur, ne ad preferẽdam sententiam, unq; præcipites simus, aut temere, & indiligẽter indiscussa queq;, quoquo modo iudicemus, dicente ueritatis uoce, Nolite iudicare &c. Ne temere aliquid diffiniamus. Heb. 4. Matth. 7.

Decreta Alexandri Papæ.

Alexander primus, fuit natione Romanus, temporibus Traiani, sedit annos. 10. mẽses. 7. dies. 2. De hoc Eusebius ecclesiast. histo. lib. 4. cap. 4. quintus papa sub Petro. Alexander papa quintus.

Epistola ad omnes orthodoxos, est erudita epistola.

In sacrificio missarum panis tantum, & uinum aqua permixtum offeratur. Nõ debet in calice domini, aut uinum solum, aut aqua sola offerri, sed utrunq; permixtum, quia utrũq; ex latere eius in passione sua profluxisse legit. De consecratione. d. 2. c. In sacramentorum. De pane, et vino offerendo in sacrificio missę.

Aquam sale conspersam populis benedici- De aqua benedicta.

mus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur, ac purificentur, quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis uitulæ aspersus sanguine, populũ sanctificabat, multo magis aqua sale aspersa diuinisq; precibus sacrata. Et si sale asperso per Helisæum prophetam, sterilitas aquæ sanata est, quanto magis diuinis precibus sacrata, sterilitatem rerũ auferet humanarum, & insidias diaboli auertet, & a phantasmaticis uersutijs homines defendet, et coinquinatos sanctificabit.

4. Reg. 42. d.

De consecratione. d. 2. c. Aquam sale.

De fide Trinitatis.

Ibidem, de fide sanctæ Trinitatis docet & tradit multa, congestis multis testimonijs ueteris testamenti.

Decreta Sixti Papæ.

Sixtus sextus Pont.

Hic Gallos in fide cõtinuit.

Sixtus primus, natione Romanus, temporibus Adriani, sedit annos. 10. menses tres. Eusebius ecclesiast. histo. lib. 4. cap. 5. ait, sedisse annos. 12. cui subrogatus est Telesphorus. 7. papa sub Petro.

Hic cõstituit sacra mysteria, & ministeria. i. sacrata uasa, nõ tangi, nisi a ministris sacratis.

A Sixto habuerunt initia missarum solemnia.

Constituit etiã, ut sacerdote incipiente actionem missarum a populo cantaretur, Sanctus, Sanctus. &c.

De fide Trinitatis.

In prima epistola ostendit, secũdum fidem, patrem esse Deum, & ingenitum, filium uero (in quo pater uisus est) esse genitum, unumq; cum patre Deum, non alium Deum patrem, alium filium. Hæc epistola scripta est ad uniuersos Christi fideles.

Telesphorus 7. pont.

Decreta Telesphori Papæ.

Telesphorus fuit natione Græcus, tempori-

bus Antonini Imperatoris, sedit annos. 11. mẽses tres, conuenit cum hoc Eusebius ecclesiasticæ histo. lib. 4. cap. 10.

Huius temporibus inualuit Valentiniana hæresis.

Summa epistolæ decretalis ad uniuersos scriptæ.

Statuit, septẽ hebdomadas plenas ante sanctum pascha clericos omnes a carnibus ieiunare, quia: discreta debet esse uita clericorum, & laicorum, dicens: Sic ergo a carne, & delitijs ieiunent, et Hymnis, et uigilijs, atque orationib⁹ Deo inhærere, diu, noctuque studeant. d. 4. c. Statuimus.

De ieiunio quadragesimæ.

Statuit etiam, ut nocte Natiuitatis dominicæ missas celebrent, & hymnum Angelicum in eis solemniter decantent: quoniam ea nocte ab Angelo pastoribus nunciatus est. Reliquis uero temporibus missarum celebrationes ante horam diei tertiam minime sunt celebrãdæ: quia eadem hora Dominus crucifixus est, & spiritus sanctus super Apostolos descendisse legitur.

Ter, missa celebranda in nocte natiuitatis dominicæ.

Lucæ. 2.

Mar. 15. & Act. 2.

Decreta Higinij Papæ.

Higinius papa, natione Grecus, ex Athenis, sedit annos. 4. menses tres, octauus sub Petro.

Iginius octauus pont.

Extat epistola decretalis ad omnes Christi fideles, de fide Trinitatis satis erudita, in qua de æqualitate personarũ indiuinis, multa congerit testimonia.

Hic patrinũ, & matrinam baptismo, & confirmationi adhibuit.

Ibidem, epistolam primam Ioannis docet ad Parthos scriptam.

Extat secunda epistola eiusdem ad Atheniẽses pærenetica.

Decreta Pij Papæ.

Pius primus, natione Italus, sedit annos de-

Pius pont. nonus.

cem & nouem: iuxta Eusebium uero.15.historiæ ecclesiast.lib.4.c.11.

Hic, Nouati thermas, diuæ potētianæ dedicauit.

Hermes frater huius librum scripsit, in quo refert, q̃ ei præcepit Angelus Domini (cum ueniret ad eum in habitu pastoris,) ut pascha die dominica celebraretur. Hoc approbat in epistola prima Pius papa. & habetur de consecratione.d.3.c.Nosse uos uolumus.

In secunda epistola ad Italos directa.

Ne prophanandæ res ecclesiasticæ.

Prædia diuinis usibus tradita, quidam humanis applicant usibus, & Domino Deo, cui tradita sunt, ea subtrahunt ut suis usibus inseruiant, quod si quisq; præsumpserit, sacrilegus habeatur, & sicut sacrilegus iudicetur. Quod hac tempestate fecerunt Lutherani. 12.q.2.c. Prędia diuinis.

Lutheranorũ iniqua facta.

Decretum eiusdem Pij Papæ.

Pęna periurij.

Qui compulsus a dño, sciēs peierat, utriq; sunt periuri, & Dominus & miles. Ille, quia pręcepit. Hic, quia plus dominum, quam animam suã dilexit. Si liber est, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat, & septem sequentes annos. Si seruus est, tres quadragesimas, & legitimas ferias pœniteat.

22.q.5.Qui cō pulsus.

Ex eodem.

Si quis per capillum dei, uel caput iurauerit, uel alio modo blasphemia contra Deum usus fuerit, si in ecclesiastico ordine est, deponatur, si laicus anathematizetur. Et si quis per creaturã iurauerit, acerrime castigetur, & iuxta hoc, quod synodus iudicauerit, pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifestaueit, diuina condemnatione similiter cohercea-

tur. Et si episcopus emendare neglexerit, accerrime corripiatur. 22.q.1. Qui peierat.

De pœnitentia eius, cuius negligentia aliqd de sanguine Domini distillat, de consecratione. d.2.c. Si per negligentiam.

Laudabilis est consuetudo, quia nihil fidei contrarium agitur.

Consuetudinem laudamus, quæ tamen cõtra fidem catholicam nil usurpare dinoscitur.

De consuetudine seruanda, quæ non est contra fidem.

Petistis per Hilarium Chartularium nostrũ a beatæ memoriæ decessore nostro, ut omnes uobis retrotemporum consuetudines seruarẽtur, quæ a Petri Apostolorum principis ordinationum initijs hactenus uetustas longa seruauit. Et nos quidem iuxta seriem relationis ueſtrę consuetudinem laudamus, quę tamen cõtra fidem catholicã nihil usurpare dinoscit.

Decreta Aniceti papæ.

Anicetus, natione Syrus, sedit annos. 11. decimus Papa. Anicetus ponti. decimus.

Extat epistola decretalis ad episcopos Galliæ, in qua docet sequentia.

Primo tradit, Iacobũ, (qui dicebatur iustus) a Petro, Iacobo, & Ioanne apostolis, Hierosolymorum Episcopum fuisse ordinatũ, citat Anacletum. 2. epistola. Hic cauit, a paucioribus, quã tribus, ne consecraretur episcopus.

Secundo ibi, quod Archiepiscopi ab omnibus episcopis suffraganeis ordinentur. 66.d.c. Archiepiscopus ab omnibus.

Tertio ibi, ut clerici cõmam nõ nutriant, sed desuper caput in modum spheræ radant: quoniam laicis & simplicib9, uirtutis, honestatis, Clerici comã non nutriant.

pudicitiæ & grauitatis exemplar esse debent. d.23.c. Prohibet fratres.

Decreta Sotheris papæ.

Sother vndecimus pont.

Sother, natione Campanus, ex fundis, sedit annos.9. Et fuit undecimus Papa.

Huius têporibus Cataphrygarum hæresis orta est.

Epistola prima tota est de fide, in qua docetur, q̄ Christus in diuinis scripturis dicitur secundum carnē factus. nam secūdum diuinitatem nusq̄ a patre dicitur factus, sed genitus.

Secunda epistola ad Episcopos Italiæ.

Primo constituit, sacratas deo fœminas uel monachas, sacra uasa, aut sacratas palas non contingere, nec incensum circa altaria deferre. 23.d. Sacratas deo.

Sacerdotes, sine socio sacerdote non sacrificent.

Secundo præcipitur ab eodem, ut sacrificans habeat secum adiutorem sacerdotem, ut si aliquo casu ille, qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, uel ad terrā elisus, a tergo semper habeat, qui eius uices insequatur intrepidus, & officium incœptum adimpleat. d.1. De consecratione.

Nullus, nisi ieiunus sacrificet.

Tertio ibi, ut nullus post cibum potūq;, siue quodlibet minimum sumptum missas facere. Nullus absq; patentis necessitatis prouētu minister, uel sacerdos imperfecta officia præsumat omnino relinquere. Si quis hæc temerarie præsumpserit, excōmunicationis sententiam sustinebit, habetur ibi supra.c. Vt illud. & .7.q.1.c. Illud diuinum.

Quarto idem, ut nullus presbyterorum missarum solēnia celebrare præsumat, nisi duobus præsentibus, sibiq; respondentibus, & ipse tertius habeatur. Quia cū ab eo dicit. Dominus

uobiſcum,& Orate pro me,aptiſſime cõuenit, ut & ipſius reſpondeatur ſalutationi de conſecratione.d.1.c.Hoc quoq;.

Quinto,ſi aliquid incautius aliquem iuraſſe cõtigerit,quod obſeruatum, in peiorem uergat exitum, illud ſalubri conſilio mutandum nouerimus, & magis inſtante neceſſitate.periurandum nobis, quã pro facto iuramento in aliud crimen maius diuertendum. 22.q.4.c. Si aliquid.

Incauta Iuramenta non ſeruanda.

Sexto idem, quod a nullis in cœna Domini perceptio euchariſtiæ negligatur,exceptis his, quibus pro grauibus criminibus inhibetur, ab omnibus aliis percipiendam eſſe, eccleſiaſticus uſus demõſtrat. Cum & pœnitentes eadem die ad percipienda corporis,& ſanguinis dominici ſacramenta reconcilientur,de conſecratione.d.2.c.In cœna.

In cœna Domini ab vniuerſis ſumenda euchariſtia

Decreta Eleutherij papæ.

Eleutherius,natione Græcus,ſedit annos.15 menſes.3.duodecimus papa. Sub Petro, temporibus Antonini commodi. Euſebius eccleſiaſti.hiſto.lib.5.cap.22.Lucius Britaniæ Rex huius tempore ſe ab eo Chriſtianum fieri per epiſtolam impetrauit.

Eleutherius pont.12.

Huius tempore Marcionis ſecta uarie diuiſa eſt.

In epiſtola unica ad Galliæ prouincias.

De quibus audierat,ut certas eſcas uitarẽt, inſtruit eos(ſecundum euangelium)nullas eſcas,tanq; communes,refutari debere: quoniã uniuerſas Deus ad cibos tribuit fidelib9 ſuis: probat ex Matth.15.& Actuum 10.

Non quod intrat p os. &c.

Poſtera autem die &c.

Decreta Victoris papæ.

Victor,natione Apher,ſedit annos.10.men-

victor papa.13

Huius tempore fuit hæresis Pauli Samosateni.

ses.2.Eusebius ecclesiasticæ hist. lib.5.cap.28. decimus tertius papa sub Petro.

Sequentia in epistola ad Theophylum Alexandriæ episcopum.

Primo hic, instituit, die dominica pascha domini celebrari, sicut cõstituerat, & Pius papa. De consecratione.d.3.c.Celebritatem.

Tempore necessitatis, quolibet tempore vel loco baptizandum.

Secundo idem præcepit, ut si necesse fuerit, aut mortis periculum ingruerit, gentiles ad fidem uenientes, quocunq; loco uel momento (ubicunq; euenerit,) siue in flumine, siue in mari, siue in fonte, tantum Christianæ credulitatis confessione clarificata, baptizentur.

Cõtrouersia, quo tempore celebranda sit pascha.

Eusebius lib.5.ecclesiasticæ historiæ, ca.22. & 23.& infra, scribit quanta fuerit controuersia inter episcopos, & alios fideles de celebritate paschæ tẽpore huius Victoris papæ. Quibusdam uolentibus. 14. luna pascha Domini celebrãdum, quacunq; die septimanę luna.14. uenisset, quando Iudæis agnus præcipitur immolari, & tunc solui debere ieiunium. Aliis uero uolentibus, ne aliquãdo nisi in die dominica, quando Dominus surrexit a mortuis, dominicum paschæ celebraretur mysterium, & in hac sola soluendum esse paschæ ieiunium. Et ob huiusmodi causam congregata sunt cõcilia nonnulla prouincialia.

Extat epistola prima Victoris ad Aphros parænetica

Decreta Zepherini papæ.

Zepherinus pont.14.

Zepherinus, natione Romanus, sedit annos 9. menses septem, temporibus Antonini. Eusebius ecclesiast. histo.lib.6.cap.16.est 14. Papa sub Petro.

In epistola

In epistola prima ad episcopos Sicilienses.

Tradit illud, quod & alij multi tradiderũt, ꝙ iudicia episcoporum, & maiores ecclesiæ causæ, a sede Apostolica sunt terminãdæ, quia sic Apostoli, & sancti successores eorum statuerunt. Grauiores causæ ad sedẽ Romanam deferẽdæ.

Scribit alteram epistolam episcopis Aegypti, qua hortatur eos ad patientiam, quia persequebantur, & bonis suis spoliabantur. Est epistola commendatione digna.

Decreta Calixti Papæ.

Calixtus primus, natione Romanus, sedit annos quinq;, menses duos. Eusebius ecclesiasti. histo. lib. 6. cap. 16. Papa 15. sub Petro. Calixtus papa. 15.

In prima epistola ad Benedictum episcopum.

Constituit ieiunium quatuor temporum, propter fructuum terræ abundantiam, iuxta prophetiam Zachariæ. c. 8. ieiunium. 4. & ieiunium. 5. Quia sicut replemur a domino, frumẽto, uino, & oleo ad alenda corpora, sic repleamur ieiunio ad alendas animas. d. 76. ieiuniũ quod.

In secunda epistola ad episcopos Galliarum.

In ea generaliter instituit per diuinas scripturas, seruandos esse a causis illicitis, & commonet delinquentes ad pœnitẽtiam. Ibi etiam uetat, excommunicatos a sacerdotibus ab aliquo recipiendos ante utriusq; patris iustam examinationem, & ne cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo communicent, nec aue, eis dicatur. Et quòd simili excommunicatione subiacebunt, iuxta Apostolorum institutionem, qui cum sciẽter excommunicatis cõmunicauerit. Cum excommunicatis nõ est conuersandum.

Affinitate cō iunctis interdixit matrimonio.

Hic primus prohibet matrimonia inter consanguineos. Hos uero cōsanguineos appellat, quos diuinę, atq; Imperatorę, et Romanorum, atq; Græcorum, leges consanguineos appellant, & in hæreditatem suscipiunt, nec repellere possunt. Falsum enim coniunctiones, nec legitimę sunt, nec manere possunt, sed sunt repellendæ. Et si quæ ausu temerario attēptatę sint, authoritate Apostolica rescindēdę ueniūt &c. 3.q.4.c. Consanguineorum.

Ibi, leges humanas rationi, & honestati nō repugnantes, esse amplectendas censemus, prę sertim ubi reipublicæ consulunt utilitati, uel ecclesiasticę dignitatis authoritatē defendunt, atq; pro adminiculo tuentur &c.

Decreta Vrbani Papæ,

Vrbanus ponti.16.

Vrbanus primus, Romanus, sedit annos 4. 16. post Petrum. Eusebius lib.6.ca.18. tradit. 8. annis administrasse sacerdotium, passus est, sub Alexandro Imperatore, sub eodem passus est & Calixtus prædecessor eius.

Hic sua traditione, multos ad baptismum & fidelitatem conuertit, Tiburtium, & Valerianum nobilem uirum sponsum sanctæ Ceciliæ, quos etiam usq; ad martyrij palmam perduxit, cuius monitis, & doctrina multi alij martyrio coronati sunt.

Extat eius epistola decretalis ad uniuersos episcopos spiritu Paulino digna, per quā statuit, ut oblationes fidelium reliquantur ecclesiis matricibus dispēsandæ per episcopos, iuxta necessitatem fidelium.

14.q.1. videntes autem.

Hic refert in eadem, quòd in exordio nascē-

tis ecclesiæ, cum fideles uniuersi uenderent omnia, quæ possiderent, & precium eorum ponerent ad pedes Apostolorum, (ut legitur in Actis,) tūc uidentes sacerdotes summi, & alij, atq; Leuitæ, & reliqui fideles, plus utilitatis posse afferre, si hæreditates, & agros, quos uendebant, ecclesiis (quibus præsidebant episcopi) traderent, eò quòd ex sumptibus eorum tam præsentibus q; futuris temporibus, plurima et elegantiora possent ministrare fidelibus communem fidem ducētibus, q; ex precio eorum: cœperunt prædia, & agros, quos uendere solebant, matricibus ecclesiis tradere, & de sumptibus eorum uiuere. Ipsę uero res in ditione singularum parochiarum episcoporum (qui locum tenent Apostolorum) erāt, & sunt usq; adhuc, & futuris semper debent esse temporibus. E quibus episcopi, & fideles dispensatores eorum, omnibus communem uitam degere uolentibus, ministrare cuncta necessaria debēt, prout melius potuerint, ut nemo in eis ægens inueniatur, Ipsę enim res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. Non ergo debent in alijs usibus, q; ecclesiasticis, & prædictorum Christianorum fratrum, uel indigentium conuerti, quia uota sunt fidelium, & pretia peccatorū, ac patrimonia pauperum, atq; ad prædictum opus explendum, Domino traditæ. Si quis autem (quod absit) secus egerit, uideat, ne damnationem Ananiæ & Saphiræ percipiat, & reus sacrilegij efficiatur, sicut illi effecti sunt, qui precia prædictarū rerum fraudauerunt, ut legitur Actuum 5.

Actu. 4.

Oblationes fidelium episcopis credunt dispensandæ, iuxta necessitatem fidelium.

Ecclesię dona nō priuata clericis, sed ad necessitatē singulis singula.

12.q.1. Res ecclesiæ.

Addit ad prædicta. Hæc igitur fratres, quæ Ananias,& Saphira passi sunt, ualde cauenda sunt,& timenda, quia res ecclesiæ, non quasi propriæ,sed ut communes,& Domino oblatę cum summo timore non in alios, q̃ in præfatos usus sunt fideliter dispensandæ,ne sacrilegij reatum incurrant,qui eas inde abstrahunt, ubi traditæ sunt, ne pœnam & mortem Ananiæ,& Saphiræ incurrant, & (quod peius est) anathema, Maranatha,fiant.Et si nõ corpore, ut Ananias, & Saphira,mortui ceciderint,anima tamen(quæ potior est corpore,)mortua,et alienata a fidelium consortio cadat,& in profundum barathri labatur.

17.q.4.attendendum est.

Vnde attendendum est omnibus, & firmiter custodiendum,ne prædia usibus sacrorum cœlestium dedicata, a quibusdam irruentibus uexentur.Quod si quis fecerit,post debitæ ultionis acrimoniam (quæ erga sacrilegos iure promenda est)perpetua damnetur infamia, & carceri tradatur,aut exilio perpetuæ deportationis seruetur.Quoniam (iuxta Apostolum) tradere oportet huiuscemodi hominem Satanæ. &c. Memoratis ergo augmentationibus & cultibus,in tantum ecclesiæ, quibus episcopi præsident, Domino adminiculante creuerunt, & tantis maxima pars earum abundat rebus,ut nullus sit in eis, communem gerens uitam, indigens, sed omnia necessaria ab episcopo,suisq; ministris percipit. Ideoq; subiungit. Si aliquis extiterit modernis aut futuris temporibus, qui hæc auellere nitatur, iamdicta damnatione feriatur.

Quod autem sedes in ecclesiis episcoporum excelsæ constitutę, & præparatæ inueniuntur, ut thronus, speculationem, & potestatem iudicandi & soluendi, atq; ligandi a Domino sibi datam materiam docent. Vnde Matth. 16. legitur, Quæcunq; ligaueritis &c. Et Ioã. 20. Quorum remiseritis. Ideo ista prætulimus charissimi, ut intelligatis potestatem episcoporum, ue strorũ, in eisq; Deũ ueneremini, & eos (ut animas uestras) diligatis, & quibus illi non communicant, non communicetis, & quos eiecerint, nõ recipiatis. Valde enim timenda est sententia episcopi, licet iniuste liget aliquẽ: quod tamen summo opere præuidere debet. 11. q. 3. quibus episcopi non. Sententia episcopi valde timenda.

Omnes fideles per manuum impositionem episcoporum spiritum sanctum per baptismũ accipere debent, ut pleni christiani inueniantur; quia cum spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, & constantiam dilatatur, de consecratione. d. 5. c. Omnes fideles. Et infra in epistola Melchiadis papæ. De confirmatione.

Decreta Pontiani Papæ.

Pontianus Romanus, sedit annos nouem, menses quinq;: quicum Hyppolito presbytero in Sardiniam insulam a Maximino Imperatore deportatus est, & ibi. 12. calen. decembris mactatus: cuius corpus Fabianus papa reduxit, & Romæ in cœmiterio Calixti sepeliuit. Pontianus papa 17.

Scripsit duas epistolas ad uniuersos fideles. In prima tractat de honore, quo prosequendi sunt sacerdotes, quoniam proprio ore corpus Domini conficiunt, & populis tradunt.

In. 2. generałr hortatᷓ ad fraternã dilectionẽ.

Decreta Antheri papæ.

Antherus papa 18.

Antherus, natione Græcus, tẽporibus Maximini martyrio coronatꝰ est. Hic gesta martyrum diligenter exquisiuit, et in ecclesia recõdidit. Propter quod, a quodam Maximo præfecto martyr effectus est. Sedit annos. 3. 18. papa sub Petro. Huius Papæ est inexplicabilis ferè annorum differentia.

7. q. 1. mutationes episcoporum.

Quibus causis transferendus episcopus de vna ecclesia in aliam.

Scribit rogatus ab episcopis Bethicæ & Toletanæ prouinciæ, si liceret mutari episcopum de una ciuitate in aliam. Respondit, licere quidem communi utilitate, aut necessitate fieri, sed non libitu cuiusq;, aut dominatione. Vt Petrus princeps Apostolorum de Antiochia trãslatus est Romam, & alij quidam Apostolica authoritate mutati sunt. Eusebius de quadam parua ciuitate, Apostolica authoritate translatus est Alexandriam. & Felix electione ciuiũ propter doctrinam et bonam uitam, quam habebat, communi episcoporum & reliquorum sacerdotum, ac populorum cõsilio translatus est Ephesum. Verum auaritiæ, uel præsumptionis, aut propriæ uoluntatis causa, nõ sunt episcopi mutandi de ciuitate in ciuitatem, sed utilitatis, & necessitatis.

Decreta Fabiani Papæ.

Fabianus papa. 19.

Fabianus papa, natione Romanus, sedit annos. 14. temporibus Maximini martyrio coronatur. 19. papa.

Sub Fabiano papa Nouatus hæreticus fuit.

Hic fecit septem subdiaconos, qui septem notarijs imminerent, ut gesta martyrum in integrum colligerent. Tempore huius Nouatus hæreticus uenit ex Aphrica, & separauit No-

uatianum ab ecclesia, & quosdam cõfessores.

Huius etiam tempore passa est ecclesia persecutionem, & multi Christiani è Roma fugerunt.

Sub hoc pon. Cęsar Philippus, baptismo insignitus est.

Eusebius lib. 6. cap. 21. histo. ecclesiasti. tradit, Fabianum signo columbæ apparentis super ipsum cælitus ostensæ, quæ ferebat figurã illius, quæ super Christum in Iordane descenderat, ab uniuerso clero & populo electum fuisse episcopũ, qui ante episcopatum habuit uxorem, quæ post, martyrio coronata est.

Epistola prima, est epistola lectione digna.

Præcipit uniuersis ecclesiis, ut ad officia diuina peragenda ordinarent diaconos. 7. cum subdiaconis, & acolytis, qui diebus dominicis & festiuitatibus solemnibus diuina per agãt ministeria, & omni hora parati sint ad diuinum officium: & quicquid eis iniungitur, peragendum. Quod & ipse seruabat Romæ.

Ibidem commonet, ut caueãt se ab hoc Nouato, et similibus, qui alteram fidem & doctrinam tenent, quam Apostoli, & successores eorum tenuerunt & docuerunt, ne (quod absit) post eum abeuntes, in laqueũ Satanæ cadãt.

Ab hæreticis abstinẽdum.

A quibus abstinendũ est, sicut ab illis, quos Apostolus commemorãs, dicens: cum eis nec cibum summere. Quoniã sic Apostoli statuerunt, dicentes: Cum excommunicatis non est communicandum. Et si quis cum excommunicatis, auertẽdo regulas, sciẽter psallat in domo, aut simul loquutus fuerit, aut orauerit, ille communione priuetur. 11. q. 1. Sicut Apostoli, & supra in canonibus Apostolorum. c. x.

In secunda epistola ad episcopos Orientales.

Quot annis chrisma conficiendum.

De consecratione. d. 1. literis nostris.

Intellexerat literis eorum, nonnullos episcopos non per singulos annos in cœna Domini chrisma cõficere, sed duos uel tres annos confectionem sancti chrismatis semel actam conseruare, quoniam nec balsamum per singulos annos poterant reperire, nec necesse est singulis annis chrisma conficere, dum una cõfectio chrismatis abundat. Ad quos ait, Errant, qui talia excogitant, & mente uesana, potiusq̃ recta sentientes. Hæc dicunt, In illa enim die Dominus Iesus, postq̃ cœnauit cum discipulis suis, & lauit eorũ pedes, (sicut a sanctis Apostolis prędecessores nostri acceperunt, nobisq́ reliquerũt) chrisma cõficere docuit. Ipsa enim lauatio pedum, nostrum significat baptismũ, quando sancti chrismatis unctione perficitur & confirmatur. Sicut igitur ipsius diei solemnitas per singulos annos est celebranda, ita ipsius sancti chrismatis confectio per singulos annos est agenda, & de anno in annum renouanda, et uetus chrisma in sanctis ecclesiis cremandum. Ista a sanctis Apostolis, & successoribus eorum accepimus, uobisq; tenenda mãdamus.

Hæc sancta Romana ecclesia, & Antiochæna a tempore Apostolorum custodit. Hæc Hierosolymorum & Ephesianorum tenet. In quibus Apostoli præsidentes hæc docuerunt, & uetus chrisma incendi, & non amplius q̃ uno anno uti permiserunt.

Mali sacerdotes tollerãdi, non terendi.

Quomodo sacerdotes non temere accusandi, aut reprehẽdendi sint, nisi a magistris suis,

quoniam eorum causas sibi Dominus reserua re uoluit,& suo iudicio uindicari. Tollerandi hi sunt potius a fidelibus,quàm exprobrandi: ueluti palea cum tritico,usque ad ultimum uentilabrum,& sicut pisces mali cum bonis,usque ad segregationem, quæ futura est in littore,id est,in fine seculi. Hinc colligit, sacerdotes Domini non gladio nec morte feriendos. Matth.13.

Nullus in iudicio præsumat, accusator simul esse & iudex, uel testis: quoniam in omni iudicio quatuor personas necesse est semper adesse,id est,iudices electos,& accusatores,ac defensores,atque testes. 11. q. 1. statuimus vt si quis

In tertia ad Hilarium episcopum.

Primo,nullus accusetur alicubi,quàm in suo foro. Si quis uero iudicem aduersum sibi senserit,uocem appellationis exhibeat. Appellantem autem non debet afflictio ulla, aut detentionis iniuriare custodia: sed liceat appellatori uitiatam causam appellationis remedio subleuare.&c. Liceat etiam in causis criminalibus appellare. Nec uox appellandi ei denegetur, quem supplicio sententia destinarit. 2. q. 6. si quis iudicem. De remedio appellationis

Si quis crimen alteri obiecerit, nisi per scripturam se probaturum esse fateatur, non est pro accusatione habendum. Si uero scripserit, si non probauerit quod obiecit,pœnam quam intulerit,ipse patiatur. 2.q.6.qui crimen. De pœna talionis.

Tertio idem,& si nõ frequentius, saltem in anno ter,homines communicent (nisi forte quis maioribus criminibus impediatur)in pascha, (uidelicet)& pentecoste: & Natali Domini. Ter in anno communicẽt fideles. De consecratione. d. 2. & si non.

Quarto idem. Si quis ætatis suæ triginta nõ

30. annorum Presbyter ordinetur. 78. si quis triginta.

impleuerit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etiam si ualde sit dignus, quia & ipse dominus. 30. annorum baptizatus est, & sic cœpit docere.

Diebus dominicis fiat oblatio panis, et vini.

Quinto idem decreuit, ut in omnibus diebus dominicis, ab omnibus uiris & mulieribus, oblatio, tam panis, quam uini, fiat. Ut per has immolationes a peccatorum suorum fascibus liberentur.

Sexto idem: ut presbyter illiteratus missam celebrare non audeat.

Decreta Cornelij Papæ.

Cornelius papa. 20.

Cornelius Romanus, sedit annos. 2. Vigesimus papa sub Petro.

Huius tempore Nouatus Nouatianum extra ecclesiam ordinauit, et in Aphrica Nicostratum. Hic a Decio martyrio coronatus est, qa noluit ductus ante templum Martis adorare.

Quomodo recociliādi sint hæretici.

Eusebius histo. ecclesiast. lib. 7. cap. 2. refert, eodem tempore Cornelium Romæ, & Cyprianum apud Carthaginem, episcopatum gessisse. Et tūc in Aphrica quæstio exorta est, si oportet hæreticos rebaptizari. Cumq; id a Cypriano, & cæteris penè omnibus per Aphricam sacerdotibus oportere fieri decerneretur, Cornelius, & cæteri omnes per Italiam sacerdotes, huiusmodi decretum, manente sacerdotali cōcordia, refutarunt: statuētes antiquam a patribus super hoc traditam regulam debere seruari, quæ continebat, Hæreticos sola manus impositione purgandos.

In epistola prima.

Tractat de translatione corporum Aposto-

lorum Petri & Pauli, quæ rogatu deuotæ matronæ Lucinę, leuata sunt de Cathecumbis.

In epistola secunda ad Rufum episcopum Orientalem.

Vetat, a summis sacerdotibus, & dei ministris exigi sacramentum iuramenti, nisi pro recta fide. 2.q. 4. Sacramentum autē

Ibidem, testimonijs scripturarum ostendit, quam alienum sit ab hominibus Christianis iurare, exponens illud Domini. Quod autem his abundantius est, a malo est, id est. ab exigēte, & a iurante. Matth. 5.

Idem decreuit dicens, Honestum etiam uidetur, ut qui in sanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat, cum omni honestate, & timore dei. Et pueri ante annos 14. non cogantur iurare. 22. q. 5. Honestum etiam.

De hoc Pontifice meminit Eusebius, lib. 6. cap. 33. Et de Nouato hæretico, qui spem salutis ademerat peccantibus, etiam si digne pœnituissent. Hic extitit princeps Nouatianorum, qui ab ecclesia separati superbo nomine Catharos, idest, mundos appellarunt semetipsos. Ob hāc rem concilium sacerdotale Romæ cōgregatum est, episcoporum. 60. totidē presbyterorum, cum diaconis multis. Et statuit, Nouatum cum his, qui eum sequerētur, alienum esse ab ecclesia. Eos uero, qui lapsi fuerint in certamine, fraterna commiseratione curādos, & fomentis pœnitentiæ medicandos. Scribit de hac re Cornelius urbis Romæ episcopus, ad ecclesiam Antiochenam indicans, quid statuerit concilium Romę congregatum, & quid Italis, Aphris, cęterisq; occidentalibus uisum fuerit. De quo Cyprianus librum ædidit, lap- Hic pon. Nouatum damnauit.

ſos ad pœnitentiam cohortandos.

Huius tempore (ut refert idem Euſebius) iam eccleſia habebat, ad diuina myſteria peragenda, cum epiſcopis presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Acolytos, Exorciſtas, Lectores, Oſtiarios. Et uiduas habebat eccleſia, quas cũ alijs indigentibus alebat.

Conciliũ Carthaginẽſe ſub Cypriano.

Item ſub hoc pontifice celebratum eſt concilium Carthaginen. ſuper ea quæſtione, An baptizati ab hæreticis, uenientes ad eccleſiam eſſent rebaptizandi. In quo concilio, ab omnibus unanimiter decretum eſt, ab hæreticis nõ conferri uerum baptiſma, ſicut nec datur ſpiritusſanctus, nec uera remiſſio peccatorum. Inixi uerbis Pauli ad Ephe. 4. Vna fides, Vnũ baptiſma.

Verba Cypriani.

Audiſtis, collegæ dilectiſſimi, quid mihi Iubaianus coepiſcopus noſter ſcripſerit, conſulens mediocritatem noſtram de illicito, & prophano hæreticorum baptiſmo. Et quid ego ei reſcripſerim, cẽſens. ſ. quod ſemel, atq; iterum cenſuimus, hæreticos, ad eccleſiam uenientes, eccleſiæ baptiſmo baptizari, & ſanctificari oportere. Item. lectę ſunt uobis & aliæ literæ Iubaiani, quibus pro ſua ſyncera, & religioſa deuotione ad epiſtolam noſtram reſcribens, non tantum conſenſit, ſed & inſtructum ſe eſſe gratias egit. Supereſt, ut de hac ipſa re quid ſinguli ſentiamus, proferamus, neminem iudicantes, aut a iure communionis aliquem (ſi diuerſum ſenſerit) amouentes. Neq; enim quiſq; noſtrum epiſcopum ſe eſſe epiſcoporum conſtituit, ut tyrannico terrore ad obſequendi neceſ

ſitatem collegas ſuos adegit, quando habeat omnis epiſcopus pro licentia libertatis, & poteſtatis ſuæ arbitrium proprium, tanꝗ iudicari ab alio non poſſit, cum nec ipſe poſſit alterum iudicare. Sed expectemus uniuerſi iudicium Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui unus, & ſolus habet poteſtatem, & præponendi nos in eccleſiæ ſuæ gubernatione, & de actu noſtro iudicandi.

Ego unum baptiſma in eccleſia ſola ſcio, & extra eccleſiam nullum. Hoc erit unum, ubi ſpes uera eſt, & fides certa. Sic enim ſcriptum eſt: Vna fides, una ſpes, unum baptiſma. Non apud hæreticos, ubi ſpes nulla eſt, & fides falſa. Vbi omnia per mendacium aguntur. Vbi exorcizat dæmoniacus, Sacramentum interrogat, cuius os & uerba cancer emittunt. Fidem dat infidelis. Veniam delictorum tribuit ſceleratus, & in nomine Chriſti tingit Antichriſtus. Benedicit, a deo maledictus. Vitam pollicet mortuus. Pacē dat ipacificus. Deū inuocat blaſphem⁹. Sacerdotiū adminiſtrat ꝓphanus. Ponit altare ſacrilegus. Ad hæc omnia accedit & illud malum, ut Antiſtes diaboli audeat eucharistiam facere, aut qui illis aſſiſtunt, dicāt, hæc omnia falſa eſſe de hæreticis. Ecce ad qualia eccleſia cōſentire cogitur, & ſine baptiſmo, ac uenia delictorum communicare compellitur. Quam rem (fratres) fugere, ac uitare debemus, & a tanto ſcelere nos ſeparare, & unum baptiſma tenere. Quod ſoli eccleſiæ a deo conceſſum eſt.

Reſponſio Cecilij Abiltæ.

ad Ephe. 4.

Cyprianus Carthaginen. dixit.

Sententia Cypriani.

Censeo secundum euangelicam & Apostolicam contestationem, aduersarios Christi, & Antichristos appellatos, quando ad ecclesiam uenerint, unico ecclesiæ baptismo baptizandos esse, ut possint fieri de aduersariis amici, & de Antichristis Christiani. Reuocata sunt hæc per Cornelium in sacerdotali concilio Romæ. Et per Stephanum papam.

Decreta Lucii Papæ.

Lucius Pon. 21. Fuit temporibus Galli, et Volusiani.

Lucius Romanus, sedit annos. 3. a Valeriano martyrio coronatur.

Hic præcepit, ut duo presbyteri, & tres diaconi, in omni loco episcopum comitarentur, propter testimonium ecclesiasticum.

Hic, episcopũ 10. annis minorem repudiauit.

Idem cum ad passionem pergeret, omnem potestatem ecclesię reliquit archidiacono suo Stephano successori suo.

Huius meminit Eusebius. histo. ecclesiasti. lib. 7. cap. 3.

In epistola prima ad episcopos Galliæ, & Hispaniæ.

Excommunicauit bona ecclesiæ expoliantes, uel ecclesiis uexationem inferentes, quoniam erant pauperibus dedicata.

Ecclesia Romana in fide nunquam errauit

Ibidem de Romana ecclesia tradit, quod est Apostolica mater omnium ecclesiarum, quæ a tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauata succubuit, secundum ipsius Domini saluatoris diuinam pollicitationem, qui principi discipulorum dixit. Petre ecce Satanas &c.

Lucæ. 22.

Ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. &c.

Idem fecit decretum, ut ministri altaris pre-

sbyteri & diaconi,tales eligantur, qui continentiam seruent. 81. d. c. ministri.

Idem,ut clericus solus ad fœminæ tabernaculum non accedat, nec frequenter properet, sine maioris natu sacerdotis iussione. Et ne solus presbyter cum sola fœmina fabulas misceat. Et si quid agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa a liminibus ecclesiæ arceatur. Clericus matronarum domicilia frequentans deponitur.

Idem, ut nullus clericus cum extranea habitet fœmina, nisi soror, aut proxima fuerit, & cum magna sollicitudine fiat. Non enim ignoto malitias Satanæ. Ne clericus solus cum fœmina loquať.

Extant epistolæ Cypriani ad Lucium.

Decreta Stephani Papæ.

Stephanus Romanus, sedit annos.7.martyrio coronatur.22.papa sub Petro. Stepha.pont. 22.Fuit tẽporibus Valeriani.

In epistola prima ad Hilarium episcopum.

Quod non sint admittendi ad gradius ecclesiasticos omnes illi, qui ꝓ crimine aliquo notantur infamia. Vide.6.q.1.c.Infames, ubi omnes ferè peccatores excludit.

Qualia debent esse uestimenta, quibus Domino ministratur, & cultus celebratur diuinus. Vt sint sacrata, & honesta, quibus in aliјs usibus ecclesiasticis non utantur. Nec ab aliјs contingantur, aut ferantur, nisi a sacratis hominibus, ne ultio, quæ Balthasarẽ regem percussit, super talia præsumentes ueniat diuina. De consecra. d.1.c.Vestimẽta. Quibus uestibus celebrandum.

Idem a Sixto papa decretum est. Punitio Balthasaris Regis.

In secunda epistola.

De accusationibus sacerdotum, de qua re supra in decretis Telesphori, & Iulij.

Ibi, Apostolo prohibente, inter Christianos

non debent accuſationes exerceri: ex quo docemur a Paulo, lites nō probari inter fideles. Euſebius de Sixto.lib.7.cap.23.

Galat.6.
1.Cor.13.

Decreta Sixti Papæ.

Sixtus pont. Vigeſimus tertius.

Sixtus ſecundus, natione Græcus ex Athenis. Sedit annos duos. 23. Papa ſub Petro.

Hic ſub Decio, & Valeriano martyrio coronatur. Quia noluit ſacrificare dæmonijs, capite truncatus eſt, & cum eo ſex diaconi. Et die tertio poſt paſſionem illius paſſi ſunt Laurentius eius archidiaconus, Claudius ſubdiaconus, Seuerus presbyter, Romanus oſtiarius, et Creſcentius lector.

Tempore huius exorta eſt Sabellianorum ſecta.

In epiſtola ad Gratum epiſcopum explicat proceſſum perſonarum diuinarum.

In ſecunda ad epiſcopos Hiſpaniæ.

Agit de accuſationibus, & perſecutionibus epiſcoporum &c. Cōſule Euſe.hiſt.eccle.li.7.c.24. Et infra tradit multa, quæ hui⁹ tpe contigerūt.

Decreta Dionyſii Papæ.

Dionyſi. pōt. 24. Fuit temporibus Galieni.

Dionyſius Monachus, ſedit annos. 6. Fuit 24. Papa.

Hic presbyteris eccleſias diuiſit, & cœmiteria, parochiaſq́ue, & diœceſes conſtituit. Eius epiſtolæ nihil habent, niſi generales commonitiones ad obſeruationem legis Chriſtianæ.

Ab hoc pontifice incœpit Eccleſiarū diſterminatio.

Huius tempore congregatum eſt prouinciale concilium in Antiochia diuerſum ab illo, quod aggregatum eſt tempore Iulij papæ.

Concilium Antiochenum cōtra Paulū Samoſatenum.

Huius meminit Euſebius. hiſto. eccleſia. lib. 7.cap.23. & infra. Aggregatū uero contra Paulum Samoſatenum, qui abiecta, & indigna de Chriſto ſentiens, negabat eum de cœlis deſcēdiſſe, ſed

diſſe, ſed a Maria originem cœpiſſe, & initium habuiſſe de terra, & communis naturæ hominem tantum fuiſſe.

Extat epiſtola epiſcoporum Antiocheni cōcilij ad Dionyſium Papam, & ad alios epiſcopos, & uniuerſum clerum & plebem, contra prædictum Paulum. Apud Euſebium. c. 26.

Decreta Felicis Papæ.

Felix Papa primus, Romanus, ſedit annos 4. Papa 25. ſub Petro.

Felix. 11. pōt. 25. Fuit temporibus Claudij, & Valeriani.

Hic cōſtituit, ſupra memorias, ac ſepulchra martyrum, Miſſas celebrari. Quod deſtruxerunt Lutherani hac noſtra tempeſtate.

Huius meminit Euſebius. lib. 7. cap. 27.

Sub hoc pon. Manes perſa, Manichæorum introduxit ſectam.

Extat epiſtola eius ad Paternum epiſcopū, & altera ad epiſcopos Galliç, quæ tantum generales commonitiones continent.

Extat alia ad Benignum epiſcopum, a quo conſultus eſt in rebus fidei, quoniam quidam in ſua eccleſia dicebant, filium non poſſe propriè uidere patrem. Iuxta illud, Deum nemo uidit unquam. Et alij fingebant, filium minorem patre, quoniam pater illi perhibet teſtimoniū. Et quia pater inuiſibilis dicitur, filius uero uiſibilis comprobatur. Atque conſultus, reſpondit Felix, Iſti ignorantes diuinarum ſcripturarum, & Apoſtolorum iura, ex proprio & adulterino ſenſu, talia fabricant. Nos uero euidentioribus teſtimonijs ueteris & noui inſtrumēti, filium patrē ſemper uidere poſſe doceamus, Salomone dicente, Eſt tecum ſapientia, quç nouit opera tua, quæ affuit tibi, cum faceres orbem terrarum. &c. Et in Euangelio, Nemo no

Ioan. I.

Sapientiæ. 9.

Matth.11. uit filium nisi pater, nec patrē, quis nouit nisi
Ioan.1. filius.&c.Et iterum. Deum nemo uidit unq̄,
Ioan.8. sed unigenitus.&c.Item, Vos nō nostis eum,
Ioan.7. ego autem noui eum. Et iterum. Qui ex Deo est,hic nouit Deum.

Si sereno sensu recenseas scripturas, inuenies,non solū patrem filio testimonium perhibentem,sed totam simul inseparabilem Trinitatem.Ego sum qui testimonium perhibeo de me, & testimonium perhibet de me,qui misit me pater. Ioannis.8.Et,Cum uenerit paracletus spiritus ueritatis, ille testimonium perhibebit de me.&c. Io.15.Intende,q̄m in quibus una testificationis uirtus ostēditur, nullus ab alio neq; potior,neq; inferior iudicatur.

De alio sæpe diximus, quod secundum hominis formam filius uisibilis dicitur,secundū uero deitatis substantiam,inuisibilis prædicatur. Vt Paulus multis in locis ostendit. Hæc

Roma.2.

est Apostolorum uiua traditio. Hæc sancta & Apostolica mater omnium ecclesiarum Christi ecclesia, quæ per dei omnipotentis gratiam a tramite Apostolicæ traditionis nunq̄ errasse probatur, nec ab hęreticis prauitatibus deprauata succubuit,sed,ut in exordio normā fidei Christianæ percepit ab authoribus suis, Apostolorum Christi principib9, illibata manet.Iuxta illud Lucæ.22.Ego rogaui pro te,ut nō deficiat fides tua.24 q.1. A recta ergo fide.

Ecclesia Romana hæreticis prauitatibus nūquam polluta est.

Et supra in decretis Lucij Papæ.

Decreta Eutychiani Papæ.

Eutychianus primus, natiōe Tuscus. Sedit anno uno. Papa.26.sub Petro.

Eutychianus, 1.pon.26.Fuit tempore Aureliani.

Hic temporibus suis per loca diuersa.342. martyres proprijs manibus sepeliuit. Qui etiã statuit, ut cum Dalmatica, aut Colobio sepelirentur. Huius meminit Eusebius, histo. ecclesiasti. lib. 7. cap. 7.

Extat epistola eius prima ad episcopos Bethicæ prouinciæ, in qua ueritatem dominicæ incarnationis explicat, quomodo salua proprietate utriusq; naturæ Deus uerus, & uerus homo erat.

Extat altera ad episcopos Siciliæ, tantum cõtinens generales commonitiones ad fidem, & pietatem pertinentes.

Extant decreta eius apud Gratianum. 20. q. 2. c. Statuimus.

Abbatissa præsumens uelare uirginem, uel uiduam, excommunicetur. Qui pœnitentiam periurij agere noluerit, excõmunicetur. 20. q. 1. Prædicandum.

In potestate fidelis erit, si quis gentilis gentilem uxorem duxerit ante baptismum, post baptismum eam habere, uel non habere. Et infidelem discedentem fidelis sequi non cogitur. 28. q. 1. Si quis gentilis.

Quam duxit fidelis ante baptismum, liberum est illi habere, vel non habere.

Magnum malum ebrietatis, ex quo omnia uitia pullulant, Christianis modis omnibus cauere præcipimus. Qui autem hoc uitare noluerit, excommunicandum esse decreuimus, usq; ad congruam emendationem.

Contra ebrietatem.

Idem. Episcopi, & Dei ministri non debent comessationibus, & uinolentijs nimis incumbere, considerantes sententiam Domini, dicentis, Attendite, ne grauentur corda uestra. &c.

Lucæ.21. Moderatè enim cibum,& necessariũ sumptum summant, ut (iuxta Apostolum) sobrij sint,& parati ad seruitium Dei.

1. Thess. 5.

Decreta Gaij Papæ.

Gaius pont. 27.

Gaius. natione Dalmata, sedit annos. 11. temporibus Diocletiani Imperatoris, cuius meminit Eusebius. histo. eccle. lib. 7. cap. 27. Papa 27. sub Petro.

Hic constituit, ut omnes ordines in ecclesia sic ascenderent. Si quis episcopus fieri mereretur, primo fiat ostiarius, lector, exorcista, acolythus, deinde subdiaconus, diaconus, presbyter. Et exinde episcopus ordinaretur.

Gradus, quibus ascenditur ad Episcopatum.

Extat epistola eius elegantissima ad Felicem episcopum de ueritate incarnationis dominicæ. Vbi ostendit primo, quod nullius innocentis occisio fuerit redemptio mundi, nec alicuius debitum quisq́ suo fine persoluit, nisi filius hominis Iesus Christus, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes etiam sunt suscitati, de quibus ipse dicebat, Ego cum exaltatus fuero. &c. Ioã. 12. Vbi secundo, postq́ multa elegantissima collegit, subdit, Mundum Deo in Christo recõciliatũ, ut nisi uerbum dignaretur caro fieri, nulla caro posset saluari.

2. Cor. 5.

Decreta Marcellini Papæ.

Marcellinus pont. 28. Sub quo decima Christianorũ p̃secutio fuit.

Marcellinus, natione Romanus, sedit annos. 9. temporibus Diocletiani. Quo tempore fuit persecutio magna, ita ut intra. 30. dies, 17. milia hominum promiscui sexus per diuersas prouincias martyrio coronarentur. Et ipse Marcellinus ad sacrificium ductus est, ut thu-

rificaret. Quod & fecit. Et post paucos dies pœnitētia ductus, ab eodem Diocletiano pro fide Christi cū Claudio, & Cyrino, & Antonino capite truncatus est, & martyrio coronatus. Iacuerunt uero corpora sanctorum in platea dies.36.iussu Diocletiani. Deinde Marcellus presbyter noctu collegit cum presbyteris, & diaconis, & cum hymnis sepeliuit.

Extat epistola eius prima ad Salomonē episcopum. In qua damnat errores quorundam dicentium, Patrem maiorem esse filio, quia illi soli sacrificium immolatur. Et quod filius nullam cum patre communionem operum habeat. Et q illud propheticum, Sciant gentes, quoniā nomen tibi Deus, tu solus altissimus, de solo patre dictum sit. Psal.82. Hæc refellit, adductis testimonijs satis idoneis sacrarum scripturarum.

Extat altera epistola ad episcopos Orientales, solas monitiones generales continens.

Hic etiam Marcellinus conuictus est, quòd thurificasset in templo Isidis & Vestę, per Gaium, & Innocentium diaconos, & Vrbanum, Castorium, & Iuuenalem presbyteros, & per 28.alios testes. Et tādē in synodo.300. Episcoporum, & 30.presbyterorum, caput cinere cōuolutum habens Marcellinus episcopus Vrbis Romæ, uoce clara clamans, dixit, Peccaui coram uobis, & non possum in ordine esse sacerdotum, quoniā auarus me corrupit auro. Et subscripserunt in eius damnationem, & damnauerunt eum extra ciuitatem, dicentes, Quia ore suo cōdemnatus est, & ore suo ana-

Marcellinus, pœnitentia ductus, a nemine hominum damnabilis se damnauit.

De condemnatione Marcellini Pont.

thematizatus accepit Maranatha. Nemo enim unq̃ iudicauit pontificem, nec præsul sacerdotem suum, quoniam prima sedes non iudicabitur a quoq̃. Tu eris iudex, ex te condemnaberis, tamen in nostra præsentia. Tu enim iudex, tu reus. Hoc autem facto, Diocletianus, (dum esset in bello Persarum) audiuit, quod. 30. episcopi, & 30. presbyteri in eius damnationem conuenirent, iratus in eandem ciuitatem misit, & multos episcopos ad martyrij coronam traxit. Inter quos damnatus est et Marcellinus, & (ut tradunt multi) uacauit episcopatus eius annos. 7. De condemnatione Marcellini est ferme inexplicabilis scriptorum differẽtia. Diximus certiora in controuersia quarta.

Concilium Ancyranũ post tempora Marcellini Papę celebratum parum ante Nicęnum cõcilium, circa annum Domini. 308. Sub quo Cæsare ex scriptoribus constare non potest. Fuit prouinciale cõcilium, sed receptum in. 6. synodo generali Constantinopoli, in Trullo celebrata; ut patet ex. 2. Canone sextę synodi.

Ancyranum melius dictũ, ab Ancyra ciuitate sita in Gallacia.

Hoc conciliũ uocatur a Graciano in decretis Anchuritanum, ab alijs Anquyranum. Cui interfuerunt aliqui episcopi, qui etiam affuerunt in concilio Nicæno.

Continet Canones generales. 24. cõtra eos, qui inuicti, uel dijs thurificabãt, uel imolabãt.

Cap. 1. De presbyteris, qui immolauerint tẽpore persecutionis.

D. 50. Presbyteros, qui.

Presbyteros, qui immolauerunt, & postea certamen iterum inierũt, si hoc ipsum ex fide, & non aliquo argumento, sibimet præparantes, egerunt, ut iterum teneri uiderentur, aut

tormentis subijci putentur, tanquam inuiti. Si ex fide ergo luctati sunt, & non ex compacto, ad ostentationem, ut caperentur, ipsi fecerũt, hos placuit, honorem quidem sedis propriæ retinere. Offerre autem illis, & sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotalibus officijs fungi, non liceat.

Cap. 2. De diaconis, qui immolauerunt.

Diaconi similiter, qui immolauerunt, postea autem iterum reluctati sunt, illum quidem honorem habere oportet. Cessare uero debere ab omni sacro ministerio, ita ut nec panem, nec calicem offerant, nec pronũcient, nisi forte aliqui episcoporum conscij sint laboris eorum, & humilitatis, & mansuetudinis, & uoluerint eis aliquid amplius tribuere, uel adimere. Penes ipsos ergo erit de his potestas. D.50. Presbyteros, qui.

Cap. 3. De his, qui ex fuga comprehensi sunt.

Qui fugientes timore persequutionis cõprehẽsi sunt, uel a familiaribus, seu a domesticis traditi, & uel bona propria amiserunt, uel sustinuerunt tormenta, uel etiam carceribus inclusi sunt, & tamen proclamauerunt se esse Christianos, quin etiam perseuerante uiolentia, ad id usque perducti sunt, ut manus eorum apprehensas, & uiolenter attractas, sup sacrificia imponerent, illis licet perseuerantibus in fide, & Christianos se esse uociferantibus, hoc ergo quod eis inuitis, & alijs cogentibus, contigit, si luctu & mœrore animi, acerbè se ferre demonstrent, ipsique humili per bonam conuersationem habitu incedentes, dolere se, quod inuiti coacti sunt, doceant, hos tanquam inculpa-

tos a communione non uetari. Si autem iam prohibiti sunt ab aliquibus a communione, maioris diligentiæ,& inquisitionis causa, aut per aliquorum ignorantiā,statim recipi oportet. Hoc autem obseruari conuenit,& de clericis,& de laicis omnibus. Laicos sanè,qui in similes necessitatis causas inciderunt, tanq̃ si nihil peccauerint,maxime si eos probabilis uita commendet,ad ordinationē recipi placuit.

Cap.4. De his,qui in templis idolorum cœnauerunt.

De his, qui sacrificare coacti sunt, insuper in templis idolorum cœnauerunt, si qui eorū cum habitu cultiore ad templa producti sunt, atq; ibi præciosiori ueste adhuc mutata,cœnæ participes facti sunt idolorum, indifferenter summentes omnia,quæ fuerunt apposita,placuit, eos inter audientes uno anno cōstitui,tribus autem aliјs annis agere pœnitentiam. Sed ex ipso triennio per biennium tantummodo orationi communicare, tertio autem anno reconciliari sacramentis.

Cap.5. De his,qui in locis idolorum manducauerunt.

Quotquot autem ascenderunt templa cum ueste lugubri, & recumbentes inter alios mā ducauerunt,flentes (si compleuerint pœnitentiam trienniј temporis) sine oblatione suscipiantur ad communionem.i.ut ipsi oblationē non offerant. Si autem perducti ad templa,nō manducauerint,biennio maneant in pœnitentia. Tertio uero anno communicent, sed sine oblatione, ut dictum est. In quarto autem anno perfectionem suam recipiant. Episcopum autem hanc habere licentiam oportet, ut per-

specta singulorum conuersatione, normam, regulamq; conuersationis attribuat, id est, ut humanius agens, secundum uitæ modum, tempus alicui pœnitentiæ breuiare, aut etiam prolixius, quod correctioni necessarium uiderit, addere. Discutiatur autem omnium horum & præcedens uita, & posterior. Et ita circa eos sacerdotalis se humanitas moderetur.

Cap. 6. De his, qui timore, ritus gentilium peregerunt.

De his, qui minis tantum cesserunt, aut honorum ablatione, aut transportationis pœna deterriti, sacrificauerunt, & nunc usq; non pœnituerũt, neq; conuersi sunt, modo autẽ, id est, tempore huius Synodi se obtulerunt, conuersionis suæ consilium capientes, placuit, eos usq; ad magnum diem inter audientes suscipi, ac pœnitentiam agere triennio, & post duos alios annos sine oblatione communicare, & ita demum sex annis completis ad perfectũ peruenire. Quod si aliqui ante hoc Concilium suscepti sint ad pœnitentiam, ex illo tempore imputabit eis initiũ sexennij constituti. Quod si alicui horum quodlibet mortis periculum, aut ex ægritudine, aut ex aliqua causa acciderit, his communio propter uiaticum suum nõ negabitur.

Cap. 7. De his, qui frequenter idolis immolauerunt.

De his, qui in festis diebus paganorum, in remotis eorum locis conuiuijs interfuerunt, & suas nihilominus epulas ibidem portauerunt, & comederunt, placuit, ut post biennij pœnitentiam suscipiãtur, ita tamen, ut utrum aut cum oblatione recipiẽdi sint, an ad solam

communionem admitti debeant, unusquisq; episcoporum examinet uitam eorum, & præterita, ac præsentia, debita consyderatione perpendat.

Cap. 8. De his, qui ui coacti idolis immolauerunt.

Hi autem, qui secundo, uel tertio, sacrificauerunt ui coacti, quatuor annis sese ad pœnitentiam submittant, duobus autem aliis sine oblatione communicent, septimo anno perfectionem recepturi communionis.

Cap. 9. De his, qui aliis sacrificandi causam attulerunt.

Quotquot autem non solum a fide dominica deuiarunt, sed etiam insurrexerunt in alios, & fratribus persuaserunt, & rei facti sunt persuasionis, hi per triennium quidem inter catechumenos habeantur. Per aliud autem sexennium pœnitentiæ recipiant locum, alio uero anno, idest, decimo communionem sine oblatione recipiant, ut completo decēnio perfectione fruātur. Ideo autem ipso tempore etiam uita eorum, & conuersatio consyderanda est.

Cap. 10. De diaconis protestantibus cum ordinantur.

D. 28. Diaconi. Diaconi quicunq; (cum ordinātur) si in ipsa ordinatione protestati sunt, dicentes, Velle se habere uxores, nec posse se cōtinere, hi postea, si ad nuptias uenerint, maneant in ministerio, propterea quod his episcopus licentiam dederit. Quicunq; sanè tacuerunt, & susceperunt manus impositionem professi continentiam, si postea ad nuptias uenerint, a ministerio cessare debebunt.

Cap. 11. De desponsatis puellis.

Desponsatas puellas, & postea ab aliis cor-

ruptas, placuit, erui, & his reddi, quibus fuerant ante desponsatæ, etiam si a raptoribus florem pudoris sui amisisse constiterit. 27.q.2. Desponsatas puellas.

Cap. 12. De his, qui ante baptismum sacrificauerunt idolis.

Eos, qui ante baptismum sacrificauerunt, et postea baptismum consequuti sunt, placuit, ad ordinem promoueri, tanquam ab omni crimine lauacri salutaris sanctificatione purgatos.

Cap. 13. De Chorepiscopis & eorum potestate.

Vicarijs episcoporũ (quos Græci Chorepiscopos uocant) non licere, uel presbyteros, uel diaconos ordinare, sed nec presbyteris ciuitatis, sine episcopi præcepto, amplius aliquid imperare, nec sine authoritate literarum eius in unaquaque parochia aliquid agere.

Cap. 14. De presbyteris, a carnibus se abstinentibus.

De his, qui in clero sunt presbyteri, uel diaconi, & abstinent a carnibus, hoc placuit statui, ut non eas tanquam immundas, contemnant, sed contingant. A quibus quidem, qui se abstinere uolunt, habeant potestatem, ita tamen, ut si quando cum oleribus coquuntur, eadem tanquam carnibus polluta non iudicent, sed ex his cibum assumant, quamuis a carnibus se abstineant. Quod si in tantum eas immũdas, & abominabiles iudicauerint, ut nec olera, quæ cum carnibus coquuntur ęstiment comedenda, tanquam non consentientes huic regulę cessare eos oportet, & a ministerio, et ordine suo. Si quis autem huius regulæ monitis non obedierit, sed carnes (ut dictum est,) immundas, et abominandas existimauerit, cessare debet ab ordine suo.

Cap.15. Non debere presbyteros ecclesiastica iura uendere.

2.q.2. Siqua Siqua de rebus ecclesiæ, cum episcopus nõ est, presbyteri uendiderint, placuit, rescisso cõtractu, ad ius ecclesiasticum reuocari. In iudicio autem erit episcopi, si cõstitutum precium debeat recipi, nec ne, propter quod sæpe contingit, distractarum rerum reditus ampliore summam pro accepto precio reddi.

Cap.16. De his, qui irrationabiliter uixerint.

De his, qui irrationabiliter uersati sunt, siue uersantur. Quotquot ante uicesimum ætatis suæ annum tale crimen commiserint, quindecim annis exactis in pœnitentia, communionem mereantur orationum. Deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demũ oblationes sacramenta contingant. Discutiatur autem uita eorum, quales tempore pœnitudinis extiterint, & ita misericordiam consequant̃. Quod si inexplebiliter his hęsere criminib⁹, ad agendã pœnitentiã prolixius tp̃s insumant. Quotquot autem peracta uiginti annorum ætate, & uxores habẽtes, hoc peccato ꝑlapsi sunt, uigintiquinq; annis pœnitudinem gerentes, in communionem suscipiantur orationum. In qua quinquennio perdurantes, tũc demum oblationis sacramenta percipiant. Quod si qui, & uxores habentes, & transcendentes quinquagesimum annum ætatis, ita deliquerint, ad exitum uitæ communionis gratiam consequantur.

Cap.17. De his, qui alios ad antedicta peccata induxerint.

Hos eosdem sanè non solum leprosos crimine huiusmodi factos, sed & alios ritu suo mor

bo replentes, placuit inter eos orare, qui tempestate iactantur, qui a nobis energumini intelliguntur.

Cap.18. De his, qui ad episcopatum promoti sunt, nec recepti.

Si qui episcopi suscepti non sunt a sua dioecesi, in qua fuerãt denominati, compellantur, ad eandem, iudicis ædicto redire. Quòd si uoluerint alias ecclesias occupare, & uim facere aliјs episcopis, quos ibi inuenerint, seditiones excitãdo aduersus eos, hos segregari oportet. Quod si uolunt in presbyterio in ecclesia, ubi prius fuerant, tanq̃ presbyteri residere, non repellantur a propria dignitate. Quòd si etiam ibi seditiones concitare probantur, episcopis ibidem constitutis, segregari eos necesse est, & nihilominus presbyterіј dignitate priuari. D. 92. Si qui episcopi.

Cap.19. De his, qui uirginitatem profitentur.

Quotquot uirginitatem pollicitam præuaricati sunt, professione contempta, inter digamos. i. qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debebunt. Virgines autem puellas, quę tanq̃ sorores cum nonnullis uiris habitare uolunt, ab eorum consortio prohibemus. 27. q. 1. Quotquot virginitatem.

Cap.20. De adulteris, & eorum pœnitentia.

Si quis adulterium commiserit, septem annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur secundum pristinos gradus.

Cap.21. De mulieribus, quæ partus suos ex fornicatione necant.

De mulieribus, quæ fornicantur, & partus suos necant, sed & de his quæ agunt secum, ut utero conceptus excutiantur, antiqua quidem

definitio est, usq; ad exitum uitæ eas ab ecclesia remoueri. Humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus tribuat.

Cap. 22. De homicidijs.

D. 50. Eos uero, qui.

Qui uolũtarie homicidium fecerint, ad pœnitentiam quidem iugiter se submittant. Circa autem exitum uitæ communione digni habeantur. Eos uero, qui non uoluntarie, sed casu homicidium fecerint, prior quidem regula post septem annorum pœnitentiam communioni sociauit secundum gradus constitutos. Hæc uero humanior definitio quinquẽnij tempus tribuit.

Cap. 23. De his, qui diuinationes expetunt.

26. q. 5. Qui diuinationes.

Qui auguria, uel auspicia, siue somnia, uel diuinationes quaslibet, secũdum morem gentilium obseruant, aut in domos suas huiusmodi homines introducunt in exquirẽdis aliquibus arte malefica, aut ut domos suas lustrẽt, confessi, quinquennio pœnitentiam agant, secundum antiquitus constitutas regulas.

Cap. 24. De his, qui uirginum corruptionibus consentiunt.

Si quis sponsam habens, sorori eius forsitã intulerit uiolentiam, eiq; inhæserit tanq; suæ, hac autem decepta, postea uxorem duxerit desponsatam, illa uero quæ uitium passa est, si forte necem sibi intulerit, omnes hi, qui facti huius sunt conscij, decem annis in pœnitentiã redigantur secundum Canones constitutos.

In eodem concilio mandatur decreto generali, ut episcopi, eorumq; ministri studeãt, perniciosam, & a diabolo inuẽtam maleficam artẽ, & sortilegam penitus è parochijs suis eradi

care, et ab ecclesia eijcere. Iuxta illud Pauli. Hę reticum hominem post &c. Ad Titum.3.

Ibidem. quod sceleratæ quædam mulieres demonum illusionibus seductę, nocturnis horis cum Diana paganorum dea, & innumera multitudine mulierum, credunt se equitare super quasdam bestias, & multa terrarũ spatia pertransire, quæ falsa opinione deceptæ, hæc uera esse credunt, & credendo a recta fide deuiant. Ideo sacerdotes per ecclesias sibi commissas populo prædicare debent, hæc omnino esse falsa, & a maligno spiritu talia phantasmata mẽtibus fidelium irrogari. Si quidem Satanas transfigurat se in Angelum lucis, & cum mentem cuiusq; mulierculæ cœperit, & hanc sibi per infidelitatem subiugauerit, ilico transformat se in diuersarum personarum species, atq; similitudines, & mentem, quã captiuam tenet in somnis deludens, modo læta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per deuia quæq; deducit. Et cum solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hęc nõ in animo, sed in corpore opinatur euenire. Cũ Ezechiel propheta uisionis Domini nõ in corpore, sed in spiritu uidit. Et Ioannes sacramentum Apocalypsis in spiritu non in corpore uidit. Et Paulus non audet dicere, se raptum in corpore. Omnibus itaq; publicè annuntiandum est, quòd qui talia & his similia credit, fidem perdit. Subscripserunt. 18. episcopi, qui in eo concilio conuenerunt.

De maleficis mulieribus.

2. Cor. 11.

Apoc. 1.

2. Cor. 12.

Decreta Marcelli Papæ.

Marcellus Romanus, sedit annis. 5. Hic a

Marcellus Pont. 29.

Maxentio comprehensus, ut negaret se esse episcopum, & sacrificijs se humiliaret dęmoniorum. Qui semper contemnens & deridens dicta Maxentij, damnatus est in Cacabulum. Vbi dum multis diebus seruiret, orationibus & ieiunijs Domino deseruire non cessabat. Mense uero nono uenerunt clerici eius omnes, & eruerunt eum noctu de Cacabulo. Et matrona Lucina uidua suscepit beatum uirũ, quæ domum suam nomine tituli beati Marcelli dedicauit, ubi die, noctuq́; hymnis & orationibus Domino Iesu Christo confitebãtur.

Marcellus Cardinalium titulos instituit.

His auditis a Maxentio, tenuit iterum beatum Marcellum, & iussit in eadem ecclesia iterum planeas externi, ut ibidem animalia Cacabuli congregata starẽt, & ipsis beatus Marcellus deseruiret. Qui tãdem in seruitio animalium nudus, amictus cilicio defunctus est.

Extat epistola eius decretalis ad episcopos Antiochenę prouinciæ. Vbi primo definit de primatu ecclesiæ Romanæ ad quam omnes, quasi ad caput iuxta Apostolorũ sanctiones, episcopi suffugere, eamq́; appellare debent, ut inde accipiant liberationem, unde acceperunt informationem, & consecrationem. Cui cessit Antiochæna, quæ olim erat prima.

De primatu ecclesiæ Romanæ.

2.q.6. Ad Romanam.

Ab eisdẽ constitutum est, ut nulla synodus fieret præter eiusdem sedis authoritatem.

Conciliũ absque Ro. pon. authoritate irritum.

Extat alia eius epistola ad Maxentium tyrãnum, qua commonet, ut cesset sęuire aduersus Christi fideles.

Extat eiusdem decretum. 20.q.1. Illud autẽ statuendum esse censemus, ut si in minori ętate filij

te filij monasterio oblati fuerint, uel sacrã ton suram, uel uelamina susceperint, dignum duximus, ut. 15. anno, a prælatis, moniti uerbis, inquirantur, utrum in ipso habitu permanere cupiant, an nõ. Si uero permanere professi fuerint, ulterius pœnitendi locum minime amplecti possunt. Si uero ad secularem habitum reuerti uoluerint, redeundi licentia nullo modo denegetur, quia satis inutile est, ut coacta seruitia domino prestentur.

Decreta Eusebij Papæ.

Eusebius, Græcus, sedit annos sex, temporibus Constantini. Fuit sub Petro. 30. Papa. Eusebius põ. 30.

Sub hoc Crux domini nostri Iesu Christi. 5. nonas Maij inuenta est, & festum de ea celebrandum instituit, ut habetur in epistola eius tertia ad episcopos Tusciæ, & Campaniæ prouinciæ. De consecratione. d. 3. c. Crucis Dñi.

Ibidem definit, Hæreticos in sanctæ Trinitatis nomine credentes, & sub hac inuocatione baptizatos per solam manus impositionẽ reconciliandos. Ibidem, manus impositionis sacramentum magna ueneratione tenendum est, quod ab alijs perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus, nec tempore Apostolorum ab alijs, quàm ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur esse peractum. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur & uacuum, nec inter ecclesiastica unquam reputabitur sacramenta. De consecratione. d. 5. Manus quoque. De sacramento confirmationis.

Decretum est ab eodem, desponsatam puellam non licere parentibus alij uiro tradere. Licet tamen illi monasterium sibi eligere, si uoluerit. 27. q. 2. Despõsatam.

De consecratione. d. 1. Cōsulto.

Quod consulto omnium statuimus, sacrificium altaris non in serico panno, aut uncto quisquam celebrare præsumat, sed in puro lineo ab episcopo consecrato, sicut corpus Domini nostri Iesu Christi in sindone munda sepultum fuit.

Quibus uestibus sacrificiū altaris offerēdum.

Idem, ieiunium ecclesiæ a sacerdotibus constitutum, sine necessitate rationabili non soluatur.

De consecratione. d. 5. Ieiunia.

Idem, oportet episcopum moderatis epulis contentum esse, suosque conuiuas ad comedendum, & bibendum nō urgere, quin potius sobrietatis præbeat exemplum. Remoueantur ab eius conuiuio cuncta turpitudinis augmēta, non ludicra spectacula, non fatuorum stultiloquia, non scurrilium admittantur prꝑstigia. Adsint peregrini, & pauperes, & debiles, qui de sacerdotali mensa Christum benedicētes, benedictionem percipiant. Recitetur sacra lectio, subsequatur uiuæ uocis exhortatio, ut non tantum corporali cibo, imo uerbi spiritualis alimento, conuiuantes se refectos gratulentur, ut in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum dominum nostrum.

Perscribitur, qualis debet esse mensa episcoporum.

Extant aliæ duæ epistolæ eiusdem. Vna ad episcopos Galliꝑ, altera ad ep̄os Ægypti.

Decreta Melchiadis Papæ.

Melchiades Pont. 31.

Melchiades Apher, sedit annos. 3. Papa. 31. Hic constituit, ut die dominica, et quinta feria ieiunium nullus fideliū ageret, quia eos dies pagani, quasi sacrum ieiunium, celebrabant.

Extat epistola eius ad episcopos Hispaniæ, in qua primum docet, quod inter beatos Apo

ſtolos fuit quædam diſcretio poteſtatis. Et licet cunctorum par electio foret, beato tamen Petro conceſſum eſt;ut alijs præemineret.

De primatu Petri.

Math. 16.

Ibi reſpondet ad quæſtionem.ſ. utrum ſit maius ſacramentum manus impoſitio epiſcoporum, an baptiſmus,dicens:Scitote utrunq; magnum eſſe ſacramentum . Et ſicut unum a maioribus fit , quod a minoribus perfici non poteſt, ita & maiori ueneratione tenẽdum eſt. Sed ita coniuncta ſunt hæc duo ſacramenta, ut ab inuicem,niſi morte præueniente, nullatenus poſſint ſegregari,& unũ ſine altero rite perfici non poteſt.Nam (præueniente morte)unum ſaluare ſine altero poteſt , aliud autẽ non poteſt.Ex quibus colligitur,quod baptiſmus eſt maioris neceſſitatis,manus uero impoſitio maioris dignitatis ex miniſtro.

An baptiſmus, ſacramẽum maius ſit q̃ cõfirmatio

De conſecratioue d.5.c. Spiritus ſanctus.

Ibi diſtinguit effectus utriuſq; ſacramenti, quia in baptiſmo regeneramur ad uitam,poſt baptiſmum uero confirmamur ad pugnam. In baptiſmo abluimur,poſt baptiſmum roboramur.Et quãuis tranſituris ſufficiant regenerationis beneficia , uicturis tñ neceſſaria ſunt cõfirmationis auxilia.Nã regeneratio p ſe ſaluat mox in pace beati ſeculi recipiendos.Confirmatio uero armat,& ĩſtruit ad agones mundi huius,& prælia reſeruandos.Qui autẽ poſt baptiſmum cum acquiſita innocentia,immaculatus peruenit ad mortem, cõfirmatur morte,quia non poteſt peccare poſt mortem.

effect.⁹ baptiſ. & cõfirmatõis

Ad hoc profuit Apoſtolis aduentus Spiritus ſancti,quia ante deſcẽſum ſancti ſpiritus, uſq; ad negationem Apoſtoli deterrẽtur. Poſt

uisitationem uero eius, usque ad martyrium cõtemptu salutis armantur. Igitur secũdum hoc per Christum redimimur, per sanctum uero spiritum dono sapientiæ spiritualis illuminamur, ædificamur, erudimur, instruimur, confirmamur, ut illam sancti spiritus uocem audire possimus, Intellectum tibi dabo, & instruam te in uia hac, qua gradieris. Psal. 31. De consecratione. d. 5. c. Spiritus sanct.

Cõciliũ Neocæsariẽse sub Melchiade Pont.

Sub hoc congregatum est concilium Neocęsariense parum ante Nicænum, quoniam idem episcopus reperitur hic & illic assignatus. Est uero ciuitas Neocęsariensis, clara nũc Trapezuntium, imperij Turcici sedes, ante captam Constantinopolim, in prouincia Cappadociæ, in qua patres. 17. cõuenerunt in Cõcilio Neocæsariensi. Adfuit episcopus Longinus, & in concilio Nicæno. De hoc scribit Gratianus. d. 16. Sub quo Cæsare celebratum fuerit, ex scriptoribus constare non potest.

Habet concilium canones. 14. parum ad hæc tempora pertinentes.

Probauit canones huius Concilij. 6. synodus Constantinopo. in Trullo celebrata, ut ex secũdo canone æditionis Græcę cõstabit.

Cap. 1. De presbyteris, quod uxores ducere non debent.

Canones Neocæsariensis concilij. D. 28. Presbyter.

Presbyter, si uxorem duxerit, ab ordine suo illum deponi debere. Quod si fornicatus fuerit, uel adulterium commiserit, extra ecclesiã abijci, & ad pœnitentiam inter laicos redigi.

Cap. 2. De muliere, quæ duobus fratribus nupserit.

Mulier, si duobus nupserit fratribus, abijciatur usque in diem mortis. Sed propter huma

nitatẽ in extremis ſuis, ſacramentis reconcilia ri oportet, ita tamen, ut ſi forte ſanitatem recu perauerit, matrimonio ſoluto, ad pœnitẽtiam admittatur.

Cap.3. De multinubis.

De his, qui frequẽter uxores ducunt, & de his, quæ ſæpius nubunt, tempus quidem pœnitentiæ his conſtitutum, manifeſtum eſt. Sed conuerſatio, & fides eorũ tempus abbreuiat. 31.q.1. De his, qui frequẽter.

Cap.4. De concupiſcentia non conſumata.

Si quis, concupita muliere, etiam ſi concubitus eius deſyderium habeat, non autem ſubſequatur effectus, manifeſtum eſt, hunc fuiſſe per diuinam gratiam liberatum.

Cap.5. De Catechumenis peccantibus.

Catechumenus, id eſt, audiens, qui ingreditur in eccleſiam, & ſtat cum catechumenis, ſi peccare fuerit uiſus, figens genua, audiat uerbum, ut ſe abſtineat ab illo peccato, quod fecit. Quòd ſi in eo perdurat, abijci omnino debere.

Cap.6. De prægnantibus baptizandis.

De prægnantibus, quòd oportet eas baptizari, quando uolunt. Nihil enim in hoc ſacramento commune eſt parituræ, & illi, qui de eius utero fuerit æditus, quia uniuſcuiuſq; in illa confeſſione libertas arbitrij declaratur.

Cap.7. Presbyteros in ſecundis nuptijs non debere orare.

Presbyterum conuiuio ſecũdarum nuptiarum intereſſe non debere, maxime cum præcipiatur, ſecundis nuptijs pœnitentiã tribuere. Quis ergo erit presbyter, qui propter conuiuium illis conſentiat nuptijs? 31. q.1. De his qui.

Cap.8. Vxoris adulteræ uirum, clericum fieri non debere.

14. d. Si cuius vxorem. Si cuius uxorem adulterium comisisse, cũ esset laicus, fuerit comprobatum, hic ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest. Quod si in clericatu, iam constituto eo, adulterauit, dato repudio, dimittere eam debet. Si uero retinere eius consortium uelit, non potest suscepto ministerio perfrui.

Cap.9. De presbyteris, corporali peccato præoccupatis.

15. d. 8. Qui admisit. Qui admiserit corporale peccatum, & hic postea presbyter ordinatus est, si cõfessus fuerit, quod ante ordinationem suam peccauerit, non quidem offerat, maneat tamen in aliĳs officĳs, propter eius studĳ utilitatem. Nam cætera peccata, censuerunt plurimi, etiam ordinatione priuari. Quod si de his non fuerit confessus, nec ab aliquibus potest manifeste conuinci, huic ipsi de se potestas est committẽda.

Cap.10. De diaconis similiter.

Ibidem. Similiter & diaconus, si in eodem culpæ genere fuerit ĩuolut⁹, sese a ministerio cohibebit.

Cap.11. Quo tempore conueniat presbyterum ordinare.

D. 78. Presbyter ante. Presbyter ante triginta annorum ætatem non ordinetur, quamuis sit probabilis uitæ, sed obseruet usq; ad præfinitum tempus. Dominus enim trigesimo anno baptizatus est, & tunc prædicauit.

Cap.12. De his, qui in ægritudine baptisma consequuntur.

D. 57. Si quis in ęgritudine. Si quis, in ægritudine constitutus, fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius uoluntaria, sed ex necessitate est, nisi forte postea ipsius studium, & fides probabilis fuerit, aut hominũ raritas cogat.

Cap. 13. De presbyteris alterius regionis.

Presbyteri, qui conregionales ſunt, in eccleſia pręſentibus epiſcopis, uel prerbyteris ciuitatis, offerre non poſſunt, nec dare panem ſanctificatum, nec calicem porrigere. Quod ſi abſentes ſint ciuitatis ſacerdotes, & fuerint inuitati ad dandam orationem, ſoli debebũt dare. Vicarij autem epiſcoporũ (quos Græci Chorepiſcopos uocant) cõſtituti ſunt quidem ad exemplum ſeptuaginta ſeniorum, ſed tanq̃ conſacerdotes propter ſolicitudinem, & ſtudium, quod in pauperes agunt, offerant, & honorabiles habeantur.

Cap. 14. De numero certo diaconorum.

Diaconi ſeptem eſſe debent ſecundum regulam, quamuis non magna ſit ciuitas. Regulæ autem authoritas iſta eſt. Quod & liber Act. apoſtolorum inſinuat. D 93. Diaconi. 7. Actu. 6.

Decreta Siluestri Papæ.

Silueſter, natione Romanus, ſedit annis. 23. Temporibus Conſtantini, fuit exul in monte Soracten perſequutiones fugiens Imperatoris, ubi in cauernis petrarum cum ſuis clericis latitabat. Silueſter põt. 32.

Poſtmodum rediens cum gloria, baptizauit Conſtantinum, quem dominus curauit a lepra in baptiſmo: quoniam fugerat ſuperſtitionem idolorum, cui conſignationem ſancti ſpiritus adhibuit ſancti Chriſmatis unctione, dicens: Signet te Deus ſigillo fidei ſuæ, in nomine patris, & filij, & ſpiritusſancti &c. in cõſignatione fidei Amen. Quæ forma parum immutata, nũc ſeruať i ſacramẽto cõfirmationis.

Hæc eadem refert Constantinus in ædicto suo generali de conuersione sua ad fidem Christi.

Nicænum Cõcilium sub Siluestro Pont.

Huius temporibus factum est concilium in Nicæa Bithyniæ, ubi cõgregati sunt.318. episcopi catholici, qui exposuerunt fidem integram, sanctam, catholicam, & immaculatam. Et damnauerunt Arrium, Photinum, & Sabellium. Et in urbe Roma congregauit ipse cum consilio Augusti episcopos.277. et damnauit iterum Calixtum, & Arrium, Photinum, & Sabellium.

Hic cõstituit, ut baptizatum liniat presbyter chrismate leuatum de aqua, propter occasionem transitus mortis.

Idem constituit, ut sacrificium altaris non in serico, nec in panno tincto consecraretur, nisi tantum in lineo ex terra procreato, sicut corpus Domini nostri Iesu Christi in sindone linea, & munda sepultum fuit.

Constituit idem, ut presbyter Arrianum resipiscentem non susciperet, nisi episcopus loci designati.

Constituit, & chrisma ab episcopo confici, & priuilegium episcopis contulit, ut baptizatum consignent propter hæreticam suasionẽ.

Hic constituit, ut nullus laicus crimen clerico audeat inferre.

Idem, ut diaconi Dalmaticis in ecclesia uterentur, & palla linostima læua corū tegeretur.

Idem constituit, ut nullus clericus propter quãlibet causam in curiã introiret, nec ante iudicem cinctum causam diceret, nisi ĩ ecclesia.

Referunt etiam, huius temporibus Constantinum Romanam dotasse ecclesiam, & multas constituisse basilicas, quas ornauit magnificentissima largitione auri, & argenti.

In præfatione Nicæni Concilij, Primum notatur illud, quod ecclesia Romana nullis synodicis decretis prælata est cęteris ecclesiis, sed euangelica uoce Domini, & saluatoris nostri primatum obtinuit. Vbi dixit beato Petro apostolo: Tu es Petrus. Et adhibita est etiam societas in eadē Romana urbe beatissimi apostoli Pauli, qui uno die, unoq; tempore gloriosa morte cum Petro (sub Nerone) agonizans, coronatus est. Et ambo pariter ecclesiam Romanam Christo Domino consecrarunt, alijsq; omnibus urbibus in uniuerso mūdo eam sua præsentia, atq; uenerando triumpho prætulerunt. Vnde prima sedes est, cœlesti beneficio, Romanæ ecclesiæ. Secunda apud Alexandriā, a Marco euangelista Petri discipulo consecrata. Tertia apud Antiochiam, ubi beatus Petrus (priusq; Romā ueniret) habitauit, & Ignatium episcopum constituit. Quarta apud Hierosolymā, ubi Iacobus apostolus est episcopus ordinatus. Itaq;, secundum antiquorum patrum definitionem, sedes prima Hierosolymis esse minimè dicitur, ne forte ab infidelib9, aut idiotis sedes Domini nostri Iesu Christi (quæ in cœlo est) in terra esse putaretur.

De primatu ecclesiæ Romanæ.

Matth. 16.

De origine Concilij Nicæni sub Constantino Augusto congregati.

Rufini nobis decimus liber, qui cōiunctus est nouem libris Eccle. Histo. quos Eusebius

Cæsariensis ędidit, necessario profertur ad medium. Quia dubium non est. 318. sanctissimos patres, ex uniuerso Orientali, atq; Occidētali orbe in Nicęa Bithynię congregatos, ut & Arrij impium dogma, Christi auxilio, funditus damnaretur, & salubri prouidentia constituerent, quid in sancta catholica ecclesia debeat obseruari. Consule. c. 1. lib. 10. histo. ecclesiast.

Etenim presbyter quidā apud Alexandriā, nomine, Arrius, uir ipse et forma magis, q̄ uirtute religiosus, sed gloriæ, laudisq́;, & nouitatis improbæ percupidus, praua quædam de Christi fide proferre, & quæ antea in quæstionem nunq̄ uenerāt, cœpit. Abscindere. n. ac separare ab illa æterna, & ineffabili Dei patris substantia, uel natura filium conabatur. Quæ res in ecclesia plurimos conturbabat, & a dulci mentis trāquillitate dimouebat. Sed quum Alexāder episcopus, natura lenis & quietus, assiduis commonitionibus Arrium cuperet a prauo incępto, & assertionibus impijs reuocare, nec tamen res ex sententia procederet, & quod plerosq; quodam contagio pestiferæ assertionis infecerat, non solum apud Alexandriam, uerum etiam per alias urbes, prouinciasq́; disperserat, perniciosum fore credens, si dissimularet a talibus, plurimis consacerdotibus suis rem indicat. Quæstio latius innotescit, sermo usq; ad aures religiosi principis (qppe qui omni studio & diligentia curaret, quæ nostra sunt) peruenit. Tunc ille ex sententia sacerdotum apud Vrbem Nicæam episcopale Concilium conuocat, ibiq́; Arrium Trecentis

decem & octo episcopis residentibus adesse iubet. ac de eius propositionibus, & quæstionibus iudicare. Sed in eo Cõcilio admirabile factum principis nõ puto reticendũ. Et enim cum ex omnibus penè locis episcopi conuenissent, & diuersis ex causis iter se diuersa iurgia detulissent, ĩterpellabatur frequenter a singulis. Offerebantur libelli, culpæ proferebantur, & magis ad hæc, quàm ad id quod fuerat uentum, animos dabant. At ille suscepit a singulis libellos, quos simul omnes in sinu suo continens, nec in eis quod contineretur, aperiens, ait ad episcopos: Deus uos constituit sacerdotes, & potestatem uobis dedit de nobis quoq; iudicandi, ideo nos a uobis recte iudicamur, uos autem non potestis ab hominib9 iudicari. Propter quod Dei solius ĩter uos expectate iudiciũ, ut & uestra iurgia, quæcunq; sunt, ad illud diuinum reseruentur examen. Vos enim nobis a Deo dati estis Dij. Conueniens non est, ut homo iudicet Deos: sed ille solus, de quo scriptum est, Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem Deus discernit. Psal. 81. Et ideo (his omissis) alia, quę ad fidem Dei pertinent, absq; ulla animorum contentione discutite. Cum hæc dixisset, omnes simul quærimoniarum libellos iussit exuri, ne innotesceret ulli odium, & sugillatio sacerdotum. &c.

In hoc etiam Concilio adfuit Paphuntius, homo dei, episcopus Aegypti, in quo tãta inerat gratia, ut signa per eũ non minus, q̃ olim per Apostolos fierent. Vide lib. 10. ecclesiast. histo. c. 4. & 5. ubi referuntur alia annotatio-

ne digna. Vide & historiam tripartitam. lib. 1. cap. 13. & deinceps usque ad. 21. ubi plurima notantur ad hoc Concilium concernentia.

Interea, per dies singulos agitabatur conuẽtus, neque facile, aut temere de re tanta statuere audebãt. Euocabatur Arrius frequẽter in conciliũ, & assiduo tractatu assertiones eius discutiebantur, & quod aduersum hæc teneri deberet, ac statui, summa cum deliberatione quærebatur. Tandem post diutinum, multumque tractatũ, placuit omnibus, ac uelut uno cũctorum ore & corde decernitur, Homousion conscribi debere, idest, eiusdem cum patre substantiæ filiũ confiteri, idque, firmissima omnium sententia pronunciatur. Decem & septem soli tũc fuisse dicũtur, quibus Arrij magis fides placeret, extrinsecus creatum Dei filium, & non ex ipsa patris deitate progenitum confirmantes. Defertur ad Constantinum sacerdotum concilij sententia. Ille tanquam a deo prolatam ueneratur. Cui si quis tentasset obniti, uelut cõtra diuina statuta uenientem, in exilium se protestatur acturum. Sex igitur soli cum Arrio se patiuntur expelli, reliqui uero undecim concilio inter se habito, acquiescunt ad subscribẽdum manu sola, non mente. Cuius simulationis auctor præcipue extitit Nicomediæ episcopus Eusebius.

Homousion.

Post, ijdem patres ædiderunt canones. xx. quos habes a Gratiano transcriptos in uolumine decretorum uarijs in locis.

Athanasius Alexandrinus tradit. 70. capitula decreta a Nicæno concilio, sed. 20. tantum

canones habet ecclesia Romana, ut uult Stephanus Papa. Et habet. d.16.c. Viginti. Quomodo alia non extent, nescitur. Certum est, Anthioceno concilio aliqua esse inserta, & nõ nulla alia in Sardicense concilium translata, ut patebit ex canonibus prędictorum conciliorum, & quædam alia in epistolis, & decretis Iulij Papæ primi.

Bona pars horum uiginti canonum concilij Nicæni repetita est in concilio Arelaten. 2. & aliqui ex. 70. quorũ meminit Athanasius.

Regulæ siue Canones Nicæni Concilij.

Itaq; cum conuenisset hoc sanctum, & magnum Concilium apud Nicæam Bithyniæ ciuitatem, Cõstantino Augusto, & Lycinio Cæsare &c. Era, 363. statuta sunt ab episcopis, quę infra scripta sunt, & ex græco in latinum uersa sermonem. Et placuit, ut hæc omnia mitterentur ad episcopũ urbis Romæ Siluestrũ.

Canon. 1. De eunuchis, & de his qui se ipsos abscindunt.

Si quis in ægritudine, uel a medicis sectus est, uel a Barbaris castratus, placuit, ut iste pmaneat in clero. Si quis autem sanus seipsum abscidit, hic (etiã si est in clero) cessare debet, & ex hoc nullum talem oportet ordinari. Sicut autẽ de his, qui, uel affectauerint hæc, uel ausi sunt se ipsos abscindere, hæc, quæ diximus, statuta sunt. Ita siqui, uel a Barbaris, uel a dominis suis eunuchi facti sunt, & probabilis uitæ sunt, tales hos suscipit ecclesiastica regula in clerum. D. 55. Si quis a medicis.

Canon. 2. De his, qui post baptisma statim ad clerum applicantur.

D. 48. Quoniam multa. Quoniam multa, siue per necessitatem, siue ex quacunque causa contra regulam gesta sunt, ita ut homines ex uita gentili nuper adhuc catechizati, uel instituti, statim ad spiritualē baptismum uenissent, & continuo cum baptizati sunt, etiam ad episcopatum, uel presbyteriū prouecti sunt. Recte igitur uisum est, de cætero nihil tale debere fieri. Nam & tēpore opus est, ut sit catechumenus, & post baptismum multa probatione indiget. Euidens nāq; Apostolicum præceptum est, dicens, Non neophytum, ne forte elatus in iudicium incidat, & laqueum diaboli. Si uero procedente tempore, aliquod peccatum admiserit, & conuictus duobus, uel tribus testibus fuerit, cesset a clero qui huiusmodi est. Si quis uero præter hæc facit, tanquam contraria statutis sancti Concilij gerens, ipse de clericatus honore periclitabit.

1. Timoth. 3.

Canon. 3. De subintroductis mulieribus.

Dist. 32. Interdixit. Et in decre. Iuo. lib. 3. Omnibus modis iterdixit sancta synodus, neque episcopo, neque presbytero, neque diacono, neque ulli clericorum omnino licere, habere secum mulierem extraneā, nisi forte mater, aut soror, aut auia, aut amita, uel matertera sit. In his nanque solis personis, & harum similibus, omnis, quæ ex mulieribus est, suspitio declinatur. Qui autem prᶒter hæc agit, periclitatur de clero.

Canon. 4. Qualiter episcopi debeant ordinari.

Episcopum oportet ab omnibus episcopis (si fieri potest,) qui sunt in prouincia eius, ordinari. Si uero hoc difficile fuerit, uel aliqua urgente necessitate, uel itineris longitudine,

certè tres episcopi debent in unum esse cōgregati, ita ut etiam cæterorū, qui absentes sunt, consensum literis teneant, & ita faciant ordinationem. Potestas sanè, uel confirmatio pertinebit per singulas prouincias ad metropolitanum episcopum. D.94. Episcopi ab omnibus.

Canon.5. De excommunicatis clericis, uel laicis.

Seruetur & ista sententia, ut hi qui ab alijs excommunicantur, ab alijs ad communionē non recipiantur. Requiratur sanè, si forte aliqua indignatione, aut contentione, aut qualibet commotione episcopi sui, excommunicati sint. Vt ergo digna hæc possint examinatione perquiri, recte uisum est, per singulos annos in singulis prouincijs, bis in anno episcoporum concilium fieri, ut simul in unum conuenientes ex communi prouincia, huiusmodi examinent quæstiones, ut ita demum hi, q ob culpas suas episcoporum suorum offensas merito contraxerunt, digne etiam a cæteris excōmunicati similiter habeātur, quousq; in communi, uel ipsi episcopo suo uisum fuerit, humaniorem circa eos ferre sentētiam. Habeatur autem semel Concilium ante dies quadragesimę, ut omnibus, si quæ sunt, simultatibus amputatis, mundum & solenne deo munus possit offerri. Secundum uero agatur circa tempus Autumni. 11. q.3. Seruetur ista sententia. D.18. Habeatur semel Cōcilium.

Canon.6. De primatibus episcoporum metropolitanorum.

Mos antiquus perdurat in Aegypto, uel Lybia, & Pentapoli, ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem, quoniam quidem & episcopo Romano D. 65. Mos antiquus.

*parilis mos est. Similiter autē et apud Antiochiā, cæterasq́ prouincias, honor suus unicuique seruetur ecclesiæ. Per oīa autē manifestum est, q si quis præter uoluntatem & conscientiā metropolitani episcopi fuerit ordinatus, hunc, cōcilium magnum, & sanctum censuit, non debere esse episcopum. Sane si communi omnium consensu rationabiliter probato, secundum ecclesiasticam regulam, duo uel tres animositate ducti, per contentionem contradicant, obtineat plurimorꝫ sententia sacerdotū.

D. 65. Illud generaliter.

D. 65. Sane si communi omnium.

** Nonnullis perperam uisum est, quòd hic Canon sextus parem faceret episcopum Romanum cum alijs metropolitanis, quia dicit: Episcopo Romano parilis mos est. Sed licet hoc leue sit argumentum, ut eo ambigamus de re alioqui tam cognita, & probata, consului uarias æditiones, tā Græcas quàm Latinas, in illis si inscriberetur hic Canon ad hunc modum. Et in æditione quadam latina antiquissima, quam exhibuit mihi Reuerendiss. Marcellus, Cardinalis sanctæ Crucis amplissimus, & unus ex tribus Vicarijs Apostolicæ sedis in synodo Tridentina inuentus dignissimus, sic habet sextus hic canon. Mos antiquus perduret in Aegypto, uel Lybia, & Pentapoli, ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatē: quoniā quidem metropolitano episcopo hoc idē moris est. &c. Hunc scrupulum lectori eximere libuit, ne in eum impingat.*

Canon. 7. De honore episcopi Hierosolymitani.

Quoniam mos antiquus obtinuit, & uetusta traditio, ut Æliæ. i. Hierosolymorum episcopo honor deferaī, habeat consequenter honorem, manente tamen metropolitanæ ciuitatis propria dignitate.

D. 65. Quoniā mos antiq.

Canon. 8. De Nouatianis.

Si qui uoluerint uenire ad ecclesiam catho-

1 q. 7. Si qui uoluerint.

licam ex

cam ex Nouationis, placuit sancto concilio, ut ordinenť, & sic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant ab eis confessionem, quam per scripturam exigi oportet, ut fateantur se cum omni consensu ecclesiæ catholicæ statuta obseruaturos. i. communicaturos se & his, qui forte secūdas nuptias experti sunt. uel his q persequutionis tempore lapsi sunt. Quibus tamen lapsis pœnitentiæ modus, & tempus ascriptum est, ut in omnibus sequantur ea, quæ in ecclesia catholica obseruantur. Et sicubi iidem ipsi fuerint inuenti, siue in uicis, siue in urbibus, clerici ordinati a catholicis, sic etiam in clero persistant, unusquisq; tamen in suo ordine. Si uero episcopus, uel presbyter ecclesiæ catholica fuerit, ad quem aliqui ex his accedunt, certum est, q episcopus quidem catholicus suam habeat dignitatē. Similiter autem presbyteri, & diaconi habeant. Hi uero, qui ab istis ueniūt, si forte episcopus fuerit, habeat sacerdotij dignitatem, nisi forte placeat catholico episcopo, cōcedere ei etiam episcopalis nominis honorem. Si uero nō placuerit, inueniat ei locū, ut sit in parochia Chorepiscopus, aut in clero presbyter, ut in ciuitate una non uideantur duo episcopi esse, & ille omnimodè in clero permanere uideatur.

Canon. 9. De presbyteris sine examinatione constitutis.

Si qui, sine examinatione promoti, presbyteri sunt, & postea examinati cōfessi sunt peccata sua, & cum confessi fuissent, contra regulam uenientes, homines manus eis temerè imposuerunt, hos ecclesiasticus ordo nō recipit. D. 81. Si quis sine exa.

In omnibus enim, quod irreprehẽsibile est, defendit ecclesia sancta.

Canon.10. De lapsis clericis ordinatis.

D.51. Quicunque ex his.

Quicunque ex lapsis per ignorantiam sunt ordinati, uel contemptu eorum, qui eos ordinauerunt, hoc non præiudicat regulæ ecclesiasticæ. Cum enim cõpertum fuerit, deponant.

Canon.11. De his, qui sponte lapsi sunt, qualiter debeant pœnitere.

De his, qui præter necessitatem præuaricati sunt, aut propter ablationẽ facultatum, aut propter periculum, aut aliquid huiusmodi, quod factum est sub tyrãnide Licinij, placuit sanctæ synodo, licet indigni sint misericordia, tamen aliquid circa eos humanitatis ostendi. Si quos ergo ex animo pœnitet, tribus annis inter pœnitentes habeantur. Si tamen fideles sunt, septem annis alijs inter pœnitentes sint, duobus autem annis iidem sine oblatione in oratione sola, participent populo. Si qui uero per Dei gratiam uocati, primo quidem ostenderunt fidem suam, deposito militiæ cingulo, post hæc autem ad proprium uomitum reuersi sunt, ut & pecunias darent, & ambirent redire rursum ad militiam, isti decem annis sint inter pœnitentes, post primum triẽnium, quo fuerint inter audientes. Ab omnibus uero illud precipue obseruetur, ut animus eorum, & fructus pœnitentiæ attendatur. Quicũque enim cum omni timore & lachrymis perseuerantibus, & operibus bonis, cõuersationem suam non uerbis solis, sed opere & ueritate demonstrant, quum tempus statutum etiam ab his

fuerit impletum, et orationibus iam cœperint communicare, licebit etiam episcopo, humanius circa eos aliquid cogitare. Qui uero indifferenter habuerint lapsum, & sufficere sibi (quod ecclesiam introierunt) arbitrantur, isti omnimodo tempora statuta complebunt.

Canon. 12. De excommunicatis a seculo exeuntibus.

De his uero, qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula obseruabitur etiam nunc, ita ut si forte quis recedat ex corpore, necessario uitæ suæ uiatico non defraudetur. Quod si desperatus aliquis, recepta communione, superuixerit, sit inter eos, qui sola oratione communicant. De omnibus tamen his, qui a corpore recedunt, in tradendo eis communionẽ, & cura, & probatio sint episcopi. 26. q. 6. De his vero qui.

Canon. 13. Ce cathecumenis.

Placuit huic sancto & magno Concilio, de cathecumenis, qui lapsi sunt, ut tribus annis inter audientes uerbũ sint tantummodo, post hæc uero orent cum catechumenis.

Canon. 14. De diaconis, ne corpus Christi tradant presbyteris.

Peruenit ad sanctum Cõcilium, quod in locis quibusdam, & ciuitatibus, presbyteris sacramenta diaconi porrigãt. Hoc neque regula, neque consuetudo tradidit, ut hi, qui offerendi sacrificij non habent potestatem, his, qui offerunt, corpus Christi porrigãt. Sed et illud innotuit, quod quidã diaconi, etiã ante ep̃m sacramenta sumunt. Hæc ergo omnia amputentur, & accipiant secũdum ordinem post presbyteros ab episcopo, uel a presbytero sacram cõmunio- D. 93. Peruenit ad san.

nem. Quòd si non fuerit in pręsenti, uel episcopus, uel presbyter, tūc ipsi proferāt & edant. Sed nec sedere quidem licet in medio presbyterorum diaconos. Si quis autem nō uult his sufficiens esse post hanc definitionem, cesset esse diaconus.

Canon. 15. De clericis temerè ab ecclesia recedentibus.

7. q. 1. Non oportet epm.

Propter multas perturbationes, & frequentes tumultus seditionum, quæ fieri solent, placuit, omnimodò istam abscindi cōsuetudinē, quæ contra regulam est (sicubi tamen fit). i. ne de ciuitate ad ciuitatem trāseat uel episcopus, uel presbyter, uel diaconus. Si quis uero post hæc statuta sancti huius Concilij, tale aliquid agere tentauerit, infringatur omni genere huiusmodi conatus, & restituatur propriæ ecclesię, in qua ordinatus est.

Canon. 16. De presbyteris uel clericis, qui ad alias ciuitates transeunt.

7. q. 1. Si qui vero.

Si qui uero, timorem Dei ante oculos non habentes, neq; ecclesiastica statuta custodientes, recesserint ab ecclesia sua, siue presbyter, siue diaconus, uel in quocūq; ecclesiastico ordine positi fuerint, non debent suscipi in alia ecclesia, sed cum omni necessitate cogātur, ut redeant ad ecclesiam suam. Quòd si permanserint, excommunicare eos oportet.

Canon. 17. De clericis non ordinandis sine consensu sui episcopi.

D. 71. Si quis ausus fuerit.

Si quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterū pertinet, ordinare in sua ecclesia, quum nō habeat consensum episcopi ipsius, a quo recessit clericus, irrita erit huiusmodi ordinatio.

Canon.18. De clericis usuras accipientibus.

Quoniam multi clerici, auaritiæ causa, turpia lucra sectantes, obliti sunt diuini pręcepti, quo dictum est: Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, fœnerantes centesimas exigãt, statuit hoc sanctum concilium, ut si quis inuentus fuerit post hanc definitionem, usuras accipere, uel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, uel etiam species frumentorum ad septuplum dare, omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quæstum, deijciatur a clero, & alienus ab ecclesiastico habeat gradu. 14.q.4. Quoniã multi clerici. Psal.14.

Canon.19. De Paulianistis, & Cataphrygis, rebaptizandis.

Si quis cõfugit ad ecclesiam catholicam de Paulianistis, & Cataphrygis, statutum est, rebaptizari eos debere. Si qui uero clerici erant apud eos (siquidem inculpati fuerint, & irreprehensibiles) rursus etiam ordinentur ab episcopo ecclesiæ catholicæ. Si uero examinati, minus fuerint apti deprehẽsi, deponi eos oportet. Similiter autẽ & circa diaconos, & de omnibus, qui in eodem clero inueniuntur, eadem forma seruabitur. Commemorauimus autem diaconissas, quæ in hoc ordine inuentę sunt, quæ nec manus impositionem aliquam habeant, & omnimodò inter laicas habeant. Similiter autem diaconissæ, quæ in catholico canone non habentur, simili loco, idest, laicæ, & tanq̃ non consecratæ deputentur. 1.q.1. Si quis confugerit.

Canon.20. De flectendo genua.

Quoniam sunt in dominica die quidam ad orationem genua flectentes, & in dieb9 Pente- De cons.d.1. Quoniã sunt.

costes, propterea utiq; statutum est a sancta synodo, qm cōsona, et conueniens per omnes ecclesias custodienda consuetudo est, ut stantes ad orationem, uota Domino reddamus.

Et subscripserunt trecēti, decem & octo episcopi, qui in eodem concilio conuenerunt.

Osius episcopus ciuitatis Cordubeñ. prouinciç Hispaniç dixit: Ita credo, sicut superius dictum est.

Victor, & Vincentius, presbyteri urbis Romæ pro uenerabili uiro Papa, & Episcopo nostro Siluestro, subscripsimus. &c.

Cæterorum uero episcoporum nomina recitata sunt in conciliorum uolumine magno.

FIDES NICAENAE SYNODI.

Symbolū Nicænæ synodi.

Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, & omniū uisibilium, inuisibiliūq; factorem. Et in unum dominum Iesum Christum, filium Dei, Natum ex patre, unigenitū, hoc est, ex substantia patris. Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum uerum ex Deo uero. Natum, non factum, Homousion, hoc est, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, & quæ in cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutē descendit, & incarnatus, & homo factus, est passus. Et resurrexit tertia die, & ascendit in cœlos, & inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Et in spiritū sanctū. Dicentes autem, erat, quando nō erat, aut non erat, anteq; fieret, & qa ex non extantibus factus est, aut ex altera substantia, uel essentia dicentes esse, aut creatum, aut conuertibilem filiū Dei,

hos tales anathematizat catholica,& Apostolica ecclesia. Hanc uenerabilē fidem trecenti quidem decem & octo,& agnouerunt, & amplexi sunt,&(sicut ait Eusebius)consonantes, et unanimes in scriptis explanauerūt. Quinq; uero non receperunt, uerbum consubstantialitatis reprehendentes.

Eodem tempore celebratū est cōcilium Romanū,sub Siluestro papa,præsente Constantino intra thermas Domitianas cum ducentis septuagintaquinq; episcopis,qui uocati a Siluestro in ipsa synodo conuenerunt, in quo denuo damnauit Calixtum, Arrium , Photinū, & Sabellium , & ordinauerunt canones sequentes.

Canones Siluestri episcopi urbis Romæ,& domini Constantini Augusti.

Canon.1.De congregatione episcoporum,uel diaconorum.

Eodem tempore cum multi nobiles gauderent,q Constantinus baptizatus esset a Siluestro urbis Romæ episcopo,& mundatus fuisset a lepra, per hoc beneficium quod accepit a Domino Iesu Christo per Siluestrum episcopum, cœpit integre prædicare Dominum Iesum Christum,& confiteri eius beneficia.Siluester igitur episcopus urbis Romæ congregauit fratres , cōpresbyteros & coepiscopos, uel diaconos suos ciues Romanos.Et quoniā mater ecclesia genuerat filium charissimū Cōstantinum , integre igitur Siluester episcopus urbis Romę,cum suis eam ordinare desyderauit,& filios eius frequenter lactare,& gradus eius ordinis,& consuetudines cōsternere.Col

legit autẽ uniuersam synodum episcoporum cum consilio Augusti, uel matris eius, & fecit parari in urbe Roma intra thermas Domitianas, quæ nunc cognominantur Traianæ. Collegit autẽ in gremio sedis suæ ducentos, octoginta quatuor episcopos, quibus Augustus Constantinus uehicula, & annonas præstari præcepit. Et alij. 57. Episcopi partis Rinocoruris, quorum chirographus in eorum concilio declaratur. Centum quadraginta duo presbyteri urbis Romæ, & diaconi sex. Subdiaconi sex. Acolythi eius consilio facti quadraginta quinq;. Exorcistæ. 22. Lectores urbis Romæ nonaginta, quorum præsentes parentes audiebant. Notarij ecclesiæ. 14. qui gesta diuersorũ martyrum suscipientes, ordinare narrabant. Hos omnes etiã dum in uno articulo ad examen sanctitatis colligeret in thermas supradictas, uoluit, ut nullus laicorum præsens esse uideretur.

Canon. 4. Vt de reditibus ecclesiæ quatuor partes fiant.

Commoneo autem uobis omnibus, mihi consortibus monimẽtum hoc, ut de reditibus ecclesiæ quatuor partes fiant, quarum una cędat pontifici ad sui sustentationem. Altera presbyteris, & diaconis, & omni clero. Tertia templorum, & ecclesiarum reparationi. Quarta pauperibus, & infirmis, et peregrinis.

Cõstituit & hũc ordinẽ, ut si qs de clero, uel presbyteris uniuersi loci transierit (quod commune est) de hoc mundo, si neminem de suo genere habuerit consortem, quicquid paupertas eius haberet, conferret ecclesiæ, & exinde

quatuor partes fierent, ſicut ſuprà dictum eſt.

Canon.5. Vt nullus presbyter chriſma conficiat.

Conſtituit etiam clara uoce idem Silueſter epiſcopus urbis Romæ, ut nemo presbyterorum chriſma cõficeret, dicens, quoniam Chriſtus a chriſmate uocatur.

Canon.6. De numero diaconorum parochiarum, & Cardinalium urbis Romæ.

Et ut diaconi nõ eſſent plures per parochiarum examẽ, niſi duo, et Cardinales urbis Romæ.7. ita tamen, ut dalmaticis uterentur, & palla linoſtima læua eorum tegeretur.

Canon.8. Vt nullus ſubdiaconus ad nuptias tranſeat.

Nullus autem ſubdiaconorum ad nuptias tranſire præcipimus, ne aliquam præuaricationem ſumpſerit.

Et ſubſcripſerũt ſupradicti epiſcopi ĩ iſtud, prædicante Silueſtro epiſcopo urbis Romæ. Subſcripſit autẽ & nouiſſimus Calphurnius præfectus urbis. Subſcripſit Auguſtus Conſtantinus cũ matre Helena Auguſta. Tunc fecit orationem ſedens in eodem loco, & diſceſſerunt.

ACTIO SECVNDA.

Alia autem die uenerunt omnes presbyteri urbis Romæ, & diaconi, & epiſcopi omnes. 284. intra thermas Domitianas, quæ nũc Traianæ uocãtur, & ſedit in ſede ſua in eodem loco. Ibi autem fecit ſeptem regiones, & diuiſit diaconis. Erant autem diaconi iſti Fabianus, Marcus, Liberius, Archidamus, Iulius. &c.

Canon.16. Vt nullus clericus, uel presbyter, propter cauſam ſuam intret in curiam.

Nemo enim clericus, uel diaconus, aut presbyter propter causam suam qualibet intret in curiam, quoniam omnis curia a cruore dicitur, & immolatio simulachrorum est. Quoniam si quis clericus in curiam introierit, anathema suscipiat, nunquam rediens ad matrem ecclesiam. A communione autem non priuetur propter tempus turbidum.

Curia a cruore dicitur.

Canon. 17. Vt nullus peccantem clericum cæde attingat.

Nemo enim quisquam peccantem clericum cęde attingat. Non presbyter, non diaconus, non episcopus supra clericum, uel seruitorem ecclesiæ ad cædem perducat. Sed si ita causa exigit clerici, triduo priuetur honore, ut pœnitentes redeant ad matrem ecclesiam.

Canon. 20. Vt nullus diiudicet primam sedem iustitiæ.

Nemo enim iudicabit primam sedem, quoniam omnes sedes a prima sede iustitiam desyderant temperari, Neque ab a Augusto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo iudex iudicabitur.

Et subscripserunt. 284. Episcopi, &. 45. diaconi, & duo sequentes, Augustus Constantinus, & mater eius Elena. Et fixit canonem hunc Siluester episcopus in urbe Roma, & omnibus episcopis aspersit, & scripsit. Actum in Traianas thermas, tertio calen. Iunij, Domino Constantino Augusto tertio, & Prisco cōsule.

Corroboratio Concilij Nicæni.

Siluester episcopus sanctæ, & Apostolicę sedis præsul urbis Romę, dixit: Quicquid in Nicæa Bithyniæ constitutum est, ad robur sanctæ matris ecclesiæ catholicæ, a sanctis sacerdotibus. 318. nostro ore cōfirmamus. Omnes,

qui ausi fuerint dissoluere definitionem sancti & magni concilij, quod apud Nicęam congregatum est sub præsentia pijssimi, & uenerandi principis Cõstantini Augusti, anathematizamus. Et dixerunt omnes, Placet.

In exemplaribus huius synodi Romanę est intollerabilis deprauatio: & ne aliquid ex proprio adderemus, transcripsimus hæc parum explicata.

CONCILIVM ELIBERTINVM HISPANIÆ circa Siluestri papæ primi, & Nicæni concilij tempora celebratum. Conciliũ Elibertinum.

Est prouinciale cõcilium 19. Episcopoꝝ.

Cap. 1. De his, qui post baptismum idolis sacrificant.

Placuit, ut quicunq; post fidem baptismi salutaris, adulta ætate ad templum idoli idolatraturus accesserit, & fecerit, quod est crimen capitale, nec in fine eum ad communionem suscipere.

Cap. 2. De sacerdotibus gentium, qui post baptismum immolaueunt.

Flamines, qui post fidem lauacri, & regenerationis sacrificauerint, eò quòd geminauerint scelera, accedente homicidio, uel triplicauerint facinus, cohęrente mœchia, placuit, eos nec in fine accipere communionem.

Cap. 3. De eisdem, si idolis tantum munus dederint.

Item, flamines, qui non immolauerunt, sed munus tantum dederũt, eò quòd se a funestis abstinuerunt sacrificijs, placuit, in fine eis præstare communionem, facta tamẽ legitima pœnitentia. Item, ipsi si post pœnitentiam fuerint

mœchati, placuit, ulterius eis nō esse dandam communionem, ne lusisse de dominica communione uideantur.

Cap. 4. De eisdem, quando baptizabuntur.

Item, flamines, si fuerint catechumeni, & se a sacrificijs abstinuerunt, post triennij tempora, placuit, ad baptismum admitti debere.

Cap. 5. Si domina per zelum ancillam occiderit.

D. 50. Si qua fœmina.

Si qua fœmina, furore zeli accensa, flagellis uerberauerit ancillam suam, ita ut intra tertiū diem animā cum cruciatu effundat, eò quòd incertum sit, uoluntate, an casu occiderit, si uoluntate, post septem annos, si casu, per quinq; annorum tempora acta legitima pœnitentia, ad communionem, placuit admitti. Quòd si infra tempora constituta, fuerit infirmata, accipiat communionem.

Cap. 6. Si quis per malitiam hominem interfecerit.

Si quis uerò maleficio interficiat alterum, eò quòd sine idolatria perficere scelus non potuit, nec in fine impartiendam esse illi communionem.

Cap. 7. De pœnitentibus mechiæ, si rursus peccauerint.

Si quis forte fidelis, post lapsum mœchiæ, post tempora constituta, acta pœnitentia, denuo fuerit fornicatus, placuit, eum nec in fine habere communionem.

Cap. 8. De fœminis, quæ relictis uiris suis, alijs nubunt.

Item, fœminæ, quæ nulla pręcedente causa, reliquerunt uiros suos, & alteris se copulauerunt, nec in fine accipiant communionem.

Cap. 9. De eisdem, quæ adulteros maritos relinquūt.

32. q. 8. Fidelis fœmina.

Item, fidelis fœmina, quæ adulterum mari-

tum reliquerit fidelẽ,& alterum duxerit, prohibeatur,ne ducat. Si autem duxerit, nõ prius accipiat communionem, quam is, quem reliquit,de ſeculo exierit, niſi neceſſitas infirmitatis dare compulerit.

Cap.10. De relicta a catechumeno,ſi alterum duxerit.

Si ea, quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, poteſt ad fontem lauacri admitti. Hoc & circa fœminas catechumenas erit obſeruandum. Quòd ſi fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo, qui uxorem inculpatam reliquit, & cum cluerit illum ab uxore, quam ſine cauſa reliquit, placuit,huiuſmodi in fine dari cõmunionem.

Cap.11. De eadem, ſi grauiter ægrotauerit.

Intra quinquennij autem tempora,catechumena, ſi grauiter fuerit infirmata, dandum ei baptiſmum,placuit non denegari.

Cap.12. De mulieribus,quæ lenocinium fecerint.

Mater,uel parentes, uel quælibet fidelis, ſi lenocinium exercuerit,eò quòd alienum uendiderit corpus,uel potius ſuum,placuit, eam nec in fine accipere communionem.

Cap.13. De uirginibus Deo ſacratis, ſi adulterauerint.

Virgines, quæ ſe Deo dedicauerunt, ſi pactum perdiderint uirginitatis,atq; eidem libidini ſeruierint, non intelligentes quid amiſerint,placuit,nec in fine dandam eis eſſe communionem. Quod ſi ſemetipſas pœnituerint, quòd infirmitate corporis lapſæ fuerint,& toto tempore uitæ ſuæ huiuſmodi fœminæ egerint pœnitentiam,et abſtinuerint ſe a coitu,eò q lapſæ potius uideantur, placuit, eas in fine

27.q.1.Virgines.

communionem accipere debere.

Cap.14. De uirginibus secularibus, si mœchatæ fuerint.

Virgines, quæ uirginitatem suam nō custodierint, si eosdem, qui eas uiolauerunt, acceperint, & tenuerint maritos, eò quòd solas nuptias uiolauerint, post annum sine pœnitentia recōciliari debebunt. Vel, si alios cognouerint uiros, eò quòd mœchatæ sint, placuit, p̱ quinquennij tempora, acta legitima pœnitētia, admitti eas ad communionem.

Cap.15. De coniugio eorum, qui ex gentilitate ueniunt.

Propter copiam puellarum, gentilibus minime in matrimonium dandæ sunt uirgines Christianæ, ne ætas in flore tumens, in adulterio resoluatur animæ.

Cap.16. De puellis fidelibus, ne infidelibus coniungantur.

Hæreticis, qui errant ab ecclesia catholica, nec ipsis catholicas dandas puellas, sed neq; iudæis, neq; hæreticis dari, placuit, eò q̄ nulla possit esse societas fidelis cum infideli. Si contra interdictum fecerint parētes, abstinere per quinquennium placet.

Cap.17. De eis, qui filias sacerdotibus gentilibus coniungunt.

Si qui forte sacerdotibus idolorum filias suas iunxerint, placuit, nec in fine eis dandam communionem.

Cap.18. De sacerdotibus, si mœchati fuerint.

Episcopi, presbyteri, diaconi, si in ministerio positi, detecti fuerint, quòd sint mœchati, placuit, & propter scandalum, & propter nephandum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.

Cap.19. De clericis negotia sectantibus.

Episcopi, presbyteri, et diaconi, de locis suis negotiandi causa non discedant, nec circumeũtes prouincias, quæstuosas nundinas sectentur. Sanè, ad uictum sibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenariũ, aut amicum, aut quemlibet mittãt, & si uoluerint negotiari, intra prouinciam negotientur.

Cap. 20. De clericis, & laicis usurariis.

Si quis clericorum detectus fuerit, usuras accipere, placuit, degradari, & abstinere. Si qs etiam laicus accepisse probař usuras, & promiserit correptus, se iam cessaturum, nec ulterius exacturum, placet, ei ueniam tribui. Si uero in ea iniquitate durauerit, ab ecclesia sciat se esse proiiciendum. D. 47. Si quis clericorum.

Cap. 21. De his, qui ad ecclesiam tarde accedunt.

Si quis in ciuitate positus, tres dominicas ecclesiam non accesserit, tanto tempore abstineat, ut correptus esse uideatur.

Cap. 22. De catholicis in hæresim transeuntibus.

Si quis de catholica ecclesia, ad hæresim trãsitum fecerit, rursusq; ad ecclesiam recurrerit, placuit, huic pœnitentiam non esse denegandam, eò ꝙ cognouerit peccatum suum, qui etiam decem annis agat pœnitẽtiam, cui post decem annos præstari communio debet. Si uero infantes fuerint transducti, quod non suo uitio peccauerint, incunctanter recipi debent.

Cap. 23. De temporibus ieiuniorum.

Ieiunia, seu abstinentias per singulos mentes placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium Iulij, & Augusti ob eorundem infirmitatem.

Cap.24. De his, qui peregrè baptizantur, ut ad clerum non ueniant.

Omnes, qui in peregrinatione fuerint baptizati, eò q eorum minimè sit cognita uita, placuit ad clerum non esse promouendos in alienis prouincijs.

Cap.25. De epistolis communicatorijs confessorum.

D.98. omnis, qui. Omnis, qui attulerit literas confessorias, sublato nomine confessoris, eò q sub hac nominis gloria partim concutiant simplices, cōmunicatoriæ ei dandæ sunt literæ.

Cap.26. Vt omni sabbato ieiunetur.

Errorem, placuit, corrigi, ut omni sabbati die ieiunium super positionem celebremus.

Cap.27. De clericis, ut extraneam mulierem in domo non habeant.

Episcopus, uel quilibet clericus alius, aut sororem, aut filiam uirginem dicatam Deo, tātum secum habeat, extraneam uero nequaq̄ secum habeat.

Cap.28. De oblationibus eorum, qui non communicant.

Episcopum, placuit, ab eo, qui non communicat, munera accipere non debere.

Cap.29. De Ergumenis, qualiter habeantur.

Energumenum, qui ab erratico spiritu exagitatur, huius nomē, neq; ad altare cum oblatione esse recitandum, neq; permittendum, ut sua manu in ecclesia ministret.

Cap.30. De his, qui post lauacrum mœchati fuerint, ut nec subdiaconi fiant.

Subdiaconem eum ordinare nō debere, qui in adolescentia sua fuerit mœchatus, eò quòd postmodum per subreptionem ad altiorē gradum non

dum non ſit promouendus. Si autem aliqui ſunt in præteritum ordinati, amoueantur.

Cap.31. De adoleſcentibus, qui mœchati fuerint.

Adoleſcentes, qui poſt fidem lauacri ſalutaris, fuerint mœchati, cũ duxerint uxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad communionẽ eos admitti debere.

Cap.32. De excommunicatis presbyteris.

Si quis graui lapſu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere, ſine epiſcopi conſultu, ſed potius apud epiſcopum agat, cogente tamen infirmitate. Non eſt presbyterorum, aut diaconorum communionem talibus præſtari debere, niſi eis iuſſerit epiſcopus.

Cap.33. De epiſcopis, & miniſtris, ut ab uxoribus abſtineãt.

Placuit, in totum prohibere Epiſcopis, presbyteris, diaconis, ac ſubdiaconis poſitis in miniſterio, abſtinere ſe a coniugibus ſuis, & non generare filios. Quòd quicunq; fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

Cap.34. Ne cærei in cœmeteriys incendantur.

Cæreos per diem, placuit, in Cœmeterio nõ incendi. Inquietandi enim ſanctorum ſpiritus non ſunt. Qui hęc non obſeruauerint, arceantur ab eccleſiæ communione.

Cap.35. Ne fœminæ in cœmeteriys peruigilent.

Placuit prohiberi, ne fœminæ in cœmeterio peruigilent, eò quòd ſæpe ſub obtentu orationis ſcelera latenter committant.

Cap.36. Ne picturæ in eccleſia fiant.

Placuit, picturas in eccleſia eſſe nõ debere, ne quod colitur, aut adoratur, in parietibus

depingatur.

Cap.37. De energumenis baptizandis.

Eos, qui a ſpiritibus immundis uexantur, ſi in fine mortis fuerint conſtituti, baptizari placet. Si uero fideles fuerint, dandam eis eſſe communionem. Prohibēdum etiam, ne lucernas publicè accēdant. Si facere contra interdi ctum uoluerint, abſtineant a communione.

Cap.38. Vt in neceßitate & fideles baptizent.

Peregrè nauigantes, aut ſi eccleſia in proximo non fuerit, poſſe fidelem (qui lauacrum ſuum integrum habet, nec ſit bigamus) baptizare in neceſſitate infirmitatis poſitum catechumenum, ita ut ſi ſuperuixerit, ad epiſcopū eum perducat, ut per manus impoſitionē perfici poſſit.

Cap.39. Vt gentilibus deſyderantibus manus imponatur.

Gentiles, ſi in infirmitate deſyderauerint ſibi manus imponi, ſi fuerit eorum ex aliqua parte honeſta uita, placuit eis manum imponi, & fieri Chriſtianos.

Cap.40. Ne, quid idolis datum eſt, fideles accipiant.

Placuit prohiberi, ut cum rationes ſuas accipiunt poſſeſſores, quicquid ad Idolum datum fuerit, acceptum non inferant.
Si uerò poſt interdictū fecerint, per quinquennij ſpatia tēporis, a cōmunione eſſe arcēdos.

Cap.41. Vt prohibeant domini idola colere ſeruis.

Admonere placuit fideles, ut, quantum poſſunt, prohibeant, ne idola in domibus ſuis habeant. Si uero uim metuunt ſeruorum, uel ſeipſos puros conſeruent. Si non fecerint, alieni ab eccleſia habeantur.

Cap.42. De his, qui ad fidem ueniunt, quomodo baptizentur.

Eos, qui ad primam credulitatis fidem accedunt (si bonæ fuerint conuersationis) intra biennium temporis, placuit ad baptismi gratiam admitti debere, nisi infirmitate compellente, coegerit ratio, uel socio subuenire periclitanti, uel gratiam postulanti.

Cap.43. De celebratione Pentecostes.

Prauam institutionem emẽdari placuit iuxta auctoritatem scripturarum, ut cuncti diem Pentecostes celebremus. Quod qui non fecerit, quasi nouam hæresim induxisse, notetur.

Cap.44. De meretricibus paganis, si conuertantur.

Meretrix, quæ aliquando fuerit, & postea habuerit maritum, si postmodum ad credulitatem uenerit, incunctanter placuit, esse recipiendam.

Cap.45. De catechumenis, qui ecclesiam non frequentant.

Qui aliquãdo fuerit catechumenus per infinita tempora, & nunq̃ ad ecclesiam accesserit, si eum de clero quisq̃ agnouerit, uoluisse esse Christianum, aut testes aliqui extiterint fideles, placuit, baptismum ei non negari, eo ꝙ in uetere homine deliquisse uidentur.

Cap.46. De fidelibus, si apostatauerint.

Si quis fidelis apostata, per infinita tempora ad ecclesiam non accesserit, si tñ aliqñ fuerit reuersus, nec fuerit idolatra, post decẽ annos, placuit, eum communionem accipere.

Cap.47. De uxoratis sæpius mœchantibus.

Si quis fidelis habens uxorem, non semel, sed sæpe fuerit mœchatus, in fine mortis est conueniendus. Quod si se promiserit cessatu-

rum, detur ei communio. Si resuscitatus rursus fuerit mœchatus, placuit, ulterius nō dere eum de communione pacis.

Cap. 48. De baptizandis, ut nihil accipiant clerici.

1. q. 1. Emendari placuit.

Emēdari placuit, ut hi qui baptizantur (ut fieri solebat) nummos in concham nō mittāt, ne sacerdos, quod gratis accepit, pretio distrahere uideatur, Neq; pedes eorum laudādi sunt a sacerdotibus, uel clericis.

Cap. 49. Ne fruges fidelium Iudæi benedicant.

Admoneri placuit, possessores, ut non patiantur fructus suos, quos a Deo percipiunt, cum gratiarum actione a iudæis benedici, ne nostram irritā, & infirmā faciant benedictionem. Si quis post interdictum facere usurpauerit, penitus ab ecclesia abijciatur.

Cap. 50. De Christianis, qui cum Iudæis uescuntur.

Si uerò aliquis clericus, siue fidelis fuerit, qui cum iudæis cibum sumpserit, placuit, eū a communione abstinere, ut debeat emēdari.

Cap. 51. De hæreticis, ut ad clerum non promoueantur.

Ex omni hæresi, qui ad nos fidelis uenerit, minimè est ad clerum promouendus, uel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponentur.

Cap. 52. De his qui in ecclesia libellos famosos ponunt.

5. q. 1. Si qui inuenti.

Si qui inuenti fuerint, libellos famosos in ecclesia ponere, anathematizentur.

Cap. 53. De episcopis, qui excommunicato alieno [illegible] communicant.

Placuit cunctis, ut ab eo episcopo quis recipiat communionem, a quo abstentus in crimine aliquo fuerit. Quòd si aliquis episcopus

præsumpserit eum admittere, illo adhuc mini mè sciente, uel consentiente, a quo fuerat com munione priuatus, sciat, se huiusmodi causas inter fratres esse cum status sui periculo præstaturum.

Cap. 54. De parentibus, qui fidem sponsaliorum frangunt.

Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum, triennij tempore abstineant se a communione. Si tamen fidem sponsus, uel sponsa, in illo graui crimine fuerint deprehensi, excusati erunt parentes. Si uerò in eodem fuerint uitio, & polluerint se consentiendo, superior sententia seruetur.

Cap. 55. De sacerdotibus gentilium.

Sacerdotes, qui tantum sacrificantium coronam portant, nec sacrificāt, nec de suis sumptibus aliquid idolis præstant, placuit, post biennium accipere communionem.

Cap. 56. De magistratibus, & dominantibus.

Magistratū uerò, anno quo agit duumuiratū, ꝓhibere placet, ut se ab ecclesia cohibeat.

Cap. 57. De his, qui uestimenta ad pompam dederint.

Matronæ, uel earum mariti, uestimenta sua ad ornandam seculariter pompam non dent. Et si fecerint, triennij tempore abstineant.

Cap. 58. De his, qui communicatorias literas portant.

Placuit, ubicunq; & maxime in eo loco, in quo primæ cathedræ constitutus est episcopus, ut interrogētur hi, qui communicatorias literas tradunt, an omnia recte habeāt, & suo testimonio comprobent.

Cap. 59. Ne fideles ad capitolium sacrificandi causa ascendant.

Prohibēdum, ne quis Christianus, aut gen-

tilis,ad idolũ capitolij sacrificandi causa ascẽdat & uideat. Quod si fecerit, pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, post decẽ annos acta pœnitentia recipiatur.

Cap.60.De his, qui destruentes idola, occiduntur.

Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occisus, quia in euangelio non est scriptum, neq; inuenitur ab Apostolis unquam factum, placuit, in numerum eum non recipi martyrum.

Cap.61.De his, qui duabus sororibus copulantur.

Si quis post obitum uxoris suæ, sororẽ eius duxerit, & ipsa sit fidelis, quinquennio a communione placuit abstinere, nisi forte uelocius dari pacem, necessitas coegerit infirmitatis.

Cap.62.De Auguribus, & Pantomimis.

Si Augur, aut Pãtomimi credere uoluerint, placuit, ut prius artibus suis renuntient, & tunc demum suscipiantur, ita ut ulterius non reuertantur. Quòd si facere cõtra interdictum tentauerint, proijciantur ab ecclesia.

Cap.63.De uxoribus, quæ filios de adulteris necant.

Si qua mulier per adulterium, absente marito, cõceperit, idq́; post facinus occiderit, placuit, ei nec in fine dandam esse communionẽ, eò quòd geminauerit scelus.

Cap.64. De fœminis, quæ semper adulterantur.

Si qua mulier, usq; in finem mortis suæ cũ alieno fuerit uiro mœchata, placuit, nec ĩ fine dandam ei esse cõmunionem. Si uerò eum reliquerit, post decem annos recipi ad communionem, acta legitima pœnitentia.

Cap.65.De adulteris uxoribus clericorum.

Si cui⁹ clerici uxor fuerit mœchata, & sciat

eam maritus suus mœchari, & eam non statim proiecerit, nec in fine accipiat communionem, ne ab his, qui exemplum bonæ conuersationis esse debent, uideantur magisteria scelerum procedere.

Cap.66. De his, qui priuignas suas ducunt.

Si quis priuignam suam duxerit uxorem, eò quòd sit incęstus, placuit, nec in fine dandam esse ei communionem.

Cap.67. De coniugio catechumenæ fœminæ.

Prohibendum, ne qua fidelis, uel catechumena, aut comicos, aut uiros scenicos habeat, quęcũq; hoc fecerit, a cõmunione arceat.

Cap.68. De catechumena adultera, quæ filium necat.

Catechumena, si per adulterium conceperit, & conceptum necauerit, placuit, eam in fine baptizari.

Cap.69. De coniugatis in adulterium lapsis.

Si quis forte, habens uxorem, semel fuerit lapsus, placuit, eum quinquennio agere debere pœnitentiam, & sic reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coegerit, ante tempus dare cõmunionẽ. Hoc & circa fœminas obseruandũ.

Cap.70. De fœminis, quæ conscijs maritis adulterantur.

Si, cõscio marito, fuerit mœchata uxor, placuit, nec in fine dandam ei esse communionẽ. Si uerò eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem.

Cap.71. De stupratoribus puerorum.

Stupratoribus puerorum nec in fine dandam esse communionem.

Cap.72. De uiduis mœchis, si eundem maritum duxerint.

Si qua uidua fuerit mœchata, & eundem 32. q. 1. Si qua mulier.

postea habuerit maritum, post quinquennij tempus, acta legitima pœnitẽtia, placuit, eam communione reconciliari. Si alium duxerit, relicto illo, nec in fine dandam ei esse communionem. Vel si fuerit ille fidelis, quem acceperit, communionem non accipiat nisi post decem annos, acta legitima pœnitentia, nisi infirmitas coegerit uelocius dare communionem.

Cap.73. De delatoribus.

5.q.6. Delator. Delator si quis extiterit fidelis, & per delationem eius aliquis fuerit proscriptus uel interfectus, placuit, eum nec in fine accipere cõmunionem. Si leuior causa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, post quinquẽnij tempora admittatur ad baptismum.

Cap.74. De falsis testibus.

Falsus testis, prout crimen est, abstinebit, si tamen non fuerit mortis, quod obiecit, & si probauerit, quod diu tacuerit, biennij tempore abstinebit. Si autem non probauerit in conuentu clericorum, placuit, per quinquennium abstineri.

Cap.75. De accusantibus sacerdotes.

Si quis autem episcopum, presbyterum, uel diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.

Cap.76. De diaconis, si peccasse probentur.

Si quis diaconum se permiserit ordinari, & postea fuerit i crimine detectus mortis, quod aliquando commiserit, si sponte fuerit confessus, placuit, eum, acta legitima pœnitẽtia, post

triennium accipere communionem. Quod si alius detexerit, post quinquennium, acta pœnitẽtia, accipere communionem laicã debere.

Cap.77. De baptizatis, non confirmatis.

Si quis diaconus, regens plebem, sine episcopo uel presbytero aliquos baptizauerit, episcopus eos per benedictionem ꝑficere debebit. Quod si ante de seculo recesserit, sub fide qua quis crediderit, poterit esse iustus.

Cap.78. De fidelibus, cum Iudæa mœchantibus.

Si quis fidelis habens uxorem, cum Iudæa, uel gentili fuerit mœchatus, a cõmunione arceatur. Quod si alius eũ detexerit, post quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit dominicæ sociari communioni.

Cap.79. De his, qui tabula ludunt.

Si quis fidelis alea, id est, tabula luserit, placuit, eum abstinere. Et si emendatus cessauerit, post annũ poterit cõmunione reconciliari.

Cap.80. De Libertis.

Prohibendum est, ut liberti, quorum patroni in seculo fuerint, ad clerum nõ proueh ant. D.54. Prohibendum est.

Cap.81. De fœminarum epistolis.

Ne fœminę, suo potius, ꝗ̃ maritorum nominibus, laicis scribere audeãt, qui fideles sunt, uel literas alicuius pacificas ad suum solum nomen scriptas accipiant.

Ex eodem concilio Elibertino.

Omnis homo ante sacram communionem a propria uxore abstinere debet, tres, aut quatuor, aut septem dies, nec inter catholicos connumerabitur, qui in istis tẽporibus, Pascha, Pẽtecoste, Natali domini, nõ cõmunicauerit. De consecra. d. 2. Omnis homo.

Pueri ante annos quatuordecim non cogãtur iurare. Puella quoq;, si in puerili ætate in domo patris illo nesciente, se iuramento constrinxerit, & si pater statim ut audierit, contradixerit, uota eius & iuramenta irrita erũt, & facilius emendabitur.

Subscripsit in hoc cõcilio Osius episcopus Corduben. qui subscripsit in concilio Nicæno, et episcopus Hispalen. & Mentesanus, Toletanus, & Cæsaraugustañ. & Malacitanus.

Explicit concilium Elibertinum.

Conciliũ Arelatẽse primũ.

CONCILIVM ARELATEN. primũ, tempore Constantini Imperatoris, & Siluestri Papæ primi, in Galliῆs celebratum. Est prouinciale, sed (ut apparet ex præfatione) auctoritate pontificis Romani confirmatum.

Præfatio.

PRAEFATIO.

Domino, & sanctissimo fratri Siluestro episcopo, Marinus, uel cętus episcoporum, qui adunati fuerunt in oppido Arelatensi. Quæ decreuimus communi concilio, charitatiue significamus, ut omnes sciant, quid in futurum obseruare debeant.

Cap. 1. Vt uno die, & tempore pascha celebretur.

De obseruatione paschæ Dñi, ut uno die, & tempore per omnem orbem obseruetur, & iuxta cõsuetudinem, literas ad oẽs tu dirigas.

Cap. 2. Vt ubi quisq; ordinatur, ibi permaneat.

De his, qui in quibuscunq; locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseuerent.

Cap. 3. Vt qui in pace arma proiiciunt, excommunicentur.

De his, qui arma proiiciũt in pace, placuit, abstinere eos a communione.

Cap.4. Vt aurigæ, dum agitant, excommmunicentur.

De agitatoribus, qui fideles sunt, placuit, eos q̃diu agitant, a communione separari.

Cap.5. De his, qui conueniunt in theatris.

De theatricis, & ipsos placuit, quamdiu agunt, a communione separari.

Cap.6. De conuersis in infirmitate.

De his, qui in infirmitate credere uolunt, placuit, debere eis manum imponi.

Cap.7. De præsidibus.

De præsidibus, qui fideles ad præsidatum impetu prosiliunt, ita placuit, ut, cum promoti fuerint, literas accipiant ecclesiasticas communicatorias, ita tamen, ut in quibuscunq; locis gesserint, ab episcopo eiusdem loci cura de illis agatur, ut cum cœperint contra disciplinam publicam agere, tunc demum a communione excludantur. Similiter & de his fiat, qui rempublicam agere uolunt.

Cap.8. Vt ex hæresi conuersi, in Trinitate baptizentur.

De Arrianis, qui propria lege sua utuntur, ut rebaptizentur, placuit, si ad ecclesiam aliqui de hac hæresi uenerint, interrogent eos nostræ fidei sacerdotes symbolum. Et si peruiderint in parte, & filio, & spiritu sancto eos baptizatos, manus eis tantum imponatur, ut accipiant spiritum sanctum. Quod si interrogati, non responderint hãc Trinitatẽ, baptizent.

De consecra. d.4. De Arrianis.

Cap.9. De afferentibus literas confessorum.

De his, qui confessorum literas afferũt, placuit, ut sublatis eis literis, alias accipiant communicatorias.

Simile legitur in cõcilio Elibertino. c.26.

Cap.10. De illo, cuius uxor adulterauit.

De his, qui coniuges suas in adulterio deprehendunt, & iidem sunt adolescētes fideles, & prohibentur nubere, placuit, ut inquātum potest, consilium eis detur, ne uiuentibus uxoribus suis, licet adulteris, alias accipiant.

Cap.11. De fœminis fidelibus, quæ gentibus se iungunt.

De puellis fidelibus, quæ gentilibus iungū tur, placuit, ut aliquanto tempore a communione separentur.

Cap.12. De clericis fœneratoribus.

14.q.4. Ministri qui. De ministris, qui fœnerantur, placuit, eos iuxta formam diuinitus datam, a communione abstinere.

Cap.13. De proditoribus.

De his, qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur, uel uasa dominica, uel nomina fratrū suorum, placuit nobis, ut quicunq; eorum in actis publicis fuerit detectus, uel uerbis nudis, ab ordine cleri amoueatur. Nam si iidem aliquos ordinasse fuerint deprehensi, & si in his, qui ordinauerunt ratio subsistit, non tamen illis obsit ordinatio, quoniā multi sunt, qui cōtra ecclesiasticam regulam pugnare uidentur, & per testes redemptos putant, se ad accusationem admitti debere, qui omnino nō admittantur, nisi (ut supradiximus) actis publicis docuerint, omni se suspitione carere.

Cap.14. De falsis accusatoribus.

De his, qui falso accusant fratres suos, placuit, eos usq; ad exitum non communicare, Prouerb.19. sed falsum testem iuxta scripturam, impunitum non licere esse.

Cap.15. Vt Leuitæ non offerant.

De diaconis, quos cognouimus multis locis offerre, placuit, minime fieri debere.

Cap. 16. De pœnitentibus.

De his, qui pro delicto suo a communione separantur, ita placuit, ut quibuscunque locis fuerant exclusi, eodem loco communionem consequantur.

Cap. 17.

Vt nullus episcoporũ alium epm cõculcet.

Cap. 18.

De diaconis urbicis, ut non aliquid per se præsumant, sed honor presbyteris reseruetur.

Cap. 19.

Vt presbyteri, sine cõscientia episcoporum, nihil faciant.

Cap. 20.

Vt peregrino episcopo locus sacrificãdi det.

Cap. 21. Vt sine tribus episcopis nullus episcopus ordinetur.

De his, qui usurpant sibi, quod soli debeãt episcopum ordinare, placuit, ut nullus hoc sibi præsumat, nisi assumptis secum aliis septẽ episcopis. Si tamen non potuerint septem, sine tribus fratribus non audeant ordinare.

Cap. 22. Vt clericus alibi transiens, excommunicetur.

De presbyteris, aut diaconis, qui solent dimittere loca sua, in quibus ordinati sunt, & ad alia loca se transtulerunt, placuit, ut his locis ministrent, quibus præfixi sunt. Qui relictis locis suis ad alium locum se deferre uoluerint, deponantur.

Cap. 23. De apostatis.

De his, qui apostatant, & anteq; ad ecclesiã se repræsentent, nec quidem pœnitentiam age

re quærunt,& postea in infirmitate arrepti,pe tunt communionem,placuit eis non dandam communionem,nisi reuelauerint, et egerint di gnos fructus pœnitentiæ.

Explicit concilium Arelateñ.primum.

CONCILIVM GANGREN. celebratum circa annos Domini.324. in Paphlagonia,seu regione Pelasgiorum.

Dominis honorabilibus consacerdotibus,in Armenia Constitutis episcopis, Qui conuenerunt in Gangrense concilium, in Domino Salutem.

Hæc epistola est pro argumento concilij Gangreñ.

Quoniam conueniens sancta synodus episcoporum in ecclesiam Gangrensem, propter quasdam ecclesiasticas & necessarias causas inquirendas, & ea,quæ secundum Eustachiū gesta sunt dinoscēda,inuenit multa fieri indecenter ab his, qui eundem Eustachium sequuti sunt,necessario statuit, palàm omnibus tactis amputare uniuersa, quæ ab eodem malè commissa sunt.Declaratum est enim,hos eosdem nuptias accusare,& docere,quòd nullus in coniugali positus gradu spem habeat apud Deum.Vnde factum est,ut mulieres multæ seductæ,relictis proprijs uiris,& uiri,uxoribus destitutis, uinculum coniugale dissoluerent, continentiam profitentes, quam quum retinere non possent, adulterium commiserunt. Inuenti enim sunt, dissensiones ac separationes in dominicis ecclesiis docere, id est, traditiones ecclesiasticas,& ea,quæ in ecclesiis aguntur,debere contemni,priuatisq́ conuenticulis institutis, ad imitationem eorum, quæ in do-

mo Dei agũtur, omnia præsumere celebrare. Adhuc etiam uestibus communibus spretis, nouos etiam et insolitos habitus assumpsisse. Primitias quoque fructuum, & oblationes eorum, quas ueterũ institutio ecclesiis tribuit, sibimet uindicasse, idest, propria ratiocinatione doctrinæ, tanquam sanctis, sibi eas offerri debere, apud se & inter se dispensandas. Seruos à dominis recedentes, per hunc inusitatum religionis suę habitum sub specie religionis, dominos contempsisse. Mulieres quoque præter consuetudinem, & sui sexus ornatus, hinc se iustificari credentes, uirilem habitum suscepisse, pluresque earum occasione religionis tõsas, genuini decoris comas penitus amputasse. Ieiunia, quæ in ecclesia prædicantur, contemnẽda asseruisse. Nonnullos eorum, etiam cibos carnium tanquam illicitos reputasse. In domibus coniugatorum, nec orationes quidem debere celebrari, persuasisse in tantum, ut easdem fieri uetent, & oblationibus, quæ in domibus factæ fuerint, minimè communicãdum esse decernãt. Presbyteros uerò, qui matrimonia cõtraxerunt, sperni debere dicunt, nec sacramenta, quæ ab eis conficiuntur, attingi. Loca sanctorum martyrum, uel basilicas contemnere, & omnes, qui illuc conueniunt, & sacramenta conficiunt, reprehẽdere. Diuites fideles, qui non omnibus renunciãt, quæ possident, spem apud Deum nõ habere. Et multa alia, quę enumerare nulli possibile est. Singulos quoque eorum pro suo arbitrio constituere. Vnusquisque enim eorum per tales institutiones ab eccle-

ſiaſtico canone receſſit, tanq; proprias leges ſibimet condidiſſe præſumens.

Sed nec cõmunis his omnibus, & una ſentẽtia eſt. Singuli enim, prout uidetur, & libet, ad accuſationem eccleſiæ nitẽdo, tanq; rector non ſit, uel addunt decreta, uel minuunt. Propterea ergo coactum eſt hoc conciliũ, in Gangrenſi eccleſia habitũ, ut canones iſtos exponeret, quibus probantur memorati extra eccleſiam eſſe. Quod ſi per pœnitentiam cõdemnauerint omnia hæc, quæ malè ſenſerunt, tãq; a ſe non bene prolata, acceptabiles fiant, atq; ideo ſingula, quæ debeant condemnare, ſynodus credidit exponenda. Quòd ſi quis renuerit hæc, quæ hodie conſtituta ſunt, tanq; hæreticus, & anathematizatus, & damnatus abijciatur. Et erit non ſolum incommunicatus, uerum etiã ab eccleſia habeatur extorris, donec deprecetur epiſcopos, & de uniuerſis, quæ penes eos detecta atq; deprehenſa ſunt, prouiderit, quid horum ſuſceperit obſeruandum.

Cap. 1. De his, qui nuptias execrantur.

D. 31. Si quis vituperat. Et. d. 30. Si qs nuptias.

Si quis uituperat nuptias, & dormientem cum uiro ſuo fidelem, ac religioſam deteſtatur, aut culpabilem æſtimat, uelut quæ in regnum Dei introire non poſſit, anathema ſit.

Cap. 2. De his, qui carnes manducantes damnant.

D. 30. Si quis carnem.

Si quis carnem edentem, prȩter ſanguinem, & idolis immolatum, & ſuffocatum, cum religione & fide cõdemnat, uelut ſpem ꝓpter huiuſmodi ꝑceptionẽ nõ habentẽ, anathema ſit.

Cap. 3. Non debere ſeruum occaſione religionis Dominum contemnere.

Si quis

Si quis seruum, prætextu diuini cultus, doceat dominum contemnere proprium, ut discedat ab eius obsequio, nec ei cum beneuolētia, & omni honore deseruiat, anathema sit. 17. q. 4. Si qs alienum.

Cap. 4. De oblatione presbyteri coniugati.

Quicunque discernit a presbytero, qui uxorem habuit, quod non oporteat, eo ministrante, de oblatione percipere, anathema sit. D. 28. Si quis discernit.

Cap. 5. Ne orationes ecclesiæ contemnantur.

Si quis docet, domum Dei cōtemptibilem esse, & conuentus, qui in ea celebrantur, anathema sit. D. 30. Si quis docet.

Cap. 6. Non debere extra ecclesiam congregari.

Si quis extra ecclesiam seorsum conuentus celebrat, & despiciens ecclesiam, ea, quæ sunt ecclesiæ, uoluerit usurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum epi, anathema sit. D. 30. Si quis extra.

Cap. 7. De fructibus in ecclesiam dandis.

Si quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiam accipere, uel dare uoluerit, præter conscientiā episcopi, uel eius, cui huiuscemodi officia cōmissa sunt, nec cum eius uoluerit agere consilio, anathema sit.

Cap. 8. De his, quæ in usus pauperum conferuntur.

Si quis dederit, uel acceperit oblata, præter episcopum, uel eum, qui cōstitutus est ab eo, ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema sit.

Cap. 9. De his, qui in uirginitate persistunt.

Quicunque uirginitatem custodiens, aut cōtinentiæ studens, uelut horrescens, nuptias temerat, nec propter hoc, quod bonū & sanctū est, nomē uirginitatis assumit, anathema sit. D. 30. Si quis vel virginitatem.

Cap.10.De his, qui pro uirginitate superbiunt.

D.30. Si quis propter. Si quis ex his, qui uirginitatem propter dominum seruant, extollitur aduersum coniugatos, anathema sit.

Cap.11.Ne quis Agapem fratrum contemnat

D.42.Si quis despicit. Si quis despicit eos, qui fideliter Agapes, id est, conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres, & noluerit cõmunicare huiuscemodi uocationib9, parui pendens quod geritur, anathema sit.

Cap.12.De his, qui pallijs utuntur.

D.30. Si quis uirorum. Si quis uirorum, propter continentiã, quæ putatur, amictu pallij utitur, quasi per hoc habere se iustitiam credens, & despicit eos, qui cum reuerentia birris, & alijs communibus, & solitis utuntur, anathema sit.

Cap.13.Ne mulieres uirilem habitum usurpent.

D. 30. Si qua mulier. Si qua mulier, propter continentiam, quæ putat, habitum mutat, & pro solito muliebri amictum uirilem sumit, anathema sit.

Cap.14.Non debere a uiro discedere.

Si qua mulier, uirum proprium relinquẽs, discedere uoluerit, nuptias execrans, anathema sit.

Cap.15.De his, qui filios despiciunt.

D.30. Si quis reliquerit. Si quis filios suos relinquens, non eos enutrit, & quod ad se pertinet, non ad pietatem diuini cultus informat, sed per occasionem continentiæ negligit, anathema sit.

Cap.16.Ne filij parentes suos contemnant.

D. 30. Si qui filij. Quicunq; filij a parentibus, prætextu diuini cultus, abscedũt, nec debitam reuerentiam dependũt illis, qui diuinum cultum sibi pro-

culdubio præferunt, anathema sit.

Cap. 17. Caput tondere, mulieri non licere.

Si qua mulier, propter diuinum cultum (ut æstimat) crines attondeat, quos ei Deus ad subiectionem materiam tribuit, tanquam præceptum dissoluens obedientiæ, anathema sit. D. 30. Quæcunque mulier.

Cap. 18. Non debere die dominico ieiunare.

Si quis propter cōtinentiam, quæ putatur, aut contumaciam in die dominico ieiunat, anathema sit. D. 30. Si quis tanquam.

Cap. 19. Non licere communia ieiunia soluere.

Si quis eorum, qui continentiæ student, absque necessitate corporea tradita in commune ieiunia, & ab ecclesia custodita superbiēdo dissoluit stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit. D. 30. Si quis eorum.

Cap. 20. De his, qui collectas, quæ fiunt in martyrum commemoratione, execrantur.

Si quis superbiæ usus affectu conuentus abominatur, qui ad confessiones martyrum celebrātur, & ministeria, quæ in eis fiunt, simul cum eorum memorijs execratur, anathema sit. D. 30. Si quis per.

Hæc autem scripsimus, non qui in ecclesia Dei secundum scripturas sanctum propositū continentiæ eligunt, uituperantes, sed eos, qui abutuntur proposito in superbiam, & extolluntur aduersus simpliciores, abscindimus, et damnamus eos, qui aduersum scripturas & ecclesiasticas regulas, noua introducunt præcepta. Nos autem & uirginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam quæ cum castitate & religione suscipitur, approbamus, D. 30. Hæc autem.

& renunciationem secularium negotiorum cum humilitate recipimus, & nuptiarum castum uinculum honoramus, & diuitias cum iustitia, & operibus bonis non spernimus, & habitum simplicem, ac uestem uiliorem, pro corporis diligentia infucatum, laudamus, sicut etiam solutas ac fractas in uestibus processiones reprobamus. Et domos Dei honoramus, & conuentus, qui in his fiunt tanquam sanctos, & utiles suscipimus, pietatem in priuatis domibus non claudentes, sed omnem locum in nomine Dei ædificatum honoramus, & congregationem sanctam in eadem ecclesia pro utilitate communi recipimus. Et bona opera, quæ supra uires in fratres pauperes exerceãtur, secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus, & omnia, quæ per sanctas scripturas, & per Apostolos sunt tradita, in ecclesia celebrari exoptamus.

Explicit cõcilium Gangrense prouinciale, sed confirmatũ in sexta synodo generali, Constantinopoli in Trullo celebrata, ut ex secundo canone æditionis Græcę Parisinæ constat.

Conciliũ Arelatense. 2

CONCILIVM ARELATEN. secũdum, sub Siluestro papa celebratum. Est prouinciale.

Cap. 1. De neophytis clericis non ordinandis.

Ordinari ad diaconatus, uel sacerdotij officium, neophytum non debere.

Cap. 2. Ne coniugati ad sacerdotium proueh antur.

D. 28. Assumi aliquem.

Assumi aliquem ad sacerdotium non posse in uinculo coniugij constitutum, nisi fuerit

promiſſa conuerſio, non oportet.

Cap.3. Ne clericus in ſolatio extraneam habeat mulierem.

Si quis de clericis a gradu diaconatus, in ſolatio ſuo mulierem, præter auiam, matrem, ſororem, filiam, neptem uel cõuerſam ſecũ uxorem habere præſumpſerit, a communione alienus habeatur. Par quoq; & mulierem (ſi ſe ſeparare noluerit) pœna percellat. 3. Canõ in cõcilio Niceno.

Cap.4. Ne clericus in ſecreto intromittat puellam.

Nullus diaconus, uel presbyter, uel epiſcopus, ad cellarij ſecretum ĩtromittat puellam, uel ingenuam, uel ancillam.

Canon quintus hic ſubticetur, eo q nihil diuerſum complectatur a canone quarto Cõcilij Nicæni.

Cap.6. Ne epiſcopus ordinetur ſine conſenſu metropolitani.

Illud autem ante omnia clareat, eum, qui ſine conſcientia metropolitani conſtitutus fuerit epiſcopus, iuxta magnam ſynodum eſſe epiſcopum non debere.

Cap.7. De his, qui ſe ipſos abſcindunt.

Si qui ſe carnali uitio repugnare neſcientes abſcindunt, ad clerum peruenire nõ poſſunt. D.55. Hi q ſe.

Cap.8. De his, qui excommunicatos alterius ſuſcipiunt.

Si quis excommunicatum alterius, ſiue clericum, ſiue ſecularem recipere poſt interdictũ præſumpſerit, nouerit ſe reum fraternitatis factum, cauſam in concilio redditurum.

Cap.9. Vt Nouatiani in communionem non ſuſcipiantur.

Nouatianum in communionem recipi non debere, niſi ſuſcepta pœnitẽtia incredulitatis, præteritum damnet errorem.

Decimum canonem hoc loco non inter ſe-

ruimus, ꝙ idem planè sit cum eo, qui in Nicæno concilio undecimum locum sortitus est.

Cap.11. De his, qui pœnis uicti, sacrificare coguntur.

Ex eodem.

Si qui uerò, dolore uicti & pondere persequutionis, negare & sacrificare cōpulsi sunt, duobus annis inter catechumenos, triennio inter pœnitentes habeantur a communione suspensi.

Cap.12. De excedentibus uitam in pœnitentia positis.

Ex ca.12. Nicænæ sy.

De his, qui in pœnitētia positi, uitam excesserūt, placuit, nullum communione uacuum debere dimitti, sed pro eo, quod honorauit pœnitentiam, oblatio illius recipiatur.

Canonem.13. hic prætermisimus, ne.15.& 17. ex concilio Nicæno ociose repetere uideremur.

Canon.14. est a nobis sublatus, cum in Nicæna synodo.18.loco idem relatus sit.

Cap.15. Ne diaconus coram presbytero sedeat.

Ex ca.14. Eiusdem.

In secretario diaconos inter presbyteros sedere non liceat, uel corpus Christi, præsente presbytero, tradere non præsumat. Quod si fecerint, ab officio diaconatus abscedant.

Cap.16. Vt Photiniani, & Paulianistæ baptizentur.

Photinianos, siue Paulianistas, secūdū patrum statuta baptizari oportet.

Cap.17. Vt heretici baptizati recipiantur.

Bonosiacos autem, ex eodem errore uenientes (quos sicut Arrianos baptizari in trinitate manifestum est) dum interrogati, fidem nostrā ex toto corde confessi fuerint, cum chrismate & manus impositione in ecclesia recipi sufficit.

Cap.18. Vt metropolitani arbitrio synodus congregetur.

Ad Arelatensis episcopi arbitriũ synodum congregandam (ad quam urbem ex omnibus mundi partibus, pręcipue Gallicanis, sub sancti Martini tempore legimus celebratum fuisse concilium, atq; cõuentum) si quis commonitus, infirmitatis causa, defuerit, personam uice sua dirigat.

Cap.19. Ne episcopi discedant ante peractam synodum.

D.18. Si quis autem.

Si quis autem adesse neglexerit, aut cœtum fratrum, anteq; dissoluatur cõcilium, crediderit differendum, alienum se a fratrum communione cognoscat, nec eum recipi liceat, nisi in sequenti synodo fuerit absolutus.

Cap.20. De aurigis fidelibus.

De agitatoribus, siue theatricis, qui fideles sunt, placuit, eos, quamdiu agunt, à communione separari.

Vide supra fo.46.

Cap.21. Si post acceptam pœnitentiam quis nupserit.

Pœnitentes, quæ defuncto uiro, aliĳs nubere præsumpserint, uel suspecta, uel interdicta familiaritate, se cum extraneo iunxerint, cum eodem ab ecclesiæ liminibus arceantur. Hoc etiam de uiro in pœnitentia posito, placuit obseruari.

Cap. 22.

Pœnitentiam cõiugatis non nisi ex consensu dandam.

30.q.4. Pœnitentiam.

Cap.23. De sacerdotibus, qui idololatriam non eruerunt.

Si in alicuius presbyterio infideles, aut fa-

culas accenderint, aut arbores, fontes, uel saxa uenerentur, si hæc eruere neglexerit, sacrilegij se esse reum cognoscat. Dominus autem, uel ordinator rei ipsius, si admonitus, emendare noluerit, communione priuetur.

Cap. 24. De accusatoribus fratrum.

23. q. 1. Eos q.

Eos, qui falsa fratribus capitula obiecisse conuicti fuerint, placuit, usque ad exitum non communicare (sicut magna synodus ante cōstituit) nisi digna satisfactione pœnituerint.

Hic est vnus canon præter illos. 20. ex cōcilio Nicæno, quos supra recensuimus.

Cap. 25. De apostatis, si non reuertuntur.

Hi, qui post sanctam religionis professionē apostatant, & ad seculum redeunt, & postmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, sine pœnitentia communionem penitus non accipiant. Quos etiam iubemus ad clericatus offi cium nō admitti, & quicunque ille sit, post pœnitentiam secularem habitum non presumat. Quod si præsumpserit, ab Ecclesia alienus habeatur.

Cap. 26.

De his, quos clericatui ipsa uitæ gratia suggesserit, si forte internupta, & dupplicata matrimonia inciderint, nō ultra subdiaconatum ecclesiasticas capiant dignitates. Quod si facti forsitan sunt, ab ecclesiastico remoueantur officio.

Cap. 27.

Professas uiduas, si in conhibendam persti terint, cum raptoribus esse damnandas.

Cap. 28.

Secundum constitutionem synodi Vaseñ. qui oblationem fidelium suppresserit, aut ne-

gauerit, ab ecclesia, cui fraudē fecit, excludat.

Cap. 29.

Si quis episcopus suæ sententiæ nō acquiescit, synodi legibus audiendum.

Cap. 30. De episcopis suspensis.

Secundum instituta seniorum, si a communione sacerdotali fuerit auctoritate suspensus episcopus, hunc non solum a clericorum, sed etiā a totius populi colloquio, atq; conuiuio placuit excludi, donec resipiscens, ad sanitatem redire festinet.

Cap. 31. De his, qui inter se odijs exardescunt.

Hi, qui publicis inter se odijs exardescunt, ab ecclesiasticis conuentibus sunt remouendi, donec ad pacem recurrant.

Cap. 32. De expositis ante ecclesiam.

Si expositus ante ecclesiam cuiuscunq; fuerit miseratione collectus, cōtestationis ponat epistolam. Et si is, qui collectus est, ītra decem dies quæsitus agnitusq; nō fuerit, securus habeat quæ collegit. Sanè qui post prædictum tempus calumniator extiterit, ut homicida, ecclesiastica districtione damnabitur, sicut patrum sanxit auctoritas.

Cap. 33. De puellis, quæ se Deo uouerunt.

De puellis, quæ se uouerunt Deo, & præclari nominis decore floruerūt, si post. 25. annos ætatis ad terrenas nuptias sponte transierint, id custodiēdum esse decreuimus, ut cum his, cum quibus se obligauerint, cōmunione priuentur, ita ut eis postulantibus, pœnitētia nō negetur, cuius pœnitentiæ communio multo tempore differatur.

Cap.34. De famulis se percutientibus.

Si quis famulorum cuiuslibet conditionis, aut generis, quasi ad exacerbandam domini discretionem, se diabolico repletus furore percusserit, ipse tantum sanguinis sui reus erit, neq; ad dñm sceleris alieni inuidia pertinebit.

Cap.35. De ordinatione episcopi.

Placuit, in ordinatione episcopi hunc ordinem custodiri, ut primo loco uenalitate, uel ambitione submota, ab episcopis nec nominentur, de quibus clerici, uel laici ciues erga unum eligendi habeant potestatem.

Cap.36. De secularibus hominibus.

Si quis secularium, amore religionis, se ad quemcunq; sacerdotum crediderit conferendum, ipse sibi eum, quem erudiendi gratia susceepit, uindicabit.

Cap.37. De honore synodi metropolitani.

Hoc etiam placuit custodiri, ut nihil contra magnam synodum metropolitani existiment uindicandum.

Finit concilium Arelateñ. secundum.

Conciliũ Carthagineñ. 1.

CONCILIVM CARTHAGINEN. primum, tempore Siluestri primi Papæ celebratum. Est prouinciale, & ex diuersis prouincijs Aphricanis ad Carthaginem conuenerunt multi episcopi.

Cap.1. Ne baptismus reiteretur.

Gratus episcopus Carthagineñ. qui præsidebat in concilio, dixit: Ergo si uobis placet,

consyderemus primum titulum rebaptizationis. Vnde sanctitatem uestram postulo, ut mẽtis uestræ placita producatis. Vniuersi episcopi dixerũt, Absit. Illicitus esse sancimus rebaptizationes, & satis esse alienum a syncera fide & catholica disciplina rebaptizari.

Cap. 2. De martyrum sepulchris, & honorificentia.

Martyrum dignitatem, nemo prophanus infamet. At si quis ad iniuriam martyrum claritati eorum adiungat infamiam, placet, eos, si laici sint, ad pœnitẽtiam redigi. Si autem sunt clerici, post commonitionem, & post cognitionem honore priuari.

Cap. 3. Quòd non liceat clericis habitare cum fœminis.

Gratus episcopus dixit: Et illud præcipuè, si uidetur uestræ dilectioni, cauendum est, ut pastoris cura, quantum debet, & potest regularis prouidentia, præmoneat, ut nullis liceat, ab affectu abstinentibus carnali, apud extraneas pariter cõmorari. Occasiones enim amputandæ sunt peccatorum, & tollendę omnes suspitiones, quibus subtilitas diaboli, sub prętextu charitatis & dilectionis, incautas animas uel ignaras irretire consueuit. Nullus igitur, nullaq; sanctimoniæ & uirginitati deseruiens, propter blasphemiam ecclesiæ, si uobis placet, in una domo cum extraneis penitus commorari debent. Vniuersi dixerũt: Qui nolunt nubere, & pudicitiæ meliorem eligunt partem, hæc uitare debent, & non solum habitare simul, sed nec habere ad se aliquem accessum. Hoc ergo & lex iubet, & sanctitas uestra commendat, ut in singulis concilijs statutum

est. Gratus episcopus dixit: Ergo persuasio interdum prudêtes solet arcere a peccatis, dum imprudentes debet metus huiuscemodi constringere, si sanum consilium respuunt, & salutare mandatum. Si ergo laici sunt, post communionem, si contempserint, a communione separentur. Vniuersi dixerunt: Placet.

Cap. 4. Vt cum uiduis non commorentur.

Gratus episcopus dixit: Et si infinita sunt, quæ lege præscripta, proficientia sunt disciplinæ, & unusquisq; nostrum tractatu assiduo, & cõmonitione frequenti, per singulas quasq; species, proficientes ad disciplinam poterit populos inuitare, tamen aliqua ex eis propter blasphemias suggerenda sunt a nobis, & in cõcilio statuenda. Si uidetur uobis, pari sententia teneantur etiam hi, qui cum uiduis commorantur, & nulla secum germanitate cõiuncti sunt. Vniuersi dixerunt: Iuxta uiduos et uiduas, eadem lex maneat & sententia.

Cap. 5. Ne clerici ordinentur in ecclesia alterius.

Priuatus episcopus Vegeselitanus dixit: Suggero sanctitati uestræ, ut statuatis, non licere clericum alienum ab aliquo suscipi sine literis episcopi sui, neq; apud se retinere, nec laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum ordinet sine cõscientia eius episcopi, de cuius plebe est. Gratus episcopus dixit: Hæc obseruantia pacem custodit. Nam et memini, in sanctissimo concilio Sardicensi statutum, ut nemo alterius plebis hominem usurpet. Sed si forte erit necessarius, petat a collega suo, & per consensum habeat.

Cap.6. Vt clerici actus secularium non suscipiant.

Nicasius episcopus Culusitanus dixit: Credo placere suggestionem meam sanctitati uestræ, & displicere uobis, ut qui seruiunt Deo, & annexi sunt clero, non accedant ad actus, seu administrationem, uel procurationem domorum. Gratus episcopus dixit. Et Apostolorum statuta sunt, quæ dicunt, Nemo militans Deo ingerit se negotijs secularibus. Proinde aut clerici sint sine actionibus domorum, aut actores sine officio clericorum. Vniuersi dixerunt: Hoc obseruemus. 11.q.3.Credo. 2.Timoth.2.

Cap.7. Vt clerici in ecclesia aliena non communicent sine literis sui episcopi.

Casianus Vsulēsis episcopus dixit: Statuat grauitas uestra, ut unusquisque clericus, uel laicus non communicet in aliena plebe, sine literis episcopi sui. Gratus episcopus dixit: Nisi hoc obseruatum fuerit, communio fiet forte passim. Nam si cum literis receptus fuerit, & concordia inter episcopos seruatur, & nemo subtilis alterius fugiens communionem, ad alterum latenter accedit. Vniuersi dixerunt: Omnibus prouides, & clero & laicis cōsulis.

Cap.8. Ne clerici ordinentur implicati negocijs alienis.

Magnus episcopus Astiagensis dixit: Quid dilectioni uestræ uidetur? pcuratores, & actores, etiam per se tutores pupillorum, si debeāt ordinari? Gratus episcopus dixit: Si post deposita uniuersa, & reddita ratiocinia, actus uitæ ipsorum fuerint probati in omnibus, debent & cū laude cleri, si postulati fuerint, honore munerari. Si enim ante libertatem nego- D.54. Magnus eps.

tiorum uel officiorum, ab aliquo sine consyderatione fuerint ordinati, ecclesia infamatur. Vniuersi dixerunt: Recte omnia statuit sanctitas tua, ideoq; ita est & nostra ista quoq; sententia.

Cap. 9. Vt laici clericos actores non constituant.

Metus Caunensis episcopus dixit: Recte statutum est, ut obnoxij alienis negotijs non ordinentur. Tamen dimissi, & gratias referre debent, & a clericorum iniuria temperare. Et ipsis nõ liceat, clericos nostros eligere apothecarios, uel ratiocinatores. Gratus episcopus dixit: Nulli dubium est, quòd omnes, uel domini uel procuratores, uel quicunq; pręsunt, quum audierint saluberrima instituta concilij, & sibi esse consultum, nec impeditum, propriam debebunt temperare iniuriam in clericis nostris. Quòd si iniuria constitutionis imperatoriæ clericos inquietandos putauerint, si defensio ecclesiastica nos nõ deridet, pudor publicus uindicabitur. Vniuersi dixerũt: Saluberrimæ professiones debuerunt a tanto cõcedi concilio.

Cap. 10. Ne episcopus alterius episcopi plebes uel fines usurpet.

Felix episcopus Baianeñ. dixit: Nullus debet collegæ suo facere iniuriam. Multi enim transcendunt sua, & usurpant aliena ipsis
1. Timoth. 6. inuitis. Gratus episcopus dixit: Auaritiæ cupiditatem, radicem omnium malorum esse, nemo est qui dubitet. Proinde inhibendũ est, ne quis alienos fines usurpet, aut transcendat episcopum collegã suum, aut usurpet alterius

plebes, sine eius petitu, quia inde cætera mala oīa generanť. Vniuersi dixerunt: Placet, Placet.

Canon. 11. De numero iudicantium presbyterorum.

Si quis tumidus, uel cōtumeliosus extiterit in maiorem natu, uel aliquam causam habuerit, a tribus uicinis episcopis, si diaconus est, arguať, si presbyter, a sex, si episcopus, a duodecim cōsacerdotibus audiatur. Vniuersi dixerunt episcopi. Contemptus debet contumaciæ & superbiæ in omnibus frangi, causa uero pro personis a statuto numero audiatur. 11. q. 7. Si quis tumidus.

Canon 12.

Optantius Episcopus circuibat, & usurpabat populos Antigoni episcopi uicini, componitur hæc lis per synodum.

Canon. 13. est in secundo Arelateñ. 14. & in primo. 12.

In. 14. Canone cōmendatur obseruatio constitutionum huius concilij, & subscribunt episcopi.

Finis concilij Carthagineñ. primi.

Decreta Marci Papæ.

Marcus, natione Romanus, sedit annos. 2. menses. 8. dies. 21. temporibus Constantini Iunioris. Quæ sub illo acta sunt, habes histo. tripar. lib. 4. cap. 1. Papa. 33. Sub Petro. **Marcus pon. 33. Hic symbolū missę inseruit.**

Hic misit ad Athanasium, & episcopos Aegypti. 70. canones Nicæni concilij, fideliter transcriptos ex exemplaribus, quæ Siluester Papa reliquerat Romæ, nunc non extant, nisi 20. canones. Bona pars horum uiginti est in concilio Arelateñ. 2. & aliqui illoꝝ. 70. (quos nunc non habemus) sunt in prædicto cōcilio,

Iulius.1.Pon. 34. Iulius primus papa, natione Romanus, sedit annos quindecim, de quo habes histo.tripart.lib.4.cap.4. & infra. Extat epistola eius increpatoria ad episcopos Orientales pro causis Athanasii episcopi Alexandrini lectione digna.34.Papa sub Petro.

Tempore huius Arriana hæresis inualuit.

Romana synodus sub Iulio Pont. Sub eodē Iulio celebrata est synodus Romana, in qua conuenerunt.116. Episcopi contra Arrium, & eius discipulos, quem damnarunt cum suis dogmatibus præsidente Iulio, cōfirmantes acta in synodo Nicæna. De hac synodo nihil præterea habetur.

Sub eodē Colonieñ.sy. Sub eodem celebrata est synodus Coloniēsis contra Eufratam blasphemum, & hæreticum, qui Christum negabat Deũ. Damnatus est, & priuatus episcopatu.

Conciliũ Antiochenum. ANTIOCHENVM CONCILIVM,

Regulæ Antiocheni concilij expositæ apud Antiochiam.

Sancta, & pacatissima synodus in unum congregata, his, qui per singulas prouincias sunt, unanimis sanctis, & cōsacerdotibus in Domino salutem. Gratia & ueritas Iesu Christi domini, & saluatoris nostri, sanctā & Antiochenam ecclesiam uisitans, & in unum connectens per concordiam pacatissimi spiritus, multa quidem & alia perfecit, in omnibus autem, suggerente sancto & pacifico spiritu, etiā hoc perfecit, ut quæ uisa sunt recte constitui, cum plurima consyderatione, & iudicio unà cum omnibus nobis Antiochiam ex diuersis

prouincijs

prouincijs in unum collectis episcopis, in uestram notitiam deferuntur. Credimus autem gratiæ domini, & spiritui sancto pacis, quòd & ipsi conspirabitis nobis, tanquam in unam fuissetis uirtutem, & nobiscum orationibus adnitentes, magis autem muniti, & in spiritu sancto præsente iisdem ipsis, quæ definita sunt, consentientes, & ea, quæ uisa sunt recta, roborantes, cum consensu sancti spiritus consignabitis. Sunt autem præfiniti canones ecclesiastici hi, qui infra sunt scripti.

Canon primus.

Non licere Pascha diuerso tempore facere, nec cum Iudæis celebrare, sicut in Nicæno cōcilio statutum est.

Canon. 2. Non licere cum excommunicatis communicare.

Omnes, qui ingrediuntur ecclesiam Dei, & scripturas sacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo, sed pro quadam intemperantia se a perceptione sanctæ communionis auertunt, hi de ecclesia remoueantur, quamdiu per confessionem pœnitētię fructus ostendant, & precibus indulgentiam consequantur. Cum excommunicatis autem nō licere communicare, nec cum his, qui per domos conueniunt deuitātes orationes ecclesię, simul orandum est, ab alia quoque ecclesia non suscipiendum, qui in alia minimè congregatur. Si quis autem de episcopis, aut presbyteris, uel diaconis, seu quilibet ex clero deprehēsus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iste priuetur communione tanquam qui regulam confundat ecclesiæ.

Canon 3. Non debere clericum ad ecclesiam migrantem ibi perseuerare.

7.q.1. Si quis presbyter. Si quis presbyter, aut diaconus, aut omnino quilibet ex clero, parochiam propriam deserens, ad aliam properauerit, uel omnino demigrans, in alia parochia per multa tempora nititur immorari, ulterius ibidem non ministret, maximè si uocanti suo episcopo, et regredi ad propriam parochiam commonenti, obedire contempserit. Quòd si in hac indisciplinatione perdurat, a ministerio modis omnibus remoueatur, ita ut nequaquam locum restitutionis inueniat. Si uerò pro hac causa damnatum alter episcopus suscipiat, hic etiam a communi coerceatur synodo, uelut qui ecclesiastica constituta dissoluat.

11.q.4. Si quis episcopus.

Can. 4. Non licere episcopo, uel clerico si exauctoratus fuerit, ministrare.

Si quis episcopus damnatus a synodo, uel presbyter aut diaconus a suo episcopo, ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, siue episcopus iuxta præcedentem consuetudinem, siue presbyter, aut diaconus, nullo modo liceat ei nec in alia synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis, sed communicantes ei omnes abijci de ecclesia, & maxime, si postea quàm didicerint aduersum memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare tentauerit.

Can. 5. Ne clerici, contempto episcopo, seorsum se colligant.

Si quis presbyter, aut diaconus episcopum proprium contemnens, se ab ecclesia sequestrauit, & seorsum colligens, altare constituit,

& commonenti episcopo nō acquieuerit, nec consentire uel obedire uoluerit semel & iterum conuocanti, hic damnetur omnimodò, nec ultra remedium consequatur, quia suam recipere non potest dignitatem. Quòd si ecclesiam conturbare, & sollicitare persistat, tanq̃ seditiosus per potestates exteras opprimat.

Can.6. De excommunicatis.

Si quis a proprio episcopo cõmunione priuatus est, non ante suscipiatur ab alijs, quàm suo reconcilietur episcopo, aut certè ad synodum, quæ congregatur, occurrens pro se satisfaciat. Et persuadens concilio, sententiam suscipiat alteram. Hæc autem definitio maneat circa laicos, & presbyteros, & diaconos, omnesq́, qui sub regula esse monstrantur. 11. q.3. Si qui a proprio.

Can.7. De peregrinis.

Nullus peregrinorum sine pacificis, id est, commendatitijs suscipiatur epistolis. D.71. Nullus absq;.

Can.8. Vt epistolæ a solo fiant Chorepiscopo.

Presbyteri, qui sunt in agris, canonicas epistolas dare non possunt, ad solos tantum uicinos episcopos literas destinabunt. Chorepiscopi autem, qui sunt irreprehensibiles, dare possunt pacificas, id est, generales epistolas.

Can.9. De metropolitanis episcopis.

Per singulas regiones episcopos conuenit, nosse metropolitanum episcopum, solicitudinem totius prouinciæ gerere. Propter quod ad metropolim omnes undiq́, qui negotia uidẽtur habere, concurrant. Vnde placuit, eum & honore præcellere, & nihil amplius præter eũ cæteros episcopos agere, secundum antiquam 6.q.3. Per singulas.

a patribus nostris regulam constitutam, nisi ea tantum, quæ ad suam diœcesim pertinent, possessionesq́ subiectas. Vnusquisq; enim episcopus habeat suæ parochiæ potestatem, ut regat iuxta reuerentiam singulis competentem, & prouidentiā gerat omnis possessionis, quæ sub eius est potestate, ita ut presbyteros, & diaconos ordinet, & singula suo iudicio comprehendat. Amplius autem nihil agere tentet præter Antistitē metropolitanum, nec metropolitan⁹ sine cæterorꝫ gerat cōsilio sacerdotū.

Can.10. De his, qui uocantur Chorepiscopi.

Qui in uicis, uel possessionibus Chorepiscopi nominātur, quamuis manus impositionem episcoporꝫ perceperint, & ut episcopi cō secrati sint, tamen sanctæ synodo placuit, ut modum proprium recognoscant, ut gubernēt sibi subiectas ecclesias, earumq; moderamine, curaq; contenti sint. Ordinent etiam lectores, & subdiaconos, atq; exorcistas, quibus promotiones istę sufficiant. Nec presbyterum uerò, nec diaconum audeant ordinare, præter ciuitatis episcopum, cui ipse cum possessione subiectus est. Si quis autem transgredi statuta tentauerit, depositus, quo utebatur, honore priuetur. Chorepiscopum uerò ciuitatis episcopus ordinet, cui ille subiectus est.

Can.11. De episcopis, uel clericis adeuntibus Imperatorem.

23.q.8. Si quis episcopus.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut quilibet regulæ subiectus ecclesiæ, præter concilium, & literas episcoporum prouinciæ, & pręcipuè metropolitani, adierit Imperatorē, hunc reprobari & abijci oportere, non solum

a cõmunione, uerùm & ab honore, cuius particeps uidetur existere, quia uenerandi Principis auribus molestiam tentauit inferre contra leges ecclesiæ. Si igitur adire Principem necessaria causa deposcit, hoc agatur cum tractatu, & consilio metropolitani, & cæterorum episcoporum, qui in eadem prouincia commorantur, qui etiam proficiscentem suis prosequantur epistolis.

Can. 12. De damnatis episcopis, aut clericis adeuntibus Imperatorem.

Si quis a proprio episcopo presbyter, aut diaconus, aut a synodo fuerit episcopus forte damnatus, & Imperatoris auribus molestus extiterit, oporteat ad maius episcoporum conuerti concilium, & quæ putauerint habere iusta, plurimis episcopis suggerant, eorumq; discussiones, ac iudicia præstolentur. Si uerò hęc paruipendentes molesti fuerint Imperatori, hos nulla uenia dignos esse, nec locum satisfactionis habere, nec spem futuræ restitutionis penitus operiri dijudicamus. 10. q. 5. Si qs a proprio

Can. 13. Ne episcopi in aliena prouincia ordinationes efficiãt.

Nullus episcopus ex alia prouincia audeat ad aliam transgredi, & ad promotionem ministerij aliquos in ecclesiis ordinare, licet consensum uideantur præbere nonnulli, nisi literis tam metropolitani, q̃ cæterorum, qui cum eo sunt, episcoporum rogatus aduenuat, & sic ad actionẽ ordinatiõis accedat. Si uerò, nullo uocante, inordinato more deproperet super aliquibus ordinationibus & ecclesiasticis negotijs ad eum non pertinentibus, componen- 9. q. 1. Nullũ episcopum.

dis, irrita quidem, quę ab eo geruntur, existāt, ipse uerò incompositi motus sui, & irrationabilis audaciæ subeat ultionem, ex hoc iam damnatus a sancto concilio.

Can. 14. De episcopis accusatis.

6.q.4. Si quis episcopus.

Si quis episcopus de certis criminibus iudicetur, & cōtingat de eo comprouinciales episcopos dissidere, cum iudicatus ab alijs innocens creditur, reus ab alijs extimatur, pro totius huius ambiguitatis absolutiōe sanctę synodo placuit, ut metropolitanus episcopus a uicina prouincia iudices alios conuocet, qui controuersiam tollant, ut per eos, simul et per comprouinciales episcopos, quod iustum uisum fuerit, approbetur.

Can. 15. De quibus, ut supra.

6.q.4. Si quis episcopus.

Si quis episcopus de certis criminibus accusatus, condemnetur ab omnibus episcopis eiusdem prouinciæ, cunctiq; consonanter eandem contra eum formam decreti protulerint, hunc apud alios nullo modo iudicari, sed firmam concordantium episcoporum prouinciæ manere sententiam.

Can. 16. De episcopis uacantibus.

D.92. Si quis episcopus.

Si quis episcopus uacans, in ecclesiam uacantem prosiliat, sedemq; peruadat absq; integro perfectoq; consilio, hic abijciatur, necesse est, et si cunctus populus, quem diripuit, eum habere delegerit. Perfectum uerò cōciliū illud est, ubi interfuerit metropolitanus antistes.

Can. 17. De episcopis, qui cum ad episcopatum conuocantur, euitant.

Si quis episcopus, per manus impositionē

episcopatum acceperit, & præesse populo constitutus, ministerium subire neglexerit, nec acquieuerit ire ad ecclesiam sibi commissam, hunc oportet communione priuari, donec susceperit coactus officium, aut certè de eo aliquid integra decreuerit eiusdem prouinciæ synodus sacerdotum. D.92. Si quis episcopus per manus. De residentia episcoporum

Cap.18. De eisdem quibus supra.

Si quis episcopus ordinatus ad parochiam minimè, cui est electus, accesserit, non suo uitio, sed quòd eum aut populus uetet, aut propter aliam causam, non tamen eius uitio perpetratam, hic & honoris sit, & ministerij particeps, dummodo nil molestus ecclesiæ rebus existat, ubi ministrare cognoscitur. Quem etiã obseruare conueniet, quicquid synodus perfecta prouinciæ, quod uisum fuerit, iudicando decreuerit. D.92. Si quis eps ordinatus

Ca.19. Nõ licere, episcopũ ordinari sine cõsilio metropolitani.

Episcopus præter synodum, & præsentiam metropolitani, nullatenus ordinetur. D.65. Episcopus non est.

Can.20. Vt bis in anno synodus celebretur.

Propter utilitates ecclesiasticas, & absolutiones earum rerum, quæ dubitationem controuersiamq; recipiunt, optimè placuit, ut per singulas quasq; prouincias episcoporum concilia celebrentur. D.18. Propter

Can.21. Ne episcopus de una parochia in aliam transeat.

Episcopus ab alia parochia nequaq; migret ad aliam, nec sponte sua prorsus insiliens, nec ui coactus a populis, nec ab episcopis necessitate compulsus, maneat autem in ecclesia, quã primitus a Deo sortitus est. Nec inde trãsmi- 7.q.1. Episcopum.

gret secūdum pristinum de hac re terminum constitutum.

Can. 22. Episcopum non debere in alienam irruere ciuitatem.

9. q. 2. Episcopū nō debere

Episcopus alienam ciuitatem, quæ non est illi subiecta, non adeat, nec ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet, super ordinationem cuiusquam, nec constituat presbyteros, aut diaconos alteri subiectos episcopo, nisi forte cum consilio & uoluntate regionis episcopi. Si quis autem tale aliquid facere tentauerit, irrita sit eius ordinatio, & ipse coerceatur a synodo. Nam si ordinare non potuerit, nullatenus iudicabit.

Can. 23. Episcopo non licere successorem sibi constituere.

8. q. 1. Episcopū nō liceat.

Epō non licet successorem sibi cōstituere.

Episcopo non licere pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum uitæ perueniat. Quòd si tale aliquid factum fuerit, irritum esse huiuscemodi est constitutum. Seruetur autem ius ecclesiasticū, id continens, oportere non aliter fieri nisi cum synodo & iudicio episcoporum, qui post obitum quiescētis potestatem habent, eum, qui dignus extiterit, promouere.

Can. 24. De rebus ad ecclesiam pertinentibus.

9. q. 1. Quæcunq; res.

Quæ sunt ecclesiæ, sub omni solicitudine, & conscientia bona & fide, quæ in Deum est, qui cuncta consyderat, iudicatq́;, seruentur, quæ etiam dispensanda sunt iudicio & potestate Pontificis, cui commissus est populus, et animæ, quæ in ecclesia congregantur. Manifesta uerò sint, quæ pertinere uidentur ad ecclesiam, cum notitia presbyterorum & diaconorum, qui circa ipsum sunt, ita ut agnoscāt, nec

ignorent, quæ ſint eccleſiæ propria, nec eos ali quid lateat. Vt ſi contigerit epiſcopum migrare de ſeculo, certis exiſtētibus rebus, quæ ſunt eccleſiæ, nec ipſę collapſæ depereant, nec, quæ propria probantur epiſcopi, ſub occaſione rerum peruadantur eccleſiæ. Iuſtum nãq; & acceptum eſt coram Deo & hominibus, ut ſua epiſcopus, quibus uoluerit, derelinquat, & quæ eccleſiæ ſunt, eidem conſeruentur eccleſiæ, ut nec eccleſia aliquod patiatur incommodum, nec epiſcopus ſub occaſione proſcribatur eccleſiæ, & in cauſas incidant, qui ad eam pertinent, & ipſe poſt obitum maledictionibus ingrauetur.

Can. 25. Vt epiſcopus diſpenſandi res eccleſiaſticas habeat poteſtatem.

Epiſcopus eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatem ad diſpēſandum erga omnes, qui indigent, cum ſumma reuerentia & timore Dei. Participet autem & ipſe, quibus indiget, ſi tamen indiget tam in ſuis, q̃ in fratrum, qui ab eo ſuſcipiũtur, neceſſarijs uſibus pro futuris, ita ut in nullo qualibet occaſione frauden tur, iuxta ſanctum Apoſtolum ſic dicentem: Habentes uictum, & tegumentum, his contēti ſimus. Quòd ſi contentus iſtis minimè fuerit, conuertat autem res eccleſiæ in ſuos uſus domeſticos, & eius commoda, uel agrorum fructus, non cum presbyterorum cōſcientia, diaconorumq; pertractet, ſed horum poteſtatem domeſticis ſuis, aut propinquis, aut fratribus, filijſq; committat, ut per huiuſmodi perſonas occultè cæteræ lædãtur eccleſiæ, Sy-

12. q. Epiſcopus eccleſiaſticarum rerum

1. Timoth. 6.

nodo prouinciæ pœnas iste persoluat. Si autem & aliter accusetur episcopus, aut presbyteri, qui cum ipso sunt, quod ea quę pertinent ad ecclesiam, uel ex agris, uel ex alia qualibet ecclesiastica facultate sibimet usurpent, ita ut ex hoc affligantur quidem pauperes, criminatori uero, & blasphemijs tam sermo prædicationis, quàm hi qui dispensant, taliter exponãtur, & hos oportet corrigi, sancta synodo, id quod cõdecet, approbante. Et subscripserunt. 30. episcopi, qui in eodem cõcilio cõuenerunt.

Subscriptio episcoporũ.

De hac synodo legitur in decretis. d.16.c. Sexta synodus.

Finis concilij Antiocheni.

Probatum est concilium Antiochenum, in sexta synodo generali Cõstãtinopoli in Trullo celebrata, ut ex secundo canone æditionis græcæ constat, et per Dionysium papam. Vt patet per Eusebium lib.7.cap.24.&.25.in histo.ecclesiasti.

Conciliũ Sardicense.

CONCILIVM SARDICENSE, sub Iulio primo Papa, de cuius origine & causa, qua cõgregaretur, habes in historia tripartita, lib.4.cap.21.

Congregatum est præcepto Constantij imperatoris, ut Athanasius ad suam rediret ecclesiam, a qua expulsus fuerat per hæreticos episcopos Arrianos. Conuenerunt in eo concilio, Orientales & Occidẽtales episcopi. Occidẽtales circiter.300. Oriẽtales uerò.76. Qui tamen cõtinuo discedentes a cõcilio, seorsum fecere concilium aliud, in quo statuerunt dogmata Arrij, ut habes in historia prædicta. Cau

ſa diſceſſus fuit, quia dixerunt, ſe nolle ad uerba procedere, niſi prius a concilio ſubmouerẽtur Pauli & Athanaſii defenſores, quod occidẽtales paſſi nõ ſunt. Cui cõcilio affuit Oſius epiſcopus Cordubenſis, qui & affuit in concilio Nicæno. Celebratum eſt anno. 11. ab obitu Conſtantini patris duorum Auguſtorum, Cõſtantis, & Conſtantij, ut habes lib. 4. eccleſiaſticæ hiſto. tripar. cap. 23.

Cap. 1. De epiſcopis, qui ciuitates mutauerint.

Oſius eps̃ dixit: Non minus mala conſuetudo, q̃ perniciosa corruptela funditus eradicanda eſt, ne cui liceat epiſcopo, de ſua ciuitate ad aliam tranſire ciuitatem. Manifeſta eſt enim cauſa, quæ hoc facere tentant, cum nullus in hac re inuẽtus ſit epiſcopus, qui de maiori ciuitate ad minorem tranſiret. Vnde apparet, auaritiæ ardore eos inflamari, & ambitioni ſeruire, & ut dominationem agant. Si omnibus placet, huiuſmodi pernicies ſæuius & auſterius uindicetur, ut nec laicam communionem habeat, qui talis eſt. Reſponderunt uniuerſi: Placet.

D. 8. Mala cõſuetudo.

Prohibet mutatio epiſcoporũ de una ad aliam eccleſiam.

Cap. 2. De eiſdem epiſcopis.

Oſius epiſcopus dixit: Etiã ſi talis aliquis extiterit temerarius, ut fortaſſis talem excuſationem afferens, aſſeueret, quòd populis literas acceperit, cum manifeſtũ ſit, potuiſſe plures præmio, & mercede corrumpi eos, qui ſynceram fidem non habent, ut clamarent in eccleſia, & ipſum petere uiderentur epiſcopum. Omnino has fraudes dãnandas eſſe arbitror: ita ut nec laicam in fine communionem talis accipiat. Si uerò omnibus placet, Statuite. Sy-

nodus respondit: Placet.

Cap.3. De episcopo adiudicato.

6.q.4. Osius episcopus.

Osius episcopus dixit: Illud quoq; necessario adijciendum est, ut episcopi de sua prouincia ad aliam prouinciam, in qua non sunt episcopi, non transeant, nisi forte a fratribus suis inuitati, ne uideamur ianuam claudere charitatis. Quod si in aliqua prouincia aliquis episcopus cōtra fratrem suum episcopum litem habuerit, unus de duobus ex alia prouincia aduocet episcopum cognitorem. Quod si aliquis episcopus iudicatus fuerit in aliqua causa, & putat se bonam causam habere, ut iterū concilium renouetur, si uobis placet sancti Petri apostoli memoriam honoremus, ut scribatur ab his, qui causam examinarunt, Iulio Romano episcopo, et si iudicauerit renouandum esse iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem causam esse, ut non refricentur ea quæ acta sunt, quæ decreuerit, cō firmata erunt. Si hoc omnibus placet? Synodus respondit, Placet.

Causæ episcoporũ deferendæ ad episcopũ Romanũ.

Cap.4. De episcopis depositis.

Gaudētius eps dixit: Addendum, si placet, huic sententiæ, quam plenam sanctitate protulisti, ut quum aliqs episcopus depositus fuerit, eorum episcoporũ iudicio, qui in uicinis locis cōmorantur, & proclamauerit agēdum sibi negotiũ in urbe Roma, alter eps in eius cathedra, post appellationē eius qui uidetur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio epi Romani determinata.

Ca.5. Quādo quis debeat a uicinis puinciæ episcopis ordinari.

Osius eps dixit: Si contigerit in una prouincia, in qua plurimi fuerint episcopi, unum fortè remanere episcopum, ille uerò per negligentiam noluerit ordinare episcopum, & populi conuenerint, episcopi uicinæ prouinciæ debēt illum prius cōuenire episcopū, qui in ea prouincia moratur, & ostendere, quòd populi petant sibi rectorem, & hoc iustum esse, ut & ipse ueniat, & cum ipso ordinet epm. Quòd si, conuentus literis, tacuerit, & dissimulauerit, nihilq; rescripserit, satisfaciendum esse populis, ut ueniant ex uicina prouincia episcopi, & ordinent episcopum. D. 65. c. fina.

Cap. 6. De non ordinandis episcopis per uicos.

Licentia uerò danda nō est ordinādi epm, aut in uico aliquo, aut in modica ciuitate, cui sufficit unus presbyter, quia nō est necesse ibi episcopum fieri, ne uilescat nomen epi, & auctoritas. Non debent illi ex alia prouincia inuitati facere epm, nisi aut in his ciuitatibus, quæ episcopos habuerūt, aut si qua talis, aut tā populosa est ciuitas, q̄ mereẽ habere epm. Si hoc oībus placet? Synodus respōdit, Placet.

Cap. 7. De episcopis accusatis.

Osius eps dixit: Placuit autem, ut si eps accusatus fuerit, & iudicauerint congregati epi regionis ipsius, & de gradu suo eū deiecerint, si appellauerit, qui deiectus est, & confugerit ad epm Romanæ ecclesiæ, & uoluerit se audiri, si iustum putauerit, ut renouetur iudicium, uel discussionis examen, scribere his episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia sunt, ut ipsi diligēter omnino requirāt, 11. q. 9. Siquis episcopus.

& iuxta fidem ueritatis definiant. Quòd si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit epm̃ Romanum, ut è latere suo presbyterũ mittat, erit i potestate epi, quid uelit, & qd æstimet. Et si decreuerit mittendos esse, qui præsentes cum episcopis iudicent, habentes eius auctoritatem, a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si uerò crediderit epos sufficere, ut negotio terminũ íponãt, faciet, quod sapientissimo cõsilio iudicauerit.

Cap. 8. Vt episcopi passim ad comitatum non pergant.

Osius episcopus dixit: Importunitates, & nimia frequentia, & iniustæ petitiones fecerunt, nos non tantum habere uel gratiam uel fiduciam, dum quidam nõ cessant ad comitatum ire episcopi, & maxime Aphri, qui (sicuti cognouimus, sanctissimi fratres & coepiscopi nostri) Grati salutaria cõsilia spernunt atq; cõtemnunt, ut nõ solum ad comitatum, multas & diuersas ecclesiæ non profuturas perferant causas, ut fieri solet, aut oportet, ut aut pauperibus, aut uiduis, aut pupillis subueniatur. Sed & dignitates seculares & administrationes quibusdam postulant. Hæc itaq; prauitas olim non solum murmurationes, sed & scandala excitat. Nota Honestum est autem, ut episcopi intercessionem his præstent, qui iniqua ui opprimuntur, aut si uidua affligatur, aut pupillus expolietur, si tamen isthæc nomina iustam habeant causam aut petitionem. Si uobis ergo, fratres charissimi, placet, decernite, ne episcopi ad comitatũ accedãt, nisi forte hi, qui religiosi Imperatoris literis, uel íuitati uel

uocati fuerint. Sed qm̄ sæpe cōtingit, ut ad mi sericordiam ecclesiæ cōfugiant, qui iniuria patiuntur, aut qui peccātes in exilio uel insulis damnantur, aut certè quamcunq; sententiam suscipiunt, subueniendum est his, & sine dubitatione petenda indulgentia. Hoc ergo decernite, si uobis placet. Vniuersi dixerunt: Placet, & constituatur.

Cap. 9. De diaconis ad comitatum dirigendis,

Osius ep̄s dixit: Hoc quoq; prouidentia uestra tractare debet, qui decreuistis, ne episcoporum improbitas nitatur, ut ad comitatum pergant. Quicunq; ergo (quales superius memorauimus) preces habuerint, uel acceperint, per diaconum suum mittant, quia persona ministri inuidiosa non est, & quæ impetrauerit, celerius poterit referre. Et hoc cōsequens esse uidetur, ut de qualibet prouincia episcopi ad eum fratrem, & coepiscopum nostrum preces mittant, qui in metropoli cōsistit, ut ille & diaconum eius, & supplicatiões destinet, tribuēs cōmendatitias ep̄las pari ratiōe ad fratres, & coepiscopos nostros, qui in illo tēpore in his regionibus & urbibus morantur, in quibus fœlix & beatus Augustus rempublicam gubernat. Si uerò habeat episcopus amicos ĩ palatio, qui cupit aliquid (quod tamen honestū est) impetrare, non prohibetur per diaconum suum rogare ac significare his, quos scit benignā intercessionē sibi absenti posse præstare.

Ca. 10. Quòd sit eundum ad comitatum prò pupillis & uiduis.

Si uerò Romam uenerint (sicut dictum est) sanctissimo fratri & coep̄o nostro Romanę ec

clesiæ preces, quas habent, tradant, ut & ipse prius examinet, si honestæ & iustæ sunt, & præstet diligentiam atq; sollicitudinem, ut ad comitatum perferantur. Vniuersi dixerũt, placere sibi, & honestum esse consilium.

Alipius episcopus dixit: Si propter pupillos & uiduas uel laborantes, qui causas non iniquas habẽt, susceperint peregrinationis incommoda, habebunt aliquid rationis. Nũc uerò cum ea postulent præcipuè, quæ sine inuidia hominum, & sine reprehensione esse non possunt, non necesse est ire ad comitatum.

Cap. 11. Quòd episcopi euntes ad comitatum, sollicitè discutiãt.

Gaudentius episcopus dixit: Ea, quæ salubriter præmonuistis, conuenientia & æstimatione omnium, & Deo placitura & hominibus, tenere hanc firmitatem possunt, si metus huic sententiæ coniungatur. Scimus enim & ipsi, sępissimè propter paucorũ impudentiam religiosum sacerdotale nomen fuisse reprehensum. Si igitur aliquis contra omnium sententiã nisus, uoluerit ambitioni magis placere, q̃ Deo, is debet scire, causis redditis, honorẽ, dignitatemq; se amissurũ. Quod ita demum compleri poterit, si unusquisq; nostrum, qui in Canali constitutus est, quum progredientẽ episcopum uiderit, inquirat transitũ eius, causas uideat, quò tendat, agnoscat, & si quidem eum inuenerit ire ad comitatum, requirat & illud, quod superius cõprehensum est, ne forte inuitatus est, ut ei facultas eundi permittatur. Si uerò (ut superius memorauit sanctitas uestra) propter desyderia, et ambitiones ad co

mitatum

mitatum pergat, neq; in literis eius scribatur, neq; in communionem recipiatur. Si uobis placet, omnium sententia confirmari debet. Vniuersi dixerunt, hoc honestum esse, et placere sibi hanc constitutionem.

Osius episcopus dixit: Sed & moderatio necessaria est, dilectissimi fratres, ne adhuc aliq, nescientes quid decretum sit in synodo, subito ueniant ad ciuitates eas, quæ in Canali sunt. Debet ergo episcopus ciuitatis ipsius admonere eum, & ĩstruere, & ex eo loco diaconum suum mittat. Admonitus ipse tamen redeat in parochiam suam.

Cap. 13. Vt ne ex laico quilibet episcopus ordinetur.

Osius eps dixit: Et hoc necessarium arbitror, ut diligentissime tractetis, si forte aut diues aut scholasticus de foro, aut ex administratore episcopus fuerit postulatus, ut non prius ordinetur, nisi ante & lectoris munere, & officio diaconi, aut presbyteri, fuerit pfunctus, & ita per singulos gradus (si dignus fuerit) ascendat ad culmen episcopatus. Potest enim per has promotiones, quæ habebunt utiq; prolixum tempus, probari, qua fide sit, quaue modestia, qua grauitate et uerecundia. & si dignus fuerit probatus, diuino sacerdotio illustretur, quia conueniens non est, nec ratio uel disciplina patitur, ut temere & leuiter ordinetur aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus est. Maxime cum & magister gentiũ, beatus Apostolus, ne hoc fieret denunciasse, & prohibuisse uideatur, sed hi quorum per lõgum tempus examinata sit

D. 61. Osius episcopus.

1. Timoth.

uita,& merita fuerint comprobata. Vniuersi dixerunt,placere sibi hæc.

Cap.14. Vt episcopus in alienæ prouincia non immoretur.

Osius episcopus dixit: Et hoc quoq; statuere debetis,ut episcopus,si ex alia ciuitate cum uenerit ad aliam ciuitatem, uel ex prouincia sua ad aliam prouinciam,et ambitioni magis q̃ deuotioni seruiens,uoluerit in aliena ciuitate multo tempore residere (forte enim euenit, episcopum loci non esse tam instructum,neq; tam doctum) is uerò,qui aduenit,incipiat cōtemnere eum, & frequenter facere sermonem, ut dehonestet & deformet illius personam,ita ut ex hac occasione nō dubitet relinquere adsignatam sibi ecclesiam,& transeat ad alienā. Definite ergo tempus, quia & non recipi episcopum inhumanū est, & si diutius resideat, perniciosum est,hoc ergo ne fiat,prouidēdum est. Memini autem,superiore concilio fratres nostros constituisse, ut si quis laicus in ea, in qua cōmoratur,ciuitate,tres dominicos dies, id est,per tres septimanas,non celebrasset conuentum,communione priuaretur. Si ergo hæc circa laicos constituta sunt,multo magis epō nec licet,nec decet,si nulla sit tā grauis necessitas,quæ detineat, ut amplius a supra scripto tempore absens sit ab ecclesia sua. Vniuersi dixerunt,placere sibi.

De residentia episcoporum in sua ecclesia.

Cap.15. Quòd non liceat episcopo a sua ecclesia, plus tribus hebdomadis abesse.

Osius epს dixit: Quia nihil p̄termitti oportet, sunt quidam fratres & coepiscopi nostri, qui non eam ciuitatem possident,in qua uidē

tur episcopi esse constituti, uel certè quòd par uam rem illic habeãt, alibi autem idonea prædia habere cognoscuntur, uel affectionem proximorum, quibus indulgeant, hactenus permitti eis oportet, ut accedant ad possessiones suas, & disponant, uel ordinent fructum laboris sui, ut post tres dominicos, id est, post tres hebdomadas, si morari necesse est, in suis potius fundis morentur. Aut si est proxima ciuitas, in qua est presbyter, ne sine ecclesia uideatur facere diem dominicum, illuc accedat, ut neq; res eius domesticæ p absentiam eius detrimentum sustineant, & non frequenter ueniendo ad ciuitatem, in qua eps moratur, suspitionem iactantiæ, & ambitionis euadat. Vniuersi dixerunt, placere sibi.

Cap.16. De clericorum excommunicatione.

Osius episcopus dixit: Hoc quoq; omnib9 placet, ut siue diaconus, siue presbyter, siue qs clericorum ab episcopo suo communione fuerit priuatus, & ad alterum perrexerit episcopum, & scierit ille, ad quem confugit, eum ab episcopo suo fuisse abiectum, non oportet, ut ei communionem indulgeat. Quòd si fecerit, sciat se, cõuocatis episcopis, causas esse dicturum. Vniuersi dixerunt: Hoc statutum & pacem seruabit, & concordiam custodiet.

Cap.17. De excommunicatis, apud uicinos epos audiendis.

Osius eps dixit: Quod me adhuc mouet, reticere non debeo. Si episcopus, qui forte iracundus (quod esse non debet) cito, & asperè cõmoueatur aduersus presbyterum, siue diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia 11.q.3. Si forte

uoluerit, prouidendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem is, qui abiectus est, ut episcopos finitimos interpellet, & causa eius audiatur, ac diligentius tractetur, quia non oportet ei negare audiētiam roganti. Et ille episcopus, qui aut iuste, aut iniuste eum abiecit, patienter accipiat, ut negotium discutiatur, ut uel ꝓbetur sententia eius a plurimis, uel emendet, Tamen priusquam omnia diligenter & fideliter examinentur, eum, qui fuerit a communione separatus, ante cognitionem nullus alius debet præsumere, ut eum communioni societ. Hi uero, qui conueniunt ad audiendum, si uiderint clericorum esse fastidium, & superbiā, quia iam nō decet, ut episcopus iniuriam, uel contumeliam patiatur, sæuerioribus eos uerbis castigent, ut obediant honesta præcipienti episcopo, qui sicut ille clericis syncerum exhibere debet amorem charitatis, ita quoque uicissim ministri infucata debent episcopo suo exhibere obsequia.

Cap. 18. De non sollicitandis clericis alienis.

Ianuarius episcopus dixit: Illud quoque statuat sanctitas uestra, ut nulli episcopo liceat, alterius episcopi ciuitatis ministrum ecclesiasticum sollicitare, & in suis parochijs ordinare. Vniuersi dixerunt: Placet, quia ex his contentionibus solet nasci discordia, & ideo prohibet oīum sententia, ne qs hoc facere audeat.

Cap. 19. Non licere episcopo, alterius clericum in [illegible] sua ecclesia ordinare.

Osius episcopus dixit: Et hoc uniuersi con

stituimus, ut quicunq; ex alia parochia uolue rit alienum ministrum, sine consensu episcopi ipsius, & sine uoluntate ordinare, non sit rata ordinatio eius. Quicunq; autem hoc usurpauerit, a fratribus & coepiscopis nostris & admoneri debet, & corrigi.

Cap. 20. Vt extranei clerici apud Thessalonicam non tardent.

Aetius episcopus dixit: Nō ignoratis, quanta & qualis sit Thessalonicensium ciuitas. Sæpe ad eam ueniunt ex alijs regionibus presbyteri & diaconi, & non sunt cōtenti breui tempore morari, & aut resident ibi, aut certè uix post longa spatia ad sua redire coguntur. Vniuersi dixerūt. Ea tēpora, quę cōstituta sunt circa ep̄os, & circa has p̄sonas, obseruari debēt.

Cap. 21. de suscipiendis his, qui persecutionem patiuntur.

Osius episcopus dixit: Suggerente fratre & coepiscopo nostro Olympio, etiā hoc placuit, ut si aliquis uim perpessus est, & iniquè expulsus pro disciplina & catholica confessione, uel pro defensione ueritatis, effugiens pericula, innocens & deuotus ad aliam uenerit ciuitatem, nō prohibeatur immorari, quamdiu aut redire possit, aut iniuria eius remèdiū acceperit, quia durum est, eum qui persequutionem patitur, non recipi. Etiam & larga beneuolentia, & humanitas ei est exhibenda. Omnis synodus dixit: Vniuersa quæ constituta sunt, catholica ecclesia in uniuerso orbe diffusa custodiat. Et subscripserunt, qui conuenerant, omnes ep̄i diuersarū prouinciarū, nu. 121.

Est generale concilium ex uniuersis orbis prouincijs, receptum ab uniuersali ecclesia, ut

patet. d.16.c. Quod dicitis ex Nicolao Papa. & in sexta synodo generali Constantinopoli in Trullo celebrata.

Conciliũ Hierosolymitanũ

HIEROSOLYMITANVM CONCILIUM sub eodem Iulio celebratum est per Maximum episcopum, cum Athanasius reuerteretur ad ecclesiam suam, literis Constantij Imperatoris, & Iulij Pontificis. In quo hoc tantum actum est, ut consensu omnium episcoporum restitueretur Athanasius ad communionem & pristinam dignitatem. Quæ habentur fusius histo. tripart. lib.4. cap.34.

Conciliũ Syrmieñ.

Paulo post, iussit Imperator Constantius, in Syrmio congregari concilium, in quo tradiderunt regulas fidei orthodoxas contra Arrium, in quibus interpretati sunt locum illũ, Genes.19. Pluit dominus, a domino. ut sit sensus, Non quod ipse pater a semetipso pluere dicat, sed pluit dominus filius, a domino patre. De hoc concilio habetur histo. tripart. lib. 5. cap.3. &c. Adfuit Osius episcopus Cordubeñ. ut refertur in historia prædicta.

FIDES SYRMIEN. CONCILII

Credimus in unum deum patrem, omnipotentem, creatorem, & factorem uniuersorum, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Et in unigenitum eius filium, dominum nostrum Iesum Christũ, qui ante omnia secula ex patre natus est, deum ex deo, lumen ex lumine, per quem facta sunt omnia in cœlis & in terra, uisibilia & inuisibilia, uerbũ existens, & sapientia, & lumen uerum, & uita. Qui nouissimis diebus propter nos hu-

manatus est ex sancta uirgine, & crucifixus, & mortuus, & sepultus. Et resurrexit a mortuis tertia die, & ascendit in cœlum, & sedet in dextera patris. Et uenturus est in consummatione seculi iudicare uiuos & mortuos, & reddere unicuiq; secundum opera sua, cuius imperium sine fine existens, in secula permanet infinita. Erit enim sedēs in dextera patris, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Et in spiritum sanctum paracletum, id est, cōsolatorem, quem promittens Apostolis post ascensionem ad cœlos esse mittendum, ut doceret, & commemoraret eis uniuersa, transmisit. Per quem etiam sanctificantur animæ credentium in eo ueraciter. Eos autē, qui dicunt, ex non existentibus filium, aut ex altera essentia, & non ex dei, & quia erat tempus aut seculum, quando non erat, alienos nouit sancta ecclesia. Rursus igitur dicimus:

Matth. 16.

Ioan. 14.

Si quis patrem, & filium duos deos dicit, anathema sit. 1.

Et si quis deum Christum, ante secula filium dei, ministrantē patri ad creationem uniuersorum, non confitetur, anathema sit. 2.

Si quis ingenitum, aut partum eius ex Maria natum dicere præsumit, anathema sit. 3.

Si quis secūdum præsentiam ante Mariam dixerit filium esse, & non ante secula ex patre natum, apud deum esse, & per ipsum omnia facta, anathema sit. 4.

Si quis substantiam dei dilatari, aut cōtrahi dixerit, anathema sit. 5.

Si quis dilatam substantiam dei filium di-

xerit facere, aut dilatationem eius substantiæ filium nominauerit, anathema sit. 6.

Si quis affectiuum, aut prolatiuum uerbũ dixerit dei filium, anathema sit. 7.

Si quis hominem solum dixerit filium, qui ex Maria est, anathema sit. 8.

Si quis deum, & hominẽ ex Maria dicens, deum ingenitum eundem intelligit, anathema sit. 9.

Apoc.22. Deute.32. & Esaię.41. &.44. Ioan.1.

Si quis illud, quod scriptum est, Ego deus primus, & ego postea, & præter me non est deus, cum destructionem idolorum, & deorum non existentium dictum sit, ad destructionem magis unigeniti ante secula dei, iudaicæ percipit, anathema sit. 10.

Si quis audiens, uerbum caro factum est, uerbum in carnẽ mutatũ putauerit, aut cõuersione facta, suscepisse carnẽ, anathema sit. 11.

Si quis unigenitum filium dei crucifixum audiens, corruptionem, aut passionem, aut cõuersionem, aut mutationem, aut peremptionẽ sustinuisse dicit, anathema sit. 12.

Si quis, quod scriptum est, faciamus hominem, non patrem ad filium dicere, sed ipsum ad semetipsum asserit dixisse deum, anathema sit. 13.

Gene.1.

Si quis cõtra Iacob, nõ filium, tanquam hominem luctatum esse, sed ingenitũ deum, aut patrem eius dixerit, anathema sit. 14.

Gene.32.

Si quid illud, quod scriptum est: Pluit dominus a domino, non de patre, & filio perceperit, sed & ipsum a semetipso pluere dixerit, anathema sit. Pluit.n. dñs filius, a dño pr̃e, 15.

Gene.19.

Si quis audiens dominum patrem, aut filiũ dominum, & dominum patrem, & filium, & dominus a dño dicens, duos asseruerit deos, anathema sit. Non enim coaptamus filium patri, sed subditum nouimus. Neq; enim descendit in corpus sine uoluntate patris, neq; pluit a semetipso, sed a domino, auctoritatem, uidelicet, præbente patre. Neq; sedet a dextris a semetipso, sed audit, dicente patre: Sede a dextris meis. 16.

Ibidem

Psalm. 109.

Si quis patrem, & filium, & spiritũ sanctũ, unã personam dicit, anathema sit. 17.

Si qs spiritum sanctum paracletum dicẽs, ingenitum asserit deum, anathema sit. 18.

Si quis, sicuti docuit nos, nõ alium dicit paracletum præter filium, it enim, & alium paracletum mittet uobis pater, quẽ rogabo ego, anathema sit. 19.

Si quis spiritum dicit patrem patris, aut filij, anathema sit. 20

Si quis consilio dei, tanq; unam creaturam, factũ asserit filium dei, anathema sit. 21

Si quis patrem, & filium, & spiritum sanctum tres dicit deos, anathema sit. 22.

Si quis, nolente patre, natum filium dixerit, anathema sit. Non enim inuitus, & uim passus, pater, necessitate naturali, quasi nolens, genuit filium, sed ilico, ut uoluit, etiam sine tempore, & sine passiõe ex semetipso genuit eũ. 23

Si quis ingenitum, & sine principio dicit filium, tanquam duos sine principio, et duo ingenita dicens, & duos faciẽs deos, anathema sit. Caput enim est, et principium omnium fi-

1. Cor. 11.

lius. Caput autem Christi, deus. Sic enim ad unum omniũ principium, quod est sine principio, per filium piè omnia referuntur. 24.

Rursus autem subtiliter inspicientes Christianum sensum, dicimus,

Si quis Christum deum, filium dei ante secula, ministrantem patri ad omnem creationẽ non dixerit, sed ex quo ex Maria natus est, ex eo dicit filium, & Christum esse uocatum, & initium accepisse, ut deus esset, anathema sit, sicut Samosatenus. 25.

Decreta Liberij Papæ.

Liberius papa.35.

Liberius, natione Romanus, temporibus Constantij, filij Constantini magni, sedit annos.6.menses tres. Deportatur in exilium a Constantio, eò ꝙ noluisset hæresi Arrianæ cõsentire, & fuit in exilio annos tres. Sacerdotes congregantes concilium, ordinauerunt in locum eius episcopum Felicem presbyterũ. Et fecit concilium Felix, & inuenit duos presbyteros, consentientes Constantio Arriano, nomine Vrsatium & Valentem, & damnauit eos in concilio.48.episcoporum. Post paucos autem dies zelo ducti, Vrsatius & Valens rogauerunt Constantium, ut reuocaret Liberiũ de exilio, Qui rediens habitauit in cœmeterio sanctæ Agnetis apud germanam Constantij Augusti. Reuocato Liberio, Constantius fecit concilium cum hæreticis, & eiecit Felicem de episcopatu, qui erat catholicus. Qui Felix depositus habitauit in ꝑdiolo suo uia Portueñ. ubi & requieuit in pace. Et reuocauit Liberium. Ab eo die fuit persequutio maxima in

clero,ita ut intra ecclesiam presbyteri, & clerici plures necarentur,& martyrio coronarentur. Ingressus autem Liberius in urbem Romam consensit Constantio hæretico. Propter hoc nonnulli putant, hunc episcopum Romanum fuisse hæreticum, sed hoc leue argumentum est, ut tali nota inurat̃ Pontifex Christi. Primum ea historia,quòd sen serit cum Arrianis,a multis reuocatur in dubium.

Maxima persecutio in clero.

Rationes pro Liberio q̃ nõ fuerit hæreticus.

Secundo,in epistola ad Athanasium, & episcopos Aegypti in Aleyandrina synodo congregatos,insectatur Arrianos, & gratulatur, quòd episcopi Aegyptiorum permaneant in fide synodi Nicænę.

Tertio,extat alia epistola unicé catholica ad uniuersos episcopos, in qua cum eruditioné & pietate exhortatur,ut nullus propter persequutiones,suam relinquat ecclesiã, nec quietem magis eligat,q̃ pro populo sibi commisso laborare intendat. Hęc non cohęrent cum priori opinione.

Sub hoc tempore emersit in Antiochia Syriæ alter hæresiarches,cognomento Aetius.i. sine Deo.Is enim eadẽ, quę Arrius, sapiebat, sed ab Arrianis segregabat.Is nihil solidæ eruditionis habebat,sed uenientes ad se disputationibus sophisticis eludebat.Qui tunc Aetiani,nunc Eunomiani uocantur, quoniam Eunomius notarius eius,eruditus ab illo æditionem eius hæreticam diuulgauit. Habes hęc latius tripar.histo.lib.5.cap.13.& infra.

Aetius hæresiarches suscitatur.

Hac tempestate fecerunt concilium hæretici Antiochiæ contra Athanasium, & alios ca-

tholicos. Fuit concilium prophanum, non catholicum.

Conciliũ prophanũ in Nicæa Thraciæ.

Sub eodem Liberio Vrſatius, & Valens hæretici fecere concilium in Nicęa ciuitate Thraciæ. Vbi ſtatuentes ſua dogmata, diuulgabant illam eſſe fidem, quæ ab uniuerſali cõcilio dictata eſſet, & ædita Niceæ, ut ſimilitudine nominis Nicænæ urbis ſimpliciores hac ſubreptione deciperentur. Putabant enim, in Nicęa Bithyniæ eſſe dictatam fidem, ſed nihil profuit eis tale commentum. Paulo poſt nãq; cõfuſi, ac deriſi ſunt.

Extat epiſtola Athanaſii, & Aegyptiorum epiſcoporum ad Liberium de oppreſſionib⁹ Arrianorum, miſſa ex concilio Alexandrino. Valde tunc opprimebantur epiſcopi, maximè apud Orientem.

Primũ decretũ Liberij Papæ.

Extant decreta eiuſdem Liberij. Primum, in diebus ieiuniorum nullæ lites, nullæ contentiones eſſe debent, ſed in dei laudibus, & opere neceſſario perſiſtendum. Arguit enim eos, qui contentiones & lites quadrageſimæ tempore faciunt, & qui debita a debitoribus exiguunt, ut dominus per prophetam Eſa. 58. Ecce in dieb⁹ ieiunij ur̃i &c. & debitores ueſtros repetitis, ecce ad lites et cõtẽtiones ieiunatis.

Secundum.

Secundum, abſtinendum eſt in his 40. diebus ſacratiſſimis a coniugibus, & caſtè & piè uiuendum, ut ſanctificato corde & corpore, iſti dies tranſigantur, donec perueniatur ad diem ſanctum Paſchæ, quia pœnè nihil ualet ieiunium, quod coniugali opere polluitur, & ꝙ orõnes, uigiliç & eleemoſynç nõ cõmẽdãt.

Tertium, si euenerit fames, inæqualitas aeris pestilẽtie, uel talis qualiscunq; tribulatio, statim ieiunijs, eleemosynis, & obsecrationibus, domini misericordia deprecetur. Tertium

Decreta Felicis secundi Papæ.

Felix secundus Papa, natione Romanus, sedit annum. 1. menses tres. Hic declarauit Constantium, filium Constantini hæreticum, & secundò rebaptizatum ab Eusebio Nicomediẽsi. Et pro hac declaratione ab eodem Constantio martyrio coronatur, & capite truncatur. Papa. 36. sub Petro. Felix Pon. 36.

Extat epistola eius una ad Athanasium, & alios episcopos Aegypti, in Alexandrina synodo cõgregatos, distincta per. 21. capitula.

CONCILIVM LAODICENVM in fine Liberij Papæ celebratum. Prouinciale, sed cõfirmatum in sexta synodo generali, quæ in Trullo celebrata est, pręsente Constantino. Cõciliũ Laodicense.

Congregatum est dictum cõcilium in Laodicea circa annum dñi. 364. sub Papæ Liberij finalibus annis. De eodem autem concilio legitur in decretis. d. 16. c. Sexta synodus Laodicen. in qua patres. 22. statuerunt canones. 59. quorũ auctor maxime Theodosi⁹ ep̃s extitit.

Sancta synodus, quæ apud Laodiceã Phrygiæ Pacatianæ cõuenit ex diuersis prouincijs Asiæ, regulas exposuit ecclesiasticas, sicut infrascriptum est.

Cap. 1. De bigamis.

De eo, quòd oportet secundum ecclesiasticum canonem eos, qui libere & legitimè, se-

cundis nuptijs iuncti sunt, nec occultam permixtionē operati sunt, pauco tempore exempto, uacare orationib⁹, & ieiunijs, & secundū ueniam reddi eis communionem.

Cap.2. De his, qui peccatorum lapsus incurrunt.

26.q.7.His q. His, qui diuersorꝫ peccatorꝫ lapsus incurrunt, & oratione, & confessione, ac pœnitētia malorum suorum perfectam conuersionē demonstrant; pro qualitate peccati pœnitentiæ tempus attribuendum est, propter misericordiam & bonitatem dei. Qui ergo huiusmodi sunt, reuocandi & ad cōionē sunt applicandi.

Cap.3. De Neophytis.

Non oportet, neophytum promoueri ad ordinem sacerdotalem.

Cap.4. Quod non liceat coram cathecumenis clericos fieri.

Non licere manus impositionem super ordinandos, præsentibus catechumenis, fieri.

Cap.5. Vt hi, qui in sacrario seruiunt, usuras non exigant.

D.46. Non licet. Non licere, fœnerare ministris altaris, uel in sacerdotali ordine constitutis, uel usuras, uel lucra, quæ sexcupla dicuntur, accipere.

Cap.6. De hæreticis intrantibus in ecclesiam.

Non concedendum hęreticis ingressum domus dei, in hæresi permanentibus.

Cap.7. De Nouatianis, & Quartodecimanis.

Nouatianos, uel etiam Quartodecimanos, quos Græci Tessarescędecatites appellant. i. qui quartadecima luna primi mensis cum Iudæis Pascha celebrant, sed & catechumenos eorum fideles non recipi, priusq̃ condemnent omnem hæresim, in qua detinebantur. Plenissime autem ante omnia,, & nūc, qui apud eos

fideles dicuntur, ſymbolum fidei doceantur, atq; ita, unctos etiam ſancto chriſmate, diuino ſacramento communicare conuenit.

Cap. 8. De Cataphrygis ad eccleſiam uenientibus.

Eos, qui conuertuntur ab hæreſi, quæ dicitur Cataphrygarum, qui ſe in clero conſtitutos exiſtimant, quamuis magni dicantur, huiuſmodi cũ omni diligentia catechizari oportet, & baptizari ab eccleſiæ catholicæ epiſcopis, & presbyteris.

Cap. 9. De his, qui ad hæreticorum ſpeluncas cauſa orationis accedunt.

Non concedendum, in cœmeteria, uel quæ martyria hæreticorum dicuntur, catholicos orationis gratia & petendæ curationis intrare. Sed, & qui ierint, ſi ſunt fideles, incommunicabiles factos ad pœnitentiam, uſq; ad aliquod tempus redigi. Pœnitẽtes autem eos, & erraſſe ſe confitentes, ſuſcipi oportere.

Ca. 10. De his, qui cum hæreticis nuptiarum copula iungũtur.

Eos, qui ad eccleſiam pertinent, indifferenter filios proprios hæreticorum nuptijs minimè ſociare debere.

Cap. 11. Non congruere presbyteras ordinare.

Mulieres, quæ apud græcos presbyteræ appellantur, apud nos, uiduæ ſeniores, uniuiræ, matricuriæ appellantur, in eccleſia tanq; ordinatas conſtitui non debere. **D. 32. Mulieres quæ.**

Cap. 12. De epiſcopalibus ordinationibus.

Epiſcopum non oportet, præter iudicium metropolitanorũ & finitimorũ epiſcoporũ, conſtitui ad eccleſiæ principatum. Nec eligantur niſi hi, quos multo ante nota, probabiliſq; ui- **D. 61. Epiſcopum.**

ta commendat. Et nihilominus, si in sermone fidei, & recta operatione per suam conuersationem fuerint probati.

Cap.13. Iudicio multitudinis ordinationes fieri non debere.

D. 61. Non est permittendū. De eo, quod non sit populis concedendum electionem facere eorum, qui altaris ministerio sunt applicandi.

Cap.14. Ad alias parochias, Eulogias minimè destinandas.

Sanctas oblationes, ad uicem eulogiarum, per festiuitatem Paschalem ad alias parochias mitti, minimè oportere.

Cap.15. De psalmistis.

Non licere, præter canonicos psaltes.i. qui regulariter cantores existunt, quiq; pulpitum ascendunt, & de codice legunt, alium quemlibet in ecclesia psallere.

Cap.16. Vt sanctum euangelium sabbatis legatur.

Sabbatis euangelia cum aliјs scripturis legenda esse censemus

Cap.17. Psalmos sparsim non licere confundi.

In processionibus non connectere.i. ex diuersis uersibus & sensibus libri unum canticum minimè cōiungere, sed singulorum psalmorum ordinabiliter debere fieri lectionem.

Cap.18. De orationibus quotidianis.

De eo, quod semper supplicationes orationum, & ad horam nonam, & uesperam oportet celebrari.

Cap.19. De ordine orationum catechumenorum, atq; fidelium.

Quoniam catechumeno orationem separatim, & prius prostratis eis, episcopum oportet celebrare. Quibus egressis, orent etiam hi, qui in pœnitentia sunt constituti. Et post ma-

nus impositionem, his quoq; ascendentibus, tunc fideles orare debebunt. Quorum tres orationes fiant, una quidem .i. prima, per silentiũ, secunda uerò & tertia per uocis pronũciationem, & tunc demum osculum pacis dari debere. Et posteaq; presbyteri episcopo pacem dederint, tunc etiam laicos dare, & tunc oblatio offeratur. Solis autem ministris altaris liceat ingredi ad altare, & ibidem cõmunicare.

Cap. 20. De disciplina, atq; modestia clericorum.

Quoniam nõ oportet, diaconum sedere ante presbyterum, sed ex iussione presbyteri sedeat. Similiter autem honorificetur & diaconus a ministris inferioribus, & oĩbus clericis. D. 93. Non oportet.

Cap. 21. De ministerio subdiaconorum.

Quoniam non oportet, subdiaconos licentiam habere in secretarium, siue sacrarium (qđ Græci diaconicon appellant) ingredi & contingere uasa dominica. D. 23. Non oportet.

Cap. 22. De ministris, ut orario non utantur.

Ministrum, nõ oportet orario uti, nec ostia derelinquere. D. 23. Ministrum.

Cap. 23. Non debere lectores cum orariis suum officium agere.

Quoniam non oportet, lectores aut psalmistas orarijs uti, & sic legere aut psallere.

Cap. 24. Quòd nullus ecclesiasticorum in tabernis comedere debeat.

Quoniam non oportet, clericos seruientes, a presbyteris usq; ad diaconos, et deinceps ordinis ecclesiastici oẽs usq; ad ministros, aut lectores, aut psalmistas, aut exorcistas, aut ostiarios, aut etiam eos, qui in proposito continentiæ sunt, tabernas intrare. D. 44. Non oportet.

Cap.25.Quòd non liceat ministris, panem dare, aut calicem benedicere.

D.93. Non oportet. Non oportet, diaconum panem dare, nec calicem benedicere.

Cap.26.De exorcistis.

D.69. Nõ oportet. Non oportet, exorcizare eos,q necdum ab ẽpis sũt,puecti,neq; ĩ eccl'iis neq; ĩtra domos.

Cap.27.Non debere clericos uel laicos ad Agapen uocatos, partes tollere.

D.42. Nõ oportet. Non oportet,ministros altaris, uel quoslibet clericos aut laicos ad Agapẽ uocatos,partes tollere propter iniuriam,quæ ex hac occasione ecclesiast.ordini possit deputari.

Cap.28. In ecclesiis prandia fieri non debere.

D. 42. Nõ oportet in basilicis. Nõ oportet in basilicis, seu ecclesiis Agapẽ facere,& ĩtus mãducare,uel accubit⁹ sternere.

Cap.29.Non debere Christianos sabbatizare.

Non oportet Christianos iudaizare, & in sabbato uacare, sed operari eos in eadem die, dominicam prẹponendo eidem diei.Si hoc eis placet,uacent tanq̃ Christians.Quòd si inuenti fuerint iudaizare,anathema sint.

Cap.30.De uiris cum mulieribus lauacra celebrantibus.

D.81. Non oportet. Quoniam non oportet, ministros altaris, uel etiam clericos quoslibet, aut continentes se, aut omnem omnino Christianum cũ mulieribus lauacra habere communia. Est enim apud Gentiles prima reprehensio.

Cap.31. De cauendis hæreticorum connubiis.

Quoniam non oportet,cum hæreticis com miscere conubia,et uel filios & filias dare,sed potius accipere, si tamen profiteantur, Christianos se futuros esse,& catholicos.

Cap.32.Ab hæreticis eulogias accipere non debere.

Non oportet,hæreticorum benedictiones accipere,quàm maledictiones magis sunt,quàm benedictiones. I.4.I. Non oportet.

Cap.33.De schismaticis.

Non oportet,cum hæreticis uel schismaticis orare.

Cap.34.De martyribus hæreticorum.

Non oportet omnino,Christianum, derelictis martyribus Christi,abire ad falsos martyres.Hi enim alieni a Deo sunt. Quicunque autem abire uoluerint, anathema sint.

Cap.35.De his,qui angulos colunt.

Nõ oportet,Christianos,derelicta ecclesia, abire,& ad angulos idololatriæ abominandæ congregationes facere, quæ omnia interdicta sunt.Quicunque autem inuentus fuerit, occultæ huic idololatriæ uacans,anathema sit, quoniam derelinquens dominum nostrum Iesum Christum,filium Dei,accessit ad idola.

Cap.36.De his,qui incantationibus utuntur.

Quoniam non oportet, ministros altaris, aut clericos magos, & incantatores esse, aut facere,quæ dicuntur philacteria,quæ sunt magna obligamẽta animarum.Hos autẽ,qui in talibus reb⁹ utunt̃, proijci ab ecclesia iussimus. 26.q.5.Nõ oportet.

Cap.37.De his,qui ab hæreticis dona feriatica suscipiunt.

Quoniam non oportet a Iudæis, uel hæreticis feriatica,quæ mittuntur,accipere,nec cùm eis dies agere feriatos.

Cap.38.De Christianis,qui Iudæorum azyma comedunt.

Non oportet,a Iudæis azyma accipere,aut communicare impietatibus eorum.

Cap.39.Non licere cum Paganis festa celebrare.

Non oportet, cum Paganis festa celebrare,

& impietatis eorum habere societatem.

Cap.40. Episcopos ad synodum uocatos, nõ debere contemnere.

D.18. Non oportet.

Non oportet, uocatos episcopos ad synodum contemnere, sed abire debere, & aut docere aut doceri, quæ sunt ad ecclesiæ, cæterorumq; correctionem utilia. Qd' si contempserit, seipsum uidetur accusasse, nisi fortè pro infirmitate ire non possit.

Cap.41. Non debere clericum sine epistolis peregrinari.

De consecra. d.5. Nõ oportet.

Non oportet, ministrum altaris, uel etiam laicum sinè canonicis literis, id est, formata alicubi proficisci.

Cap.42. Nullum clericum debere sine episcopi sui iussione peregrinari.

Non oportet, ministrum altaris uel quem libet clericum prçter iussionem episcopi ad peregrinandum proficisci.

Cap.43. Vt subdiaconi ad ostia perseuerent.

Non oportet, ministros .i. ostiarios, uel breui tẽpore ab ostijs decesse, & orationi uacare.

Cap.44. Vt ad sacrarium mulieres non introeant.

Non oportet, mulieres ingredi ad altare.

Cap.45. De his, qui circa mediam septimanam ad baptisma ueniunt.

De consecra. d.4. Baptizãdos.

Non oportet, post duas hebdomadas quadragesimæ quemq; ad baptismum suscipi.

Cap.46. De redditione fidei baptizandorum.

Baptizandos oportet fidei symbolum discere, & quinta feria ultimę septimanæ uel episcopo, uel presbytero reddere.

Cap.47. De his, qui in ægritudine baptizantur.

Qui in ægritudine constituti, baptismum perceperũt, facti sani fidei symbolum docean

tur, ut nouerint, qua donatione digni sunt habiti.

Cap.48. Vt post baptisma Chrisma detur.

Oportet, baptizatos post baptismum sacratissimum chrisma percipere, & cœlestis regni participes fieri.

Cap.49. Oblationes offerri in quadragesima non oportere.

Non oportet, in quadragesima panem offerri, nisi sabbato & dominica tantum.

Cap.50. Non licere, quinta feria septimanæ maioris ieiunium solui.

Non oportet, in quadragesimæ quinta feria ultimæ hebdomadæ ieiunium dissolui, & totam quadragesimam inhonorari, sed per totos hos dies ieiunare, & escis, abstinentiæ cōuenientibus. i. aridioribus uti. De consecra. d.3. Nō oportet.

Cap.51. Non debere in diebus ieiuniorum commemorationes martyrum fieri.

Non oportet, in quadragesima martyrum natalitia celebrari, sed eorum in sabbato, & dominica tantum memoriam fieri. 33.q.4. Non licet.

Cap.52. Non licere, nuptias fieri in quadragesima.

Nō oportet in quadragesima, aut nuptias, uel quælibet natalitia celebrare. 33.q.4. Nō oportet.

Cap.53. Vt in Christianorum non saltetur nuptijs.

Non oportet, Christianos ad nuptias euntes, uel balare uel saltare, sed castè cœnare uel prandere, sicut competit Christianis.

Cap.54. Non licere clericis, ludicris spectaculis interesse.

Non oportet, ministros altaris, uel quoslibet clericos spectaculis aliquibus, quæ aut in nuptijs, aut in scœnis exhibentur, interesse, sed antequā Thymelici ingrediātur, surgere eos de conuiuio, & abire debere. De consecra. d.5. Nō oportet.

Cap.55. Non cõgruere Christianis commessationibus interesse.

D.44. Nõ oportet.

Non oportet, ministros altaris uel quoslibet clericos, uel etiam laicos Christianos ex symbolis (quæ uulgus commissalia appellãt) conuiuia celebrare.

Cap.56. Non licere presbyteris, ante ingressum episcopi introire ad altare.

D.95. Non oportet.

Non oportet, presbyteros ante ingressum ep̃i ingredi ecclesiam, & sedere in tribunalib9, sed cũ ep̃o ingredi, nisi fortè aut ægrotet ep̃s, aut ĩ pegrinationis cõmodo, eum abesse cõstiterit. *Ca.57. Qui in agris uel possessionibus debeãt ordinari.*

D.80. Nõ debere.

Non debere, in uillis & uicis, episcopos ordinari, sed uisitatores. i. qui circũeant, cõstitui. His autem, q ante hoc ordinati sunt, nihil agere censemus, sine cõscientia ep̃i ciuitatis. Similiter etiã p̃sbyteri nihil sinè p̃cepto, & cõcilio ep̃i agãt. *Ca.58. Oblationes offerri in domibus nõ oportere.*

Nõ oportet, in domibus oblationes ab episcopis, siue presbyteris fieri.

Cap.59. Quæ psallere, uel legere in ecclesia conueniat.

Non oportet, ab idiotis Psalmos compositos, & uulgares in ecclesiis dici, neq; libros, q sunt extra canonem legere, nisi solos canonicos, noui & ueteris testamẽti. Quæ autẽ oporteat legi, & in auctoritatem recipi, hæc sunt:

Libri canonici in ecclesia Dei.

Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu naue, Iudicũ, Ruth, Regnorum libri.4. Paralipomenon libri.2. Esdræ, Liber Psalmorũ numero.150. Prouerbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica cãticorũ, Iob, Hester, 12. Prophetarũ libri, id est, Osee, & Amos, Iohel, Abdias, Ionas, Michæas, Naum, Abacuc,

Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Noui testamenti, idest, euãgelium secũdum Matthęũ, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Ioannem, Actus Apostolorũ; Canonicæ epistolæ. 7. Iacobi una, Petri. 2. Ioannis. 3. Iudę una, Ep̃le Pauli apostoli; numero. 14. ad Romanos, ad Corinthios. 2. ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippẽses una, ad Colossenses una, ad Thessalonicẽses duæ, ad Timotheum duæ, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos.

Decreta Damasi. 1. Papæ.

Damasus, natione Hispanus, sedit ann. 18. menses. 3. dies. 11. temporibus Iuliani. Hic constituit, ut Psalmi die, noctuq; canerent per oẽs ecclesias. Hoc p̃cepit ep̃is, presbyteris, & monasterijs. Habes de eo, hist. ecclesiast. lib. 11. c. 10. & de seditione facta contra illum per Vrsinum eiusdem ecclesiæ diaconum. Qui uoluit fieri ep̃s, collecta turbulẽtorũ & seditiosorũ hominum manu. Ex quo facto tanta bella coorta sunt, alterutrum descendentibus populis, ut replerentur humano sanguine orationum loca, sed post eiectus est Vrsinus ab urbe. Damasus Pon. 17. Hic chorum instituit.

Damasus uitas Pontificum, q ante se fuere conscripsit. Primus etiam Hieronymi scriptis auctoritatem dedit, cum prius, 70. ĩterpretum scripta tantummodo in pretio essent.

Extat epistola Damasi ad Paulinum Antiochenum ep̃m: per quam instruit illum in duobus. Primum, q integrum hominem susceperit Christus sine peccato. Secundum, q unus sit Christus, ante secula ex patre natus, & in

tempore ex uirgine æditus.

Extat eiusdem professio quædam fidei catholicę, ad eundem Paulinum sub hac forma.

Professio fidei.

Anathematizamus omnes, qui non tota libertate proclamãt, spiritum sanctum cum patre, & filio unius potestatis esse, atq; substantiæ. Anathematizamus quoq; eos, q Sabellij sequuntur errorem: eundem dicentes patrem esse, quem & filium. Anathematizamus Arrium, atq; Eunomium, q pari impietate (licet sermone dissimili) filium, et spiritum sanctum asserunt esse creaturas. Anathematizamus Macedonianos, q de Arrij stirpe uenientes, nõ perfidiã mutauerunt, sed nomẽ. Anathematizamus Photinum, qui Hebionis hęresim instaurat, qui dñm Iesum Christum tantum ex Maria uirgine confitetur. Anathematizam9 eos, qui duos filios asserunt, unum ante secula, & alterũ post assumptionem carnis ex uirgine. Anathematizamus eos, qui pro hominis anima rationali & intelligibili dicunt, Dei uerbum in humana carne uersatum, cum ipse filius sit uerbum Dei, & non pro anima rationali & ĩtelligibili in suo corpore fuerit, sed nostram, id est, rationalem, & intelligibilem sine peccato animam susceperit, atq; saluauerit. Anathematizamus eos, qui uerbum Dei filiũ extensione, aut collectione, & a patre separatũ in substãtiuũ, & sinẽ habiturũ esse cõtendunt.

Error Sabellij.

Error Arrij.

Error Macedonianorum.

Error Photini.

Extat epistola eiusdem ad Stephanũ archiepiscopum: & ad tria concilia Aphricæ, q episcoporum iudicia, & maiores causæ non nisi auctoritate sedis Apostolicę sunt terminandę.

Extat epiſtola.4.Damaſi,qua interrogatus de Chorepiſcopis, an aliquid eſſent in eccleſia, uel nihil: & quam haberent in eccleſia auctoritatem, Reſpondit, Eos nihil eſſe in eccleſia, nec aliquam habere auctoritatem, ſed eorum institutionẽ improbam, & nimis prauã, atque ſacris canonibus contrariã, atque ad totius eccleſiæ perturbationem. Ideo definiuit, uanum eſſe & innane, quicquid in prædicto ſacerdotij ſũmi egerunt miniſterio, hiſceque de cauſis prohibitos eſſe, & a ſacra ſede & a totius orbis epis.

In concilio Neocæſarieñ. c.13.& in concilio Antiocheno ca.10.

Fuerunt in eccleſia primitiua quidam uocati Chorepiſcopi, uiſi tunc neceſſarij propter ſtudium, quod erga pauperes exigebant, qui cum ex conſecratione ſua nihil eſſent, quàm presbyteri, tentarunt exercere miniſteria epiſcopalia, conſecrare ſubdiaconos, & diaconos, & uirgines, erigere altaria, ungere, & ſacrare, & eccleſias dedicare, quæ ſunt propria miniſteria epiſcoporum. Hos damnauit eccleſia, & reiecit ab eo gradu, ad quem ambitione ſua aſcenderãt: tantum cõceſſit eis, ut inter ſacerdotes locum haberent, & miniſterio presbyterorum eſſent cõtenti. Quoniam eccleſia non nouit inter diſcipulos Domini, niſi duos ordines, ſcilicet, duodecim Apoſtolorum, et.70. Diſcipulorum, unde iſte tertius, proceſſerit, funditus ignoramus. De his. d. 78. Chorepiſcopi tam ab hac &c.

De Chorepis.

In eadem epiſtola contra epõs, qui propter ſuam quietem Chorepiſcopis plebes ſuas cõmittere non formidabant: quos in hunc modum damnat. Primum, quod curã ſibi a Deo cõmiſſam negligãt, cum dominus dicat: Bonus

De reſidentia epiſcoporum.

Ioan.10.

pastor animam suam ponit pro ouibus suis, mercenarius autem uidit lupũ uenientem, & dimittit oues, & fugit &c. Secundo, illi epĩ, q̃ talia sibi præsumunt, uidenť (ait) mihi esse meretricibus similes, q̃ statim, ut pariunt, ĩfantes suos aliis nutricibus tradunt educandos, ut suam citius libidinẽ explere ualeãt. Sic et isti, infantes suos, id est, populos sibi commissos aliis educandos tradunt, ut suas libidines expleant, id est, pro suo libitu secularibus curis inhient, & quod unicuiq; uisum fuerit, liberi⁹ agant. Pro talibus enim animæ negliguntur, oues pereunt, morbi crescunt, hæreses & schismata prodeunt, ecclesiæ destruuntur, sacerdotes uitiantur: & reliqua mala proueniunt. Nõ taliter Dominus docuit, nec Apostoli instituerunt, sed ipsi, qui curam suscipiunt, ipsi peragant, & ipsi proprios manipulos dño repræsentent. Nam ipse ouem perditam diligenter quæsiuit, ipse inuenit, ipse propriis humeris reportauit: nosq; id ipsum facere perdocuit. Si ipse pro ouibus tantam curam habuit, quid nos miseri dicturi sumus, qui etiam pro ouibus nobis cõmissis curam impendere negligimus, & aliis eas educandas tradimus? Corrigantur hæc (fratres) necesse est, quia qui plus laborat, maiorem mercedem accipiet.

Nota desidiã episcoporum.

Lucæ. 15.

Tertio, audiãt, quid beatus Iacob, qui pro uxoribus diu seruierat, dixerat socero suo. Viginti annis fui tecum, oues tuæ & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui nõ comedi, nec captum a bestia ostẽdi tibi: ego damnum omne reddebam, & quicquid furto perierat, a

Gene. 31.

me exigebas: die noctuq́; æstu urgebar & gelu, fugiebat somnus ab oculis meis. Si ergo sic laborat, & uigilat, qui pascit oues Labã, quãto labori, quantisq́; uigilijs debet intendere, q pascit oues Dei? Sed in his omnibus ipse nos instruat, q pro suis ouibus dedit animã &c. Ioan. 10.

Idem Damasus in epistola quinta notat, ꝙ in concilio Romano per episcopos. 90. ex Italia & Gallia congregatos celebrato, professi sunt eandem fidem, quam tradiderant patres in concilio Nicæno: & damnarunt, quod in concilio quodam Ariminensi tradiderant episcopi quidam hæretici, ibi congregati.

CONCILIVM CONSTANTINOpolitanum centum quinquaginta patrũ, contra Macedonium episcopum Constantinopolitanum, qui negabat, spiritum sanctum Deũ esse. Celebratum tẽporibus Gratiani, & Theodosii principum, Damasi papæ, & Cyrilli Hierosolymitani. Est unum ex quatuor principalibus cõcilijs, & quidem proximum post Nicænum. Statuerũt aliquos canones. Editum est & symbolum fidei, in nullo diuersum ab eo, quod nunc publicè canitur in ecclesia: nisi ꝙ tantum dixerint, spiritum sanctum ex patre procedentem, subpressa persona filij. Subscripserunt. 150. episcopi, qui in eodem concilio conuenerunt. Conciliũ Cõstantinopolitanum.

Can. 1. Vt ea, quæ apud Nicæã statuta sũt, immota pmaneãt.

Custodiendam esse fidem. 318. patrum, qui apud Nicæam Bithyniæ conuenerunt, ad anathematizandam omnem hæresim, specialiter Canones concilij Constantinopolitani.

Eunomianorum & Arrianorum, & Macedonianorum, & Photinianorum, & Apollinianorum.

Can. 2. Vt episcopi suam diœcesim gubernent, nec ad alias accedant.

9. q. 2. Epi q extra diœ.

Episcopi, qui extra diœcesim sunt, ad ecclesias, quæ extra terminos earum sunt, non accedant, neq; confundant, & permisceant ecclesias secundum regulas constitutas. Alexādriæ quidem episcopi solius Oriētis curam gerāt, seruatis honoribus primatus ecclesiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicænæ synodi continētur. Sed & Asianæ diœcesis episcopi ea, q̄ sunt in Asia, & quæ in Asianam tantummodo diœcesim pertinent, gubernent. Ponti autem episcopi, Ponticæ tantum diœcesim habeant curā. Thraciæ uerò, ipsius tantūmodo Thraciæ.

Can. 3. Non inuitatos episcopos, ultra diœcesim propriam accedere, non debere.

9. q. 2. Nō inuitati ēpi.

Non inuitati episcopi, ultra diœcesim accedere non debent, super ordinandis aliquibus, uel quibuscunq; disponēdis ecclesiasticis causis, seruata regula, quæ superscripta est, de unaquaq; diœcesi. Manifestum nāq; est, q per singulas quasq; prouincias, prouincialis synodus administrare, & gubernare oīa debeat, secundum ea, quæ sunt in Nicæa definita.

Nicænæ synodi cap. 5.

Can. 4. De ecclesiis Barbaricis positis.

Ecclesias autem Dei, quæ sunt in Barbaricis gentibus cōstitutæ, regere atq; administrare oportet, secundum consuetudinem, quam a patribus obtinuisse dinoscitur.

Can. 5. De honore Constantinopolitani episcopi.

Constantinopolitanæ ciuitatis ēpm habere

oportet primatus honorem post Romanum epm,propter quod sit noua Roma.

D.22.Constātinopolitanæ ciuitatis.

Can.6.De Maximo Cynico philosopho.

De Maximo Cynico,& eius inordinata cōstitutione,quæ Constantinopoli facta est,placuit,neq; Maximū epm esse,nec eos,q ab ipso ī quolibet gradu clerici sunt ordinati, cum omnia,quæ ab eodem perpetrata sunt,in irritum deducta esse uideantur.

Can.7.De fide symboli apud Constantinopolim constituti.

Symbolū Cōstantinopolitanum.

Credimus in unum Deum patrem omnipotentem,factorem cœli & terræ,uisibilium omnium, & inuisibilium cōditorem.Et in unum dominum Iesum Christum,filium Dei unigenitum,ex patre natum ante oīa secula , Deum ex Deo,lumen ex lumine, Deum uerū,ex Deo uero.Natum,non factum , Homousion patri, hoc est,eiusdem cum patre substātiæ, per quē omnia facta sunt,quæ in cœlo , & quæ in terra.Qui propter nos homines , & propter nostram salutem,descendit de cœlis, & incarnatus est de spiritu sancto ex Maria uirgine. Homo factus,passus est sub pontio Pilato, ac sepultus,& tertia die resurrexit. Ascendit in cœlos,sedet ad dexterā patris , inde uenturus est cum gloria,iudicare uiuos,& mortuos,cuius regni non erit finis.Credimus in spiritum sanctum dominum,& uiuificatorem,ex patre,pcedentem , cum patre & filio adorandum & cōglorificandum, cui locutus est per Prophetas.Et unam catholicam & apostolicam ecclesiam.Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum . Expectamus resurrectionē

mortuorum,& uitam futuri seculi, Amen.

Hæc in synodo Constantinopo. generali.

Conciliũ Valentinum.

CONCILIVM VALENTINVM prouinciale sub Damaso . 1. Papa celebrato. Conuenerũt.30.epi, Era.413. sub Gratiano & Valentiniano Imperatoribus. Ediderunt canones.4.ex quibus subticuimus primum & subiecimus tres sequentes, quorum tenor est:

Canon.2.De puellis, quæ se Deo uouerunt.

De puellis uerò, quæ se Deo uouerunt, & præclari nominis decore floruerunt, si ad terrenas nuptias sponte transierint, id custodiendum esse decreuimus, ut pœnitentia his nõ statim detur, & cum data fuerit, nisi plenè satisfecerint Deo, inquantum ratio poposcerit, eisdem communio differatur.

Cap.3.De his, qui post sanctum lauacrum sacrificijs dæmonum se polluerunt.

Circa eorum uerò psonas, qui se post unũ, & sanctum lauacrũ, uel prophanis sacrificijs dæmonum, uel incœsta lauatione polluerunt, eam censuræ formam duximus esse seruandã, ut his, iuxta synodum Nicænam, satisfactiõis quidem aditus non negetur, ne infœlicibus lachrymis, uel solatij ianua desperatione claudatur, acturi uerò pœnitẽtiam usq; in diem mortis, non sine spe tamen remissionis, quam ab eo plenè sperare debebũt, qui eius largitatem & solus obtinet, & tamen diues misericordia est, ut nemo desperet. Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione uiuorum.

Nicænæ synodi.cap.11.

Cap.4. Vt sacerdos deponatur, si de se crimen confitetur.

Nec illud,fratres, ſcribere alienum ab eccleſiæ utilitate cenſuimus, ut ſciretis,quicunque ſub ordinatione uel diaconatus, uel presbyterij, uel epiſcopatus mortali crimine dixerint ſe eſſe pollutos, a ſupradictis ordinationibus ſubmouendos,reos,ſcilicet, uel ueri confeſſione,uel mendacio falſitatis, Neq; enim abſolui poteſt is, qui in ſeipſum dixerit,quod dictum in alios puniretur,cum omnis, qui ſibi fuerit mortis cauſa,maior homicida eſt.Diuina pietas uos in æternũ cuſtodiat, dilectiſſimi frẽs.

Explicit concilium Valentinum Galliæ.

Decreta Siritij Papæ.

Siritius,natione Romanus, ſedit annos.15. mēſes. 11. dies.25. fuit temporibus Valentiniani, & Valentis Auguſtorum. Huius temporibus fuit Hilarius urbis Pictauorum epiſcopus,qui contra Arrianos duodecim libros ſcripſit.Iſidorus tunc in precio erat. Siritius Pq.38

Extat epiſtola Siritij Papæ prima, ad Himerium Tarraconeñ.epiſcopum,quæ ſic incipit. Siritius Himerio Tarraconeñ.epõ ſalutẽ.&c. Eſtq́; diſtributa in.15.capita,quorum argumẽta placuit hoc loco referre.

Tituli capitulorum primæ epiſtolæ Siritij Papæ.

De Arrianis non rebaptizandis. 1.

Vt prꝺter quod in Paſcha,& Pentecoſte,baptiſmus non celebretur. 2.

De apoſtatis ab eccleſia ſeparandis. 3.

Quòd non liceat, alterius ſponſam in matrimonij iura ſortiri. 4.

De his,qui acceptam pœnitentiam minimè ſeruauerunt. 5.

De monachis, & uirginibus propoſitum

non seruantibus. 6.

De clericis, uel ministris incõtinentibus. 7.

Quales debeãt ad clericatus officium peruenire. 8.

De clericorum conuersatione. 9.

De his, qui grandæui ad sacram militiam conuertuntur. 10.

De clericis, qui ad secundas nuptias transeunt, ut deponantur. 11.

Quę fœminę cũ clericis debeãt habitare. 12.

De monachorũ promotione ad clerum. 13.

Quòd pœnitens non fiat clericus. 14.

De pœnitentibus, uel bigamis, uel uiduarum maritis ut non permittantur ad ordinem clericatus admitti. 15.

2. Epistola. Item eiusdem secunda, ad ecclesiam Mediolaneñ. qua damnat Iouinianum hęreticum, & præcipit, illum & socios eius ab ecclesiæ unitate remouendos. Contra hunc scripsit diuus Hieronymus.

Tertia. Extat epĩa eiusdẽ tertia ad uniuersos orthodoxos, in qua tria seruãda, & docet et mãdat.

Primum, ut nullus indignus efficiatur epſ.

Secundum, ut ignotis sacerdotium nõ detur.

Tertium, ut neophyti, uel laici sacerdotes non fiant.

Conciliũ Telense. TELENSE CONCILIVM prouinciale, sub Siritio Papa, contra Iouinianum, & socios eius. Lectæ & recensitæ sunt literæ Siritij Papæ, & concilium rescripsit ad Siritiũ Papam. Hęc tm̃ acta sunt in hac synodo.

Epistolam Siritij quartã, & rescriptum episcoporum ad eundem (uelut lectione dignũ) hic

hic ſubiecimus, etiam ſi cōpendij legem tranſiſſe uideamur.

Epiſtola Siritij Papæ quarta.

Dilectiſſimis fratribus, & coepiſcopis per Aphricam, Siritius. Quum in unum plurimi fratres conueniſſemus, ad ſancti apoſtoli Petri reliquias, per quem & apoſtolatus & epiſcopatus in Chriſto cœpit exordium, placuitq́; propter emergētes plurimas cauſas, quæ in aliquantis non erant cauſæ, ſed crimina, ut de cætero ſolicitudo eſſet unicuiq; ſacerdoti in eccleſia ſua curam huiuſmodi habere (ſicuti apoſtolus prædicat Paulus) talem Deo eccleſiam exibendam, non habentem maculā aut rugam, ne per alicuius morbidæ ouis afflatum, conſcientia noſtra contaminata uideretur, hac de re meliore conſilio id ſedit, propter eos maximè, qui in præſenti, ualetudine corporis aut feſſæ ætatis cauſa, adeſſe minimè potuerunt, quo perpetuo iſtiuſmodi forma ſeruetur, literas tales dare placuit, non q noua præcepta aliqua imperentur, ſed ea, quæ p ignauiā, deſidiamq́; aliquorū neglecta ſunt, obſeruari cupiamus, quę tamen apoſtolica & patrum cōſtitutione ſunt cōſtituta. Scriptum eſt: State, & tenete traditiones noſtras, ſiue p uerbum, ſiue p epiſtolam. Illud certè ueſtram debet mentem, dilectiſſimi fratres, uehementius excitare, ut ab omni labe ſeculi iſtius immunes ante Dei conſpectum ſecuriq́; ueniamus. Non enim erimus immunes, qui præſumus plebibus, quum ſcriptum ſit: Cui multum creditum fuerit, plus ab eodem requiret.

Epiſtola Siritij Papę quarta.

Ephe.5.

2.Theſſ.2.

Lucæ.12.

L

Ergo, qm̄ non pro nobis tantum, sed pro populo credito cogimur præstare rationem, populum in disciplina deifica & humili erudire debemus. Extiterunt enim nonnulli, qui statuta maiorum cõtemnentes, castitatem ecclesiæ præsumptione sua uiolarunt, uoluptatem populi sequentes, Dei iudicium non timentes. Ergo, ne pari more silentio conniuere, atq; adhibere consensum talibus uideamur, undè gehennæ pœnas possim⁹ incurrere, dicente dn̄o: Furem uidebas, & currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuã ponebas. Hæc sunt, quæ deinceps intuitu diuini iudicij omnes catholicos episcopos expedit custodire.

Psal. 49.

Primum, ut extra conscientiam sedis apostolicæ, hoc est, primatis, nemo audeat ordinare. Integrum enim iudicium est, quod plurimorum sententia confirmatur.

Ne unus episcopus ep̄m ordinare præsumat propter arrogantiam, ne furtiuum beneficium præstitum uideatur. Hoc enim in synodo Nicæna constat esse definitum. 2.

Nicænæ synodi ca. 4.

Item, si quis post remissionem peccatorum cingulum militiæ secularis habuerit, ad clerum admitti non debet. 3.

Vt mulierem, id est, uiduam, clericus nõ ducat uxorem. 4.

Vt is, qui laicus uiduam duxerit, non admittatur ad clerum. 5.

Vt de aliena ecclesia ordinare clericum nullus usurpet. 6.

Vt abiectũ cl'icũ alia eccl'ia nõ admittat. 7.

Vt uenientes a Nouatianis, uel Montensi-

bus per manus impositionem suscipiant, præter eos quos rebaptizant. 8.

Præterea, quod dignum, & pudicum & honestum est, suademus, ut sacerdotes & leuitæ cum uxoribus suis non coeant, quia in ministerio diuino quotidianis necessitatibus occupantur. Ad Corinthios nanque sic Paulus scribit, dicens, Abstinete uos, ut uacetis orationi. 1.Cor.7. Si ergo laicis abstinentia imperatur, ut possint deprecantes audiri, quanto magis sacerdos utique omni momento paratus esse debet, munditiæ puritate securus, ne aut sacrificium offerat, aut baptizare cogatur? Qui si contaminatus est carnali concupiscentia, quid faciet? Excusabitur? Quo pudore, qua mente usurpabitur? Qua conscientia, quo merito hic exaudiri se creditur? cum dictum sit: Omnia munda Ad Titum.1. mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nihil mundum. Qua de re, hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobrium, quod potest iure etiam gentilitas accusare. Fortè creditur, qa scriptum est: Vnius uxoris uirum. Nō perma 1.Timoth.3. nenti in concupiscentia generandi dixit, sed propter cōtinentiam futuram. Neque enim integros non admisit, qui ait: Vellem autem om 1.Cor.7. nes homines sic esse, sicuti & ego. Et apertius declarat, dicens: Qui autem ĩ carne sunt, Deo Roma.8. placere non possunt. Vos autem iam nō estis in carne, sed in spiritu. 9.

Hęc itaque (fratres) si plena uigilantia fuerint ab omnib⁹ obseruata, cessabit ambitio, dissentio conquiescet, hæreses, & schismata nō emergent, locum non accipiet diabolus sæuiendi,

manebit unanimitas, iniquitas ſuperata calcabitur. Charitas ſpiritali feruore flagrabit, pax prædicata labijs, cum uoluntate cōcordabit. Pax utiq; Dei noſtri ſaluatoris, quam proximus paſſioni ſeruandam eſſe præcepit, & hæreditario eam nobis iure dereliquit, dicens:

Ioan. 4. Pacem do uobis, pacem relinquo uobis. Et di

Philip. 2. ctum Apoſtoli, ut unanimes, unum ſentiẽtes, permaneamus in Chriſto, nihil per contentionem nobis, neq; per inanem gloriam uindicãtes, nec hominibus, ſed Deo noſtro ſaluatori placentes. His præceptis omnibus ſi fideliter uoluerimus obedire, cuſtodiet dominus corpora noſtra, & animas noſtras, in die qua red

Roma. 2. diturus eſt unicuiq; iuxta opera ſua. Si quis ſanè, inflatus mente carnis ſuæ, ab hac canonis ratiōe uoluerit euagari, ſciat ſe, & a noſtra communione ſeclusum, & gehennę pœnas habiturum. Præterea, miſericordia cum iudicio eſſe debet, talib9 oportet labentibus manum porrigere, qui ſic currentem non pertrahãt in ruinam. Data Romæ, in concilio epiſcoporum octoginta, ſub die octauo Idus Ianuarij, poſt conſulatum Arcadij Auguſti, & Bautonis, uiris clariſſimis conſulibus.

Reſcriptum epiſcoporum ad Siritium Papam.

Reſcriptũ epiſcoporum ad Siritium. Dilectiſſimo Domino fratri Siritio, Ambroſius, Sabinus, Baſſianus, & cæteri. Recognouimus literis ſanctitatis tuæ boni paſtoris excubias, qui diligenter cōmiſſam tibi ianuam ſerues, & pia ſolicitudine Chriſti ouile cuſtodias, dignus, quem oues domini audiant, & ſe-

quantur. Et ideo, quia nosti ouiculas Christi, lupos facilè deprehendis, & occurris (quasi prouidus pastor) ne isti morsibus perfidiæ suæ, feraliq́; ululatu dominicum ouile dispergant. Laudamus hoc, domine frater nobis dilectissime, & toto concelebramus affectu. Nec miramur, si luporum rabiem grex domini perhorruerit, in quibus Christi uocem non recognouit. Agrestis enim ululatus est, nullam uirginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem reseruare, promiscuè omnia uelle cõfundere, diuersorũ gradus abrogare meritorũ, & paupertatẽ quandam cœlestium remunerationum inducere, quasi Christo una sit palma, quã tribuit, ac non plurimi abundent tituli præmiorũ. Simulant se isti condonare cõiugio. Sed, quæ potest laus esse coniugij, si nulla uirginitatis est gloria? Neq; uerò nos negamus sanctificatum a Christo esse coniugium, diuina uoce dicẽte; Erunt ambo in una carne & ĩ uno spiritu, sed prius est, q̃ nati sumus, q̃ꝫ q̃ effecti, multoq́; pręstantius diuini operis mysterium, q̃ꝫ humanæ fragilitatis remedium. Iure laudatur bona uxor, sed melius pia uirgo præfertur, dicente Apostolo: Qui matrimonio iungit, bene facit, & qui non iungit, melius facit. Hæc enim cogitat, quæ Dei sunt, illa, quæ mundi. Illa cõiugalib⁹ uinculis colligata est, hæc libera uinculorũ. Illa sub lege, ista sub gratia. Bonũ coniugium, quo est inuenta posteritas successionis humanæ, sed melior uirginitas, per quam regni cœlestis hæreditas acquisita, & cœlestiũ meritorũ reperta successio. Per mulierem cura

Gene. 2.

1. Cor. 7.

Ibidem.

succeſſit, per uirginē ſalus euenit. Deniq; ſpeciale ſibi donum uirginitatis Chriſtus elegit, & integritatis munus exhibuit, atq; in ſe rep̄ſentauit, quod elegit in matre. Quanta amentia funeſtorum latratuum, ut ijdem dicerēt, Chriſtum ex uirgine nō potuiſſe generari, qui aſſerunt, ex muliere, editis humanorum pignorum partubus, uirgines permanere. Alijs præſtat ergo Chriſtus, quod ſibi (ut dicunt) præſtare nō potuit: Ille uerò carnem ſic ſuſcepit, & ſic homo factus eſt, ut hominem redimeret, atq; a morte reuocaret, inuſitato tamen quaſi Deus itinere uenit in terris, ut quemadmodum dixerat, Ecce facio omnia noua, partu imaculatæ uirginis naſceretur, & (ſicut ſcriptum eſt) crederetur nobiſcum Deus. Sed de uia peruerſitatis produntur dicere, uirgo concepit, ſed non uirgo generauit. Potuit ergo uirgo concipere, nō potuit uirgo generare, quum ſemp̄ conceptus præcedat, partus ſequatur: Sed ſi doctrinis nō creditur ſacerdotum, credatur oraculis Chriſti, credatur monitis angelorum, dicētium, Quia non eſt impoſſibile apud Deum omne uerbū, credatur ſymbolo Apoſtolorum, quod eccleſia Romana intemeratum ſemper cuſtodit & ſeruat. Audiuit Maria uocem angeli, & quæ dixerat ante, Quomodo fiet iſtud: nō de fide generationis interrogans, reſpondit poſtea: Ecce ancilla domini, contingat mihi ſecundum uerbum tuum. Hæc eſt uirgo, quæ in utero concepit, uirgo q̄ peperit filium. Sic enim ſcriptum eſt: Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filium. Non enim concepturam tantummodo

Apocal. 21. & Eſaiæ. 41. Matth. 1.

Lucæ. 1.

Ibidem,

Eſaiæ. 7.

uirginem, sed & pariturã uirginem dixit. Quę autem est sanctuarij illa porta, porta illa exterior ad Orientem, quæ manet clausa, & nemo (inquit) pertransibit per eam, sed solus Deus Israel transibit per eam? Nonne hęc porta Maria est, per quam in hunc mũdum redemptor intrauit? Hæc est porta iustitię, sicut ipse dixit: Sine nos implere omnem iustitiam. Hæc porta est Maria, de qua scriptum est, Quia dominus pertransibit per eam, & erit clausa post partum, qa & uirgo concepit, & genuit. Quid autem incredibile, si contra usum originis naturalis peperit Maria, & uirgo permanet, qñ contra usum naturæ mare uidit, & fugit, atq; in fontem suum Iordanis fluenta remearunt. Nõ ergo excedit fidem, ꝙ uirgo peperit, quando legimus, ꝙ petra uomuit aquas, & in muri speciem maris unda solidata est. Non excedit fidem, ꝙ homo exiuit de uirgine, qñ petra fontem profluum scaturiuit, ferrũ sup aquas natauit, ambulauit homo super aquas. Ergo, si hominem unda portauit, non potuit hominem uirgo generare, atq; hominem, de quo legimus, Et mittet illis dominus hominem, qui saluos faciet eos, & notus erit dominus Aegyptijs? In ueteri itaq; testamento, uirga Hebręorum per mare duxit exercitum. In nouo testamento, uirgo regis aula cœlestis electa est ad salutem. Quid autem? Etiam uiduitatis adtexamus præconia, quum in euangelio, post uirginis celeberrimum partum, Anna uidua subrogetur, quę uixerat cum uiro suo annis septẽ a uirginitate sua, & hęc uidua erat annorũ. 84.

Ezech. 44. Math. 3. Ezech. 44. Psal. 113. Exod. 17. Exod. 14. Exodi. 17. 4. Regum. 6. Math. 14. Esaiæ. 19. Exodi. 14. Lucæ. 2.

quę non discedebat de templo, ieiunijs, & obsecrationibus seruiēs die ac nocte. Meritò ab illis uiduitas despicitur, quæ solet obseruare ieiunia, quibus se dolent isti aliquo tempore esse maceratos, & propriam ulciscuntur iniuriam, quotidianis quoq; cōuiuijs, usuq; luxuriæ, laborem abstinētiæ propulsare desyderāt. Qui nihil rectius faciunt, q̃ q́ ipsi se suo ore condemnent. Sed & metuunt, ne in istis illud ieiunium reputetur. Eligant, quod uolunt. Si aliquando ieiunauerint, gerant ergo boni facti sui pœnitentiam. Si nunq̃, suam ergo ipsi intemperantiam, & luxuriam cōfiteantur. Et ideo dicunt, Paulum luxuriæ magistrum fuisse. At quis erit sobrietatis magister, si fuit ille

1. Cor. 9. luxuriæ, qui castigauit corpus suum, & in seruitutē redegit, atq; ieiunijs multis se debitam Christo obseruantiam detulisse memorauit, non, ut se, suaq; laudaret, sed, ut nos, quid sequeremur, doceret? Ille ergo luxuriam docuit,

Coloss. 2. qui ait, Quid adhuc, uelut uiuentes, de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne gustaueritis, quæ sunt omnia in cor

Ibidem. ruptelam, qui ait, Non indulgentia corporis, non in honore aliquo ad saturitatem & dili

Ephe. 4. gentiam carnis, non in deysderijs erroris, sed in spiritu, quo renouamur, esse uiuendum. Si parum est quod Apostolus dixit, audiant p̄

Psal. 68. phetam dicentem: Et operui in ieiunio animam meam. Ergo, qui nō ieiunat, intectus &

Gene. 3. nudus est, patet uulneri. Denicq;, si Adam se texisset in ieiunio, nō fuisset nudus effectus. Ni-

Ionæ. 3. niue se a morte ieiunio liberauit. Et ipse domi

nus ait: Non eijcietur hoc genus, nisi per ora- Matth.17.
tionem & ieiunium. Sed quid plura apud ma & Marci.9.
gistrum atque doctorem? quum iam dignũ pre
tium retulerint illi perfidiæ suæ, qui ideo huc
uenerunt, ne superesset locus, in quo non dam
narentur, qui uerè se Manichęos probauerũt,
nõ credentes, quia ex uirgine utique uenisse cre
ditur. Quænã hæc est suppar nouorum Iudæorum
amentia? Si uenisse non creditur, nec carnem
creditur suscepisse, ergo in phantasmate uisus
est, in phantasmate crucifixus est. Sed nobis
in ueritate crucifixus est, In ueritate redem-
ptor est noster. Manichæus est, qui abnegat Error Mani-
ueritatem, qui carnem Christi negat, & ideo chæi.
non est illis remissio peccatorum, sed impie-
tas Manichæorum, quam & clementissimus
execratus est Imperator, & omnes, qui illos
uiderunt, quasi quędam contagia refugerunt.
Sicut testes sunt fratres & cõpresbyteri no-
stri, Crescens, Leopardus, & Alexãder, sancto
feruentes spiritu, qui eos omnium execratiõe
damnatos, Mediolanensi ex urbe profugos re
liquerunt. Itaque Iouinianum, Germinatorem,
Felicem, Plotinum, Genialem, Martialem, Ia-
nuarium, & Ingeniosum, quos sanctitas tua
damnauit, scias apud nos quoque secũdum iu-
dicium tuũ esse damnatos. Incolumem te &
florentissimum Deus noster tueatur omnipo-
tens, domine dilectissime frater. Item subscri- Subscriptio.
ptio, Ego Euentus episcopus saluto sanctita-
tem tuam in domino, & huic epistolæ subscri
psi, Maximus episcopus, Felix episcopus, Bas
sianus episcopus, Theodolus episcopus, Ex

iussu domini episcopi Geminiani, ipso præsente, Aprus presbyter, Eutasius episcopus, Constantinus episcopus, Eustasius episcopus, eo omnes ordine subscripserunt.

Conciliū Carthagineñ. 2.

CONCILIVM CARTHAGINEN. secundum, habitum Era. 428. Circa tempora Siritij Papę. Prouinciale, sed cōfirmatum in. 6. synodo generali, in Trullo celebrata.

Cap. primum.

Vt Trinitas & credatur & prædicetur.

Cap. 2. Vt castitas a sacerdotibus custodiatur.

De cœlibatu sacerdotū & episcoporum.

Ita placuit, & condecet, sacrosanctos Antistites, & Dei sacerdotes, nec nō & leuitas, uel qui sacramentis diuinis inseruiunt, continentes esse in omnibus, quo possint simpliciter, quod a Deo postulāt, ipetrare, ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiqtas, nos quoq; custodiamus. Ab uniuersis episcopis dictum est: Omnibus placet, ut episcopi, presbyteri, & diaconi, & qui sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes etiam ab uxoribus se abstineāt. d. 84. Cū in p̄terito, &. d. 31. Ep̄os.

Cap. 3. Vt chrisma a presbyteris non fiat.

Vt chrisma, & consecratio puellarum, & reconciliatio pœnitentium, a presbyteris non fiant. D. 26. q. 6. Si iubet sanctitas.

Cap. 4. Vt presbyter iussus ab episcopo suo pœnitentem reconciliet.

Placuit uniuersis episcopis, ut presbyter periclitantem pœnitentem, de pręcepto episcopi absentis, recōciliet. D. 26. q. 6. Aurelius ep̄s.

Cap. 5. De diœcesibus.

Placet, ut diœceses, quæ nunc episcopos acceperunt, non habeant, & illa diœcesis, quæ aliquando habuit, habeat proprium episcopum. D.16.q.1.Fœlix.

Cap.6.De his, qui non debent clericos accusare.

Placet, ut qui aliquibus sceleribus irretitus est, uocem aduersus maiores natu nō habeat accusandi.

Cap.7.Vt nemo excommunicatum alterius suscipiat.

Placet, ut qui merito facinorū suorū ab ecclesia pulsi sunt, si ab aliquo epō, uel presbytero uel clerico, fuerint in cōione suscepti, etiā ipse pari cū eis crīe teneatᷣ obnoxiꝰ. D.11.q.3.Qui merito.

Cap.8.Vt si presbyter excommunicatus sacrificauerit, anathematizetur.

Placet, ut si presbyter excōmunicatus, aut correctus a suo episcopo, sacrificare præsumpserit, anathematizetur. 2.q.1. Si quis presbyter.

Cap.9.Ne presbyter inconsulto episcopo celebret.

Quisquis presbyter, præsente & inconsulto episcopo, agenda in quolibet loco uoluerit celebrare, ipse honori suo contrarius existit.

Cap.10.Quot debeant iudicare sacerdotem.

Placet, ut causa criminalis episcopi a 12.episcopis audiatᷣ, causa presbyteri, a sex, causa uerò diaconi, a tribus cum ꝓprio epō. D.15.q.7.c.Fœlix.et.3.q.8.Suggero secūdū statuta.

Cap.11.Vt nullus parochiam alienam præsumat.

Placet, secundum diuinę legis, & sancti euāgelij auctoritatem, ut nemo nostrum alienos limites transgrediatur.

Cap.12.Vt nullus ordinetur episcopus, sine consultu metropolitani.

3.D.1. Placet omnibus.

Placet omnibus, ut inconsulto Primate cuiuslibet prouinciæ, nemo præsumat, licet cum multis Episcopis, in quocunq; loco sinè eius præcepto episcopum ordinare. Si autem necessitas fuerit, tres epi, in quocunq; loco sint, cum primatis pcepto ordinare debeant epm.

Cap.13. Vt nemo contra subscriptionem ueniat.

Genedius episcopus præses concilij dixit: Omnia ergo, quæ a uestro cœtu statuta sunt, placet ab omnibus custodiri. Et qui contra suam professionem, uel subscriptionem uenerit, ipse se ab hoc cœtu separabit. Et subscripserunt omnes.

Explicit concilium Carthagineñ.2.

Conciliũ Carthagineñ.3.

CONCILIVM CARTHAGINEN. tertium, Prouinciale, confirmatum in.6. synodo generali, in Trullo celebrata.

Cap.1. Vt episcopi prouinciales de pascha consulant Primatem suum.

Placuit ergo in principio propter errorem, qui sæpe solet aboriri, ut omnes Aphricanæ prouinciæ episcopi obseruationem paschalem ab ecclesia Carthaginensi curent accipere.

Cap.2. Vt per singulos annos concilium fiat.

Nota.

Similiter placuit, ut propter causas ecclesiasticas, quæ ad perniciẽ plebis sæpe ueterascũt, singulis quibusq; annis concilium conuocet. Ad quod omnes prouinciæ, quæ primas sedes habent, de concilijs suis binos, aut quanto elegerint, episcopos mittãt, ut & minus inuidiosi, minusq; hospitibus sumptuosi existant, ut congregato conuentu, piena possit esse aucto-

Quales uenturi sunt epi ad concilium.

ritas. De Tripoli autem, propter inopiam episcoporum, unus episcopus ueniat.

Cap. 3. Vt episcopus canones agnoscat.

Item placuit, ut ordinandis episcopis uel clericis, prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliqd contra statuta cõcilij fecisse pœniteat. D. 38. Placuit.

Cap. 4. Vt diaconi ante. 25. annos non consecrentur.

Item placuit, ut ante. 25. annos ætatis, nec diaconi ordinentur, nec uirgines consecrentur. Et ut lectores populum non salutent. D. 77. Placuit & 20. q. 1. Placuit.

Cap. 5. Vt sacramentum catechumenis non præbeatur.

Item, placuit, ut per solennissimos paschales dies sacramentum catechumenis non det, nisi solitum sal, quia si fideles per illos dies sacramenta non mutant, nec catechumenis oportet mutari.

Cap. 6. Ne liceat mortuis baptismum, nec eucharistiam dare.

Item, placuit, ut corporibus defunctorum eucharistia non detur. Dictum est enim a domino, Accipite & edite. Cadauera autem, nec accipere possunt, nec edere. Cauẽdum est etiã, ne mortuos baptizari posse, fratrum infirmitas credat, qbus nec eucharistia dari licitũ est. Mortuis non danda eucharistia, nec conferendus baptismus.

Cap. 7.

Episcopus accusatus, quo loco, & quo tempore sit examinandus. q. 45. Quisqs *Cap. 8.*

Qui sunt, qui debent audire accusationes diaconorũ. 15. q. 7. Si aũt p̃sbyteri uel diaconi.

Cap. 9.

Vt clerici publica iudicia non appellent. 11. q. 1. Placuit. *Cap. 10.*

Quomodo prouocandum clericis ab infe-

rioribus iudicib9 ad superiores. 2. q. 6. Placuit.

Cap. 11. Vt filij clericorum ad spectacula non accedant.

Vt filij sacerdotum, uel clericorum spectacula secularia non exhibeant, sed nec spectent: quoniam quidem ab spectaculo & omnes laici prohibeātur. Semper enim Christianis omnibus hoc interdictum est, ut ubi blasphemi sunt, non accedant.

Cap. 12. Vt clericorum matrimonijs infideles non socientur.

Item placuit, ut filij, uel filiæ episcopoꝝ, uel quorumlibet clericoꝝ gentilib9, uel hęreticis, aut schismaticis matrimonio non iungantur.

Cap. 13. Vt clerici de rebus suis nihil infidelibus conferant.

Vt episcopi, uel clerici in eos, qui catholici Christiani non sunt, etiam si consanguinei fuerint, nec per donationes rerum suarum aliquid conferant.

Cap. 14. Vt clerici filios suos a sua potestate exire non sinant.

Vt episcopi, uel clerici filios suos a sua potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint & ętate securi, ut possint ad eos iam ꝑpria ꝑtinere peccata.

Cap. 15. Vt clerici non sint negotiatores.

21. q. 3. Placuit Item placuit, ut episcopi, & presbyteri, & diaconi, uel clerici non sint conductores, neq; procuratores, neq; ullo turpi uel inhonesto negotio uictum quærant, quia respicere debēt scriptum esse, Nemo militans Deo, implicat
2. Timoth. 2. se negotijs secularibus.

Cap. 16. Vt clerici non sint usurarij.

14. q. 4. Nullus. Vt nullus clericorum amplius recipiat, q̄ cuiquam accomodauerit. Si pecuniam, pecuniam accipiat, speciem eandem, quantam de-

derit,accipiat,& quicquid aliud tantum, quã tum dederit,accipiat.

Cap.17. Vt extraneæ fœminæ cum clericis non cohabitent.

Vt cum omnibus omnino clericis extraneæ fœminę non cohabitent,ſed ſolæ matres,auię, materteræ,amitæ,ſorores,& filiæ fratrum,aut ſororum, & quæcunq; ex familia , domeſtica neceſſitate etiam,antequam ordinarẽtur, iam cum eis habitabant,uel ſi filij eorum, iam ordinatis parentibus,uxores acceperunt,aut ſeruis non habitantibus in domo, quas ducant, aliunde ducere neceſſitas fuit. D.81.Cum omnibus.

Cap. 18. Vt clerici non ordinentur, niſi qui cum eis ſunt, fideles exiſtant.

Vt epiſcopi, presbyteri,& diaconi,non ordinentur,priuſq; omnes,qui ſunt in domo eorum,Chriſtianos catholicos fecerint.

Cap.19. De clericis,cum ad pubertatem ueniunt.

Placuit,ut lectores, cum ad annos pubertatis uenerint, cogantur,aut uxores ducere,aut continentiam profiteri. D.23. Lectores.

Cap.20. Vt plebes alienas alius epiſcopus non uſurpet.

Placuit,ut a nullo epiſcopo uſurpentur plebes alienæ,nec aliquis epiſcoporum ſupergrediatur in diœceſi ſuum collegam. 7.q.1. Placuit

Cap.21. Vt nullus epiſcopus alienum clericum ordinet.

Vt clericum alienum, niſi cõcedente eis epiſcopo,nemo audeat,uel retinere,uel promouere in eccleſia ſibi credita. Clericorum autem nomẽ etiã lectores,& pſalmiſtæ,& oſtiarij retineãt. D.71. Clericũ

C.22. De clericis nõ ordinãdis,niſi p̃babiles fuerint.

Vt nullus ordinetur clericus,nõ probatus, uel epõꝝ examine,uel populi teſtimonio. D.24. Nullus

Cap.23, De precibus, & orationibus.

In altari semper ad patrẽ dirigatur orõ

Vt nemo in precibus uel patrem pro filio, uel filium pro patre nominet. Et cum ad altare assistitur, semper ad patrem dirigatur orõ. Et quascunq; sibi preces aliquis describit, nõ eis utatur, nisi prius eas cum instructioribus fratribus contulerit,

Cap.24. Quid in sacrificio offeratur.

De conse.d.2. In sacramẽto.

Quid in sacramento altaris offeratur.

Vt in sacramẽtis corporis & sanguinis domini, nihil ampli⁹ offeratur, q̃ ipse dominus tradidit, hoc est, panis & uinum aquæ mixtũ. Nec amplius in sacrificijs offeratur, quàm de uuis, & frumentis.

Ca.25. Ne clerici soli accessum habeãt ad uiduas uel uirgines.

D.81. Clerici.

Vt clerici, uel cõtinentes, ad uiduas uel uirgines, nisi iussu uel permissu episcoporum, & presbyterorum non accedant. Et hoc non soli faciant, sed cum clericis, uel cum his, cum quibus episcopus iusserit, uel presbyter. Nec episcopi aut presbyteri soli habeant accessum ad huiusmodi fœminas, nisi aut clerici præsentes sint, aut graues aliqui Christiani.

Cap.26. Quomodo episcopus primæ sedis debeat appellari.

D.99. Primæ sedis.

Vt primæ sedis eps non appellet̃ Princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliqd huiusmodi, sed tantũ primæ sedis episcopus.

Cap.27. Vt clerici tabernas non ingrediantur.

D.44. Clerici

Vt clerici, edendi uel bibendi causa, tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

Cap.28. Quòd episcopus sinè licentia non debet peregrinari.

Epĩ non peregrinari debẽt

Item placuit, ut episcopi trans mare non ꝓficiscantur, nisi consulto primæ sedis episcopo, siue

po, siue cuiuscunque prouinciæ primate, ut ab episcopo præcipuè possint summere formatã, uel commendationem. ultra mare, nisi cum uenia epi Romani.

Cap. 29. Vt missa a ieiunis celebretur.

Vt sacramenta altaris non, nisi à ieiunis hominibus, celebrẽtur, excepto uno die anniuersario, quo cœna domini celebratur. Nam si aliquorum, pro meridiano tempore, defunctorum siue episcoporum, siue cæterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi, qui faciunt, iam pransi inueniantur. De consecra. d. 1. Sacramenta altaris.

Cap. 30. Vt nullus in ecclesia conuiuetur.

Vt nulli episcopi, uel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi fortè transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiusmodi cõuiuijs, quantũ fieri põt, prohibeantur. D. q. 2. Nulli episcopi.

Cap. 31. De pœnitentia, quomodo danda sit pœnitentibus.

Vt pœnitentibus, secundum peccatorum differentiam, episcopi arbitrio pœnitentię tempora decernantur. 16. q. 7. Pœnitentibus.

Cap. 32. De modo reconciliandi pœnitentes.

Vt presbyter, inconsulto episcopo, non reconciliet pœnitentem, nisi absente episcopo, & necessitate cogente. Cuiuscunque pœnitentis publicum & uulgatissimũ crimẽ est, quod uniuersam ecclesiam commouerit, ante absidem manus eis imponatur. 16. q. 6. Presbyter.

Cap. 33. De custodia sacrarum uirginum.

Vt uirgines sacræ, si parentibus, à quibus custodiebantur, priuatæ fuerint, episcopi prouidentia uel presbyteri, ubi episcopus absens est, in monasterio uirginum, uel grauioribus fœminis commendentur, ut simul habitãtes,

inuicem se custodiant, ne passim uagantes ecclesiæ lædant opinionem.

Cap.34. De baptizandis ægrotis.

De consecra. d.4. Aegrotātes.

Vt ægrotantes, si pro se respondere non possunt, cùm uoluntatis eorum testimonium sui dixerint, baptizentur. Similiter & de pœnitentibus agendum est.

Cap.35. Ne histrionibus conuersis pœnitentia negetur.

De consecra. d.2. Scęnicis.

Vt scęnicis, atq; histrionibus, cæterisq; huiusmodi personis, uel apostaticis conuersis, uel reuersis ad dominum, gratia uel reconciliatio non negetur.

Cap.36. Vt presbyter chrisma non conficiat.

16.q.6. Presbyter inconsulto ep̄o.

Vt presbyter, inconsulto episcopo, uirgines non consecret. Chrisma uerò nunq̄ conficiat.

Cap.37. Ne clerici in aliena ciuitate immorentur.

Vt clerici in aliena ciuitate non immorentur, nisi causas eorum iustas episcopi loci, uel presbyteri locorum peruiderint.

Cap.38. Vt non liceat fieri translationes episcoporum.

Placuit, quod etiam in Capuensi plenaria synodo uidetur statutum, quòd non liceat fieri rebaptizationes, & recordationes, uel translationes episcoporum. De consecratio. D.4. Non licet fieri.

Cap.39. Vt non præsumant duo episcopi, ordinare pontificem.

Vt non minus, quàm tres episcopi, qui fuerint metropolitano directi, sufficiant ad episcopum ordinandum.

Cap.40. De electione episcopi, si contradictores habeat.

Dum episcopus eligitur, si contradictores habeat, quinq; sacerdotes conueniant. D. 33. Illud statuendum est.

Cap.41. De episcopis conuenientibus ad concilium.

Vt per singulos annos cōuenientes episcopi ad concilium, etiam de paschali solennitate, a primate suo informentur.

Cap. 42.

Vt non accipiat alienum episcopum plebs, quæ in diœcesi semper subiacuit. 16. q. 1. Multis conciliis.

Cap. 43.

Vt qui, plebe sua contempta, ad concilium uenire detractāt, & plebē & honorē amittant.

Cap. 44.

Vt clericum alienum nullus sibi præripiat episcopus, præter eius arbitrium, cuius fuerit clericus.

Cap. 45.

Vt episcopus, qui plures habet clericos, ei, qui eget, ad ordinādum postulatus largiatur.

Cap. 46.

Vt episcopus in diœcesi factus, solum etiā plebem teneat, qua extitit ordinatus.

Cap.47. Vt præter scripturas canonicas nihil in ecclesia legatur.

Item placuit, ut præter scripturas canonicas, nihil in ecclesia legatur, sub nomine diuinarum scripturarum. Sunt autē canonicæ scripturæ, id est, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu naue, Iudicum, Ruth, Regum lib. 4. Paralipomenon lib. 2. Iob unus, Psalterium Dauiticum, Salomonis libri quinq;, Libri duodecim prophetarū, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Hester, Esdræ libri duo, Machabæorum libri duo, Noui autem testamenti uiginti septem, Euangeliorum libri quatuor, Actuum aposto

Scriptura canonica.

Vide & supra fo. 75. pag. 2.

lorum liber unus, Pauli apoſtoli epiſtolæ tredecim, eiuſdem ad Hebræos una, Petri apoſtoli duæ, Ioãnis apoſtoli tres, Iudę apoſtoli una, et Iacobi una, Apocalypſis Ioãnis liber unus, qui ſunt uiginti ſeptem. Hoc etiam fratri, & cõſacerdoti noſtro Bonifacio, uel alijs earum partium epiſcopis, pro confirmando iſto canone, innoteſcat, quia à patribus iſta accepimus in eccleſia legenda. Liceat etiam legi paſſiones martyrum, cùm anniuerſarij dies eorũ celebrantur.

Additio

Cap. 48.

1. q. 4. Placuit, ut de infantibus.

De baptizatis, à Donatiſtis.

Cap. 49. De his, qui poſiti in eccleſiaſtico gradu, aliquid acquirunt.

12. q. 1. Placuit, ut ep.

Placuit, ut epiſcopi, presbyteri, diaconi, uel quicunq; clerici, qui nihil habentes, ordinantũ, & tẽpore epiſcopatus, uel clericat⁹ ſui agros, uel quæcunq; prædia nomine ſuo comparãt, tanq̃ rerum diuinarum inuaſionis crimine teneantur obnoxij, niſi admoniti eccleſię eadem ipſa contulerint, Si autem ipſis propriè aliqd liberalitate alicuius, uel ſucceſſione cognationis uenerit, faciant inde, quod eorum propoſito congruit. Quòd ſi à ſuo propoſito retrorſum exhorbitauerint, honore eccleſiaſtico indigni, tanq̃ reprobi, iudicentur.

Cap. 50. Vt geſta Concilij confirmentur.

Aurelius epiſcopus dixit: Quoniam igitur uniuerſa arbitror fuiſſe tractata, ſi oĩa cũ animo ueſtro conuenerunt, ſermone ueſtro cuncta roborate. Vniuerſi epiſcopi dixerunt: Omnibus hæc placuerunt, & hæc noſtra ſubſcriptione firmamus. Et ſubſcripſerunt, Aurelius

episcopus ecclesiæ Carthaginensis huic decre to consensi, & relicto subscripsi, Epigonius episcopus Bulleñ. Regieñ. subscripsi, Augustinus episcopus plebis Hipponæ subscripsi. Similiter & omnes episcopi, quadraginta quatuor numero, subscripserunt. Subscriptio.

Concilij tertij Carthagineñ. finis.

Hæc tria decreta pertinent ad conciliũ Carthagineñ. tertium. *Cap. 1.*

Presbyter, si fornicationem fecerit, &c. Vide in decretis. D. 82. Presbyter, si fornicat.

Cap. 2.

Non est aliquid exigendum ab his, qui infantes suos ad baptizãdum adducunt. Fusius apud Gratianũ. 1. q. 1. Placuit, ut unusquisq;.

Cap. 3. De clericis scurrilibus.

Si quis clericus, aut monachus uerba scurrilia, ioculatoria, risumq; mouentia loquitur, acerrimè corripiatur.

CONCILIVM CARTHAGINEN. quartum, cui adfuerũt episcopi. 214. Era. 436. Dicitur a Gratiano, quòd interfuit Zosimus Papa per uicarios suos, quod tamen intelligẽdum est, de cõcilio Carthagineñ. 6. non de 4. Conciliũ Carthagineñ. 4.

Cap. 1. Qualiter debeant episcopi ordinari.

Qui episcopus ordinãdus est, anteà examinetur, Si natura sit prudens, si docilis, si moribus tẽperatus, si uita castus, si sobrius, si semper suis negotijs cauẽs, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus exercitatus, et ante omnia, si fi dei documẽta uerbis simplicib9 asserat, id est, D. 23. Qui episcopus. Quomodo examinãdus, qui ordinatur episcopus.

patrem, & filium, & spiritum sanctum. &c.

Quærendum etiam ab eo, si noui & ueteris testamenti. i. Legis & Prophetarum, & Apostolorum, unum eundemq́ credat auctorem, & Deum. Si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus.

Cap. 2. Qualiter consecrentur episcopi.

D. 23. Ep̃s, q̃ ordinatur.

Episcopus quum ordinatur, duo episcopi ponant, & teneant euangeliorum codicem super caput & ceruicem eius, & uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes ep̃i, q adsunt, manibus suis caput eius tangant.

Cap. 3. Qualiter presbyteri ordinentur.

Ibi. Presbyter.

Presbyter quum ordinatur, episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenẽte, etiã omnes presbyteri, qui præsentes sunt, manus suas iuxta manum episcopi super caput illius teneant.

Cap. 4. Quomodo diaconi constituantur.

Ibi. Diaconus

Diaconus quũ ordinatur, solus episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.

Cap. 5. Quomodo subdiaconi ordinentur.

Ibi. Subdiaconus.

Subdiaconus, quum ordinat̃, quia manus impositionem non accipit, patenam de episcopi manu accipiat uacuam, & calicem uacuũ. De manu uerò archidiaconi; Vrceolum cum aqua, & mantile, & manutergium.

Cap. 6. Qualiter Acolythi ordinentur.

Ibi. Acolythus.

Acolythus, quum ordinatur, ab episcopo q dem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat. Sed ab archidiacono accipiat cæriferariũ

cum cæreo, ut sciat se ad accendenda ecclesiæ luminaria mancipari. Accipiat & Vrceolum uacuum, ad suggerendum uinum in eucharistiam sanguinis Christi.

Cap.7. Qualiter Exorcistæ constituantur.

Exorcista, quum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo: Accipe, & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, siue baptizatum, siue catechumenum. Ibi. Exorcista

Cap.8. Qualiter lectores fiant.

Lector quum ordinatur, faciat de illo uerbum episcopus ad plebem, indicans eius fidē, ac uitam, atque ingenium. Post hæc, spectante plebe, tradat ei codicem, de quo lecturus est, dicens ad eū: Accipe, & esto lector uerbi Dei, habiturus, si fideliter & utiliter impleueris officium, partem cum eis, qui uerbum Dei ministrauerunt. Ibi. Lector.

Cap.9. Qualiter Ostiarij ordinentur.

Ostiarius, quum ordinatur, postquam ab archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuersari, ad suggestionem archidiaconi, tradat ei episcopus claues ecclesiæ de altario, dicens, Sic age, quasi redditurus Deo rationem, pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur. Ibi. Ostiarius

Cap.10. Qualiter Psalmistæ.

Psalmista, idest, Cantor potest absque scientia episcopi, sola iussione presbyteri, officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: Vide, ut quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobes. Ibi. Psalmista

Cap.11. Qualiter uirgines sanctimoniales.

Ibidem Sanctimonialis.

Sanctimonialis uirgo, quum ad consecrationem sui episcopo offertur, in talibus uestibus applicetur, qualibus semper usura est, pfessioni & sanctimoniæ aptis.

Cap. 12. Qualiter uiduæ ad baptisterium ordinentur.

Viduæ, uel sanctimoniales, quæ ad ministerium baptizandarum mulierum eliguntur, tā instructæ sint ad officium, ut possint apto & sano sermone docere iperitas & rusticas mulieres, tempore quo baptizandæ sunt, qualiter baptizatori interrogatæ respondeant, & qualiter accepto baptismate, uiuant.

Cap. 13. Qualiter sponsi, & sponsæ benedicantur.

D. 23. & 30. q. 5. Sponsus.

Sponsus, & sponsa, quum benedicēdi sunt a sacerdote, a parentib⁹ suis, uel paranymphis offerantur. Qui quum benedictionem acceperint, eadem nocte, pro reuerentia ipsius benedictionis, in uirginitate permaneant.

Cap. 14. De cellula sacerdotis.

Vt ep̄s, nō longè ab ecclesia, hospitiolū habeat.

Cap. 15. De uictu, & habitu episcopi.

D. 41. Ep̄s uilem. De familia, & mensa ep̄i.

Vt episcopus uilem suppellectilem, & mensam, ac uictum pauperem habeat, & dignitatis suæ auctoritatem, fide & uitę meritis q̄rat.

Cap. 16. Vt episcopus libros gentilium non legat.

D. 37. Ep̄s gētilium.

Vt episcopus gentilium libros nō legat, hæreticorum autem pro necessitate & tempore.

Cap. 17. Vt episcopus indigentium curam per presbyteros agat.

D. 88. Ep̄s.

Vt episcopus gubernationem uiduarum, et pupillorum, ac peregrinorū non per seipsum, sed per archipresbyterum, aut archidiaconū agat.

Cap. 18.

Vt ep̄s tuitionem testamētorū nō suscipiat.

Cap.19. Vt episcopus pro rebus secularibus non litiget.

Vt episcopus nõ prouocatus pro rebus trã sitorijs litiget. 14.q.1.Eps.

Cap.20. Vt episcopus tantùm diuinis uacet.

Vt episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed ut lectioni, et orationi, & uerbi Dei prædicationi tantùmmodò uacet. D.88.Eps nullam rei.

Cap.21. Vt episcopus ægrotans pro se legatum ad synodum mittat.

Vt episcopus ad synodum ire non tardet, si non, sinè satis graui necessitate, inhibeatur; sic tñ, ut ĩ sua psona legatũ mittat, suscepturus, salua fidei ueritate, quicqd synodus statuerit. D.18. Eps ad synodum.

Cap.22. Ne episcopus clericos instituat sinè testimonio plebis.

Vt episcopus sinè concilio clericorũ suorũ, clericos non ordinet, ita ut ciuium assensum, & conniuentiam, & testimonium quærat. D.24. Eps sinè.

Cap.23. Vt episcopus causas audiat, præsentibus clericis.

Vt episcopus nullius causam audiat, absq; præsentia clericorum suorum, alióquin irrita erit sentẽtia epi, nisi clericorũ pñsentia cõfirmet. 15.q.7. Nullius causam.

Cap.24. Vt nemo discedat, quando episcopus uerbum facit.

Sacerdote uerbum faciente in ecclesia, qui egressus de auditorio fuerit, excõmunicetur. De consecra. d.... Sacerdote.

Cap.25. De discordantibus episcopis.

Dissidentes episcopos, si non timor Dei, synodus reconciliet. D.90. Dissidẽtes.

Cap.26. Vt episcopus dissidentes concordare compellat.

Studendum est episcopis, ut dissidentes fratres, siue clericos, siue laicos, ad pacẽ magis, quàm ad iudicium cohortentur. Ibidem. Studendum est.

Cap.27. De episcopo non transferendo.

Vt episcopus de loco ignobili ad nobilem 7.q.1. Episcopus de loco.

per ambitionem non transeat, nec quisquam inferioris ordinis clericus. Sanè si id utilitas ecclesiæ fiendum poposcerit, decreto pro eo clericorum, & laicorũ episcopis porrecto, in præsentia synodi transferatur, nihilominus alio in loco eius episcopo subrogato. Inferioris uerò gradus sacerdotes, uel alij clerici, con cessione suorum episcoporũ, possunt ad alias ecclesias transmigrare.

Cap.28. De damnatione episcoporum.

11.q.3.Irritã esse. Irritam esse iniustam episcopoꝝ damnationem, & iccirco a synodo retractandam.

Cap.29. De episcopo, qui alicui crimen obiecerit.

6.q.2.Epũs. Episcopus, si clerico uel laico crimen impo suerit, deducatur ad ꝓbationem in synodum.

Cap.30. Quòd irrita sit sententia episcopi in absentem.

11.q.2.Sinè ex ceptione. Caueãt iudices ecclesiæ, ne (absente eo) cui9 causa uentilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, immo & causam in synodo pro facto dabũt. *Ca.31. Qualiter res ecclesiæ ab ẽpo habeantur.* Vt episcopus rebus ecclesiæ, tanꝗ commendatis, non tanꝗ proprijs utatur.

Cap.32. De irritis distractionibus episcoporum.

12.q.2. Si exceptione. Irrita erit donatio episcopoꝝ, uel uenditio, uel commutatio rei ecclesiasticæ, absq; conniuentia, & subscriptione clericorum.

Cap.33. De receptione episcoporum.

7.q.1.Epi. Episcopi, uel presbyteri, si causa uisendæ ecclesiæ alterius episcopi, ad ecclesiam uenerint, & ĩ gradu suo suscipiantᷣ, & tã ad uerbũ faciẽdum, ꝗ ad oblationẽ consecrandã inuitentur.

Cap.34. De primatu consessus presbyterorum cum episcopo.

D.95.Epũs. Vt episcopus, in quolibet loco sedens, stare

presbyterum non patiatur.

Cap.35.De consessu presbyterorum in ecclesia.

Vt episcopus in ecclesia,in consessu presbyterorum sublimior sedeat.Intra domum uerò collegam se presbyterorum esse cognoscat. D.95.Epõ.

Cap.36.Vt presbyteri ab episcopo chrisma petant.

Presbyteri,q per diœceses ecclesias regunt, non à quibuslibet episcopis, sed à suis, nec p iuniorem clericum,sed omni anno, aut per se ipsos,aut per illum,qui sacrarium tenet, ante paschæ solennitatem chrisma petant. D.95. Presbyteri.

Cap.37.De obedientia diaconorum.

Diaconus,ita se presbyteri,ut episcopi,ministrum esse cognoscat. D.93.Diacõl.

Cap. 38.

Vt diaconus,præsente presbytero,eucharistiã corporis Christi populo (si necessitas cogat)iussus eroget. Ibidem. Presbytero.

Cap.39.Quando debeat diaconus sedere.

Diaconus quolibet loco, iubente presbytero,sedeat. Ibidem. Diaconus.

Cap. 40.

Vt diaconus, in conuentu presbyterorum interrogatus,loquatur. Ibidem. Diaconus sedeat.

Cap.41.Quando diaconus alba uti debeat.

Vt diaconus, tempore oblationis tantùm uel lectionis,alba induatur.

Cap.42.De clericis, qui pro fide tentati sunt.

Clericum inter tentationes officio suo incubantem,gradibus sublimandum.

Cap.43.De his,qui pro fide persequutiones passi sunt.

Christianum catholicum, qui pro catholicã fide,& pro ecclesiastica re, & Christiana religione tribulationes patitur, honore omni a sacerdotibus honorandum. Etiam & per dia-

conum ei uictus administretur.

Cap.44. De tonsura clericorum.

Clericus nec comam nutriat, nec barbam.

Cap.45. De habitu clericorum.

D.41. Clericus. Clericus, professionem suã & in habitu & in incessu probet, & ideo nec uestibus, nec calceamentis decorem quærat.

Cap.46. De continentia clericorum.

Cleric⁹ cũ extraneis mulierib⁹ nõ habitet.

Cap.47. De incessu clericorum.

Clericus, per plateas et andronas, nisi certa & maxima officij sui necessitate, nõ ambulet.

Cap.48. Ne clerici ad nundinas uadant.

D.91. Clericus. Clericus, qui non pro emendo aliquid, in nũdinis uel in foro deambulat, ab officio suo degradet. *Cap.49. De uigilijs clericorum.*

Clericus, qui absq; corpusculi sui inæqualitate uigilijs deest, stipendijs priuatus, excommunicet. *Cap.50. De clericis ab officio continentibus.*

Ibidem. Clericus. Clericum, inter tentationes ab officio suo declinantem, uel negligentius agentem, ab officio suo remouendum.

Cap.51. Vt clerici artificio uictum quærant.

Clericus, quantumlibet uerbo Dei eruditus, artificio uictum quærat.

Cap.52. Quomodo clerici debeant uictum quærere.

Clericus, uictum & uestimentum sibi, artificiolo uel agricultura, absq; officij sui duntaxat detrimento, præparet.

Cap.53. Vt legant clerici, qui orare possunt.

Omnes clerici, qui ad operandum ualidi sunt, et artificiola, & literas discant.

Cap.54. De clericis inuidis.

Clericus, inuidens fratrum profectibus, donec in uitio est, non promoueatur. D.46. Clericus.

Cap.55. De clericis accusatoribus.

Vt episcopus accusatores fratrum excommunicet. Et si emendauerint uitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum. Ibi Accusatores.

Cap.56. De clericis adulatoribus.

Clericus, qui adulationi, & proditionibus uacare deprehenditur, ab officio degradetur. Ibi. Clericus, qui.

Cap.57. De clericis maledicis.

Clericus maledicus, maximè in sacerdotibus, cogatur ad postulandum ueniam. Si noluerit, degradetur, nec unquam ad officium absq; satisfactione reuocetur.

Cap.58. De clericis frequenter litigantibus.

Clerici, qui frequenter litigat, & ad causandum facilis est, testimonium nemo absq; grandi examine recipiat.

Cap.59. De clericis discordantibus.

Discordantes clericos episcopus, uel ratione uel potestate ad concordiam trahat, inobedientes synodus per audientiam damnet. D.90. Discordantes.

Cap.60. De clericis turpiloquis.

Clericum scurrilem, & uerbis turpibus ioculatorem, ab officio retrahendum.

Cap.61. De clericis iurantibus.

Clericum, per creaturas iurãtem, acerrimè obiurgãdum. Si perstiterit in uitio, excommunicandum. *Cap.62. De clericis inter epulas cantantibus.*

Clericũ inter epulas cantantem, supradictę sententiæ seueritate coercendum. 22.q.1. Clericum.

Cap.63. De clericis ieiunia polluentibus.

Clericum, qui tempore indicti ieiunij, absq;

ineuitabili neceſſitate, ieiunium rumpit, minorem habendum.

Cap.64. De his, qui dominico die ieiunant.

76.q.7. Sacerdos. Qui dominico die ſtudioſè ieiunat, non credatur catholicus.

Cap.65. De paſcha ſuo tempore celebrando.

Paſchæ ſolēnitas uno die, & tpe celebrāda.

Cap.66. Quando clericus recurrere debet ad ſynodum.

Clericus, qui epiſcopi circa ſe diſtrictionē iniuſtam putat, recurrat ad ſynodum.

Cap.67. De ſeditionarijs, ne clerici fiant.

D. 40. Seditionarios. Seditionarios nunquam ordinandos clericos, ſicut nec uſurarios, nec iniuriarum ſuarum ultores

Cap.68. Vt ex pœnitentibus ordinatus clericus, deponatur.

Ex pœnitentibus (quamuis ſit bonus) clericus non ordinetur. Si per ignorantiam epiſcopi factum fuerit, deponatur a clero, quia ſe ordinationis tempore non prodidit fuiſſe pœnitentem. Si autem ſciens epiſcopus ordinauerit talem, etiam ipſe ab epiſcopatus ſui ordinandi dumtaxat poteſtate priuetur.

Cap.69. Vt epiſcopus, uiduæ maritum ad clerum promouens, deponatur.

Simili ſententiæ ſubiacebit ep̄s, ſi ſciens ordinauerit clericum eum, qui uiduam, aut repudiatam uxorem habuit, aut ſecundam.

Cap.70. Vt clericus, hæreticorum conuiuia fugiat.

24.q.3. Clericus. Clericus hęreticorum, aut ſchiſmaticorum, tam conuiuia quam ſodalitates euitet æqualiter.

Cap.71. De hæreticorum cœtu.

Quòd hęreticorum cœtus non eccleſia, ſed conciliabulum ſit.

Cap.72. Quòd nihil fiat cum hæreticis.

Cum hæreticis,nec orãdum nec psallendũ.

Cap.73.De communicantibus cum excommunicatis.

Qui communicauerit,uel orauerit cũ excõmunicato,siue clericus siue laicus,excõicet. 11.q.3.Qui cõmunicauerit.

Cap.74.De pœnitentium lege.

Vt sacerdos pœnitentiã imploranti,absq; psonæ accceptione pœnitentiæ leges iniungat.

Cap.75. De negligentioribus pœnitentibus.

Vt negligentiores pœnitentes tardius reconcilientur. 26.q.7. Sacerdos.

Cap.76.De poscentibus pœnitentiam, si postea obmutescant.

Is, qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum sacerdos inuitatus uenit, oppressus infirmitate obmutuerit, uel in phrenesim uersus fuerit,dent testimonium, qui eũ audierunt,& accipiat pœnitentiam.Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur p manus impositionem,& infundatur ori eius eucharistia.Si superuixerit, admoneatur a supra dictis testibus,petitioni suæ satisfactũ, & subdatur statutis pœnitentiæ legibus,quandiu sacerdos,qui pœnitentiã dederit,probauerit. 26.q.6.Is,qui in ifirmitate. In phrenesim uersus, interdum,& absoluendus,& cõmunicandus.

Cap.77.De pœnitentibus infirmis.

Pœnitentes, qui in infirmitate sunt, uiaticum accipiant. 26.q.6.Is q.

Cap.78.De eisdem, si post uiaticum superuiuant.

Pœnitentes,q in infirmitate uiaticũ eucharistiæ acceperint,non se credant absolutos sinè manus impositione,si superuixerint.

Cap.79.De pœnitentibus, si casu aliquo moriantur.

Pœnitentes,qui attentè leges pœnitẽtiæ exequuntur,si casu in itinere, uel in mari mortui fuerint, ubi eis subueniri non possit,memoria 26.q.7. Sacerdos.

eorū & orationib⁹, & oblationib⁹cōmendet.

Cap.80. De manus impositione super pœnitentes.

Ibidem.

Omni tempore ieiunij, manus pœnitentib⁹ à sacerdotibus imponantur.

Cap.81. Vt pœnitentes mortuos sepeliant.

Mortuos pœnitentes ecclesiæ afferant, & sepeliant. *Cap.82. Vt pœnitentes genua flectant.*

Pœnitentes etiam dieb⁹ remissionis genua flectant. *Cap.83. De senibus honorandis.*

Pauperes, & senes ecclesię, plus cæteris honorandi sunt.

Cap.84. Vsq; ad missam catechumenorum nullus ecclesiam ingredi prohibeatur.

De conse.d.1. Eps nullum.

Vt episcopus nullum prohibeat ingredi ecclesiam, & audire uerbum Dei, siue gentilem, siue hæreticum, siue Iudæum, usq; ad missam catechumenorū. *Cap.85. De baptizandis.*

De cōse.d.4. Baptizandi.

Baptizandi nomen suum dent, & diu sub abstinentia uini, & carnium, ac manus impositione, crebra examinatiōe baptismū pcipiāt.

Cap.86. Vt nuper baptizati castè uiuant.

De conse.d.5. Neophyti.

Neophyti, aliquandiu à lautioribus epulis, & spectaculis, uel coniugibus abstineant.

Cap.87. De catholicis, qui apud infideles causam proponunt.

2.q.6. Catholicus.

Catholicus, qui causam suam siue iustam, siue iniustam, ad iudicium alterius fidei iudicis prouocat, excommunicetur.

Cap.88. De his, qui missam prætermittunt.

De conse.d.1. Qui die.

Qui die solenni, prætermisso solenni ecclesiæ conuentu, ad spectacula uadit, excōicetur.

Cap.89. De his, qui iudaicis superstitionibus seruiunt.

26.q.5. Auguriis.

Augurijs, uel incantationibus seruientem, a conuentu ecclesiæ separandum. Similiter &

superstitionibus

ſuperſtitionibus Iudaicis,uel ferijs inhęrentẽ.

Cap.90.De energumenis.

Omni die exorciſtæ energumenis manus imponant. De conſe.d.5. Omni die.

Cap.91.De eiſdem.

Pauimẽta domorũ Dei energumeni uertãt.

Cap.92.De uictu energumenorum.

Energumenis,in domo Dei aſſidentibus,uictus quotidianus per exorciſtas opportuno tempore miniſtretur.

Cap.93.De oblationibus diſcordantium.

Oblationes diſſidentium fratrum, neq; in ſacrario,neq; in gazophilatio recipiantur. D. 90. Oblationes.

Cap.94.De oblationibus opprimentium pauperes.

Eorum,qui pauperes opprimunt,dona à ſacerdotibus refutanda. Ibidem.

Cap.95.De his, qui oblationes defunctorum defraudant.

Qui oblationes defunctorum aut negãt eccleſiis,aut cum difficultate reddunt,tanq; egẽtium necatores excommunicentur. De oblationibus, quæ pro defunctis offeruntur.

Cap.96.De accuſatore & accuſato.

Quærendum in iudicio,cuius ſit conuerſationis & fidei,is,q accuſat,& is qui accuſat. 2.q.7. Quærẽdum eſt.

Cap.97.De eo, qui religioſis fœminis præficitur.

Qui religioſis fœminis præponendus eſt, ab epiſcopo loci probetur. 18.q.2.Qui.

Cap.98.Vt laicus, præſentibus clericis,non doceat.

Laicus,præſentibus clericis, niſi ipſis rogãtibus,docere non audeat.

Cap.99.Vt mulieres publicè non doceant.

Mulier,quamuis docta & ſancta, uiros in cõuentu docere non præſumat. D.23.Mulier.

Cap.100.Vt mulieres non baptizent.

Mulier baptizare non præſumat.

Cap.101. De uiduis infirmis.

Viduæ adolescentes, quæ corpore debiles sunt, sumptu ecclīæ, cui⁹ uiduæ sunt, sustētent.

Cap.102. Ne clerici uiduarum familiaritati associentur.

D.91. Ad reatum. Ad reatum episcopi pertinet, uel presbyteri, q parochiæ pֿest, si sustentādæ uitæ pֿsentis causa, adolescētiores uiduæ, uel sanctimoniales, clericorum familiaritatibus subijciantur.

Ca.103. De uiduis, quæ ecclesiæ stipēdijs sustentantur.

Ibidē. Viduę. Viduæ, quæ stipendio ecclesiæ sustentant̄, tam assiduè in Dei opere esse debent, ut meritis & orationibus suis ecclesiam adiuuent.

Cap.104. De uiduis professis continentiam præuaricantibus.

Sicut bonum est castitatis premium, ita & maiori obseruantia & pręceptione custodiendum est. Vt si quæ uiduæ, quantūlibet adhuc in minoribus annis positæ, & matura ætate a uiro relictæ, se deuouerunt domino, & ueste laicali abiecta, sub testimonio ep̄i & ecclesiæ, religioso habitu apparuerint, posteà uerò ad nuptias seculares trāsierunt, secundū Apostolum, damnationem habebunt, quoniam fidem castitatis, quam domino uouerunt, irritā facere ausæ sunt. Tales ergo personę sinè Christianoꝝ communione maneāt, quæ etiam nec in conuiuio cum Christianis communicent. Nam si adulteræ coniuges reatu suo sunt uiris suis obnoxiæ, quanto magis uiduæ, quę religiositatem mutauerunt, crimine adulterij notabuntur, si deuotionem, quam Deo sponte, non coactæ obtulerūt, libidinosa corruperint uoluptate, atq; ad secundas nuptias trāsitum fecerunt? Quæ & si, uiolentia irruente, ab ali-

Margin: 1. Timoth.5.

quo præreptæ fuerint, ac posteà delectatione carnis, atq; libidinis permanere in coniugio, raptori uel uiolento uiro consenserint, damnationi superius comprehensæ tenebũtur obnoxiæ. De talibus ait Apostolus: Quum luxuriatæ fuerint, nubere uolunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Aurelius episcop9 Carthagiñ. ecclesiæ, subscripsi, Donatianus Talabricensis primæ sedis subscripsi, Augustinus Hipponæ Regieñ. subscripsi. Similiter omnes episcopi subscripserunt. 1. Timoth. 5. Subscriptio.

Finit concilium Carthagineñ. 4.

Prouinciale concilium, confirmatum tamẽ ĩ. 6. synodo gñali, ĩ Trullo celebrata. Vbi recepta sunt uniuersa cõcilia Carthagine habita.

CONCILIVM TAVRINATEN. Conciliũ Taurinateñ.

Prouinciale, celebratum tempore Siritij Papę, & beati Ambrosij episcopi Mediolanẽ. Nihil habet annotatione dignum, totum consumit in compositione causarum quarũdam ciuilium, quæ inter episcopos quosdam, & cæteros presbyteros tractabantur.

Decreta Anastasij Papæ.

Anastasius Papa, natione Romanus, sedit annos. 3. dies. x. Papa. 39. sub Petro. Anastasius Pont. 39.

Sub Anastasio floruerũt apud Orientẽ Gregorius Nazianzenus, & Basilius. Sub hoc pp scripta Origenis in Alexandria celebrata ẽ synodus.

Extat epistola decretalis eius ad ẽpos Germaniæ, & Burgundiæ, in qua constituit, ut dũ sancta euangelia in ecclesia recitãtur, sacerdotes, & cæteri omnes præsentes, non sedentes, sed uenerabiliter curui in cõspectu sancti euã Qualiter stãdũ, dũ legitur euãgeliũ in ecclesia.

geliĳ ſtantes dominica uerba intentè audiant, & fideliter adorent.

Secundo, ſignificat eiſdem, ne Manichæos, quos in urbe Roma inuenit, recipiant, neq; cũ eis aliquam participationem habeant, priuſq; ad rectam conuertantur fidem, quorũ ille aliquos Romæ conuertit. Quos autem ad fidem trahere non potuit, ſecundũ Chriſtianorũ principum conſtituta, ne ſanctum gregem ſua contagione polluerent, per publicos iudices perpetuo exilio relegauit.

Conciliũ Carthagineñ. 5.

CONCILIVM CARTHAGINEN. Quintũ, celebratũ Era. 438. pſentib9. 73. epis.

Cap. 1.

De clericis, ad teſtimonium nõ pulſandis. 2. q. 6. Statutum eſt. *Cap. 2.*

De clericis, pro crimine ſuo damnatis, ut à quolibet non defenſentur. 21. q. 5. Si quis cuiuslibet. *Cap. 3.*

De ſacerdotibus & Leuitis, ut ab uxorib9 ſe contineant. d. 84. Cùm de quorundam.

Cap. 4.

De rebus eccleſiæ, ſinè conſilio metropolitani epiſcopi non alienandis.

Ca. 5. Vt nullus epiſcopus, relicta cathedra, in diœceſi reſideat.

7. q. 1. Placuit, ut.

Placuit, ut nemini ſit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam eccleſiam in diœceſi conſtitutam, ſe conferre, uel in re propria diutius, q̃ oportet, cõſtitutũ, curã uel frequentationem propriæ cathedræ negligere.

Cap. 6. De his, qui nullo teſtimonio ſe baptizatos nouerunt.

De cõſe. d. 4. Placuit, de.

Placuit de infantibus, quoties non inueniũtur certiſſimi teſtes, qui eos baptizatos eſſe ſi-

nè dubitatione testentur, neq; ipsi sunt per ętatem idonei, de traditis sibi sacramentis respõdere, absq; ullo scrupulo eos esse baptizãdos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatiõe priuari. Hinc enim Legati Maurorum fratres nostri consuluerunt, quia multos tales à Barbaris redimunt. Similiter & de ecclesiis (quoties sup earum consecratione hęsitat) agẽdũ est, idest, ut sinè ulla trepidatione consecrẽtur.

Cap. 7.

De tempore Paschali, & conciliij.

Cap. 8.

De intercessoribus, ne cathedram morietis epi diu retineãt, sed infra annum sacerdotẽ providéant. 7.q.1. Constitutum est.

Cap. 9. De defensore ecclesiarum.

Ab Imperatoribus uniuersis uisum est postulandum, propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sinè intermissione fatigatur ecclesia, ut defensores eis aduersus potentias diuitum cum episcoporum prouisione delegẽtur. 23.q.3. Ab imperatoribus.

Cap. 10.

Vt episcopi ad diem cõcilij occurrãt. D.18. Placuit, ut.

Cap. 11.

Vt lapsis sacerdotibus manus, sicut laicis, non imponatur. D.50. Confirmandum est.

Cap. 12.

De clericis excõicatis, quãdiu eis asserere liceat ínocentiã suã. 11.q.3. Rursus cõstitutũ est.

Cap. 13.

De clericis, uel monachis, ab alio episcopo ordinatis. In decretis. D.58. Si qs de alterius.

Ca. 14. De basilicis, quæ sinè martyrũ reliquijs dedicatæ sunt.

Item placuit, ut altaria, quę passim p agros,

De conse. d. 1. Placuit altaria.

aut uias, tanquam memoriæ martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab episcopis, qui eisdem locis præsunt (si fieri potest) euertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non sinitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, ut qui recte sapiunt, nulla ibi superstitione deuincti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi aut ibi corpus, aut aliquæ certæ reliquiæ sint, aut ubi origo alicuius habitationis, uel possessionis, uel passionis, fidelissima origine traditur. Nam quæ per somnia, & per inanes quasi reuelationes quorumlibet hominum ubique constituuntur altaria, omnimode reprobentur.

Bremitoria per agros constituta euertantur.

Cap. 15. De idololatrijs destruendis.

Item placuit, ab Imperatoribus gloriosissimis peti, ut reliquiæ, non solum in simulachris, sed in quibuscunque locis, uel lucis, uel arboribus omnimodo deleantur.

Subscriptio concilij Cartha. 5.

Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginis, supra comprehensis in nostro concilio statutis, subscripsi. Similiter. 72. episcopi subscripserunt.

Finit concilium Carthaginense. 5.

Toletanum concilium. 1.

CONCILIVM TOLETANVM primum. 19. episcoporum, Patrono episcopo præsidente. Est prouinciale, sed confirmatum auctoritate Leonis Papæ.

Considentibus presbyteris, astantibus diaconis, & cæteris, qui intererant concilio congregato, Patronus episcopus dixit: Quoniam singuli cœpimus in ecclesiis nostris facere diuersa, & inde tanta scandala sunt, quæ usque ad

ſchiſma perueniunt, ſi placet, communi concilio decernamus, quid ab omnibus epiſcopis, in ordinandis clericis, ſit ſequēdum. Mihi autem placet, conſtituta primitus Nicæni concilij perpetuò eſſe ſeruanda, nec ab his eſſe recedendum. Vniuerſi epiſcopi dixerunt: Hoc nobis placet, ita ut ſi quis, cognitis geſtis Nicæni cōcilij, aliud ꝙ̄ ſtatutum eſt, facere præſumpſerit, & non in eo perſeuerandum putauerit, hic excommunicatus habeatur, niſi per correctionem fratrum emendauerit errorem.

Cap. 1.

De presbyteris, & diaconis, ſi poſt ordinationem filios genuerint, ad altiorem gradum non aſcendant.

Cap. 2. Vt pœnitēs, ſi neceſſitas cogat, lector aut oſtiarius fiat.

Item placuit, ut pœnitentes non admittantur ad clerum, niſi tantum (ſi neceſſitas, aut uſus exegerit) & tunc inter oſtiarios deputētur, uel inter lectores, ita ut euangelia, aut epiſtolam non legant. Si qui autem ante ordinati ſunt diaconi, inter ſubdiaconos habeantur, ita ut manum non imponant, nec ſacra contingant. Eum uerò pœnitentem dicimus, qui poſt baptiſmum, aut pro homicidio, aut pro diuerſis criminib⁹, grauiſſimiſq́; peccatis, publicam pœnitentiam gerens, ſub cilicio diuino fuerit reconciliatus altario. D. 50. Placuit

Cap. 3. De his, qui uiduas acceperint, ne diaconi fiant.

Item conſtituit ſancta ſynodus, ut lector fidelis, ſi uiduā alterius uxorem acceperit, amplius nihil ſit, ſed ſemper lector habeatur, aut forte ſubdiaconus.

Cap.4. Vt subdiaconus, si defuncta uxore, aliam duxerit, ostiarius fiat.

Subdiaconus autē, defuncta uxore, si uxorem aliā duxerit, ab officio, in quo ordinatus fuerat, remoueatur, & habeatur inter ostiarios, uel lectores, ita ut euangelium, & epistolam non legat, propterea, ne qui ecclesię seruierit, publicis officijs seruire uideatur. Qui uerò tertiam (quod nec dicendum est) acceperit, abstentus biennio, postea inter laicos reconciliatus per pœnitentiam communicet.

Cap.5. De clericis tardius ad ecclesiam uenientibus.

Presbyter, uel diaconus, uel subdiaconus, uel quilibet ecclesiæ deputatus clericus, si intra ciuitatem fuerit, uel in loco in quo ecclesia est, aut castella, aut uici sunt, aut uillæ, si ad ecclesiam, aut ad sacrificium quotidianum non uenerit, clericus non habeatur, si castigatus per satisfactionem ueniā ab epo noluit promereri.

Cap.6. Ne religiosa puella uirorum familiaritatem habeat.

Itemq́, puella Dei nec familiaritatē habeat cum cōfessore, aut cum quolibet laico sanguinis alieni, aut conuiuium sola adeat, nisi ubi sit seniorum, aut honestorum, aut uiduarum, honestarumq́ frequentia, ubi honestè confessor quilibet, cum plurimorum testimonio testiū, cōuiuio īteresse possit. Cum lectoribus autē in ipsorum domibus nō admittēdas penitus, nec uidēdas, nisi fortè consanguinea soror sit, uel uterina.

Cap.7. De clerico, cuius uxor peccauerit.

31.q.2. Placuit, ut si.

Placuit, ut, si quorūcunq́ clericorum uxores peccauerint (ne fortè licentiam peccandi plus habeant) accipiant mariti earum hanc potesta

tem (præter necem) custodiendi, ligandi in domo sua ad ieiunia salutaria, nõ mortifera, eas cogentes. Ita ut inuicem sibi clerici pauperes auxilium ferant, si seruitia forté non habeant. Cum uxoribus autem ipsis, quę peccauerint, nec cibos sumant, nisi fortè ad timorem Dei, acta pœnitentia, reuertantur.

Cap. 8. De his, qui post baptismum militauerint.

Si quis post baptismum militauerit, et chlamydem sumpserit, aut cingulum ad necãdos fideles, etiam si grauia non admiserit, si ad clerum admissus fuerit, diaconij non accipiat dignitatem. D. 51. Si quis. post.

Ca. 9. De professis, uel uiduis, absente sacerdote.

Nulla professa, uel uidua, absente epõ, uel presbytero, in domo sua Antiphonas cum cõfessore uel seruo suo faciat. Lucernarium uerò nisi in ecclesia nõ legat, aut si legat in uilla, p̃sente epõ, uel presbytero, uel diacono legat.

Cap. 10. Ne clericus fiat, sinè consensu domini aut patroni.

Clericos, siquidem obligati sint uel pro æquatione, uel de genere alicuius domus, non ordinandos, nisi probatæ uitæ fuerint, & patroni consensus accesserit.

Cap. 11. De potentibus, qui pauperem expoliant.

Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem, aut religiosum expoliauerit, & mandauerit, eum ad se uenire, episcopus, ut audiatur, & is cõtempserit, inuicem mox scripta percurrant per omnes prouinciæ episcopos & q̃scunq; adire potuerint, ut excõicatus habeat ipse, donec obediat, & reddat aliena.

Cap. 12. Ne clericus ab episcopo recedat.

Item, ut liberum nulli clero sit discedere ab 24. q. 3. Si ꝗs dc.

episcopo suo, & alteri episcopo cõmunicare, nisi fortè ei, quem eps alius libẽter habeat de hæreticorum schismate discedẽtem, & ad fidem catholicam reuertẽtem. Si qui autem de catholicis discesserint, & in cõmunione eorum, uel palàm, uel occultè cum eis (qui uel excommunicati sunt, uel per sententiam iam notati) fuerint inuenti, habeant illorum, ad quos ire uoluerint, etiam in damnatione consortium.

Cap. 13. De his, qui ecclesiam intrant.

De conse. d. 2. Hi qui intrãt.

De his, qui intrant in ecclesiam, & deprehẽduntur, nunquam communicare admoneantur. Quòd si non communicant, ad pœnitentiam accedant. Si communicant, non semper abstineantur. Si non fecerint, abstineantur.

Cap. 14. De accipientibus eucharistiam.

Si quis autem, acceptam à sacerdote, eucharistiã non sumpserit, uelut sacrilegus ꝓpellat.

Cap. 15. De excommunicatis à sacerdote.

Si qs laicus abstinetur, ad hunc, uel ad domum eius, uel clericorum, uel religiosorum nullus accedat. Similiter & clericus, si abstinetur, à clericis deuitetur. Si quis cum illo colloqui, aut conuiuari fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur. Sed hoc ꝑtineat ad eos clericos, q eius sunt epi, & ad oẽs, q cõmoniti fuerint de eo, q abstinet, siue laico quolibet, siue clerico.

Cap. 16. De pœnitentia deuotæ, si adultera fuerit.

27. q. 1. Deuotam.

Deuotam peccantem, non recipiendam in ecclesiã, nisi peccare desierit, & si desinens egerit aptam pœnitentiam decem annis, recipiat communionem. Priusquam autem in ecclesiã admittatur ad orationem, ad nullius cõuiuium

Christianæ mulieris accedat. Quòd si admissa fuerit, etiam hæc, quæ eam receperit, habeatur abstenta. Corruptorem etiam par pœna constringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiã, nisi adhuc ipso uiuente marito, castè uiuere cœperit, aut postquam ipse decesserit. *Cap.17. De uxorato concubinã habente.*

Si quis habens uxorem fidelis, si concubinam habeat, non communicet. Cæterum is, qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur, tantùm ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ (ut ei placuerit) sit coniunctione contentus. Aliàs uerò uiuens abijciatur, donec desinat, & ad pœnitentiam reuertatur. D.34. His q.

Cap.18. De uidua episcopi, si maritum acceperit.

Si qua uidua episcopi, aut presbyteri, aut diaconi, maritum acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cum ea conuiuium sumat, nunquam cõicet, morienti tñ ei sacramẽtum subueniat.

Cap.19. Si filia sacerdotis religiosa peccauerit.

Episcopi, siue presbyteri, siue diaconi filia, si deuota fuerit, & peccauerit, & maritum duxerit, si eam pater, uel mater in affectum receperint, à communione habeantur alieni, pater uerò causas in concilio nouerit se præstaturum. Mulier autem nõ admittatur ad cõionem, nisi marito defuncto, egerit pœnitentiã. Si autem (uiuente eo) secesserit, & pœnituerit, nullo modo, nisi uitæ deficiens, accipiat cõmunionem.

Cap.20. Vt nullus præter episcopum chrisma conficiat.

Quamuis penè ubique custodiatur, ut absque epõ chrisma nemo conficiat, tñ quia in aliqui Vide supra folio.89.ca.36.

bus locis, uel prouincijs presbyteri dicuntur chrisma conficere, Placuit ex hac die nullum alium, nisi e͞pm, chrisma conficere, & per diœcesim destinare, ita, ut de singulis ecclesiis ad episcopum ante diem Paschę diaconi destinentur, aut subdiaconi, ut cõfestim chrisma ab episcopo destinatum, ad diem Paschæ possint ad tempus defferre. Episcopo sanè, certum est, q̄ omni tempore licet chrisma conficere, sinè cõscientia autem episcopi nihil penitus prebyteri agere præsumant. Statutum uerò est, diaconum non chrismare, sed presbyterum, absente episcopo, præsente uerò non, nisi ab ipso fuerit præceptum. Huiusmodi cõstitutionem meminerit semper archidiaconus, uel pręsentib⁹ uel absentibus episcopis, suggerendam, ut eã & e͞pi custodiant, & presbyteri nõ relinquãt.

Nullus pręter e͞pm chrisma conficiat.

Chrismare potest presbyter absente e͞po.

Cap. 21. De regulis fidei catholicæ.

Regulæ fidei contra omnes hæreses, maximè contra Priscillianistas. Quas e͞pi Tarraconensis, Carthaginẽsis, Lusitani, & Bethici fecerunt, & ex præcepto papæ Leonis ad Balconium e͞pm Galliciæ transmiserunt. Ipsi etiam suprascripta uiginti canonum capitula statuerunt in concilio Toletano.

Assertio fidei eiusdem concilij contra Priscillianistas.

Assertio fidei contra Priscillianistas.

Credimus in unum uerum Deum, patrem omnipotentem, & filium, & spiritum sanctũ, uisibilium & inuisibilium factorem, p̱ quem omnia facta sunt, in cœlo & in terra, unum Deum, & unam esse diuinæ substantiæ trinitatem. Patrem autem non esse filium ipsum, sed

habere filium, qui pater nō sit. Filium nō esse patrem, sed filium Dei de patris esse natura. Spiritum quoq; esse paracletum, q nec pater sit ipse, nec filius, sed à patre, filioq; procedēs. Est ergo ingenitus pater, genitus filius, nō genitus paracletus, sed à patre, filioq; ꝓcedens. Pater est, cuius uox hæc audita est de cœlis. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Filius est, q ait: Ego à patre exiui, et à Deo ueni in hunc mundum. Paracletus est spiritus, de quo filius ait: Nisi ego abiero ad patrem, paracletus non ueniet. Hanc trinitatem personis distinctam, substantia unitam, uirtute & potestate & maiestate inuisibilem, indifferentem. Præter hāc nullam credimus diuinam esse naturā, uel angeli, uel spiritus, uel uirtutis alicuius, quæ Deus credatur. Hunc ergo filium Dei, Deum natum à patre, ante omne omnino principium, sanctificasse uterum uirginis Mariæ, atq; ex ea uerū hominem, sinè uirili generatum semine, suscepisse, duabus dūtaxat naturis, id est, deitatis, & carnis, in unam conuenientibus omnino personam, id est, dn̄m nr̄m Iesum Christum. Nec imaginariū corpus, aut phātasmatis alicuius, in eo fuisse, sed solidum, atq; uerum. Hunc & esuriisse, & sitiisse, & doluisse, & fleuisse, & omnes corporis iniurias ꝑtulisse. Postremò à Iudæis crucifixum, & sepultum, & tertia die resurrexisse. Conuersatum postmodum cum discipulis suis, et quadragesima post resurrectionem die ad cœlum ascendisse. Hunc filium hominis, etiam filium Dei, et filium Dei & homi

Matth.3. Marci.1. Lucæ.3. Ioan.16.

nis filium appellamus. Resurrectionem uerò futuram humanæ credimus carnis, animam autem hominis non diuinæ esse substãtiæ, aut Dei patris, sed creaturam dicimus Dei uoluntate creatam. Si quis autem dixerit, aut crediderit, à Deo omnipotente mundum hunc factum nõ fuisse, atq; omnia eius instrumenta, anathema sit. Si quis dixerit, atq; crediderit, Deum patrem eundem esse filium, uel paracletum, anathema sit. Si qs dixerit, uel crediderit, filiũ eũdẽ eẽ patrẽ, uel paracletũ, anathema sit. Si quis dixerit, uel crediderit, paracletum esse uel patrem, uel filium, anathema sit. Si qs dixerit, uel crediderit, carnẽ tm̃ sinè aĩa, à filio Dei fuisse susceptã, anathe. sit. Si qs dixerit, uel crediderit, Christũ ĩnascibilẽ esse, anathe. sit. Si qs dixerit, uel crediderit, deitatẽ nascibilem esse, anathema sit. Si qs dixerit, uel crediderit, deitatem Christi conuertibilem fuisse, uel passibilem, anathema sit. Si quis dixerit, uel crediderit, alterum Deum esse priscę Legis, alteꝝ Euãgeliorum, anathema sit. Si quis dixerit, uel crediderit, ab altero Deo mũdum factum fuisse, & nõ ab eo, de quo scriptum est: In principio fecit Deus cœlum & terram, anathema sit. Si quis dixerit, uel crediderit, corpora humana non resurgere post mortẽ, anathema sit. Si qs dixerit, uel crediderit, animam humanam Dei portionem, uel Dei esse substantiam, anathema sit. Si quis dixerit, uel crediderit, alias scripturas, præter quas ecclesia catholica recipit, in auctoritate habendas, uel esse uenerandas, anathema sit. Si qs dixerit, uel crediderit, deita

Gene. 1.

tis, & carnis unam in Christo esse naturam, anathema sit. Si qs dixerit, uel crediderit, esse aliquid, quod se extra diuinã trinitatem possit extēdere, anathema sit. Si quis Astrologię, uel Mathesi existimat esse credendum, anathema sit. Si qs dixerit uel crediderit, cōiugia hominum, quæ secundum legem diuinam licet habere, execrabilia esse, anathema sit. Si qs dixerit, uel crediderit, carnes auium, seu pecudum, quæ ad escam datæ sunt, non tantum ꝓ castigatione hoīum abstinēdas, sed execrãdas esse, anathema sit. Si qs in errore Priscilliani se ctã seqtur, uel ꝓfitetur, ut aliud in salubri baptismo cōtra sedē S. Petri faciat, anathema sit.

Explicit regula fidei catholicę aduersus Priscillianistas, Patronus episcopus subscripsi. Marcellus episcopus subscripsi. Afrodisi⁹ episcopus subscripsi. Subscripserūt & alij episcopi, qui interfuerunt concilio. Subscriptio.

Decreta Innocentij Papæ.

Innocentius primus, Papa, natione Albanensis, sedit annis. 15. mensibus. 2. Hic constituit, ut qui natus fuerit de Christiana, denuo nasci debeat per baptismū, quod Pelagius damnauit. Eo tempore florebat Hieronymus presbyter ī Bethlehem. Pelagium, & Cœlestinum inuenit, quos tanq̃ hæreticos damnauit.

Innocentius Pont. 40.

Sub hoc cœpit hr̄sis, Deū corpus habere asserēs, Et prædestinatorum, & Cataphrygarū, & Pelagij. Et roma à Gotthis capta est.

Extat epistola eius decretalis ad Decētium episcopum, in qua paucis admonet, antiquas patrum traditiones seruandas, nec nouitates aliquas inducendas in sua ecclesia, nec alteri⁹ ecclesiæ, q̃ Romanæ in cōsecrandis mysterijs, uel in cęteris agēdis, cōsuetudinē esse seruãdã.

In concilijs. fo. 267. pag. 1.

Cap.1. De pacis osculo dando post confecta mysteria.

De conf. d.2. Pacẽ igitur.

Pacis osculũ dandum est post confecta mysteria, ut constet populum ad omnia, quæ in mysterijs aguntur, atq; in ecclesia celebrãtur, præbuisse consensum, ac finita esse, pacis concludentis signaculo demonstrentur.

Cap.2. De non recitandis nominibus ante precem sacerdotis.

De conse. d.2. De noibus recitandis.

De nominibus uerò recitandis, anteq̃ preces sacerdos faciat, atq; eorũ oblationes, quorũ noía recitanda sunt, sua oratione cõmendet, q̃ superfluum sit, & ipse p tuam prudentiã recognoscis, ut, cuius hostiam necdum Deo offeras, eius antè nomen insinues, quãuis illi incognitum sit nihil. Prius ergo oblatiões sunt cõmendandæ, ac tunc eorũ noía, quorũ sunt oblationes edicenda, ut inter sacra mysteria nominentur, nõ íter alia, quæ antè præmittimus, ut ipsis mysterijs uiã futuris precibꝰ aperiamus.

Cap.3. Vt infantes baptizati à solo episcopo consignentur.

Confirmationis sacramentum.

De consignandis uerò infantibus manifestum est non ab alio, q̃ ab epõ, fieri licere. Nã presbyteri, licet sint sacerdotes, põtificatus tñ apicem non habent. Hæc autem pontificibus solis deberi, ut uel cõsignent, uel Paracletum spiritum tradant, non solum cõsuetudo ecclesiastica demõstrat, uerum & illa lectio actuũ Apostolorũ, q̃ asserit, Petrum & Ioan. esse directos, qui iam baptizatis traderent spiritũ sanctum. Nam presbyteris, seu extra epm, seu p̃sente epõ, cùm baptizant, chrismate baptizatos ungere licet, sed qđ ab epõ fuerit consecratum, nõ tñ frontem ex eodem oleo signare, qđ solis debetur epis, cùm tradunt spiritum sanctum

Acto.4.

De conf. d.4. Presbyteris.

ctum Paracletum. Verba uerò dicere non pos sum, ne magis prodere uidear, quàm ad consultationem respondere.

Cap.4. De ieiunio sabbati.

Quòd ritè omni sabbato ieiunetur, quia feria sexta, & sabbatum ambo dies tristitiam Apostolis, uel his, qui Christum sequuti sunt, indixerunt. Qui die dominico exhilarati non solum ipsum festiuissimum esse uoluerunt, uerùm etiam per omnes hebdomadas frequentandum esse duxerunt. *Cap.5.* De consc. d. Sabbato.

De fermento, quod ciuitatis tātùm presbyteris dirigatur. *Cap. 6.*

De energumenis baptizatis, ut eis à presbytero, uel cæteris clericis, absente ep̄o, manus imponatur. *Cap.7. De pœnitentibus.*

De pœnitentibus uerò, qui siue ex grauioribus cōmissis, siue ex leuioribus pœnitentiam gerunt, si nulla interueniat ægritudo, quinta feria ante Pascha eis remittēdum, Romanæ ecclesiæ consuetudo demonstrat. Cæterum de pondere æstimando delictorum, sacerdotis est iudicare, ut attendat ad confessionem pœnitentis, & ad fletus atque lachrymas corrigētis, ac tum iubere dimitti, cum uiderit congruam satisfactionem. Sanè si quis in ægritudinem inciderit, atque usque ad desperationem deuenerit, ei est ante tempus Paschæ relaxandum, ne de seculo absque communione decedat. De consc. d. 3. De pœnitentibus.

Cap.8. Quòd orandum sit pro infirmis.

Sanè qm̄ de hoc, sicuti de cæteris, consulere uoluit dilectio tua, adiecit etiam filius meus Cœlestinus diaconus, in epistola sua esse a tua Extremā unctionē esse genus sacramenti.

dilectione positum illud, qđ in beati apostoli Iacobi epistola conscriptũ est: Infirmatur qs in uobis, inducat presbyteros, & orent super eum, ungẽtes eum oleo in nomine dñi, & oratio fidei saluabit ĩfirmum, & suscitabit illum dominus, & si in peccatis fuerit, remittentur ei. Quod non est dubium, de fidelibus ægrotãtibus accipi, uel intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perũgi possunt, quo ab episcopo confecto, non solum sacerdotibus, sed omnibus uti Christianis licet in sua, aut suorũ necessitate inungendo. Cæterùm, illud superfluũ uidemus adiectũ, ut de episcopo ambigatur, quod presbyteris licere nõ dubium est. Nam idcirco de presbyteris dictum est, quia episcopi, occupationib9 alijs impediti, ad omnes languidos ire nõ possunt. Cæteùrm, si episcopus aut potest, aut dignum ducit, aliquem à se uisitandum, & benedicere, & tangere chrismate sinè cunctatione potest, cuius est ipsum chrisma conficere. Nam pœnitentibus istud fundi non potest, quia genus est sacramenti. Nam q bus reliqua sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse cõcedi? His ergo, frater charissime, omnibus, quæ tua dilectio uoluit a nobis exponi, prout potuimus, respõdere curauimus, ut ecclesia tua Romanam cõsuetudinem, à qua originem ducit, seruare ualeat, atq; custodire. Reliqua uerò, quæ scribi fas non erat, quum adfueris, interrogati, poterimus edicere. Erit autẽ domini potentiæ, etiã id procurare, ut tuam ecclesiã, & clericos nostros, qui sub tuo pontificio diuinis famulan

Iaco. 5.

D. 95. Illud superfluum.

tur officijs, bene instituas, & alijs formam tribuas, quam debeant imitari.

Extat epistola secunda eiusdem Innocentij Papæ ad Victricium Rothomagen. episcopū. In qua eum instruit de Romanæ ecclesiæ norma atq; auctoritate, digestas uitæ & morum probabilium disciplinas annectens, per quas populum doceat, quibus rebus, & regulis, Christianorum uita in sua cuiusq; professione debeat contineri, & quæ deinceps intuitu diuini iudicij omnem catholicum episcopum expediat custodire. Partita est in. 13. capita, q̃ in epl'a. 4. Siritij Papæ superi⁹ descripta sunt. Epl'a. 2. Supra fo. 81. pag. 2.

Sequit̃ eiusdem epl'a tertia, ad Exuperium Tholosanum episcopum.

Innocentius Exuperio episcopo Tholosano salutem. Consulenti tibi (frater charissime) quid de proposita specie unaquaq; sentirem, pro captu intelligētiæ meæ, quæ sunt uisa, respondi, quid sequendum, uel quid uitandum docilis ratio persuaderet, uel auctoritas lectionis ostenderet, uel custodita series temporum demonstraret. Et quidem dilectio tua, institutum sequuta prudentium, ad sedem apostolicam referre maluit, quid de rebus dubijs custodire deberet, potius q̃ usurpatione præsumpta, quæ sibi uiderentur, de singulis obtinere. Cur enim magis pudendum putemus, discere aliqd, q̃ omnino nescire? Mihi quoq; ipsi de collatione docilitas accedit, dum perscrutatis rationib⁹, ad ꝑposita respōdere cōpellar, eoq; fit, ut semꝑ aliqd addiscat, q postulatur, ut doceat. Proponā igit̃ singula, subijciāq; r̄n̄sum. Epl'a. 3. De incontinētia sacerdotum.

Cap.1.De incontinentia sacerdotum, uel Leuitarum.

D.82. Proposuisti. Proposuisti, quid de his obseruari debeat, quos in diaconij ministerio, aut in officio presbyterij positos, incontinentes esse, aut fuisse, generati filij prodiderũt. De his & diuinarum legum manifesta est disciplina, & beatæ recordationis uiri Siritij episcopi monita euidentia commearunt, ut incontinentes, in officijs talibus positi, omni ecclesiastico honore priuarẽtur, nec admittãtur ad tale ministerium, quod sola continentia oportet impleri. Est enim uetus admodum sacræ legis auctoritas, iam in-
Luc.1. de ab initio custodita, q̃ in templo anno uicis suæ habitare præcepti sunt sacerdotes, ut ser-
1.Para.24. uientes sacris oblationibus, puri, & ab omni labe mundati sibi uindicent diuina mysteria, neq; eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercent uel cum uxore carnale consortium, quia
Leuit.11. scriptum est: Sãcti estote, quia & ego sanctus sum, dominus Deus uester. Quib⁹ utiq; propter sobolis successionem uxoris usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & præter ex se-
Nume..8. mine Aaron, ad sacerdotium nullus fuerat p̃ceptus accedere, quantò magis hi sacerdotes, uel Leuitæ pudicitiam ex die ordinatiõis suæ seruare debent, q̃bus, uel sacerdotium, uel ministerium sine successiõe est, nec præterit dies, qua uel a sacrificijs diuinis, uel à baptismatis officio uacent? Nam si beatus Paulus aposto-
1.Cor.7. lus ad Corin. scribit, dicens: Abstinete uos ad tempus, ut uacetis orationi, et hoc utiq; laicis præcepit, multo magis sacerdotes, quibus & orandi & sacrificandi iuge officium est, semp

debebunt ab huiusmodi consortio abstinere. Quòd si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo pudore uel sacrificare usurpabit, aut qua conscientia, quoue merito exaudiri se credit, quum dictum sit: Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum? Sed fortasse hoc licere credit, quia scriptum est: Vnius uxoris uirum, non permanentem in concupiscentia generãdi hoc dixit, sed propter cõtinentiam futuram. Neq; enim integros corpore non admisit, qui ait: Vellem omnes autẽ sic esse, sicut & ego. Quod & apertius declarat, dicẽs: Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem iam nõ estis in carne, sed in spiritu, & habẽtem filios, non generantem, dixit. Sed ea planè dispar & diuisa sententia est. Nam si ad aliquos forma illa ecclesiasticæ uitæ, pariter & disciplinę, quę ab episcopo Siritio ad prouincias cõmeauit, non probabitur peruenisse, His ignorantibus uenia remittitur, ita ut de cætero penitus incipiant abstinere. Et ita gradus suos, in quibus inuenti fuerint, sic retentent, ut eis non liceat ad potiora conscendere. Quibus in beneficio esse debet, q͏̃ hũc ipsum locum, quem retinẽt, non amittunt. Si qui autem sciisse formam uiuendi, missam à Siritio, deteguntur, neq; statim cupiditates libidinis abiecisse, illi sũt modis omnibus submouendi, quia post admonitionem cognitã, præponendam arbitrati sunt uoluptatem.

Tit. 1.
1. Timoth. 3.
1. Cor. 7.
Roma. 8.
Idem in cõci. Agathen. c. 9.

Cap. 2. De his, qui post baptismum omni tempore incontinentiæ uoluptatibus sunt dediti, & in ultimo pœnitentiã poscunt.

Et hoc quæsitum est, quid de his obseruari oporteat,qui post baptismum omni tempore incōtinentiæ uoluptatibus dediti, in extremo fine uitæ suæ pœnitentiam , simul & reconciliationem communionis exposcūt. De his obseruatio prior,durior, posterior,interueniente misericordia,inclinatior est.Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur pœnitentia , sed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ persequutiones essent, ne cōmunionis concessa facilitas,homines de reconciliatione securos non reuocaret a lapsu,negata meritò communio est,concessa pœnitentia,ne totum penitus negaretur,& duriorem esse remissionem fecit temporis ratio . Sed postquā dominus noster pacem ecclesiis suis reddidit, iam depulso terrore, communionem dari obeuntibus placuit, & propter domini misericordiam,quasi uiaticum profecturis,& ne Nouatiani hæretici negantis ueniam,asperitatem & duritiam subsequi uideamur . Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio,ut homines huiusmodi,uel in supremis suis, permittēte saluatore nostro,à ꝑpetuo exitio uindicent.

Cap.3.De administratoribus,uel iudicibus secularibus.

21.q.4. Quęsitum est.

Quæsitum etiam est super his, qui post baptismum administrauerunt , & aut tormenta sola exercuerunt,aut etiam capitalem protulere sentētiam. Nihil de his legimus à maiorib⁹ definitum esse. Meminerant enim,à Deo pote-

Rom.13.

states has fuisse cōcessas , & propter uindictā noxioꝝ gladium fuisse permissum, & Dei ministrum esse datum in huiusmodi uindicem.

Quomodo ergo reprehenderent factum, quo auctore Deo uiderent esse cõcessum? De his ergo, ita, ut hactenus seruatũ est, sic habeamus, ne aut disciplinam euertere, aut contra auctoritaté domini uenire uideamur. Ipsis auté, in ratione reddenda, gesta sua omnia seruabunt.

Cap. 4. Quòd uiri cum adulteris uxoribus non conueniãt.

Et illud desyderatũ est sciri, cur communicantes uiri cum adulteris uxoribus non conueniant, cum econtra uxores in cõsortio adulterorum uirorum manere uideantur. Sup hoc Christiana religio adulterium in utroq; sexu pari ratione condemnat. Sed uiros suos mulieres non facilè de adulterio accusant, & nõ habent latentia peccata uindictam. Viri autem liberius uxores adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt, & ideo mulieribus, prodito earum crimine, cõmunio denegatur. Virorũ auté, latente cõmisso, nõ facilè quisq; ex suspitionib9 abstinet. Qui utiq; submouebit, si eius flagitiũ detegat. Cũ ergo par cã sit, iterdũ pbatione cessante, uindictæ ratio conquiescit. 32.q.5. Christiana religio

Ca. 5. Quòd, qui preces, uel crimina dictãt, habeãtur immunes.

Illud etiam suscitari uoluisti, an preces dictantibus liberum concedatur. Vtiq;, post baptismi regenerationem, à principibus poscere mortem alicuius, uel sanguinem de reatu, quã rem principes nunquam sinè causæ cognitione concedunt, sed ad iudices cõmissa ipsa, uel crimina semper remittunt, ut causæ cognitæ uindicentur. Quæ cum quæsitori fuerint delegata, aut absolutio, aut damnatio, pro negotij qualitate profertur. Et dum legum auctoritas 23.q.4. Illud etiam.

Ca.6. Quòd hi, qui (intercedente repudio) diuortiũ pertulerũt, si se nuptijs alijs iunxerint, adulteri esse monstrentur.

De his etiam requisiuit dilectio tua, qui interueniente repudio, alij se matrimonio copularunt, quos in utraq; parte adulteros esse manifestum est. Qui uerò, uel uxore uiuente, (q̃uis dissociatum uideatur esse coniugium) ad aliam copulam festinarunt, neq; possunt adulteri non uideri, intãtum, ut etiam hæ personæ, quibus tales coniuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commisisse uideantur, secũdum illud

Matt.19.&.5. quod legimus in euãgelio: Qui dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam, mœchatur. Similiter, & q dimissam duxerit, mœchatur. Et ideo tales omnes à communione fidelium abstinẽdos. De parentibus autem, aut de propinquis eorum, nihil tale statui potest, nisi incentores illiciti consortij fuisse detegantur.

Cap.7. Qui libri in canone recipiantur.

Qui uerò libri recipiãtur in canone sanctarum scripturarũ, breuis annexus ostẽdit. Hæc sunt ergo quæ desyderata moneri uoce uoluisti, Moysi libri qnq; id est, Genesis, Exodus,

Nota. Leuiticus, &c. Cætera autem, quæ uel sub nomine Matthię, siue Iacobi minoris, uel sub nomine Petri, & Ioannis, quæ à quodam Leutio scripta sunt, uel sub nomine Andreæ, quæ à Nexocharide, & Leonide philosophis, & sub nomine Thomæ, & si qua sunt alia, nõ solum repudianda, uerumetiã noueris esse damnanda. Datum, decimo Kaleñ. Martij Stilicone. 2. & Antemio, uiris clarissimis consulibus.

Sequitur eiusdem epistola quarta, ad Felicem Nucerianum episcopum.

Innocētius Felici episcopo Nuceriano. Mirari non possumus, dilectionem tuā sequi instituta maiorum, omniaq́ue, quæ possunt aliquā recipere dubitationē, ad nos, quasi ad caput, atq; ad apicem episcopatus referre, ut consulta (uidelicet) sedes apostolica, ex ipsis reb9 dubijs, certum aliquid faciendum pronuntiet. Quod & nos libenter accipimus, & dilectionem tuam memorem canonū approbamus. Scripsisti ergo, quod feruore fidei, quo polles, & amore sanctæ plebis, uel reparaueris ecclesias Dei, uel nouas quasq; construxeris, sed in his clericos, quos constituas, non habere: aliquos uerò mutilos, aliquos digamos esse. Ad quod stupuimus, prudentem uirum de his uoluisse consulere, quæ omnibus sunt certa ratione cōperta. Ergo nō q̄si ignorāti dicim9, sed, in alijs forsitā occupatos, istud oblitos uos eē dicim9 Epīa. 4.

Cap. 1. Si quis, uolens, partem sui corporis amputauerit, clericus esse non potest: nolens autem, potest.

Qui igitur partem cuiuslibet digiti sibi ipse uolens abscidit, hunc ad clerū canones non admittunt. Cui uero casu aliquo cōtigit, dum aut operi rustico curam impendit, aut, aliq̄d faciens, se non sponte percussit, hos canones præcipiunt, & clericos fieri, & si in clero fuerint reperti, non abijci. In illis enim uoluntas iudicata est, quæ sibi ausa fuerit ferrum inijcere, quod (scilicet) & alij id facere dubitari nō possit, in istis uerò casus ueniam meruit.

Cap. 2. Quòd digami ad clerum admitti non possunt.

De digamis autem nec cõsuli debuit, quòd manifesta lectio sit Apostoli, Vni⁹ uxoris uirum ad sacerdotiũ, siue ad clericatum admitti debere, & hanc ipsam tamen, si uirginem acceperit. Nam ea, quæ habuerit ante uirum, licet defunctus sit, tamen si clerico postea fuerit copulata, clericus, qui eam acceperit, esse non poterit, quia in lege cautum est, Non uiduam, nõ abiectam habere posse cõiugem sacerdotem.

1. Timo. 3. & Tit. 1.

Leui. 21.

Cap. 3. Qui de laicis ad clerum non debeant promoueri.

De laicis uerò religio tua consuluit, quos canones ordinare prohibeant. Certum est quidem, hoc regulas ecclesiasticas continere, sed non ita definitum est, ut de omnibus sit laicis constitutum. Neq; enim clerici nasci, & nõ fieri possunt, sed designata sunt genera, de quib⁹ ad clericatum peruenire non possunt, id est, si quis fidelis militauerit, si quis fidelis causas egerit, hoc est, postulauerit, si quis fidelis administrauerit. De curialibus autem manifesta ratio est, quoniam & si inueniantur huiusmodi uiri, qui debeant clerici fieri, tñ, qm̃ sæpius ad curiã repetuntur, cauendum ab his est ꝓpter tribulationẽ, q̃ sæpè de his eccl'iæ ꝓuenit.

D. 51. Designata sunt.

Cap. 4. Qui de laicis possunt clerici fieri. Hic apertè concubina prohibetur.

Laici uerò, qui habentes uxores, baptizati sunt, ac sic se instituerũt, ut opinio eorũ in nullo uacillet, ut aut clericis iũcti sint, aut monasterijs, ex quo baptizati sunt, hæserint, & si nõ concubinam, non pellicem nouerint, si in bonis operibus uigilauerint, nõ prohibentur huiusmodi ad clericatus sortem assumi.

D. 33. Laici.

Cap.5. De temporibus in clero immorandis.

Ita sanè, ut in eos tempora à maioribus cōstituta seruentur. Nec citò quilibet lector, citò acolythus, citò diacon9, citò sacerdos fiat, qa in minoribus officijs si diu perdurent, & uita eorum, pariter & obsequia comprobantur, ut ad sacerdotium post hac emensis stipendiorum meritis ueniant, nec præripiant, quod uita pbata meretur accipere. Quoniã ergo certa definitione monstratum est, qui debeant admitti, quiue reprobari, ex his omnibus, quos uidet dignatio tua, non posse reprobari, eligere debebis, quos clericos facias. Si enim nullam gratiam hominibus, aut beneficium præstare uelimus, tales inuenire possumus, de quorum assumptione nec incurrere scãdalum, nec erubescere ualeamus.

Sequit eiusdem epistola uicesimaquarta ad synodum in Toletana ciuitate constitutam.

Cap.1. De Hispanorum reprehensione, qui inordinatè constituunt clericos.

Innocentius uniuersis episcopis in Toletana synodo constitutis, dulcissimis fratribus, in domino salutem. Sæpè me & nimium cùm teneret cura solicitum, super dissentionis schismate ecclesiarum, quod malum p Hispanias latius indies separationis gradu incedere fama proloquitur, necessarium tempus emersit, quo non possit emẽdatio tanta differri, & deberet congrua medicina prouideri. Nam de ordinationibus, quas prauæ consuetudinis uitio Hispanienses episcopos celebrare cognoscimus, fuerat aliquid secundum maiorum tradi Epla.24.

tionem statuendam, nisi perpenderemus, ne perturbatiões quàm plurimas ecclesiis moueremus. Quorum factum ita reprehendimus, ut, propter numerum corrigẽdorum, ea, quę quoquo modo facta sunt, nõ in dubium uocemus, sed Dei potius dimittamus iudicio.

Cap. 2. Vt causidici, uel curiales, uel seculari militiæ dediti ad clerum non admittantur.

D. 51. Aliquãtos ex.

Quantos enim ex eis, qui post acceptam baptismi gratiam, in Forensi exercitatiõe uersati sunt, & obtinendi pertinaciã susceperunt, accitos ad sacerdotium esse, cõperimus, è quorum numero Rufinus, & Gregorius perhibentur, quantos ex militia, qui cum potestatibus obedierunt, sęuera necessarió pręcepta sunt executi, quantos ex curialibus, qui dum parent potestatibus, quę sibi sunt imperata, fecerũt, quãtos, qui uoluptates, & æditiones populo celebrarunt, ad honorem summi sacerdotij peruenisse, quorum omnium neminem, ne ad societatem quidem ordinis clericorum, oportuerat peruenisse. Quę si singula discutienda mandemus, non modicos motus, aut scandala Hispaniensibus prouintijs, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducemus. Idcirco, remittenda potius hæc, putamus. Sed, ne deinceps similia committantur, dilectionis uestræ maturitas prouidere debebit, ut tantæ usurpationi, saltem nunc, finis necessarius imponatur, eo uidelicet constituto, ut quicunque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.

Cap. 3. Vt quicunq; tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.

Post hæc, si quis aduersus formas canonũ, uel ad ecclesiasticum ordinem, uel ad ipsum sacerdotium uenire tentauerit, unà cum ordinatoribus suis, ipso, in quo inuenti fuerint, ordine & honore priuẽt. Et q̃quis dilectioni uestræ, fratres charissimi, regulæ Nicænæ sint cognitæ, secundum quas ordines esse faciendos per sententiam decernitis, tamen aliquam partem, quæ de ordinationibus est prouisa, inferendam putaui, ut secundum eam ordinationes in posterum celebrandas esse sciamus, ne cui interpretandi aliter, liberum arbitrium relinquatur. Ac primũ, q̃ sunt ꝓhibita, digerant.

Cap.4. De commemoratione Nicæni concilij, in quo supradicta prohibentur.

Ne quispiam, qui post baptismum militauerit, ad ordinem debeat clericatus admitti, neq;, qui causas post acceptum baptismũ egerint, aut, qui post acceptam Dei gratiam administrauerint, neq; de curialibus aliquem ad ecclesiasticum ordinem uenire posse, qui post baptismum uel coronati fuerint, uel sacerdotium (quod dicitur) sustinuerint, & æditiones publicas celebrauerint. Nam & hoc de curialibus est cauendum, ne ĳdem, qui ex curialib⁹ fuerint, aliquando à suis curĳs, quod frequenter uidemus accidere, poscãtur. Quæ oĩa, rationabil'r ꝓhibita, oportet modis oĩb⁹ custodiri. Nicænæ synodi. cap. 11. 12.

Cap.5. Quales eligendi sunt in ordine clericorum.

Quales uerò eligendi sunt in ordine clericorum, euidens forma declarat, id est, qui ab ineunte ætate baptizati fuerint, & lectorum officio sociati, uel, si maiores sunt, cũ fuerint Dei In dec. Siritij ad Himerũ.

gratiam consecuti, statim se ecclesiasticis ordinibus mancipauerint. Et si uxores habuerint, quærendum, si uxorem uirginem habuerint,

Leuit.21.

quia scriptum est in ueteri testamento: Vxorē uirginē accipiat sacerdos. Et alibi: Sacerdotes

1. Timoth.3. & Tit.1.

me semel nubant. Neq; qui duas uxores habuerit, qa Paulus apl's ait: Vni⁹ uxoris uirū.

Cap.6. De eo, qui ante baptismum uxorem habuit, & post baptismum aliam, ut clericus non fiat.

In epist. Inno. ad Rufum cap.2.

Nec illud debere admitti, quod aliquanti p defensione praui erroris opponunt & asserūt, quòd ante baptismum omnia dimittūtur, nō intelligentes huiusmodi, quòd sola in baptismo peccata dimittuntur, nō uxoris numerus

Prouerb.19.

aboletur. Nam si à Deo, ut scriptum est, pręparatur uiro uxor, & quod Deus iunxit, homo non separet, & ipsi authores generis humani in origine à Deo benedicuntur, quomodo in-

Matth.19. & Mar.10.

ter peccata ista credūtur posse dimitti? Quòd si secundum illos, qui ita credunt, uerum est, ergo omnis iniustitia, quę à catechumenis ante baptismum fuerit operata, per baptismum aufertur. Nullus ergo contra Apostolum tale aliquid sentiat, nec admittat, sed fideliter intelligat, Vni⁹ uxoris uirum, siue antè baptismū esse nominatū, siue post baptismum. Si enim uxor, ante baptismum accepta, nō ducitur in numerum, nec filij, ex eadem suscepti, inter filios poterunt nominari. Quod, quàm absurdum sit, atq; alienum, prudentia uestra meli⁹ æstimabit. Vndè neminem liceat interpretari aliter diuinas scripturas, nisi quod recta ratio permittit, ne dum qdam remedia sibi iniqua

ad excusationem præparant, ex eo rupisse legem, & regulas euertisse, iudicentur, sed ea tenenda sunt, quæ diuinarum scripturarum series continet, & à sacerdotibus utili ratione sunt cōstituta. Bene ualeatis, frēs charissimi.

Extat epistola concilij Cartha. ad Innocentium Papam in qua sequentes damnantur errores Pelagij & Cœlestij. Lege in volumine Concilio℞ fol.277. pag.2.

Error 1.

Quòd naturaliter possit implere legem, qui uult, & quòd Deus legē ad adiutorium dedit.

Error 2.

Ad perficiendam iustitiam, & Dei mandata cōplēda, sola humana sufficere pōt natura.

Error 3.

Paruuli propter salutem, quæ per saluatorē Christum datur, baptizandi non sunt.

Ad hæc rescripsit Innocentius, in epl'a.25. in qua gratulatur episcopis Carthagineñ. ecclesiæ, de solicitudine sua. Deinde damnat propositos errores, & auctores eorum, Pelagium, & Cœlestium, & quia nihil addit ad epistolam concilij Carthaginē. Ideo nō censuimus subijciendam hoc loco.

Epistola concilij Mileuitani, ad Innocentiū Papam, quæ incipit: Domino beatissimo meritoq; uenerabili Papæ Innocentio &c. In qua sequentes damnantur errores. Vide in concilijs fol.279. pag.2.

Primus, potest homo in hac uita, præceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem iustitię, sinè adiutorio gratiæ saluatoris, per solum liberę uolūtatis arbitriū puenire, ut etiā non sit necessariū dicere, dimitte nobis debita nostra.

Secūdus, illud, Ne nos inferas in tētationē, non ita intelligēdum, tanq̄ diuinum adiutorium poſcere debeamus, ne in peccatum tentati decidamus, qm̄ hoc in noſtra poſitū eſt poteſtate, & ad hoc implendum, ſola ſufficit hominis uoluntas.

Terti⁹, non eſt orandus Deus, ut cōtra peccati malum & ad operandam iuſtitiam, ſit noſter adiutor.

Quart⁹, non opitulatur paruulis, ad conſequendam uitam æternam, Chriſtianæ gratiæ ſacramentum.

In Concilijs. fo. 280. pag. 1.

Reſcripſit Innocentius Papa, ad Mileuitanum cōcilium. Eſt inter epiſtolas illius. 26. in qua primum gratulatur de ſolicitudine ſua, et quòd in rebus arduis conſulant eccleſiam Romanam, deinde damnat propoſitos errores, & quiá nihil addit ad epiſtolam cōcilij Mileuitani, cēſuimus eā nō eſſe ſubijciēdam hoc loco.

Hæc eadem explicatius in concilio Mileuitano definita ſunt.

Conciliū Mileuitanum.

CONCILIVM MILEVITANVM ſub Innocentio primo, Papa, à quo confirmata ſunt in eo definita.

Huic cōcilio interfuit Anſelmus Ro. eccleſiæ legatus contra Pelag.

Glorioſiſſimis Imperatoribus Archadio & Honorio Auguſtis, uiris clariſſimis conſulibus. 6. Kalen. Septembris, in ciuitate Mileuitana, in ſecretario Baſilicæ, cum Aurelius ep̄s eccleſiæ Carthaginis in concilio uniuerſali cō ſediſſet, aſtantibus diaconibus, Aurelius ep̄s dixit: Quoniam eccleſiæ ſanctæ unum eſt corpus, omniumq́ membrorū caput eſt unū, factum eſt, uolente domino, ac noſtram infirmi

tatem

tatem iuuante, ut ad hanc ecclesiam conueniremus, dilectionis & fraternitatis gratia inuitati. Vnde quæso charitatem uestram, quia ita credendum est, quòd noster accessus ad uos, nec supfluus, nec insuauis est cunctis, ideoq; pariter quædā de causis fidei, unde nunc quęstio Pelagianorum imminet, in hoc cœtu sanctissimo primitus tractentˢ, deinde subsequantur & aliqua, quæ disciplinæ ecclesiasticæ necessaria existunt.

Cap. 1. Contra Pelagianos, qui dicunt, etiam sinè peccato mori potuisse Adàm.

Placuit ergo omnibus episcopis, qui fuerunt in hac sancta synodo, cōstituere hæc, quæ in præsenti concilio definita sunt. Vt quicunque dicit: Adam primum hominem mortalem factum, ita ut siue peccaret, siue non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, nō peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit. De consf. d. 4. Placuit igit.

Cap. 2. Quòd omnes in peccatorum remissione, ueraciter baptizentur.

Item placuit, ut quicunq; paruulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit, in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur, unde fit consequens, ut in eis forma baptismatis, in remissionem peccatorū, nō uera, sed falsa intelligatur, anathema sit. Quoniā nō aliter intelligēdum est, qđ ait Apostolus, Per unum hominem peccatū ītrauit in mundum, & per peccatū mors, & ita in omnes hoies p- De consf. d. 4. Placuit. Roma. 5.

transiit,in quo omnes peccauerunt,nisi quemadmodũ ecclesia catholica,ubiq; diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei,etiam paruuli,qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerũt,ideo in peccatorum remissionem ueraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

Cap.3.Quòd gratia Dei non solum peccata dimittit, sed etiam adiuuat, ne committantur

De conf.d.4. Placuit ut. Item placuit, ut quicunq; dixerit gratiam Dei,in qua iustificamur, per Iesum Christum dominum nostrum ad solam remissionẽ peccatorum ualere,quæ iam commissa sunt, non etiam adiutorium, ut non committantur, anathema sit.

Cap.4.Quòd per gratiam Dei sciamus,quid facere debeamus, & diligere,ut faciamus.

De conse.d.4 Quisqs dixe. Item,quisquis dixerit,eãdem gratiam Dei, per Iesum Christum dominum nostrum, propter hoc tantùm nos adiuuare ad non peccandum,quia per ipsam nobis reuelatur,& aperitur intelligentia mandatorum,ut sciamus,qd appetere,quid uitare debeamus,non autem p illam nobis præstari, ut quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus atq; ualeamus,anathema sit. Cum enim dicat Apostolus, 1.Cor.8. Scientia inflat, charitas uerò ædificat, ualde impium est, ut credamus ad eam, quæ inflat,nos habere gratiã Christi,ad eam, quæ ædificat,nõ habere,cum sit utrũq; donũ Dei, & scire,quid facere debeamus, & diligere, ut faciamus,ut ædificante charitate, scientia non

possit inflare. Sicut autem de Deo scriptū est, Qui docet hominem scientiam, ita etiam scriptum est, Charitas ex Deo est. Psal. 63. Ioan. 4.

Ca. 5. Quòd gratia Dei pstet, ut lex impleatur, nō (sicut ait Pelagius) facilè, quasi sinè gratia Dei difficilius possit impleri.

Item placuit, ut quicunq; dixerit, ideo nobis gratiam iustificationis dari, ut quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam, tanq̃ & si gratia non daretur, non quidem facilè, sed tamen possimus etiam sinè illa, implere diuina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum dominus loquebatur, ubi non ait, sine me difficilius potestis facere, sed ait, Sine me nihil potestis facere. De conf. d. 4. Placuit ut. Ioan. 15.

Cap. 6. Quòd, iuxta sententiam Ioānis Euangelistæ, nemo sit, qui esse possit sinè peccato.

Item placuit, quod ait sanctus Ioānes Apostolus, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est, quisquis sic accipiendum putauerit, ut dicat, propter humilitatem non oportere dici, nos non habere peccatum, non quia ueritas est, anathema sit. Sequit̃ eum Apostolus, & adiungit: Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est, & iustus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Vbi satis apparet, hoc non tantum humiliter, sed etiam ueraciter dici. Poterat enim Apostolus dicere, Si dixerimus, quia nō habemus peccatum, nosipsos extollimus, & humilitas in nobis non est, sed cum ait, Nosipsos decipimus, & ueritas in nobis non est, satis ostendit 1. Ioan. 1. I. Ioan. 1.

eum, qui se dixerit non habere peccatum, non uerum loqui, sed falsum.

Cap. 7. Quòd unicuiq; etiam iusto, dicere oporteat, Dimitte nobis debita nostra.

Item placuit, ut quicunq; dixerit, in oratione dominica ideo dicere sanctos, Dimitte nobis debita nostra, ut nõ pro seipsis hoc dicãt, quia non est eis iam necessaria ista petitio, sed pro aliis, qui sunt in suo populo peccatores, & ideo non dicere unumquemq; sanctorum, Dimitte mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra, ut hoc pro aliis potius, q̃ pro se iustus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim & iustus erat apostolus Iacobus, cum dicebat, In multis enim offendimus oẽs. Nam quare additũ est omnes, nisi ut ista sententia conueniret & Psalmo, ubi legitur: Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia nõ iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Et in oratione sapientissimi Salomonis: Non est homo, qui nõ peccet. Et in libro Iob: In manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam. Vnde etiã Daniel sanctus, & iustus cum in oratione pluraliter diceret, Peccauimus, iniquitatem fecimus, & cætera, quæ ibi ueraciter, & humiliter confitetur, ne putaretur, quemadmodum quidã sentiũt, hæc non de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis, posteà dixit: Cum orarem, et cõfiterer peccata mea & peccata populi mei domino Deo nr̃o, noluit dicere, peccata nostra, sed populi sui dixit, & sua, qa futuros istos, q tam male intelligunt, tanq̃ Propheta p̃uidit.

Matth. 6.
Iacobi. 3.
Psal. 142.
Eccle. 7.
Iob. 37.
Danie. 9.
Danie. 9.

8. Quòd à sanctis ueraciter dicitur, Dimitte nobis debita nr̃a.

Itē placuit, ut qcūq; uerba ipsa dn̄icæ oro-nis, ubi dicimus, Dimitte nobis debita nr̃a, ita uolūt à sanctis dici, ut humiliter, nō ueraciter hoc dicat, anathema sit. Quis. n. ferat, orātē, & nō hoībus, sed ipsi dn̄o mentientem, q labijs si bi dicit dimitti uelle, & corde dicit, quę sibi di mittantur, debita nō haberet: Hucusq; de fi-de cōtra Pelag. nūc regulę tractēt ecclesiasticę. Matth. 6.

Ca. 9. Quòd ad cōmunes cās ecclesiæ, generale cōciliū cōgregari oporteat, in priuatis uerò causis, speciale uniuscuiusq; puinciæ.

Placuit, ut nō sit ultra fatigandis fratribus anniuersaria necessitas, sed quoties exegerit causa cōis, id est, toti⁹ Aphricæ, undecunq; ad hāc sedem pro cōcilio datæ literæ fuerint, con gregandam esse synodum in ea prouincia, ubi oportunitas persuaserit. Causæ autem, quę cō munes non sunt, in suis prouincijs iudicent. Regulæ eccle siasticæ.

Cap. 10. Vt epistolas, ad concilium euocandum, metropolitanus subscribat & dirigat.

Placuit etiā pati, ut oīum epor̄ epl̄is oīb⁹, de cōcilio dādis, sanctitas tua sola subscribat.

Cap. 11. Vt de hæreticis & infidelibus quicquid in concilio constituitur, à principe impetretur.

Placuit & illud aduersus hæreticos, uel paganos, uel eor̄ supstitiones, ut legati missi de hoc glorioso cōcilio, quicqd utile puiderint, à gloriosissimis principibus impetrent.

12. Vt p̄ces & orōnes cōpositæ, nisi pbatæ fuerint in cōcilio, nō dicātur.

Placuit etiā & illud, ut p̄ces, uel orōnes, seu missæ, quæ probatæ fuerint in cōcilio, siue præfationes, siue cōmendationes, seu manus ipositiones ab oībus celebrent. Nec aliæ

omnino dicantur in ecclesia, nisi quæ à prudẽtioribus tractatæ, uel comprobatæ in synodo fuerint, ne forte aliquid contra fidem, uel per ignorantiã, uel per minus studiũ sit cõpositũ.

Cap. 13. Vt posteriores anterioribus episcopus non præferantur.

Palentinus episcopus dixit: Si permittit bonum patientiæ uestræ, prosequar ea, quę necessaria sunt ecclesiasticæ disciplinæ. Scim⁹ enim, sic inuiolatè permansisse ecclesiasticam disciplinam, ita ut nullus fratrum prioribus suis se aliquando auderet anteponere, sed officijs legitimis id semper exhibitum est prioribus, quod ab insequentibus rationabiliter semper acciperetur. Hunc ordinem iubeat sanctitas uestra, melius uestris interlocutionibus roborare. Aurelius episcopus dixit: Non decuerat quidem, ut hæc repeteremus, nisi fortè existerent inconsyderatæ mentes quorundam, quæ & hęc statuenda nostros acuerent sensus. Sed et communis hęc causa est, quã insinuauit frater, & coepiscopus noster, ut unusquisq; nostrum ordinem, sibi decretum à Deo, cognoscat, & posteriores anterioribus deferant, nec eis inconsultis, aliquid agere pręsumant. Qua de re oportet eos, qui putauerint, spretis maioribus, aliquid præsumendum, competenter esse ab omni concilio coercendos. Vniuersi episcopi dixerunt: Hic ordo & à patrib⁹ & à maioribus est seruatus, & à nobis, Deo propitio, seruabitur, saluo etiam iure primatus Numidiæ & Mauritaniæ.

Cap.14. Vt episcopi, pro tempore consecrationis suæ literas ab ordinatoribus habeant.

Deinde placuit, ut quicunque deinceps ab episcopis ordinantur, literas accipiant ab ordinatoribus suis, manu eorum subscriptas, continentes consulem, & diem, ut nulla altercatio de posterioribus uel anterioribus oriat̃.

Cap.15. Vbi primum quis legerit, ibi permaneat clericus.

Item placuit, ut quicunque in ecclesia, uel semel legerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneantur. D.72. Plac.ut

Cap.16. Vt pro causis ecclesiarum executores, uel aduocati à principe postulentur.

Placuit præterea, ut exequutoribus in omnibus iustis desyderijs impertiatur. Placuit etiam, ut petatur à gloriosissimis Imperatoribus, ut iubeant iudicibus, dare petitos sibi defensores scholasticos, qui in actu sint, uel in officio defensionum causarum ecclesiasticarũ, more sacerdotum, ut prouinciæ, idem ipsi qui defensionem ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negotijs ecclesiarum (quoties necessitas flagitauerit) uel ad obsistendum callidè decipientibus, uel obrepẽtibus, uel ad necessaria suggerenda, ingredi iudicũ secretaria.

Cap.17. Vt neq; dimissus, neque dimissa alteri coniungantur.

Placuit, ut secundum euangelicam & apostolicam disciplinã, neq; dimissus ab uxore, neq; dimissa à marito, alteri coniungãtur, sed ita maneant, aut sibimet reconciliẽtur. Quod si contempserint, ad pœnitentiam redigantur. In qua causa legem Imperialem petẽdam promulgari. 32.q.7. Placuit ut. 1.Cor.7.

Cap.18. De his, qui in sua prouincia non communicant, ut alibi non communicent.

Placuit,ut qcũq; nõ cõicat ĩ ꝓuincia ꝓpria, & in alijs ꝓuincijs, uel trãſmarinis partib⁹ ad cõicandũ obrepſerit, iacturã cõionis, uel clericatus excipiat. *Cap.19. De clericis, qui apud principem ſeculare iudicium, aut ſynodale impleuerint.*

11.q.1. Placuit quicunq;.

Placuit,ut quicũq; ab Imꝑatore cognitionẽ iudicioꝝ publicoꝝ petierit, honore ꝓprio priuet̃. Si autẽ ep̃ale iudiciũ ab Imꝑatore poſtulauerit, nihil ei obſit. *Cap.20. Vt ſinè formatis nemo ad comitatum proficiſcatur, & qualiter formatæ fiant.*

Placuit,ut quicũq; clericus, ꝓpter neceſſitatẽ ſuã alicubi ad comitatũ ire uoluerit, formatã ab ep̃o ſuo accipiat. Quòd ſi ſine formata uoluerit ꝑgere, à cõione remoueat̃. Quòd ſi alicubi ei repentina neceſſitas orta fuerit, ad comitatũ ꝑgendi, alleget apud ep̃m loci eius ipſam neceſſitatẽ, & de hoc ſcripta eiuſdẽ ep̃i deferat, formatæ autẽ, q̃ à primatib⁹, uel à qbuſcũq; ep̃is clericis ꝓprijs dãtur, habeãt diẽ Paſchæ. Quòd ſi adhuc eiuſdẽ anni Paſchæ dies ĩcerta eſt, ille p̃cedens adiũgatur, quomodo ſolet, poſt cõſulatum, in publicis geſtis aſcribi.

Cap.21. De epiſcopis qui, quod repetere poterant, prætermiſſa ſynodo inuaſerunt.

16.q.6. Placuit ut.

Item placuit,ut quicunque epiſcopi, quaſcunque eccleſias, uel plebes, quas ad ſuam cathedram æſtimant pertinere, non ita repetierint, ut cauſas ſuas, epiſcopis iudicantibus, agant, ſed alio retinente irruerint, ſiue uolentibus, ſiue nolentibus plebibus, cauſæ ſuæ detrimentum patiantur. Et quicunq; iam hoc fe

cerint, si nondum est inter episcopos finita cõtentio, sed adhuc inde cõtendunt, ille discedat, quem constiterit, prætermissis iudicijs ecclesiasticis, irruisse. Nec sibi quisq; blandiatur, si à primate, ut retineat, literas impetrarit, sed si ue habeat literas, siue non habeat, conueniat eum, qui tenet, & eius literas accipiat, ut cum appareat, pacificè tenuisse ecclesiam ad se pertinentem. Si autem ille aliquam quæstionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur, siue quos eis primates dederint, siue quos ipsi uicinos ex consultu primatis delegerint.

Cap. 22. De clericis, qui de iudicio episcoporum suorum conqueruntur.

Item placuit, ut presbyteri, diaconi, uel cæteri iferiores clerici in causis, quas habuerint, si de iudicijs episcoporum suorum quæsti fuerint, uicini episcopi eos audiant, & inter eos quicquid est, finiant adhibiti ab eis ex consensu episcoporum suorum. Quòd si & ab eis ꝑuocandum putauerint, non prouocent, nisi ad Aphricana concilia, uel ad primates prouinciarum suarum. Ad transmarina autem, q putauerit appellandum, à nullo intra Aphricam in communionem suscipiatur. 2.q.6. Placuit ut presbyteri,

Cap. 23. De his, qui apud hæreticos pœnitentiam acceperunt.

Placuit, ut quicunq; cõuersus ab hęreticis, dixerit, se apud eos pœnitentiã accipere, unusquisque catholicus episcopus requirat, ubi & ob quam causam apud eosdem hæreticos pœnitentiam susceperit, ut cum documentis certis hoc ipsum approbauerit, sibi pro qualitate peccati, sicut eidẽ episcopo catholico uisum

fuerit, tempus pœnitentiæ, uel reconciliationis decernat.

Cap.24. De episcopis negligentibus aduersus hæreticos.

16.q.1. Placuit ut.

Item placuit, ut quicunque negligunt loca, ad suam cathedram pertinētia, in catholicam unitatem lucrari, conueniantur à diligētibus uicinis episcopis, ut id agere non morentur. Quòd si intra sex menses à die conuentionis, non hoc fecerint, qui potuerit ea lucrari, ad ipsum pertineant, ita sanè ut (si ille, ad quem ptinuisse uidebantur, probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab hæreticis, impunè ut ibi sint, & suam diligentiam fuisse præuentam, ut eo modo eius cura solertior uitaretur, cum hoc iudices episcopi cognouerint) suæ cathedræ loca restituant. Sanè, si episcopi inter quos causa uersatur, diuersarum sunt, puinciarum, ille Primas det iudicis, in cuius puincia est locus, de quo contenditur. Si autem ex cōmuni placito, uicinos iudices elegerint, aut duo eligantur, aut tres. Quòd si tres elegerint, aut omnium sententiam sequantur, aut duorum. A iudicib9 autem, quos communis consensus elegerit, non liceat prouocari. Et qs quis probatus fuerit, pro contumacia nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primæ sedis episcopo fuerit probatum, det literas, ut nullus ei cōmunicet epoꝝ, donec obtēperet.

2.q.6. A iudi.

2.q.6. Quisqs

Cap.25. Vndè supra.

Si in matricibus cathedris episcopus negligens fuerit aduersus hæreticos, conueniatur à uicinis episcopis diligentibus, & ei sua negligentia demonstretur, ut se excusare non pos-

sit. Quòd si ex die, quo conuenitur, intra sex menses, si in eius prouincia executio fuerit, & nō eos ad unitatem catholicam cōuertendos curauerit, non ei cōmunicetur, donec impleat. Si autem executor ad loca non uenerit, non ascribatur episcopo. Si autem probatum fuerit, eum de communione illorum fuisse mentitum, dicendo eos cōmunicasse quos (eo sciente) non communicasse constiterit, etiam episcopatum amittat.

Cap. 26. De uirginibus, quæ infra uigintiquinq; annos necessitate cogente uelantur.

Item placuit, ut quicunq; episcoporum necessitate periclitantis pudicitiæ uirginalis (cū uel petitor potens, uel raptor aliquis formidatur, uel si aliquo etiam mortis scrupulo periculoso compuncta fuerit, ne non uelata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet) uelauerit uirginem, seu uelauit intra uigintiquinq; annos ætatis, non ei obsit cōcilium, quod de isto annorum numero constitutum est.

Cap. 27. De episcopis, qui post acta Carthaginensis synodi, retenti sunt ad reliqua peragenda.

Item placuit, ne diutius uniuersi episcopi, q ad concilium congregati sunt, tenerentur, ab uniuerso concilio ternos iudices de singulis ꝓuincijs eligi. Et electi sunt de ꝓuincia Cartha. Vincentius, Fortunatianus & Clarus. De prouincia Numidiæ Alypius, Augustinus, & Restitutus. De prouincia Byzancena, cum sancto sene Donatiano primate Cresconius, Iocūdus, et Emilianus. De Mauritania Sitifensi,

Seuerianus,Asiaticus,& Donatus. De prouin cia Tripolitana Plautius,q (ex more)legatus unus est missus,q oẽs cum sancto sene Aurelio uniuersa cognoscant. A quo petijt uniuersum concilium,ut cunctis siue gestis, quæ cõ fecta iã sunt,siue eplis ipse subscribat. Et subscripserunt, Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis huic decreto consensi, & perlecto subscripsi, Donatianus Telepiensis primæ se dis subscripsi,Augustinus Hipponæ Regiensis subscripsi. Simılr & oẽs epi subscripserũt.

Subscriptio

Finit concilium Mileuitanum.

Decreta Zosimi Papæ.

Zosimus Põ. 41. Tempore huius fuit Lucius hæreticus, & Pelagius dãnatus est.

Zosimus Papa,natiõe Græcus, sedit ann.1. mẽs.2.dies.11.sub Honorio, & Theodosio iuniore. Hic Paschale cæreum sacrauit. Seruis sa cerdotio,sacerdotibus uerò tabernis ĩterdixit.

Ex ei⁹decre.hoc extat ex Gratião desũptũ.

25.q.1. Cõtra decreta.

Cõtra statuta Patrum cõdere aliqd,uel mu tare,nec huius qdem sedis potest auctoritas. Apud nos enim inconuulsis radicibus uiuit antiqtas,cui decreta Patrũ sanxere reuerẽtiã.

In Concilijs. fol.288.pag.2.

Extant etiam eiusdem duæ decretales epistolæ,altera ad Isichium Salonitanum episcopum,altera ad clerum Rauennatium.

Decreta Bonifacij primi,Papæ.

Bonifacius.1. Pont.42.

Bonifacius primus,Romanus, sedit ann.3. mensib⁹.8. Hic, Eulalio schismatico superato, statuit,ne mulier Sacra attingeret, nec ĩcẽsum adoleret. Prohibuitqꝫ,ne obnoxius,aut errãs, aut annis.30.minor ad sacerdotium admitteretur. Huius Pontificatum insignem reddidit diuus Hierony.presbyter. Morit̃ in Bethlehẽ

Hieronymi uita,& obitus.

ætatis suæ an.91. Quantũ hic uita & doctrina iuuerit ecclesiã Dei, alijs iudicandũ relinquo. Siqdem claruit miraculis, & eius scripta omnib⁹ sunt in p̃cio. Decretum eiusdẽ Bonifacij, De ætate presbyteroꝶ, ne ante.30.ann. ordinẽtur, p̃termisimus, qa hoc idẽ exaratũ est in statutis Fabiani. Supra fo.13. ĩ fine pag.1.

CONCILIVM CARTHAGINEN.

Sextum, ab episcopis.217.celebratum.

In hoc cõcilio, q̃ statuta sunt, breuis declarat annexus. Primũ, interfuit Legatio ecclesiæ Ro. Faustinus ep̃s, Philippus & Asellus presbyteri. Deinde actum est, ut ab ep̃is Oriẽtalibus peteret Nicænũ conci. Vbi, in p̃sentia omnium, exẽplaria Nicænæ synodi (sicut à Patribus cõstituta fuere) in mediũ ꝓlata sunt. Postremò recitata fuit ꝓfessio fidei Nicæni cõcil. quã superi⁹ post canones suo loco ĩseruimus.

Concil. Carthaginẽ.6.

Vide sup. fol. 55. pag.2.

Explicit cõciliũ Cartha.6. ꝓuinciale.

CONCILIVM CARTHAGINEN.

Concil. Car.7

septimũ sub eodẽ Bonifacio.1.p.38. ep̃os celebratũ est, nihil habẽs, qđ ad nr̃a hæc tẽpora ꝑtineat. In hac synodo fuerũt recitati canones concilioꝶ diuersoꝶ uniuersæ ꝓuinciæ Aphricæ, Numero.105. Quos nõ recẽsemus, qa quæ ibi decreta sunt, superioribus ꝓbãtur inserta. Supra in conci. Carth.3.fo. 86. Et in Mileuitano fol. 113.

Hoc in loco adiecta sunt etiã capita Nicęni cõcilij è Græco in Latinũ conuersa, missa ab ep̃is Orientalib⁹ ad conciliũ Aphricanũ, sicut ĩ cõcil. Carth.6. Lati⁹ explicãtur ĩ uolu. cõcil. In cõcilijs fo. 294. pag.1.

Decreta Cœlestini primi, Papæ.

Cœlestin⁹.1.Ro. sedit ann.8. mẽsib⁹.10. dies 17. Hic Psalte. Antiphonis ĩterstinxit, Introit⁹,

Cœlestinus. 1. Pont. 43.

Sub hoc Põt. morit B. Augustinus. Et Nestorius, in Mariam matrem Dei blasphemauit.

Gradus, Tractus, Offertoria, Cõmuniones, et Orationes inseruit Missæ. Clericos canonicarum institutionũ doctos esse uoluit. Scothos, atq; Britannos in uiam Christi reduxit.

In concil. fol. 278. pag. 2.

Supra fo. 213.

Extat epistola eius ad episcopos Galliæ, in qua damnat errores Pelagij, quos iam damnarat Innocentius primus in epistola ad Carthagineñ. concilium, cuius initium est, Inquirendo de his rebus, quas omni &c. Quos etiã damnauit concilium Mileuitanum. Ideo superuacaneum duximus hìc omnia illa transcribere per capita, nisi titulis dũtaxat in hac serie expressis.

Hæc oĩa plenius in concilijs. fol. 309. pag. 2.

Primum, notat, quòd nisi gratia Dei iuuemur, insidias diaboli euitare non possumus.

Secundo, Quòd Adam omnes homines læserit, nec quempiam per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia Dei erexerit.

Tertio, quòd nemo sit bonus suis uiribus, nisi participatione eius, qui solus est bonus.

Quarto, quòd p Christum libero bene utamur arbitrio.

Quinto, quòd omnia sanctorum merita, dona sint Dei.

Sexto, quòd omnis sancta cogitatio, & motus piæ uoluntatis ex Deo sunt.

Septimo, quòd gratia Dei non solum peccata dimittat, sed etiam adiuuet, ne committãtur, & præstet, ut lex impleatur, non sicut Pelagius ait, facilè, quasi sinè gratia Dei, difficilius possit impleri.

Octauo, quòd præter statuta sedis Apostolicæ, omnes orationes ecclesiæ gratiam Chri-

ſti reſonant,qua genus humanum reparatur, & ab æterna damnatione reducitur.

Nono, quòd gratiam Dei etiam baptizandorum teſtatur inſtituta purgatio, cùm exorciſmis, & inſuflationibus ſpiritus ab eis expelluntur immundi.

Extat altera epiſtola eiuſdem Cœleſtini ad eoſdem epiſcopos Galliæ, quos corrigit in nõ nullis ſuperſtitionibus,ut ſequitur.

Cap.1.Quòd non debeant ſacerdotes amicti pallijs in eccleſia miniſtrare.

Didicimus,quoſdam domini ſacerdotes ſuperſtitioſo potius cultui inſeruire, q̃ mentis uel fidei puritati. Qui amicti pallio, & lũbos præcincti, credunt ſe ſanctæ ſcripturæ fidem, non per ſpiritum, ſed per literam complexuros. Nam ſi ad hoc iſta præcepta ſunt, ut taliter ſeruarentur,cur non fiunt pariter, quæ ſequuntur,ut lucernæ ardentes in manibus unà cum baculo teneantur? Habent autem ſuum iſta myſterium,& intelligentibꝰ ita clara ſunt, ut ea magis,qua decet,ſignificatione ſeruẽtur. Nam in lumborum præcinctione caſtitas, in baculo regimen paſtorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis indicatur. De quo dicitur:Sic luceant opera ueſtra. Diſcernendi à plebe,uel cæteris ſumus doctrina non ueſte, conuerſatione non habitu,mentis puritate nõ cultu. Nam ſi ſtudere incipiamus nouitati,traditum nobis à patribus ordinem calcabimus, ut locum ſuperuacuis ſuperſtitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia nõ debemus inducere. Docẽdi enim potius ſunt,

Luc.12.

Matth.5.

q̃ illudendi. Nec imponēdum est eorum oculis, sed mentibus infundenda præcepta sunt.

Cap. 2. Quòd nulli sit ultima pœnitentia neganda.

26.q.6. Agnouimus moriēt

Agnouimus pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum desyderijs annui, qui obitus sui tempore hoc animæ suæ cupiunt remedio subueniri. Horremus (fateor) tantæ impietatis aliquem reperiri, ut Dei pietate desperet, quasi non possit, ad se quouis tempore concurrenti, succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominē redimere, quo se ille expediri desyderat & liberari. Quid hoc (rogo) aliud est, q̃ morienti mortem addere, eiusq; animā, sua crudelitate ne absolui possit, occidere? cùm Deus ad subueniendum sit paratissim⁹, & inuitans ad pœnitentiam, sic promittat peccatori ingens, Quacunq; die conuersus fuerit, peccata eius non imputabuntur ei. Et iterum: Nolo mortem peccatoris, sed tantùm cōuertatur, & uiuat. Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore pœnitentiam denegauerit. Et desperat de clementia Dei, qui eum ad subueniendum morienti sufficere, uel in momento posse non credit. Perdidisset latro in Cruce p̄mium ad Christi dexteram pendens, si illum unius horæ pœnitentia nō iuuisset. Vera ergo ad Deum conuersio, in ultimis positorum, mente potius est existimanda, q̃ tempore, Propheta hoc taliter asserente, Cùm conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Cùm ergo dominus sit cordis inspector, quouis tempore non est deneganda pœnitentia postulanti, cùm ille se obliget iudici, cui occulta oīa nouerit reuelari.

Ezech. 33. & 18.

Lucæ. 23.

Eze. 18. & 33.

Concilium

CONCILIVM EPHESINVM unum ex quatuor principalibus, sub Cœlestino primo, Papa.

Habitum est aduersus Nestorium Constantinopolitanum episcopum, qui purum hominem ex sancta uirgine Maria natum asseruit, ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis. Nec unum Christum in uerbo Dei, & carne sentiret, sed separatim, atque seiunctim alterum filium Dei, alterum hominis prædicaret. Conuenit autem hæc synodus, sub Theodosio iuniore, Era 468. Cui synodo uice sancti Cœlestini papæ (cuius anno penultimo celebrata est) præsedit beatissimus quondam Cyrillus Alexandriæ episcopus, qui cum uniuerso concilio, ad eundem Nestorium synodalia decreta transmisit, ut habentur in epistola cõcilij Ephesini ad ipsum Nestoriũ. In qua Symbolum fidei, quod à magno illo cõcilio apud Nicæam congregato traditum est, prolixè interpretantur, ut iure optimo possint dici, summa quædam totius doctrinæ Christianæ.

Cõciliũ Ephesinũ cõtra Nestorium.

In Concilijs. fo. 314. pag. 2.

Sequuntur ea, quæ à 200. episcopis in synodo Ephesina congregatis cum anathemate definita sunt. *Cap. 1.*

Si quis non confitetur, Deum esse ueraciter Emmanuel, & propterea Dei genitricem sanctam uirginem (peperit enim secũdum carnẽ, carnem factum Dei uerbum, secundum quod scriptum est, uerbum caro factum est) anathema sit. *Cap. 2.*

Decreta concilij Ephesini.

Ioan. 1.

Si quis non confitetur, carni secundum substãtiam unitum Dei patris uerbum, unumque

esse Christum cum propria carne, eundem. s. Deum, simul & hominem, anathema sit.

Cap. 3.

Si quis in uno Christo diuidit substantias post unitatem, sola eas connexione coniungens eamq; , quæ secũdum carnis dignitatem sit, uel etiam auctoritatem, & potestatem, ac non potius cõuentu, qui per unitatem factus est naturalem, anathema sit.

Cap. 4.

Si quis in personis duabus, uel subsistẽtijs eas uoces, quæ in Apostolicis scriptis continent & euangelicis, diuidit, uel quæ de Christo dicuntur à sanctis uel ab ipso, & aliquas quidem ex his, uelut homini, qui præter Dei uerbum specialiter intelligatur, apparuit, illas autem tanq̃ dignas Deo, soli Dei patris uerbo deputauerit, anathema sit.

Cap. 5.

Si quis audeat dicere, hominem Christum, Theophoron, idest, Deum ferentem, ac nõ potius Deum esse ueraciter dixerit, tanq̃ filium per naturam, secundumq; uerbum factum est caro, & communicauit similiter & nos carni & sanguini, anathema sit.

Cap. 6.

Si quis dicit Deum esse uel dominum Christi Dei patris uerbum, & non magis eundem ipsum confitetur Deum simul & hominem,

Ioan. 1. proptereà, q uerbum caro factum est, secundum scripturas, anathema sit.

Cap. 7.

Si quis, uelut hominẽ Iesum, operante Deo

uerbo, dicit adiutum, et unigeniti gloriam, tãq; alteri præter ipsum existenti, tribuit, anathema sit.

Cap. 8.

Si quis audet dicere, assumptum hominem coadorandum Deo uerbo, & conglorificandum, & connuncupandum Deum, tanq; alterum cum altero (nam con, syllaba super adiecta hæc cogit intelligi) an non potius una supplicatione ueneratur Emmanuel, unãq; ei glorificationem dependit, iuxta quod uerbum caro factum est, anathema sit. Ioan. 1.

Cap. 9.

Si quis unum dominum Iesum Christum glorificatum dicit à spiritu sancto, tanq; qui aliena uirtute per eum usus fuerit, & ab eo acceperit efficaciam contra immundos spiritus, posse & coram hominibus diuina signa perficere, ac non potius fatetur eius proprium spiritum, per quem diuina signa expleuit, anathema sit.

Cap. 10.

Pontificem, & Apostolum confessionis nostræ factum esse Christum, diuina scriptura commemorat. Obtulit enim semetipsum pro nobis in odorem suauitatis Deo, & patri. Heb. 3. Ephe. 5.
Si quis ergo Põtificem, & Apostolum nostrũ dicit factum, non ipsum Dei uerbum (quãdo caro factum est, & homo iuxta nos homines) sed uelut alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere, aut qui dicit, q pro se obtulisset semetipsum oblationem, & nõ potius pro nobis solis (nõ enim eguit oblatione, qui peccatum omnino nesciuit) anathema sit. Esa. 53.

Cap. 11.

Si quis non confitetur, carnem domini uiuificatricem esse, & propriã ipsius uerbi Dei patris, sed uelut alterius præter ipsum, cõiuncti eidem per dignitatem, aut quasi diuinã habentis habitationem, ac non potius uiuificatricem esse, quia facta est propria uerbi cuncta uiuificare ualentis, anathema sit.

Cap. 12.

Si quis non confitetur Dei uerbum passum carne, & crucifixum carne, & mortem carne
1.Cor.5. gustasse, factumq; primogenitũ ex mortuis, secũdum q̃ uita est, & uiuificator ut Deus, anathema sit.

Cap. 13.

Idem habetur in cõcilio Calcedonẽ.

Ait igitur magna, et sancta synodus, ipsum qui est ex Deo patre naturaliter natus, filium unigenitum, Deum de Deo uero, lumen de lumine, per quem, & cum quo omnia fecerit pater, hunc descendisse, incarnatum esse, & hominem factum, passum esse, & resurrexisse tertia die, ascendisse rursus in cœlos. Hæc nos sequi uerba debemus, his nos conuenit obtemperare dogmatibus, consyderantes, quid sit incarnatum esse, & hominem factum Dei uerbum.

Nota, quid sit hominem factum Dei uerbum.

Non enim dicimus, q̃ Dei natura conuersa, uel immutata facta sit caro, nec quòd in totũ hominem, qui est ex anima & corpore, trãsformata sit, sed magis q̃ carnem animatam anima rationali sibi copulauerit, uerbumq; substantialiter, ineffabiliter, & incomprehensibiliter factus sit homo, & nuncupatus sit etiam filius hominis, non nuda tantummodo uoluntate, sed nec assumptione sola personæ, sed q̃ diuersæ quidem naturæ in unum cõuenerint,

unus tamen ex ambob9 Christus, & filius, nõ euacuata, uel sublata diuersitate naturarum p coniunctionem, sed quia simul nobis effecerunt, unum Deum, & Christum, et filiũ, idest, diuinitas & humanitas, per arcanam illam, ineffabilemq; copulationis adunationem. Itaq; is, qui ante secula omnia est natus ex patre, etiam ex muliere carnalitèr est procreatus in tempore. Non quia diuina ipsius natura de sacra uirgine sumpsit exordium, nec propter seipsam opus habuit secundo nasci post illam natiuitatem, quam habebat ex patre (est enim ineptum & stultum hoc dicere, quòd is, q ante omnia secula est, & cõsempiternus patri, secundæ generationis eguerit, ut esse inciperet) sed quia propter nostram salutem, naturam sibi copulauit humanam, & processit ex muliere, idcirco dicitur esse natus carnaliter. Nec. n. primum natus est homo communis de sancta uirgine, & tunc demum inhabitauit in eo uerbum, sed in ipsa uulua, uteroq; uirginali secum carnem coniunxit, & sustinuit generationem carnalem, carnis suæ natiuitatem suam faciens. Sic illum dicimus & passum esse, & resurrexisse, non quia Deus uerbum in sua natura passus sit, aut plagas, aut clauorum trãsfixiones, aut alia uulnera susceperit (Deus nãq; incorporalis extra passionem est) sed quia corpus illud, quod ipsius proprium factũ est, hoc sustinuit, ideo hæc omnia pro nobis ipse dicit passus. Inerat enim in eo corpore, quod patiebatur, Deus, qui pati non poterat. Simili modo, & mortem ipsius intelligimus. Immor

tale enim & incorruptibile est naturaliter & uita, & uiuificans Deus uerbum, sed quia cor pus ipsius proprium, gratia Dei (iuxta Pauli
Heb.2. uocem) pro omnibus mortem gustauit, idcirco ipse dicitur, mortem passus pro nobis. Nõ q ipse mortem esset expertus, quantum ad ipsius naturam ptinet (insania enim est, hoc uel sentire, uel dicere) sed q (ut diximus) uera caro ipsius mortem gustauit. Ita & resurgente carne ipsius, rursus resurrectionem dicimus, non quia in corruptionem ceciderit (quod absit) sed quia eius resurrexit corpus. Ita Christum unum, & dominum confitemur, non tãq hominem cum uerbo coadorantes, ne diuisionis quædam species inducatur, sed unum iam, & eundem adorantes, quia non est alienum à uerbo corpus suum, cum quo ipse etiã assidet patri. Nec hoc ita dicimus, quasi duobus filijs assidentibus, sed uno cum carne per unitatem; quasi talem copulationem factam per substantiam, aut quasi præpassibilẽ, aut quasi parum decoram, uoluerimus accipere, in id incidemus, ut duos filios esse dicam9. Necesse est enim discernere, & dicere hominẽ separatim fuisse, sola filij appellatione honoratum, & rursus uerbum, quod est ex Deo in homine, in ueritate filium Dei. Sed discernere in duos filios non debemus unum dominum Iesum Christum. Neq; enim adiuuat rectam fidei rationem, licet nonnulli copulationem (nescio quam) perhibeant personarum. Nõ enim
Ioan.1. dicit scriptura, uerbum Dei personam sibi hominis assumpsisse, sed carnem factum esse. Id

autem est ostendere Dei uerbum, similiter ac nos principium habuisse carnis & sanguinis, & corpus nostrum propriè suum fecisse, et hominem ex muliere processisse, non abiecta, uel deposita deitate, aut generatione illa, quā habebat ex patre, sed mansisse etiā in assumptione carnis Deum, quod erat. Hoc itaq; rectæ fidei ratio protestatur. In tali sensu sanctos patres fuisse comperimus. Ideoq; illi nō dubitauerūt, sanctam Virginem dicere Theotocon, non quia uerbi natura, deitasq; in sancta Virgine sumpsit exordium, sed q ex ea natum sit sacrum illud corpus, animatum anima rationali, cui substantialiter adunatum Dei uerbū, carnaliter natum esse dicitur. Hæc igitur pro charitate in Christo scribo tibi, quærens tāq; frater, & contestans coram Deo, & electis eius angelis, ut hæc nobiscum sentias, simul & doceas, ut ecclesiarum pax, salua seruetur, & concordiæ, charitatisq; uinculum idissolubile maneat sacerdotibus Dei.

Finis concilij Ephesini.

Decreta Sixti tertij Papæ.

Sixtus tertius, natione Romanus, sedit annis octo, diebus. 19. Hic post annum unum, & menses octo accusatur Romæ apud Augustū & plebem, ita ut Augustus, & multus populus ab eius cōmunione se segregaret. Accusatur autem à quodam Basso. Sixtus autem uolens se purgare, fecit, ut Valentinianus Augustus sanctam synodum congregaret in basilica beati Petri apostoli. Et facto cōuentu cum magna examinatione per iudicium synodicū

Sixtus. 3. Pōt. 44.

De hoc. 2. q. 4 cap. Sixtus.

purgatur à 56.episcopis. Et cōdemnat Bassus à synodo, ita tamen, ut ultimo die uiaticum ei non negaretur propter humanitatem pietatis ecclesiæ. Hoc audiens Valentinianus Augustus, cum matre sua Placida furore sancto cōmoti, proscriptione Bassum condemnauerūt, & omnia prædia facultatum eius ecclesiæ catholicæ sociauit. Qui Bassus nutu diuino intra tres menses defunctus moritur. Cuius corpus Sixtus episcopus cum linteaminibus, & aromatibus, manibus suis tractans, recondidit, & sepeliuit apud beatum Petrum apostolum in cubiculo parentum eius.

Extat epl'a Sixti tertia ad episcopos Orientales, elegans & lectione digna, gratias referens, q̄ suis literis illum uisitauerint in tribulatione, & p̄sequutione sua, In qua hāc tradit regulā, qua p̄sequuti nos cōsolari debeamus.

Epistola hæc est parænetica & consolatoria.

Fratres, propter insidiantium uituperationes aut accusationes, uel propter laudantium opiniones, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinare debemus, sed inter uerba laudantiū, siue uituperantium ad mentem semper recurrendum est. Et si in ea non inuenitur bonum, quod de nobis dicitur, magnam tristitiam generare debet. Et rursum, si in ea non inuenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus letitiam prosilire. Quid enim si omnes laudent, & conscientia nos accuset, aut si omnes accusent, & conscientia nos liberos demōstret? Habemus Paulum dicentem: Gloria nostra hæc est, testimoniū conscientiæ nostræ. Iob quoq; dicit: Ecce in cœlis

11. q.4. Inter uerba.

Nota.

2.Cor.1.
Iob.16.

testis meus. Si ergo est nobis testis in cœlo, testis in corde, dimittamus stultos foris loqui, quod uolunt. Quid enim aliud detrahentes faciunt, nisi in puluerem sufflant, atq; in oculos suos terram excitant? ut undè plus detractionis perflant, inde magis nihil ueritatis uideāt. Vocandi tamen sunt etiam ipsi, & tranquillè admonendi, eisq; satisfieri modis omnib? debet, scientes, q̄ de Iudæis ueritas ait: Ne fortè scandalizemus eos. Si autem satisfieri sibi ex ueritate noluerint, habes consolationem, quā in euangelio aspicias. Quia cum domino dictū fuisset, Scis, q̄ Pharisæi, audito uerbo hoc, scandalizati sunt, respondit: Sinite illos, cœci sunt, & duces cœcorum. Matth.17. Matth.15.

In capite.2. eiusdem epistolæ Sixtus decreuit, ut hi, qui non sunt bonę conuersationis, & quorum uita est accusabilis, uel quorū fides, uita & libertas nescitur, non possint domini sacerdotes accusare, nec uiles personæ ad accusationem eorum admittantur.

In tertio agit de peregrinis, siue de prouincialib? iudicijs. Et si quis sibi iudicem senserit aduersum, appellationis utatur remedio. Supra in decretis Fabiani. fol.13.

In quarto, ut qui crimen obijcit, scribat se probaturum, & qui non probauerit, similem pœnam sustineat. Ibidem.

In quinto, De episcopis accusatis. Vbi placuit, ut si episcopus accusatus appellauerit Apostolicam sedem, id statuēdum, quod eiusdem sedis Pontifex censuerit.

CONCILIVM PROVINCIALE Rhegiē. sub Sixto.3. Papa, ab ep̄is.13. Era.472. Conciliū Rhegiēn.

Canones concilij Rhegieñ.

Cap.2. Taurinateñ. cõcilij. Vt peruersi ordinatores, nullis denuo ordinationibus intersint. 1.

De remotione eius, quem ordinare perperam duo præsumpserunt. 2.

Nicæ. concil. cap.8. De hæreticis & schismaticis episcopis, si ad catholicã fidẽ uenerint, qd obseruari debeat. 3.

Vt episcopus benedicat, & confirmet neophytum. 4.

Vt episcopus, cùm sepelierit episcopum, curam habeat ecclesiæ ipsius. 5.

Vt absq; Metropolitani literis, & consensu, nullus accedat ad ecclesiam destitutam episcopo. 6.

Finis concilij Rhegieñ.

Cõciliũ Agatheñ. CONCILIVM AGATHENSE prouinciale in ciuitate Agatha in Gallia habitum, ab episcopis. 35.

Exordium. Cùm in Dei nomine ex permissu regis Alarici in Agathensem ciuitatem sancta synodus cõuenisset, & in sancti Andreę basilica cõsedissemus, ibiq; flexis genibus in terra, pro regno eius, pro longæuitate populi dominum deprecaremur, ut qui nobis congregationis permiserat potestatem, regnum eius dominus fœlicitate extenderet, iustitia gubernaret, uirtute protegeret, de disciplina, & ordinationib9 clericorum * atq; Pontificum * uel de ecclesiarũ utilitatibus tractaturi, imprimis id placuit, ut Canones, et statuta Patrũ per ordinẽ legerent.

Cap.1. De contumacibus clericis, & ad officium tardis.

Canones concilij Agathẽ. Contumaces uerò clerici (prout dignitatis ordo permiserit) ab episcopis corrigantur, &

ſi qui, prioris gradus elati ſuperbia, communionem fortaſſe contempſerint, aut eccleſiam frequentare, uel officium ſuum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur, ita ut, cùm eos pœnitentia correxerit, reſcripti in matricula gradum ſuum, dignitatẽq; recipiãt. D. 50. Contumaces.

Cap. 2. De epiſcopis, qui pro minimis cauſis aliquos excommunicant.

Epiſcopi uerò ſi, ſacerdotali moderatione poſtpoſita, innocẽtes, aut minimis cauſis culpabiles excommunicare præſumpſerint, aut ad gratiam baptiſmatis feſtinantes, fortaſſe recipere noluerint, à uicinis epiſcopis eiuſdem prouinciæ literis moneantur, Et ſi parere noluerint, communio illis uſq; ad tempus ſynodi à reliquis epiſcopis denegetur, ne fortè per excommunicationis peccatum, excommunicati longo tempore, morte præueniantur. 11. q. 3. Epi, ſi ſacerdot.

Cap. 3. De his, qui oblationes eccleſiæ defraudant.

Clerici etiam, uel ſeculares, qui oblationes parentũ, aut donatas, aut teſtamento relictas, retinere perſtiterint, aut id, quod ipſi donauerint, eccleſiis uel monaſterijs crediderint auferendum (ſicut ſancta ſynodus cõſtituit) uelut necatores pauperum (quouſq; reddant) ab eccleſiis excludantur. 13. q. 2. Clerici, uel.

Cap. 4. Si clericus furtum eccleſiæ fecerit.

Si quis clericus furtum eccleſiæ fecerit, peregrina ei communio tribuatur. Ibidem.

Cap. 5. Si quicquã fuerit epiſcopo derelictum.

Pontifices, quibus in ſummo ſacerdotio cõſtitutis, ab extraneis aliqd, aut cum eccleſiæ, aut ſequeſtratim dimittitur, aut donat̃, quia 12. q. 3. Pontifices.

hoc ille qui donat, pro redemptione animæ suæ, non pro commodo sacerdotis probatur offerre, non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesiæ inter facultates ecclesiæ cõputabũt, quia iustum est, ut sicut sacerdos habet, quod ecclesiæ dimissum est, ita & ecclesia habeat, quod relinquitur sacerdoti. Sanè quicquid per fidei commissum, aut sacerdoti, aut ecclesiæ fortasse dimittitur, cuicunq; alij postmodum profuturum, id inter facultates suas ecclesia computare, aut retinere, non poterit.

Cap. 6. De rebus ecclesiæ, quomodo ab episcopo habeantur.

10.q.2. Casellas, uel mãci. Casellas uerò, uel mancipiola ecclesiæ, episcopi (sicut prisca sanctorum canonum præcepit auctoritas) uel uasa monasterij, quasi commendata fideli proposito, integro ecclesiæ iure possideant, id est, ut episcopi neq; uendere, neq; per quoscunq; contractus res, undè pauperes uiuunt, alienare præsumant. 10.q.2. Ea.n. Quòd si necessitas compulerit, ut pro ecclesiæ necessitate, aut utilitate, uel in usufructu, uel in directa uenditione aliqd distrahatur, apud duos, uel tres comprouinciales, uel uicinos episcopos, causa, qua necesse sit uendi, primitus comprobetur, ut habita discussione sacerdotali, eorũ subscriptione, quæ facta fuerit uenditio corroboretur. Aliter facta uenditio, uel transactio non ualebit. 12.q.2. Si qs de seruis. Sanè, si quos de seruis ecclesię, benemeritos sibi, episcopus libertate donauerit, collatam à successoribus libertatẽ placuit custodiri, cum hoc, q eis manumissor in libertatem contulerit, quod tamen iubemus uiginti solidorum numerũ & modum in terrula, uel

uineola, uel hospitiolo tenere, Quod amplius datum fuerit, post manūmissoris mortem ecclesię reuocetur. Minusculas uerò res, aut ecclesiæ minus utiles peregrinis, uel clericis, saluo iure ecclesiæ, in usum præstari pmittimus.

Cap. 7. De clericis, qui ad seculares confugiunt.

Id etiam placuit, ut si clericus, relicto officio suo, propter districtionē ad secularem iudicem fortasse cōfugerit, & is, ad quem recurrit, solatium ei defensionis impēderit, cum eodem de ecclesiæ communione pellatur. 21. q. 1. Placuit ut clericus.

Cap. 8. Vt in quadragesima non soluatur ieiunium.

Placuit etiam, ut omnes ecclesiæ filij (exceptis diebus dominicis) in quadragesima, etiā in die sabbati, sacerdotali oratione & discretionis communione ieiunent. De conse. d. 3. Placuit, ut omnes.

Cap. 9. De prædicatione Symboli.

Symbolum etiam, Placuit, ab omnibus ecclesiis una die, id est, ante octo dies dominicæ resurrectionis, publicè in ecclesia cōpetentib9 pdicari. De conse. d. 4. Symbolum.

Cap. 10. De benedictione, & unctione altaris.

Altaria, placuit, non solū unctione chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari. De conse. d. 1. Altariā.

Cap. 11. Qualiter maiores, & minores pœnitentiam accipiāt.

Pœnitentes tempore, quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum, & cilicium super caput à sacerdote (sicut ubiq; constitutum est) consequantur. Si autem comas non deposuerint, aut uestimenta non mutauerint, abijciantur. Et nisi dignè pœnituerint, non recipiātur. Iuuenibus etiam pœnitentia non facilè cōmittenda est, ppter ętatis fragilitatem. Viaticū tñ oībus in morte positis, non est negandum. D. 50. Pœnitētes.

tatibus (si quas habent proprias) indemnem ecclesiam reddant, & communione priuent.

Cap. 16. Vt clericus minor seniori non præponatur.

Episcoporum etiam, quorum uita nō reprehēditur, posteriorem priori nullus præponat, nisi fortè elatus superbia, quod pro necessitate ecclesiæ episcopus iusserit, implere cōtemnat. Sanè si officiū archidiaconus, aut propter simpliciorē naturā implere, aut expedire nequiuerit, ille loci sui nomen teneat et ordinationem ecclesię, quem elegerit episcopus preponēdū.

D. 74. Episcoporum etiā.

Idem Gregorius Ioanni epō Syracusano.

Cap. 17. De secularibus, qui uxores suas derelinquūt.

Si uerò seculares, qui coniugale cōsortium nulla culpa grauiori dimittunt, uel etiam dimiserunt, & nullas causas dissidij probabiliter proponentes, propterea matrimonia sua dimittunt, ut aut illicita, aut aliena præsumāt, si antequam apud episcopos comprouinciales dissidij causas dixerint, & priusquam in iudicio damnentur, uxores suas abiecerint, à communione sanctæ ecclesiæ, & populi cœtu (pro eò quod fidem, & coniugia maculant) excludantur.

33. q. 2. Seculares, qui.

Idem Ambrosius super Lucam.

Cap. 18. Vt monasterium, inconsulto episcopo, nullus constituat de monachis.

Monasterium nouum, nisi episcopo aut permittente aut probante, nullus īcipere, aut fundare præsumat, Monachi etiam uagantes, ad officium clericatus, nisi eis testimoniū Abbas suus dederit, nec in ciuitatib9 nec in parochijs ordinentur. Monachum, nisi abbatis sui permissu, aut uolūtate ad alterum monasterium cōmigrantem, nullus Abbas suscipere, aut retinere præsumat, sed ubicunque fuerit, Abbati

18. q. 2. De monachis.

20. q. 4. Monachum ni.

suo auctoritate canonum reuocetur.

Cap.19. Vt monasteria puellarum sint procul à monachis.

18.q.2. Monasteria puellarum. Monasteria puellarum longius à monasterijs monachorum, aut propter insidias diaboli, aut ꝓpter oblocutiones hominũ collocent.

Cap.20. De libertis, ut in necessitate ab ecclesia tueantur.

D.87. Libertos legit. Libertos, legitimè à dominis suis factos, ecclesia (si necessitas exegerit) tueatur, quos si qs ante audientiam aut persuadere, aut expoliare præsumpserit, ab ecclesia repellatur.

Cap.21. Vt post Antiphonas orationes dicantur.

De conse.d.5. Conuenit. Et quia conuenit ordinem ecclesiæ ab omnibus æqualiter custodiri, statuendum est (sicut ubiqꝫ fit) ut post antiphonas collationes ab episcopis, uel presbyteris dicãtur, & hymni, matutini, uel uespertini decãtentur diebus omnibus, & in cõclusione matutinarum, uel uespertinarum, & missarum post hymnos capitula de psalmis dicantur, & plebs, collecta oratione ad uesperam, ab episcopo cum benedictione dimittatur.

Cap.22. De his, qui propter odium ad pacem non reuertuntur.

D.90. Placuit etiam. Placuit etiã, ut (sicut pleruncꝫ fit) quicuncꝫ odio, aut longinqua iter se lite dissenserint, & ad pacem reuocari diuturna obstinatione nequiuerint, à sacerdotibus ciuitatis primitus arguantur. Qui si inimicitias deponere perniciosa intentione noluerint, de ecclesiæ cœtu iustissima excommunicatione pellãtur.

Cap.23. Vt clericus, inconsulto episcopo, ad iudicem secularem pulsari non debet.

11.q.1. Clericum nullus. Clericum nullus præsumat apud seculare iudicem, episcopo non ꝑmittente, pulsare. Sed

si pulsatus

ſi pulſatus fuerit, non reſpondeat, uel proponat, nec audeat criminale negotium in iudicio ſeculari proponere.

Cap. 24. De epiſcopis, quando hæredes non habent.

Epiſcopus, qui filios, aut nepotes non habuerit, aliũ q̃ eccleſiã nõ relinquat hæredẽ, ſi quid de eccleſia, non in eccleſiæ cauſa, aut neceſſitate præſumpſerit, quod diſtraxit, aut donauit, irritum habeatur, Qui uerò filios habet de bonis, quæ reliquit, ab hæredibus eius indemnitatibus eius conſulatur. 12. q. 2. Epiſcopus qui.

Cap. 25. De Iudæis, qui conuerti cupiunt.

Iudæi (quorum perfidia frequẽter ad uomitum redit) ſi ad legem catholicam uenire uoluerint, octo mẽſes inter catechumenos eccleſiæ limen introeant. Et ſi pura fide noſcuntur uenire, tunc demum baptiſmatis gratiam mereantur. Quòd ſi caſu aliquo periculum infirmitatis intra præſcriptũ tempus incurrerint, & deſperati fuerint, baptizentur. De conſe. d. 4 Iudæi quorũ.

Cap. 26. De ſtipendiis clericorum.

Clerici etiam omnes, qui eccleſiæ fideliter, uigilanterq́ deſeruiunt, ſtipendia ſanctis laboribus debita, ſecundum ſeruitij ſui meritum, uel ordinationẽ canonum à ſacerdotibus conſequantur. 1. q. 2. Clerici.

Cap. 27. De homicidis, & falſis teſtibus.

Itaq́; cenſuimus, homicidas, & falſos teſtes à cõmunione eccleſiaſtica eſſe ſubmouendos, niſi pœnitentiæ ſatisfactione crimina admiſſa diluerint. 24. d. 3. Itaq́.

Cap. 28. Vt clerici nuptialia uitent conuiuia.

Presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, uel deinceps, quibus ducendi uxores licentia modo non eſt, etiam aliarum nuptiarum euitent cõ- D. 14. Presbyteri.

uiuia. Nec his cœtibus misceantur, ubi amatoria cãtantur, et turpia, aut obscœni motus corporum choreis, & saltationibus efferuntur, ne auditus, & obtuitus sacris mysterijs deputati, turpium spectaculorum, atq; uerborum contagione polluantur.

Cap. 29. Ne de pœnitentibus clericus ordinetur.

De pœnitẽtibus id placuit obseruare, quod sancti patres nostri synodali sententia censuerunt, ut nullus de his clericus ordinetur, & q iam sunt per ignorantiam ordinati, aut sicut bigami, aut internuptarum mariti locum teneant. Ministrare diaconus, aut consecrare altare presbyter non præsumat.

26. q. 6. Ministrare diaco.

Cap. 30. Ne presbyter benedictionem populo dare præsumat.

Ibidem.

Benedictionem super plebẽ in ecclesia fundere, aut pœnitentem in ecclesia benedicere, presbytero penitus non licebit.

Cap. 31. Vt ante Missam expletam egredi populus non præsumat.

De consec. d. 1. Missas.

Missas die dominico secularibus totas audire speciali ordine præcipimus, ita ut ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat. Quod si fecerint, ab episcopo publicè confundantur.

Cap. 32. De non alienandis ab aliquo rebus ecclesiæ,

12. q. 2. Diacones.

Diaconi, uel presbyteri in parochia constituti, de reb⁹ ecclesiæ sibi creditis, nihil audeãt commutare, uendere, uel donare, quia res ecclesiæ sacratę Deo esse noscuntur. Similiter & sacerdotes, nihil de rebus ecclesię sibi commissæ (ut superius comprehensum est) alienare p̃sumat. Quod si fecerint, conuicti in concilio,

& ab honore depositi, de suo proprio aliud tã tum restituant, quan tum uisi fuerint præsum psisse, Sanè si quis qualibet conditione, de rebus ecclesiæ aliquid alienare præsumpserit, si de suo proprio tantũ ecclesiæ contulerit, quãtum uisus est abstulisse, tunc demum illud stare licebit. *Ca.34. De clericis capitale crimen incurrentibus.*

12.q.2. Si quis qualibet.

Si episcopus, aut presbyter, aut diaconus, capitale crimen commiserit, aut chartam falsauerit, aut falsum testimonium dixerit, ab officiĳ honore depositus in monasteriũ detrudatur, & ibi quãdiu uixerit, laicam tantummodo communionem accipiat.

D. 50. Si epũs.

Cap.35. De testamento episcopi.

Si episcopus, condito testamẽto, aliquid de ecclesiastici iuris proprietateq; legauerit, aliter non ualebit, nisi tantũdem de iuris propriĳ facultate suppleuerit.

12.q.5. Si epũs.

Cap.36. Vt sacerdotes canibus ad uenandum non utantur.

Episcopum, presbyterum, aut diaconũ, canes ad uenãdum, aut accipitres, aut huiusmodi res habere non liceat. Quòd si quis talium personarum in hac uoluptate sæpius detẽtus fuerit, si episcopus est, tribus mensibus à communione suspendatur, presbyter duobus mẽsibus se abstineat, diaconus uerò ab omni officio, uel communione suspendatur.

D. 34. Epũm, presbyterũ.

Cap.37. De uenditionibus, quas abbates facere præsumunt.

In uenditionibus, quas Abbates facere præsumunt, hæc forma seruetur, ut quicquid sinè episcopi licentia uenditum fuerit, ad potestatem episcopi reuocetur. Mancipia uerò monachis donata, ab Abbate non liceat manumit-

17.q.4. In uẽditione.

ti. Iniustum enim putamus, ut monachis quotidianum rurale opus facientibus, serui eorũ libertatis otio potiantur.

Cap. 37. De lapsis, qui de catholica fide in hæresim transeunt.

Lapsis, idest, qui in catholica fide baptizati sunt, si præuaricatione damnabili post in hæresim transierint, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas. Quibus nos, annorꝫ multitudine breuiata, pœnitentiã bienniȷ̃ conditione, infrascriptæ obseruationis imponimus, ut præscripto biennio, tertio sinè relaxatione ieiunent, & ecclesiam studeant frequentare. In pœnitentum loco standi & orandi humilitatem ita nouerint obseruãdam, ut etiam ipsi, quum catechumeni egredi commonẽtur, abscedant. Hoc si obseruare uoluerint, constituto tp̃e admittẽdis ad altariũ obseruatio relaxet. Quòd si ardua, uel dura fortè putauerint, statuta præteritorꝫ canonũ implere debebũt.

Ca. 38. De laicis, qui in solennitatibus maioribus ad ciuitatem non occurrunt.

Ciues, qui superiorum solẽnitatum, id est, Paschæ, ac Natalis domini, uel Pentecostes festiuitatibus, cum episcopis interesse neglexerint (quum in ciuitatibus cõmunionis uel benedictionis accipiendæ causa positos se nosse debeant) triẽnio cõmunione priuẽt ecclesię.

Cap. 39. De clericis, qui ab ecclesiæ officio diebus solennibus desunt.

7. q. 1. Si quis. Si quis in clero constitutus, ab ecclesia sua diebus solennibus defuerit, id est, Natiuitate domini, Epiphania, Pascha, uel Pẽtecoste, dum potius singularibus lucris studet, ꝙ seruitio

Dei parere conuenit, ut triennio à communio ne suspēdatur. Similiter diaconus, uel presbyter, si per tres hebdomadas, ab ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat. Item, Hilarius Papa.

Cap. 40. De synodo annis singulis congreganda.

Synodum etiam secundum constituta Patrum, annis singulis placuit congregari. Et qa in nomine domini, omnibus salubriter constitutis, synodus cum pace dimittitur, gratias Deo primitus, et domino nostro Regi agam⁹, orātes diuinā clementiā, ut hæc eadē facere, & docere p multos annos ī honore dñi possim⁹.

Explicit concilium Agatheñ.

CONCILIVM AQVILEIENSE sub Damaso primo celebratū, tēpore quoq; beati Ambrosii Mediolaneñ. episcopi contra Palladium, & Secundianum Arrianæ hæresis defensores, quos damnarunt in prædicto concilio prouinciali, disputante Ambrosio cum Palladio. Sententia uerò damnationis sub hac forma pronūciata est ab episcopo Constātio. Conciliū Aqleiense.

Palladium Arrij discipulum, cuius impietates iam olim damnatę sunt à patribus nostris in concilio Nicæno, & nunc hodie probatæ, cum recenserētur à Palladio singulæ, quia nō confusus est, dum Dei filium à Deo patre esse alienum, cùm creaturam confitetur, cum tempore dicit, dominum & Deum uerum negat, solum patrem esse sempiternum, & immortalem, in sempiternum censeo esse damnādum, & ulterius sacerdotem dici non posse, nec inter episcopos deputari. Cōdemnatio Palladij hæretici à concilio

In hoc concilio pro prouincijs Occidenta-

libus, quia propter prolixitatem itineris episcopi uenire non potuerunt, adfuerunt Legati prouinciarum, ut legati Aphrorum, & legati Gallorum.

Decreta Leonis primi, Papæ.

Leo. 1. Pont. 45. Hic Achephalos cõfutauit, Attilam retrouertit, Et Gesericum mitigauit.

Leo primus, Papa, natione Tuscus, sedit annos. 21. mensem unum, dies. 13. Hic & doctrinæ & uitæ præstantia magnus, Homiliarum declamator insignis, in Chalcedonẽsi. 4. principali. 630. episcopoꝝ synodo, Martiano, Principe, contra Eutychẽ Abbatem, de Christi natura perperam sentientem (ut infra dicetur) celebrata, omnium consensu ter sanctus adclamatus est. Hic ecclesiam ab hæreticis pœnè discerptam, reparauit. Sanctorum statuis reuerẽtiam sub anathematis nota decreuit. Secretæ Missę, Sãctum sacrificium, Immaculatam hostiam addidit. Monialibus ante 40. probatæ castitatis annum uelum negauit. Ecclesias cõdidit, & Cubicularios instituit.

Arausicanum concilium.

CONCILIVM ARAVSICANVM prouinciale, sub Leone primo Papa, tempore Theodosii Iunioris.

Cap. 1. Vt nullus minister sinè chrismate proficiscatur.

De conse. d. 4 Nullus.

Nullus ministrorum, qui baptizandi recipit officium, sinè chrismate usquã debet progredi, quia inter nos placuit semel in baptismate chrismari. De eo autem, qui in baptismate, quacũq; necessitate faciente, chrismatus nõ fuerit, in confirmatione sacerdos commonebitur. Nam inter nos chrismatis ipsius non nisi una benedictio est. Nõ, p̃iudicantes cuiq;, hoc dicim⁹, sed ut necessaria habeatur chrismatio.

Cap.2. De hæreticis, si in mortis discrimine conuertantur

Hæreticos in mortis discrimine positos, si catholici esse desyderent, si desit episcopus, à presbyteris cũ chrismate & benedictione con signari placet.

Cap.3. De pœnitentibus, qui de corpore exeunt.

Qui recedunt de corpore, pœnitentia accepta, placuit, sinè reconciliatoria manus impositione eis communicare, quod morientis sufficit reconciliationi secundum definitiones Patrum, qui huiusmodi communionem congruenter uiaticum nominauerunt. Quòd si superuixerint, stent in ordine pœnitentium, ut ostensis necessarijs pœnitentiæ fructibus, legitimam communionẽ cum reconciliatoria manus impositione recipiant. 26.q.6. Qui recedunt.

Cap.4. De his, qui ad ecclesiam confugiunt, ne tradantur.

Eos, qui ad ecclesiam confugiunt, tradi nõ oportet, sed loci sancti reuerentia & intercessione defendi. D.77. Eos q.

Cap.5. Quòd nullus clericorum mancipia occupet.

Si quis autem mãcipia clericorum pro suis mancipijs ad ecclesiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes ecclesias districtissima damnatione feriatur.

Cap.6. De libertis, qui in ecclesia commendati sunt, ne opprimantur.

In ecclesia manumissos, & per testamentũ ecclesiæ commendatos, si quis in seruitutem, uel obsequium, uel ad colonariam conditionem reuocare tentauerit, animaduersione ecclesiastica coerceatur.

Cap.7. De his, qui clericum alienum ordinare præsumunt.

Si quis alibi consistentem clericum ordinãdum putauerit, prius definiat, ut cum ipso habitet. Nec eum sinè consultatione eius episcopi, cum quo ante habitauit, ordinare præsumat, quia non sinè causa diu ab alio non ordinatus remansit.

Cap.8. De his, qui ciues alienos ordinauerint.

Si qui autem alienos ciues, aut alibi consistentes ordinauerint, nec ordinati in ullo accusantur, aut ad se eos reuocent, aut ipsi eis impetrent, cum quibus habitent.

Cap.9. De episcopis, qui in aliena ciuitate ecclesiam ædificãt.

Si quis episcoporum in alienæ ciuitatis territorio ecclesiam ædificare disponit, non præsumat dedicationem, quæ illi omnimode reseruatur, in cuius territorio ecclesia assurgit. Reseruata uerò ædificatori episcopo hac gratia, ut quos desyderat clericos in re sua uidere, ipsos ordinet is, in cuiꝰ ciuitatis territorio est, uel si ordinati iam sunt, ipsos habere acquiescat.

Cap.10. De episcopis, qui excommunicatum alterius suscipiũt.

Placuit, in reatum uenire episcopum, ꝗ admonitus de excommunicatione cuiusq; sinè reconciliatione eius, qui eum excommunicauit, ei communicare præsumpserit, ut integra omnia (si reconciliatio intercesserit) de iniustitia uel iniquitate excommunicationis proximę synodo reseruentur.

Cap.11. De his, qui subito obmutescunt.

Subitò obmutescens (prout statutum est) baptizari, aut pœnitentiam accipere potest, si uoluntatis pręteritę testimonium aliorũ, uerbis habet, aut præsentis in suo nutu.

Cap.12. Vt euangelia catechumeni non audiant.

Placuit, catechumenis non legi euãgelium in ecclesia.

Cap.13. De eisdem, ne ad baptisteria accedant.

Catechumeni nonnunquam admittendi sunt, etiam inter domesticas orationes.

Cap.14. De eisdem, ne cum fidelibus benedictionem accipiant.

Segregandi, informandique sunt catechumeni, ut se reuocent, & signandos, uel benedicendos semotim offerant eos fideles.

Cap.15. De fœminis, quæ uiduitatem professæ sunt.

Viduitatis seruandæ professionem, coram episcopo in secretario habitam, imposita à presbytero ueste uiduali, dicimus non esse uiolãdam. Eius uerò repudiatorem, uel ipsam talis professionis desertricem, meritò esse damnandam decernimus. 17.q.1. Viduitatis.

Ego Hilarius episcopus subscripsi. Ego Superuentor, pro patre & meo episcopo Claudio subscripsi, & recognoui. Subscriptio.

Explicit concilium Arausicanum.

CANONES CONCILII ARAVsicani circa tempora Leonis primi, Papæ, De libero arbitrio, & de rebus necessarijs per capitula requirendis.

Cap.1. De gratia & libero arbitrio.

Si quis per offensam præuaricationis Adæ non totum, id est, secundum corpus & animam, in deterius dicit hominem commutatum, sed animæ libertate illæsa durante, corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, Pelagij errore deceptus, aduersatur scripturæ dicenti: Anima, quę peccauerit, ipsa mo Ezech.18.

Roma.6. rietur. Et nescitis, quoniam cui exibetis uos seruos ad obediēdum, serui estis eius, cui obe-
2.Pet.2. ditis. Et, à quo qs supat. ei⁹ & seruus addicit.

Cap.2. Quòd præuaricatio Adæ omnibus infecerit.

Si quis soli Adæ præuaricationem suã, non & eius ꝓpagini asserit nocuisse, aut certè mortem tantùm corporis (quæ pœna peccati est, non autem & peccatum, quod mors est animæ) per unum hominem in omne genus humanum transiisse testatur, iniustitiam Deo dabit, contradicens Apostolo dicenti: Per unum
Roma. 5. hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

Cap.3. De gratia Dei.

Si quis per inuocationem humanã gratiã Dei dicit posse conferri, nõ autem ipsam gratiam facere, ut inuocetur à nobis, contradicit Esaiæ
Esaiæ.65. prophetæ, uel Apostolo idem dicenti: Inuen-
Roma.10. tus sum non quærentibus me, palàm apparui his, qui me non interrogabant.

Ca.4. De purgatione peccati.

Si quis, ut à peccato purgemur, uolũtatem nostram Deum expectare contendit, non autem, ut etiam purgari uelimus, per sancti spiritus infusionem, & operationem in nos fieri confitetur, resistit ipsi Spiritui sancto, per Salomonem dicenti: Præparatur uoluntas à domino, & Apostolo salubriter prædicanti: Deus
Philip.2. est, qui operatur in nobis & uelle, & perficere pro bona uoluntate.

Cap.5. Quòd ad fidem, & ad regenerationem baptismatis, per gratiæ donum perueniamus.

Si quis,ſicut augmẽtum, ita etiam initium fidei, ipſum credulitatis affectum, quo in eũ credimus,qui iuſtificat impium, & ad regenerationem baptiſmatis peruenimus, non per gratiæ donum, id eſt,per inſpirationem Spiritus ſancti corrigentem uoluntatem noſtram ab infidelitate ad fidem,ab impietate ad pietatem,& naturaliter nobis ineſſe dicit, Apoſtolicis dogmatib9 aduerſarius approbatur, beato Paulo dicente:Confidimus,quia qui cœpit in uobis bonum opus, perficiet uſq; in diem domini noſtri Ieſu Chriſti. Et illud:Vobis datum eſt pro Chriſto, non ſolum ut in eo credatis,ſed etiam ut pro illo patiamini. Et gratia ſalui facti eſtis per fidem,nõ ex uobis, Dei enim donũ eſt. Qui enim fidem, quia in Deũ credimus,dicunt eſſe naturalem, omnes eos, q ab eccleſia Chriſti alieni ſunt, quodammodo fideles eſſe definiunt. Philip.1. Ibidem. Ephe.2.

Cap.6. Quòd gratia Dei ſumus,id quod ſumus.

Si quis ſinè gratia Dei credentibus, uolentibus,deſyderãtibus,& pulſantibus nobis miſericordiam dicit conferri, non autem diuinitus,ut credamus,uelimus uel hæc omnia, ſicut oportet agere,ualeamus,per ĩfuſionem & inſpirationẽ ſancti Spiritus in nobis fieri confitetur,aut humilitati,aut obediẽtiæ humanæ ſubiungit gratiæ adiutorium, nec ut obediẽs, & humilimus ipſius gratiæ donum eſſe conſentit,reſiſtit Apoſtolo dicẽti:Quid habes, qđ nõ accepiſti?Et gratia Dei ſum id, quod ſum. 1.Cor.4. Ibidem.15.

Cap.7.Quòd non ſumus idonei,cogitare aliquid à nobis,quaſi ex nobis.

* Si quis per naturæ uigorem bonum aliqđ, quod ad salutem pertinet uitæ æternæ,cogitare non expedit,aut eligere,siue salutari, id est, euangelicæ, prædicationi consentire posse confirmat,absq; illuminatione & inspiratione Spiritus sancti, qui dat omnibus suauitatē in consentiendo, & credendo ueritati,hæretico fallitur spiritu, non intelligens uocem Dei in euangelio dicentis:Sine me nihil potestis facere.Et illud Apostoli:Nūquid idonei sumus, cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

Ioan.15.
2.Cor.3.

* *Recentiores quidam Theologi interpretantur hæc duo loca de auxilio Dei generali, sinè quo nihil omnino ualemus facere, nec opus aliquod Naturæ.Magis legitimum est,quod hìc sentitur à Concilio & Pontifice, ut hìc non negentur opera Naturæ, sed quæ pertinent ad salutem æternæ uitæ.*

Censura auctoris.

Cap.8.Nemo per semetipsum, salutis æternæ mysterium potest conquirere.

Cassian.

Si quis,alios misericordia,alios uerò per liberum arbitrium(quod in omnibus,q de præuaricatione primi hominis nati sunt, constat esse uitiatum.) ad gratiam baptismi posse uenire contendit,à recta fide probatur alienus.Is enim non omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis asserit infirmatum,aut certè ita læsum putat,ut tamen quidam ualeant sinè reuelatione Dei mysterium salutis æternæ per semetipsos posse conquirere.Quod q̄; sit contrarium, ipse dominus probat,qui non aliquos,sed neminem ad se posse uenire testatur,nisi quem pater attraxerit. Si

cut & Petro dicit: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, q in cœlis est. Et Apostolus: Nemo potest dicere dominum Iesum Christum, nisi in Spiritu sancto. Ioan.16. Matth.16. 1.Cor.12. Philip.2.

Cap.9. De adiutorio Dei.

Diuini est muneris, cùm rectè cogitamus, & pedes nostros à falsitate & iniustitia tenemus. Quoties enim bona agimus, Deus in nobis, atque nobiscum, ut operemur, operatur. Princip. Serm. 22

Cap.10. De eodem.

Adiutorium Dei etiã renatis ac sanctis semper est implorandum, ut ad finem bonum peruenire, uel in bono possit opere perdurare.

Cap.11. De obligatione uotorum.

Nemo quicquàm domino rectè uouerit, nisi ab ipso acceperit, sicut legitur, Quæ manu tua accepimus, damus tibi.

Cap.12. Quales nos diligit Deus.

Tales nos amat Deus, quales futuri sumus ipsius dono, Non, quales sumus nostro merito.

Cap.13. De reparatione liberi arbitrij.

Arbitrium uolũtatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam baptismi non potest reparari. Quod amissum, nisi à quo potuit dari, non potest reddi. Vndè ipsa ueritas dicit: Si uos filius liberauerit, tũc uerè liberi eritis. Ioan.8.

Cap.14. De misericordia Dei.

Nullus miser de quantacunque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia præuenitur, sicut dicit Psalmista: Citò anticipet nos misericordia tua domine. Et illud: Deus meus, misericordia eius præueniat me. Psal.78. Psal.58.

Cap.15. De mutatione præuaricationis Adæ.

Ab eo, quod formauit Deus, mutatur Adã, sed in peius per iniquitatem suã. Ab eo, quod operata est iniqtas, mutatur fidelis, sed in melius per gratiam Dei. Illa ergo mutatio fuit p̃uaricatoris primi, hæc secũdum Psalmistam,
Psal.76. Mutatio dexteræ excelsi.

Cap.16. Quòd nemo glorietur de substantia sua.

Nemo ex eo, quod uidetur habere, glorietur, tanq̃ non acceperit, aut ideo se putet accepisse, quia litera extrinsecus, uelut legitur, apparuit, uel ut audiretur, sonuit. Nã sicut Apostolus dicit: Si per legem iustitia, ergo Christ⁹
1.Cor.4. gratis mortuus est. Ascendens in altum, capti
Gala.2. uam duxit captiuitatem, dedit dona homini-
Ephe.4. Psal.67. bus. Inde habet, quicunq; habet. Quisquis autem inde se habere negat, aut uerè non habet,
Matth.25. aut id, quod habet, auferetur ab eo.

Cap.17. De fortitudine Christiana.

Fortitudinem Gentilium mundana cupiditas, Fortitudinem Christianorum Dei charitas facit, quæ diffusa est in cordibus nostris,
Roma.5. non per uoluntatis arbitrium, sed per Spiritũ
Roma.4. sanctum, qui datus est nobis, nullis meritis gratiam præuenientibus.

Cap.18. De mercede boni operis.

Debetur merces bonis operibus, si fiãt, sed gratia, quæ non debetur, præcedit, ut fiant, neminem, nisi Deo miserante, saluari.

Cap.19. De natura humana.

Natura humana etiam si in illa integritate, in qua est condita, permaneret, nullo modo se ipsam, creatore suo non adiuuante, seruaret.

Vnde cùm ſine gratia Dei ſalutem non poſſit cuſtodire, quã accepit, quomodo ſinè Dei gratia poterit reparare, quod perdidit?

Cap. 20. Nihil boni hominem poſſe ſinè Deo.

Multa in homine bona fiunt, quæ non facit homo. Nulla uerò facit homo bona, quæ non Deus præſtet, ut faciat homo. Eſaiæ. 26.

Cap. 21. De natura & gratia.

Sicut eis, qui uolentes in Lege iuſtificari, & Gal. 2.
à gratia exciderũt, ueriſſimè dicit Apoſtolus: Si ex lege iuſtitia eſt, ergo Chriſtꝰ gratis mortuus eſt, iam hìc enim erat lex, & non iuſtificabat, iam hìc erat & Natura, & nõ iuſtificabat, ideo Chriſtus non gratis mortuus eſt, ut &
lex per illum impleretur, qui dixit: Non ueni Matth. 25.
legem ſoluere, ſed adimplere, & natura ꝑ Adã
perdita per illum repararetur, qui dixit: Veniſ Luc. 19.
ſe ſe, quærere & ſaluare, quod perierat. Pſal. 115.

Cap. 22. De his, quæ hominum propria ſunt.

Nemo habet de ſuo niſi mendatium, & peccatum. Si quis autem habet homo ueritatem atq; iuſtitiam, ab illo fonte eſt, quem debemꝰ ſitire in hac eremo, ut ex eo quaſi guttis quibuſdam inrorati, non deficiamus in uia. Eſaiæ. 10.

Cap. 23. De uoluntate Dei & hominis.

Suam uoluntatẽ homines faciunt, nõ Dei, quando id agunt, quod Deo diſplicet. Quando autem ita faciunt, quod uolunt, ut diuinæ ſeruiant uoluntati, quamuis uolentes agant, quod agunt, illoꝝ tamen uoluntas eſt, à quo præparatur, & obitur, quod uolunt.

Cap. 24. De palmitibus uitis.

Ita ſunt in uite palmites, ut uiti nihil confe- Ioan. 15.

Et Augustinus sup. Ioan. rant, sed inde accipiant, undè uiuant. Sic quippe uitis est in palmitibus, ut uitale subministret eis, non sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis prodest, & nō Christo. Nā præciso palmite, potest de uiua radice aliꝰ pullulare. Qui autem præcisus est, non potest sinè radice uiuere.

Cap. 25. De dilectione, qua diligimus Deum.

Prorsus donum Dei est, diligere Deum. Diffundit enim charitatem in cordibus nostris spiritus patris, & filij, quem cum patre amamus & filio. Ac si secūdum suprascriptas sanctarum scripturarum sententias, uel antiquorum patrum definitiones, hoc Deo propitiante, & prędicare debemus, & credere, ꝙ ꝑ peccatum primi hominis ita inclinatum, & attenuatum fuerit liberum arbitrium, ut nullus posteà aut diligere Deum, sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum, quod bonum est, possit, nisi gratia eum, & misericordia diuina præuenerit. Vnde Abel iusto, & Noe, & Abraham, & Isaac, & Iacob, & omni antiquorum sanctorum multitudini, illam præclaram fidem, quam in ipsorum laudem prædicat Apostolus, non per bonum naturę, quod prius in Adam datum fuerat, sed per gratiam Dei credimus fuisse collatā. Quia gratiam, etiam post aduentum domini omnibus, qui baptizari desyderant, nō in libero arbitrio habere, sed in Christi nouimus simul et credimus largitate conferri, secundum illud, quod iam supradictum est, & prædicat Paulus

Heb. 11. per totum.

lus

lus apoſtolus, Vobis donatum eſt pro Chri-
ſto, nō ſolum ut in eum credatis, ſed etiam ut
pro illo patiamini. Et illud: Deus, q̄ cœpit in
uobis bonum opus, perficiet uſq; in diem do
mini noſtri. Et illud, Gratia ſalui facti eſtis p̄ Ephe. 2.
fidem, & hoc non ex uobis, Dei enim donum
eſt. Et quod de ſeipſo ait Apoſtolus: Miſeri-
cordia conſequutus ſum, ut fidelis eſſem. Nō
dixit, quia erā, ſed ut eſſem. Et illud: Quid ha-
bes, quod nō accepiſti? Et illud: Omne datum Iacobi. 1.
bonum, & omne donum ꝑfectum de ſurſum
eſt, deſcendens à patre luminum. Innumerabi
lia ſunt ſanctarum ſcripturarum teſtimonia,
quæ poſſint ad probandam gratiam proferri,
ſed breuitatis ſtudio prætermiſſa ſunt, quia &
re uera, cui pauca non ſufficiunt, plura non ꝓ *
derunt. Hoc etiam ſecundum fidem catholicā
credimus, q̄ accepta per baptiſmum gratia,
omnes baptizati (Chriſto auxiliante & coo-
perante) quæ ad ſalutem pertinent, poſſint &
debeant (ſi fideliter laborare uoluerint) adim-
plere. Aliquos uerò ad malum diuina poteſta
te prædeſtinatos eſſe, nō ſolum non credim9,
ſed etiam ſi ſunt, qui tantum malum credere
uelint, cum omni deteſtatione in illis anathe-
ma dicimus. Hoc etiam ſalubriter profitemur
& credimus, q̄ in omni opere bono nos non
incipimus, & poſteà per Dei miſericordiam
adiuuamur, ſed ipſe nobis nullis præcedenti-
bus bonis meritis, & fidē & amorē ſui prius
inſpirat, ut & baptiſmi ſacramenta fideliter re
quiramus, & poſt baptiſmum (cum ipſius ad
iutorio) ea, quæ ſibi ſint placita, implere poſſi

mus. Vnde manifestissimè credendum est, quod
Lucæ.23. & illius latronis, quem dominus ad paradisi
Acto.10. patriam reuocauit, & Cornelij Cēturionis, ad
Luc.19. quem angelus domini missus est, & Zachæi, qui ipsum dominum suscipere meruit, illa tā admirabilis fides non fuit de natura, sed diuinæ largitatis donum.

Subscriptio. Hanc definitionem antiquorum patrū non solum episcopi, sed laici etiam illustres & magnifici uiri subscripserunt.

CONCILIVM VASENSE sub Leone primo, Papa, & Theodosio iuniore celebratum est. In quo nonnullæ constitutiones sancitæ sunt per.18. episcopos ibi congregatos, ex quibus aliquas, tanquam præcipuas subijcere placuit.

Ca.1. Vt alterius episcopi chrisma nullus accipiat, sed proprij.

Conciliū Vasense. Per singula territoria presbyteri, uel ministri ab episcopis non (pro ut libitum fuerit) à uicinioribus, sed à suis proprijs, per annos singulos petant chrisma appropinquante solennitate Paschali, nec per quēcunque ecclesiasticum, sed si qua necessitas aut ministrorum occupatio est, per subdiaconum, quia inhonorū est, inferioribus summa committi.

Cap.2. Vt qui oblationes defunctorum retinent, excōicentur.

13.q.2. Qui oblationes. Qui oblationes defunctorum retinēt, & ecclesiis tradere demorantur, ut infideles ab ecclesia sunt abijciendi, quia usque ad exinanitionem fidei peruenire, certum est hanc pietatis diuinæ exacerbationem, quia & fideles de corpore recedentes, uotorum plenitudine, & pauperum consolatu alimoniæ, & necessaria su-

ſtentatione fraudant. Hi ergo tales quaſi egen tium necatores, nec credentes iudicium Dei, habendi ſunt. Vnde & quidam * patrum hoc ſcriptis ſuis inſeruit congruente ſentẽtia, qua ait: Amico quicquam rapere furtum eſt, eccle ſiam uerò fraudare ſacrilegium eſt. *Hierony. ut habetur. 12. q. 2. Gloria ẽpi.

Ca. 3. De ſepulturis, quomodo non eſt accipiendum precium.

Præcipiendum eſt ſecundum canonum au-ctoritatem, ut de ſepulchris & hominibus ſe-peliendis, nihil muneris exigant, niſi fortè qui ſepelitur, uiuens iuſſerit eccleſiæ, ĩ cuius atrio ſepelitur, aliquid de rebus ſuis tribuere, aut etiam poſt mortem ipſius illi, quibus commiſſum eſt eius eleemoſynam facere, de rebus illius aliquid ſponte dare uoluerint. Et tamen nullatenus à presbyteris eccleſiæ illius aliqd exigatur, ſine illis, q locis & uillis præſunt. 12. q. 2. Præcipiendum.

Cap. 4. Vt presbyteris prædicandi poteſtas ſuis plebibus concedatur.

Hoc etiam pro ædificatione omnium eccle ſiarum, & ꝑ utilitate totius populi nobis placuit, ut non ſolum in ciuitatibus, ſed etiam in omnibus parochijs uerbum faciendi daremꝰ presbyteris poteſtatem, ita ut ſi presbyter, ali qua infirmitate prohibente, per ſe ipſum non potuerit prædicare, ſanctorum patrum Homi lię à diaconis recitẽtur. Si enim digni ſunt dia coni, quæ Chriſtus in Euãgelio loquutus eſt, legere, quare indigni iudicentur, ſanctorum patrum expoſitiones publicè recitare?

Cap. 5. Vt Kyrie eleiſon in omnibus eccleſiis dicatur.

Et quia tam in ſede Apoſtolica, q̃ꝫ etiam ꝑ totas Orientalis, atqꝫ Italię prouincias dulcis

& nimis salubris consuetudo intromissa est, ut Kyrie eleison frequentius cum grandi affectu ac compūctione dicatur, placuit etiam nobis, ut in omnibus ecclesiis nostris ista cōsuetudo sancta & ad Matutinum, & ad Missas, & ad Vesperam, Deo propitiāte, intromittat.

Cap. 6. Vt in omnibus Missis semper Sanctus, Sanctus, Sanctus, dicatur.

In omnibus Missis, siue Matutinis, siue in quadragesimalibus, siue in illis, quæ pro defunctorum commemorationibus fiunt, semp Sanctus, Sanctus, Sanctus, eo ordine, quo ad Missas publicas, dici debeat, Quia tam dulcis & desyderabilis uox (etiam si die, noctuq; possit dici) fastidium non poterit generare. Et hoc nobis iustum uisum est, ut nomen domini Papæ, quicunq; sedi Apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur.

Nomen Papę in Missa recitandum.

Cap. 7. Vt propter hæreticorum incredulitatem, post Gloria patri, &c. Sicut erat in principio &c. semper dicatur.

Quia nō solum in sede Apostolica, sed etiā per totum Orientem, & totam Aphricam, uel Italiam propter hæreticorū astutiam, qua Dei filium non semper cum patre fuisse, sed à tempore cœpisse blasphemant, in omnibus clausulis post Gloria patri &c. Sicut erat in principio, &c. dicatur, etiam & nos in uniuersis ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse decreuimus.

CONCILIVM CARPENTORACT. sub Leone. 1. Papa celebratum est, in quo hæc constitutio à Patribus est definita.

Conciliū Carpentoraclēse.

Constitutio sanctorum episcoporum, in ciuitate Carpentoractense.

Licet omnia, quæ ecclesiastica regula præcepit obseruari, in multis canonibus contineātur inserta, noscuntur tamen causæ, pro quib9 necesse habent sacerdotes domini, quod ad iustitiam pertinet, secundum disciplinam ecclesiasticam ordinare. Et ideo, quia Carpentoracte conuenientes, huiusmodi ad nos querela peruenit, quòd ea, quę à quibusdam fidelibus parochijs cōferuntur, ita ab aliquibus episcopis præsumantur, ut aut parum, aut ppe nihil ecclesiis, quibus collata fuerant, relinquatur, hoc nobis iustum & rationabile uisum est, ut si ecclesia ciuitatis eius, cui præest episcopus, ita est idonea, ut ipsa nullius indigeat, quicqd parochijs fuerit derelictum, clericis, qui in ipsis parochijs deseruiūt, uel reparationibus ecclesiarum rationabiliter dispensetur. Si uerò episcopum multas expensas, & minorem substantiam habere constiterit, parochijs, quibus largior fuerit collata substantia, hoc tantum, quod clericis uel architectis rationabiliter sufficiat, reseruetur. Decretum.

Et subscripserunt hanc constitutionem episcopi, quorum nomina in concilijs habentur. fol.341.pag.2.

CONCILIVM ARELATENSE tertium sub Leone. 1. Papa, celebratum est à 34. episcopis, Era 461. Martiano Augusto, Opilione, & Vincomalo consulibus. 8. Idus Iulij. Quum in Basilica sanctæ Mariæ in Arelaten. ciuitate sacerdotes domini conuenissent, con- Conciliū Arelaten. 3.

gruum eis & rationabile uisum est, ut primũ de obseruandis canonibus, attentissima solicitudine pertractantes, qualiter ab ipsis ecclesiasticę regulę seruarent, salubri cōcilio definirēt.

Primum. Vt diaconus ante.25.annos, & sacerdos ante.30.non ordinetur.

Vt digami, uel pœnitentes, uel repudiatæ mariti ad sacerdotium non prouehantur. 2.

Vt laicus ante annum conuersionis non ordinetur. 3.

Vt qui clericum alienum defendere nititur, communione priuetur. 4.

De his, qui uanitates i excubijs exercēt.

Vt laici, qui excubias funeris obseruant, cũ timore, & terrore, & reuerentia hoc faciant. Nullus ibi diabolica carmina præsumat cantare, nec iocos, nec saltationes facere, quæ Pagani, docente diabolo, adinuenerunt. Quis.n. nesciat, diabolicum esse, & non solum à regione Christiana alienum, sed etiam humanæ naturæ esse contrariũ, Ibi lætari, cantare, inebriari, & cachinnis ora dissolui, et omni pietate & affectu charitatis postposito, quasi de fraterna morte exultare, ubi luctus & planctus, flebilibus uocibus debuerit resonare pro amissione chari fratris? Patres si quidem ueteris & noui testamenti, mortes sanctorum uirorum legimus multis in locis cum fletu deplorasse, in nullo autem loco de illis, q à seculo discesserant, exultasse. Nam & Iacob Patriarcham tota fleuit Ægyptus.70.diebus. Et Ioseph, & fratres eius, cùm patrem deferrēt in terram Chanaan ad sepeliendum, celebrantes exequias, planctu magno atq; uehementi impleuerunt

Gene.50.

septem dies. Tantus autem fuit planctus, ut locus inde nomen acceperit. Et de beato Stephano legimus, quod sepelierunt eum uiri timorati, & fecerunt planctum magnum super eũ. Et ideo talis inepta lætitia & pestifera cantica, ex auctoritate interdicẽda sunt. Si quis autem cantare desyderat, Kyrie eleison cantet, si autem aliter, omnino taceat. Si autem tacere non uult, in crastino à presbytero taliter coerceatur, ut alij timeant. Ibidem. Acto. 8.

CHALCEDONENSE CONCILIVM unum ex quatuor celeberrimis, celebratũ est præsentibus. D.C.XXX. patribus, Temporibus Leonis primi, Papæ, & Martiani Imperatoris, contra Eutychem Constantinopo. Abbatem, qui asserebat Christum post humanã assumptionem non ex duabus naturis existere, sed solam in eo diuinam naturam permaneret, & cõtra Dioscorum eiusdem defensorem. Qui condemnata præscripta hæresi, statuerũt hos canones, quorum auctor maximè sanctus Anatholius Constantinopo. episcopus fuit. Cõciliũ Chalcedonense.

Canon. 1. De seruandis canonibus synodorum.

A sanctis patribus in unaquaque synodo usque nunc prolatas regulas tenere, Statuimus. 25. q. 1. A sanctis patribus.

Canon. 2. In quo damnatur episcopus, qui per pecuniam ordinationem facit.

Si quis episcopus per pecuniam ordinationem fecerit, & precio redegerit Spiritus sancti gratiam, quæ uendi non potest, ordinaueritque per pecuniam presbyterum, aut diaconum, uel quemlibet de his, qui cognominantur in clero, promouerit, & dispensatorem aut defen 1. q. 1. Si quis eps.

ſorem, uel quemlibet, qui ſubiectus eſt regulæ, pro ſui turpiſſimi lucri commodo, is, qui hoc attentare probatus fuerit, proprij gradus periculo ſubiacebit, & qui ordinatus eſt, nihil ex hac ordinatione uel promotione, quæ eſt ꝑ negociatione facta, proficiat, ſed ſit alienus à dignitate uel ſolicitudine, quam pecunijs acquiſiuit. Si quis uerò mediator tam turpibus &
Item, ex octaua ſynodo. nephandis datis uel acceptis extiterit (ſi quidem clericus fuerit) à proprio gradu decidat, ſi uerò laicus, anathematizetur.

Can.3. Vt hi, qui connumerantur in clero, turpibus lucris non inſeruiant.

16. Peruenit ad ſanctam. Peruenit ad ſanctam ſynodum, qꝛ de his, q in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam, aliorum poſſeſſionum conductiones, & cauſas ſecularium negotiorum ſuſcipiunt, & à ſacris officijs ſe per deſidiam ſeparant, ad domos autem ſecularium cõcurrunt, & ſubſtantiarum eorum gubernationes (auaritiæ cauſa) ſuſcipiũt. Decreuit igitur ſancta & uniuerſalis, & magna ſynodus, neminẽ horum deinceps, hoc eſt, epiſcopum, ſiue clericum, aut monachum conducere poſſeſſiones, aut miſceri ſecularibus poſſeſſionibus poſſe, niſi fortè qui legibus ad minorum ætatis tutelas, ſiue curationes inexcuſabiles attrahũtur, aut ipſi9 ciuitatis epiſcopus eccleſiaſticarum rerum commiſerit gubernacula, & orphanorum, ac uiduarum, quæ indefenſæ ſunt, aut earum perſonarum, maximè quæ eccleſiaſtico indigent adminiculo propter Dei timorem. Si quis uerò trãſgreſſus fuerit hæc præcepta, ec-

clesiasticæ subiaceat correctioni.

Can.4. Quòd monachi in ciuitatibus, episcopo debeant esse subiecti.

Qui uerè, & purè solitariam eligunt uitam, digni sunt conuenienti honore. Quidam tñ monachorum habitu utentes indifferēter per ciuitates incedunt, necnon & monasteria & seipsos propria præsumptione commendant. Placuit igit, neminem aut ædificare, aut construere monasteria, aut oratorij domum, sine cōscientia ipsius ciuitatis episcopi. Eos uerò, qui per singulas ciuitates, seu possessiones, in monasterijs sunt, placet nobis, episcopo subiectos esse debere, & quieti operā dare, atq; obseruare ieiunia, & orationes in locis, in qbus semel se Deo uouerint, permanentes. & neq; communicare ecclesiasticas, neq; seculares aliquas attrectare actiones, relinquētes propria monasteria, nisi fortè iubeantur, propter urgētes necessitates ab ipsius ciuitatis episcopo. Et neminem seruorum suscipi in monasteriū, ut sit cum eis monachus, nisi cum domini ꝓprij licentia. Prætereuntem uerò hæc, decreuimus extra communionem esse, ne nomen domini blasphemet. Conuenit ergo ciuitatis episcopo, curam, solicitudinemq; necessariā monasterijs exhibere.

16.q.1.Qui uerè & pure et 18.q.2.Quidā monachorum habitu.

Notent Monachi.

Can.5.Non licet episcopo ecclesiam suam relinquere, & ad aliam transire.

Propter eos episcopos, & clericos, qui de ciuitate ad ciuitatem transeunt, placuit, definitiones datas à sanctis patribus, habere propriam firmitatem.

7.q.1.Propter eos. Niceno concil.c.15.

Can.6. Vt nemo ordinetur absolutè.

D.70. Neminem. *.1. Sine titulo.

Neminem absolutè* ordinari iubemus presbyterum, neq; diaconum, nec quemlibet in ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifestè in ecclesia suæ ciuitatis, siue possessionis, aut in martyrio, aut in monasterio, hic, q ordinatur, mereatur ordinationis publicę uocabulum. Eos autem, qui absolutè ordinantur, decreuit sancta synodus, uacuam habere manus impositionem, et nullum tale factū ualere, ad iniuriam ipsius, qui eos ordinauit.

Canon.7. Quòd semel in clero taxati, uel monasterijs deputati, ad militiam non redeant.

20.q.1. Eos q semel.

Eos, qui semel in clero taxati fuerint, siue in monasterio deputati, decreuimus, neq; ad militiam, neq; ad honores seculares uenire. Eos autem, qui hoc ausi fuerint facere, & non eius rei pœnitere maluerint, ut ad hoc idem reuertantur, quod antè obtentu Dei sibi proposuerunt, cōuenit anathematizari.

Canon.8. Dispensatores pauperum episcopo suo obediant.

18.q.2. Quidā monachorum

Clerici in parochijs, monasterijs aut martyrijs constituti, sub potestate sint eius, qui in ea ciuitate est episcopus, secundum traditionem sanctorum patrum, neq; per præsumptionem recedāt à suo episcopo. Eos uerò, qui ausi fuerint rescindere huiusmodi institutionem quocūq; modo, uel si noluerint subiacere proprio episcopo (si quidem fuerint clerici) secundum personarum ordinationem subiaceant condēnationib9 canonum. Si uerò monachi, seu laici fuerint, communione priuentur.

Canon 9. Si clericus contra alium causam habeat, ante episcopum suum examinetur.

Si clericus aduersum clericum habet negotium, non relinquat suum episcopum, & ad secularia iudicia non concurrat, sed prius negotium agitetur apud propriũ ep̃m. Vel certè si fuerit negotium ipsius episcopi, apud arbitros ex utraq; parte electos, audiat negotiũ. Si quis uerò contra hoc fecerit, canonum correctionibus subiaceat. Et si clericus aduersus suum, uel alium episcopum habeat causam, apud audientiam synodi prouinciæ conqueratur. Si uerò contra ipsius prouinciæ metropolitanum episcopum, episcopus siue clericus habeat controuersiam, pergant ad ipsius diœcesis primates, aut certè ad Constantinopolitanæ regiæ ciuitatis sedem, ut eorum ibi negotium terminetur. 11.q.1. Si clericus aduersum clericum.

Can. 10. Vt non liceat de alia ciuitate in aliam transmigrare.

Non liceat clericum in ecclesiis duarum ciuitatum ordinari, sed in ea, in qua ab initio ordinatus est, & cuius expetitio erat ante profugium. Et si propter uanæ gloriæ desyderium contigerit, ut post ad maiorem ecclesiam confugerit, eum indubitanter reuocari debet ad suam ecclesiam, in qua ab exordio ordinatus est, & ibi tantummodo ministrare. Si quis uero iam traslatus est ab una ecclesia in aliam, nihil habeat commune cum priori siue sub ecclesia cõstitutis martyribus, siue in parochĳs, uel xenodochĳs, aut eorum negotĳs. Eos uerò, qui ausi fuerint post ordinationem huius magnæ & uniuersalis synodi agere, quæ pro- 21.q.1. Clericũ in duarum. Ibi.2. Si quis.

hibita sunt, statuit sancta synodus cadere de proprio gradu.

Can.11. Vt prouincia in duos metropolitanos episcopos non diuidatur.

D.101. Peruenit ad nos.

Peruenit ad nos, quòd quidam, præter ecclesiasticas ordinationes, affectantes potẽtiam, per pragmaticum sacrum, unam prouinciam in duas diuidant, & ex hoc inueniantur duo metropolitani episcopi in una eademque prouincia esse. Statuit ergo sancta synodus, deinceps nihil tale attẽtari à quolibet episcopo. Eos uerò, qui tale aliquid tentauerint, cadere de proprio gradu.

Canon.12. Vt sine literis commendatitijs clericus extra suam ecclesiam non ministret.

D. 17. Extraneo clerico.

Extraneo clerico, & lectori extra suam ciuitatem sinè commendatitijs literis proprij episcopi nusquam penitus liceat ministrare.

Canon.13. Quòd non liceat clericis, alterius sectæ uxorem accipere.

D.32. Quoniam in quibusdam.

Quoniam in quibusdam prouincijs concessum est psalmistis & lectoribus uxores ducere, cõstituit sancta synodus, prorsus cuique ex his non licere alterius sectę accipere uxorem. Si quis uerò peruenit, & habet iam de tali cõnubio filios, si fortè præuenerint eos iã apud hæreticos baptizari, debent eos offerre sanctę ecclesiæ catholicæ, ut ibi communicẽt. Qui uerò adhuc baptizati non sunt, omnimodo non posse eos in hæretica ecclesia baptizari, nec in matrimonio iungi hęretico, Iudęo, uel Pagano, nisi fortè spopõderit se uenire ad orthodoxam fidem, dum coniungitur personę ortho-

doxę. Si qs uerò hãc definitionē sanctę synodi pterierit, regularũ cōdēnationibus subiaceat.

Canon. 14. Diaconissa, quæ post ordinationem nubit, anathema sit.

Diaconissam non debere ante annos. 40. ordinari, statuimus, & hoc cum diligenti probatione. Si uerò ordinationē susceperit, & quantocunq; tempore obseruauerit ministerium, & postea se nuptijs tradiderit, iniuriam faciens gratiæ Dei, hęc anathema sit cum eo, qui in nuptijs illius conuenerit. 27. q. 1. Diaconissam non.

Canon. 15. Vt nec Deo dicata uirgo, nec monachus nuptijs iungi poßint.

Si qua uirgo se dedicauerit Deo, similiter monachus non licet eis nuptijs iungi. Si uerò inuenti fuerint hoc facientes, maneant excommunicati. Statuimus uerò, posse eis fieri humanitatem, si ita probauerit episcopus loci. 27. q. 1. Si qua uirgo.

Canon. 16. De rusticanis parochijs.

Per singulas ecclesias parochias rusticanas permanere īmobiles apud eos (qui eas tenēt) episcopos decreuimus, & maximè si eas sinè uiolentia per triginta annos gubernauerunt. Si uerò intra triginta annos facta fuerit de his dubitatio, liceat eis, qui se dixerint læsos, propter ea mouere apud synodum prouinciæ certamen. Si qs uerò putauerit se à proprio metropolitano grauari, apud primatē diœceseos, aut apud Constantinopolitanæ ciuitatis sedē agat negotium, sicut dictum est. Si uerò quælibet ciuitas per auctoritatem imperialem renouata est, aut si renouetur in posterum, ciuilib⁹ & publicis ordinationib⁹, etiam ecclesiarum 16. q. 3. Per singulas ecclesias.

parochianarum ſequatur ordinatio.

Can.17. De his, qui coniurationem, aut calumniam contra epiſcopum faciunt.

11.q.1.Coniurationum. Coniurationum & conſpirationum crimē (quod apud Græcos dicitur phratria) publicis etiam legibus certum eſt penitus inhiberi, hoc multo magis ĩ ſancta Dei eccleſia(ne fiat) conuenit abdicari.Si qui uerò clerici, uel monachi inuenti fuerint coniuratores aut conſpiratores,aut phratrias, uel factiones componētes aliquas ſuis epiſcopis,aut alijs,omnino cadant de proprio gradu.

Canon.18.Quòd corripiantur epiſcopi,qui ad conciliū uocati uenire recuſant.

18. Peruenit ad noſtras. Peruenit ad noſtras aures, ꝙ in prouincijs conſtituta epiſcoporum concilia minimè celebrentur, hoc ex eo probatur, ꝙ multæ, quæ correctione opus habent, eccleſiaſticæ res negligantur.Statuit ergo hæc ſancta ſynodus ſecundum regulas patrum, bis in anno in unū conuenire per ſingulas prouincias epiſcopos, ubi ſingula,quæ emerſerint,corrigantur. Qui uerò noluerint conuenire epiſcopi cōſtituti in ſuis ciuitatibus, & hoc maximè cum ſui corporis ſanitate ſint conſiſtentes, cùm etiam ab omnibus alijs urgentibus neceſſitatibus, & inexcuſabilibus negotijs ſint liberi,licere eos fraternæ charitatis commonitionibꝰ corripi.

Can.19. Quòd clericus unius eccleſiæ,in aliena non ordinetur.

Clericos in ſingulis eccleſiis conſtitutos(ſi
71. Clericos in ſingulis. cut iam definiuimus) non liceat in alterius ciuitatis eccleſiis ordinari,ſed quieſcant in ea,in qua ab initio miniſtrare meruerunt, exceptis

illis, qui proprias ciuitates perdiderunt, & ex necessitate ad alias ecclesias migrauerunt. Si uerò quicunque episcopus post definitionẽ istã ad alium episcopum pertinentem clericum susceperit, placuit sanctæ synodo, & hũc, qui suscepit, & eum, qui susceptus est, tãdiu excommunicatos manere, quãdiu ipse clericus ad propriam reuertatur ecclesiam.

Item, Gregorius Fortunato episcopo.

Canon. 20. De his, qui accusant ecclesiam.

Clericos, aut laicos passim accusantes, & sine probatione episcopos aut clericos, ad accusationẽ non recipiendos decreuimus, nisi prius discutiatur eorum existimationis opinio.

2. q. 7. Clericos aut laicos

Canon. 21. Clericis non licere diripere bona episcopi.

Non liceat clericis, post mortẽ episcopi sui rapere res pertinentes ad eum, sicuti præcedẽtibus regulis cõstitutum habetur. Si uerò hęc fecerint, periclitari se nouerint à proprio gradu.

12. q. 2. Non liceat clericis.

Canon. 22. Vt monachi, qui sinè licentia episcopi uagantur, ad propria loca redire cogantur.

Quidam monachi, nihil habẽtes sibi iniunctum à proprio episcopo, interdum uero etiã illi, qui ab eo fuerant excommunicati, ueniũt ad ciuitatem Constantinopolitanam, & in ea perturbationes tranquillitati ecclesiasticæ inferunt, & diuersorum domos corrumpũt. Statuit igitur sancta synodus, hos primum commoneri, ut exeant à regia ciuitate, demum eos inuitos deiici, ac inde per defensorem compelli, ut ad sua loca redeant.

16. q. 1. Quidã monachi.

Item, Pelagius Papa Paulino solitario.

Canon. 23. Vt quæ Deo semel dedicata sunt monasteria, cœnacula secularium non fiant.

Quæ semel sunt dedicata monasteria conci

19. q. 3. Quę semel sunt.

lio episcoporum, maneant perpetuò monasteria, & res, quę ad ea pertinent, monasterijs reseruari oportet, nec posse ea ultra fieri secularia habitacula. Qui uerò pmiserint hoc fieri, subiaceant ijs cōdemnationibus, quæ per canones constitutæ sunt.

Can.24. Quòd intra tres menses episcoporū ordinationes fiāt.

D.57. Quoniā quidā metro.

Quoniam quidam metropolitanorum (sicut ad nos perlatum est) negligunt greges sibi creditos, & differunt ordinationes facere episcoporum, placuit sanctæ synodo, intra tres menses fieri ordinationes episcoporum, nisi fortè inexcusabilis necessitas coegerit, ordinationis tempus amplius protelari. Si autem qs episcoporum, hoc non obseruauerit, ipsum debere ecclesiasticæ condēnationi subiacere. Reditus uerò eiusdem uiduatæ ecclesiæ, integros reseruari apud œconomum eiusdē ecclesię cēsemus.

Can.25. Vt episcopi dispensatores habeant.

D.89. Quoniam in qbusdā. Et. 16.q.7. Quoniā in qbusdam.

Quia in quibusdam ecclesiis (ut rumore cōperimus) epi pter ęconomos facultates ecclesiæ tractant, placuit, omnem ecclesiam habentem epm habere ęconomū de clero proprio, qui gubernet ecclesiæ res cum arbitrio sui episcopi, ut non sinè testimonio sit gubernatio ipsarum rerum ecclesiasticarum, & ex hoc deueniat, dispergi eiusdem res ecclesiæ, & sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si uerò qs nō obseruauerit hoc, diuinis subiaceat regl'is.

Canon.26. De his, qui mulieres accipiunt.

36.q.2. Eos q rapiunt.

Eos, qui sibi rapiūt uxores, uel eos, qui eis auxilium præstiterint, statuit sancta synodus (si quidem clerici fuerint) decidere à proprio

gradu.

gradu. Si uerò laici fuerint, anathematizētur.

Canones sancti cōcilij Chalced. finiūt

Bonifacius presbyter Sanctæ ecclesiæ Romanæ, statui & subscripsi, & cæteri episcopi diuersarum ciuitatū, uel prouinciarum subscripserūt. Subscriptio.

Fides Romanorum ex concilio Chalcedonensi.

Credimus in unum Deum omnipotētem, & in unigenitum filium eius Iesum Christū, & dominum saluatorem nostrum, & spiritū sanctum, Deum non tres Deos, sed patrem, & filium, & spiritum sanctum, unum Deum esse confitemur. Non sic unum Deum quasi solitarium, nec eundem, qui ipse sibi pater sit ipse filius, sed patrem uerum, qui genuit filium uerum, id est, Deus de Deo, lumen de lumine, uita ex uita, perfectum de perfecto, totum à toto, plenum à pleno, nō creatum, sed genitum, non ex nihilo, sed ex patre unius substantiæ cum patre. Spiritum uerò sanctum Deum nō ingenitum, neque genitum, nō creatum, sed nec factum, sed patris, & filij, semper in patre & filio æternum ueneramur, unum tamen Deum qui ex uno. Fides Romanorum.

Subscripserunt uniuersi episcopi, & Eusebius, & Constantius presbyteri, agentes uicē Anastasii episcopi Niceæ, & Aristo presbyter habens uicem Eunomij episcopi Nicomediæ. Subscriptio episcoporum.

Finis concilij Chalcedonen̄.

CONCILIVM VENETICVM prouinciale, sub Leone Papa, in quo pauci episcopi cōuenerunt, qui statuerūt. 16. Canones. In quibus agitur de regula ecclesiastica, quæ Conciliū Veneticum.

ſacerdotibus (donante domino) credita eſt, & de diſtrictione, cuius cura non ſine illorum culpa uitiata torpeſcit. Et ea, quæ in priorum Patrum ſtatutis ab eis uiſa ſunt omiſſa, & procedente tempore ex nimia licentia pro labente ſeculari libertate præſumpta, ſtatutis ſaluberrimis in hac ſynodo ſancita ſunt. Quæ omnia, quia abũde in ſuperiorib9 adſcripta ſunt, ex induſtria ſubticemus.

Finis concilij Venetici,

Conciliũ Turonẽ.

CONCILIVM TVRONEN. prouinciale, interfuerunt octo epiſcopi, continet. 13. canones, quorum ſumma hæc eſt.

Primum hortatur clericos ad caſtitatem, nã ſi laico abſtinentia imperatur, ut poſſit orationi uacans exaudiri, quanto magis ſacerdotibus, qui omni momento parati eſſe debent, ſacrificium offerre pro populo cum omni mundiria & puritate?

Secundo, hortatur eos ad abſtinentiam. Alij cõtinent regularem inſtitutionẽ clericorum.

In ultimo clericis prohibet uſuras.

Decreta Hilarij Papæ.

Hilarius Põt. 46.

Hilarius, natione Sardus, ex patre Griſpino, ſedit ann. ſex, menſes tres, dies. x. Hic Pontificibus ſucceſſoris ſubſtituendi, & laicis inueſtiendi poteſtatem abrogauit, & epiſtolas de fide catholica p uniuerſum Oriẽtẽ ſparſit. Confirmãs tres illas uniuerſales ſynodos Nicænam, Epheſinam, & Chalcedonenſem, & damnauit Eutychen & Neſtorium, & eorum ſequaces. Approbauitq́ dominationẽ & principatum ſanctæ eccleſiæ catholicæ & Apſicæ.

Sub hoc celebratum est concilium Romanum.50.ferè episcopis ibidem congregatis,& statuerunt aliquot canones. Romanũ concilium.

Primo,ut canones Nicæni cõcilij,& Apostolicę sedis decreta custodiantur. 2.q.1.Nulli fas.

Secundo,ut bigami, aut uiduæ, aut corruptæ mariti ad grad9 ecclesiasticos nõ accedãt. D.34.Curandum.ſte

Tertio,ut pœnitẽtes,aut inscij literarũ siue defectu membrorũ, aut decisione aliqd minus habentes ad superiorem ordinem nõ accedãt. D.55.Pœnitẽtes uel inscij.

Quarto, ut nullus episcopus sibi eligat successorem, ad petitionem episcoporum Tarraconensium. Nam episcopus Barchinoniensis post mortem suam uelut iure hæreditario uoluit Ireneum successorem in ecclesia derelinquere. Quibus Hilarius respondit ex sententia episcoporum,qui in ipso concilio sunt congregati per subiecta capita. 8.q.1.Pleriq. Nullus episcopus eligat sibi successorem.

Primum,quòd nullus ordinetur episcopus sine consensu metropolitani episcopi.

Secundum,ut nullus episcoporum, relicta una ecclesia,ad aliam transeat.

Scripsit duas epistolas, ad quosdam episcopos, aliqua errata eorum emendare uolens, nihil tamen continent notatione dignum. In concil. fol. 516.

Decretum Hilarij iuxta Gratianum.

Vbi pars est corporis,est & totum. Eadem ratio est in corpore domini, quæ in Manna, quod in eius figura præcessit.De quo dicitur, Qui plus collegerat,nõ habuit amplius, neq; qui minus parauerat,habuit minus.Nõ enim est quantitas uisibilis in hoc æstimanda mysterio,sed uirtus sacramenti spiritualis. De conse.d.2. Vbi pars est. Exod.16.

Decreta Simplicij Papæ.

Simplicius Pont. 47.

Simplicius, natione Tiburtin⁹, ex patre Castino, sedit annos. 15. mensem unum, dies. 7. Hic urbem Romam in quinque ecclesias distribuit, quarum prima Petri, secunda Pauli, tertia Laurentij, quarta Ioannis laterani, nunc in orbe prima, quinta Mariæ maioris. Tum Cōstātino episcopo damnato, ecclesiarum omnium primam Romanam esse declarauit. A laicis ecclesiasticum beneficium recognosci noluit.

Hic scripsit aliquot epl'as ad quosdā epos.

In quarum secunda ad Ioannē Rauēnateñ. episcopum, habetur illa regula iuris.

2. q. 1. Priuilegium.

Priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate.

12. q. 2. De reditibus.

In tertia ad florētinum, & Seuerum episcopos scribit, quòd de reditib⁹ ecclesiæ, uel oblatione fidelium, sola episcopis ex his una portio remittatur, Duæ ecclesiasticis fabricis, & erogationi pauperum profuturæ, à presbytero sub periculo sui ordinis ministrentur, Vltima clericis p singulorum meritis diuidat.

Item, Gregorius Maximiano episcopo

Finis decreti Simplicij Papæ.

Decreta Felicis tertij Papæ.

Felix. 3. Pōt. 47.

Felix Roman⁹, ex patre Felice presbytero, sedit an. 8. menses. 11. dies. 17. Fuit tpib⁹ Odoacris Regis usque ad tēpora Theodorici Regis.

Hic cùm intellexisset, Petrum Eutychianū ob hæresim antè in exilium pulsum, ab Achatio Constantinopo. episcopo reuocatum, fraudem subesse uerit⁹, auctoritate Se. Apo. ac cōsilio bene sentientium approbata, Petrum, & Achatium damnat. Post annos uerò tres cùm

Zeno Imperator fidem faceret, hos homines pęnitere, Felix eò misit episcopos duos Messenum & Vitalē, qui (re cognita) damnatos absoluerunt. Hi itaq; Heracleam ciuitatē ingressi, pecunia corrupti, nihil ex sententia Felicis egere. Vnde Pontifex indignatus, habita (de more) synodo, hos, ut præuaricatores & simoniacos, à communione deiecit. Messeno tamē pœnitentiæ tempus adscriptum est, quia errorem suum confitebatur.

Hic congregauit Synodum multorum episcoporum & presbyterorum, eò quod in Aphrica rebaptizarentur episcopi, & presbyteri, & diaconi. In quo, Primū statuitur, rebaptizatos episcopos, diaconos, presbyteros, in pœnitentia manere usq; ad diem obitus sui, & non communicare orationi fideliū, & catechumenorum, & communio laica tantum in morte illis est reddenda. De conse. d. 4 Eos quos.

Aliј uerò per tres annos sint inter audientes, & septem annis pœniteant, & duobus annis non sinantur oblationes offerre. In concil. Nicæno. cap. 41. Et. 1. q. 7. Qui inæqualibet.

Scripsit epistolam Achatio, in qua eum deposuit, & dānauit pp Eutychianorū cōionem. In concilijs. fo. 519.

Scripsit & aliā ad Zenonem epm Italiæ.

CONCILIVM TARRACONENSE, Huius etiam tempore celebratum est, prouinciale, decem episcopis congregatis. Fuit concilium anno sexto Theodorici Regis, In quo. Conciliū Tarraconeñ.

Primo, cauetur conuersatio inter fœminas, & clericos, & monachos, etiam si earum curā ratione parentelæ gerant.

Secundo, ut quicunq; in clero esse uoluerit, 14. q. 4. Canonum statutis.

emēdi uili9, & uendēdi carius, studio nō utat.

14.q.5. Si qs clericus. Tertio, ut quantum clericus præstiterit, tantum recipiat.

15.q.4. Nullus epōrę. Quarto, quod nullus clericus unquam iudicet criminalia: dieb9 uero dominicis nec etiā ciuilia, sed ut tātum Deo statuta solēnia peragat.

D.65. Si qs. Quinto, ut q in metropolitana ciuitate episcopus non fuerit ordinatus, post duos menses se metropolitano præsentet.

D.18. Si quis epōrę. Sexto, ut episcopus contemnens uenire ad synodum metropolitani uocatus, excōicetur.

10.q.1. Decreuimus. Septimo, ut episcopi annuatim diœcesim uisitent, & basilicas destitutas restituant, & nō nisi tertiam partem de parochijs accipiant.

15.q.2. Obseruandum. Octauo, quod clericus nullus accipiat munera pro iudicijs.

Nono, quod monachus missus alicubi ministerium clericatus agere non præsumat, nisi cum abbatis imperio nec negotiator existat. 16.q.1. Monachi.

12.q.5. Sicubi Decimo, ut si episcopus intestatus decesserit, inuentarium de rebus eius fiat, & nullus exinde aliquid auferat.

De conse. d.5. Dictum. Citat & Gratianus ex hoc Pontifice, q nullus cōfirmetur bis, aut ter, sicut nec baptizat.

Explicit concilium Tarraconeñ.

Decreta Gelasii Papæ.

Gelasius Pōt. 48. Gelasius, natione Apher, ex patre Valerio, sedit annos quatuor, mēses octo, dies. 18. temporibus Theodorici Regis & Zenonis Augusti. Hic sanctitate, doctrina, & pauperum dilectione clarus, Manichæos, libris eorum combustis, proscripsit, utriusque Testamēti libros,

ac doctorum ſcripta, ab ambiguis Autentica ſeparauit. Ordinum ſacrorum adminiſtrationem à menſe Decembri, quatuor temporum ſabbatis adtribuit, epiſcopos. 67. creauit. Canonem, & Præfationes Miſſę, Proſas & Hymnos canticis miſcuit. Imperatore excommunicato, eundem excōmunicari poſſe probauit. Sub eo Honoricus Sœuus Vādalorum Aphricę rex, Arrianorꝫ fauore in fideles gladio, flammaqꝫ ſæuiendo fatigatus, 4965. relegatis, eccleſias, & bona Arrianis tradidit.

Scripſit epiſtolam ad epiſcopos per Lucaniam & Brutios, & Siciliā conſtitutos, in qua 30. decreta cōtinentur, quæ omnia longum eſſet recēſere, præſertim cùm ſuperioribus ſparſim adſcripta ſunt. In concilijs. 522.

Scripſit & aliam epiſtolam ad epiſcopos Siciliæ, in qua ita habetur.

Præſulum noſtrorꝫ auctoritas emanauit, ut facultates eccleſiæ epiſcopi ad regendum habeant poteſtatem, ita tamen ut uiduarum, pupillorum, atqꝫ pauperum, necnon & clericorum ſtipendia diſtribuere debeant. Hoc etiam eis ſtatuimus dari, quod hactenus decretum eſt, reliquum ſibi epiſcopi uendicent, ut (ſicut antea diximus) peregrinorum, atqꝫ captiuorꝫ largitores eſſe poſſint. 16. q. 1. Præſulum.

In quodam Tomo, quem Gelaſius fecit de uinculo anathematis ſupꝫ acta cōcilij Chalcedonenſis ſunt aliqua annotatione digna.

Primum. Chalcedonen̄. Synodum admittēdum, excepto decreto illo de priuilegio eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, cui repugnarūt Vi-

carij Apostolicæ sedis in ea præsidentes.

Secundo, uidetur fauere sententiæ, quã Hieronymus habet de obseruantia legalium, quã Petrus simulauit, inquit enim sic: Sanctus Petrus primus apostolorum, sic existimans noui testamẽti gratiam prædicandam, ut à legis ueteris nõ recederet institutis, quædam per simulationẽ legit iter Iudæos Gẽtilesq; gessisse.

Gal. 2.

Explicat locus Matt. 12. de peccato in spiritũ sanctũ.

Tertio, Ponit illud Matth. de peccato in spiritum sanctum, & illud Ioannis. 5. Est peccatum ad mortem &c. de eo peccato, quod usq; ad mortem durat. Nã nullum (inquit) est peccatum, pro quo, aut non oret ecclesia remittẽdum, aut quod, data sibi diuinitus potestate, desistentibus ab eodem, non possit absoluere, uel pœnitentibus relaxare, cui dicitur. Quęcunq; ligaueris. &c. Loquens etiam de uinculo anathematis dicit, quòd ecclesiastica sententia reos tantum & præuaricatores obligat.

Acta in synodo nõ firma, sinè auctoritate Papæ.

Habet etiam, ꝙ quæcunq; cuiuscunq; synodi acta, nisi per Ro. Pont. confirmentur, nullũ habeant robur. Totum (inquit) in sedis Apostolicæ positum est potestate. Ita quod firmauit in synodo sedes Apostolica, hoc robur obtinuit. Quod refutauit, habere non potuit firmitatem, & sola rescindit, quod præter ordinẽ congregatio synodica putauerat usurpandũ.

Qualiter sint intelligẽdę cõminationes diuinæ.

Quinto dicit, ꝙ comminationes, quæ fiunt in sacris literis, sunt intelligendæ, quandiu ꝑmanserint in statu rationis, quo fiunt. Sic inquit, Tyrus, & Gaza, Beryton, et Ægyptus, ꝓnuntiatæ sunt perituræ, quas posteà per Euangelium nouimus esse saluatas. Perierunt itaq;

Hiere. 47.
Luc. 10.

duplici modo, aut permanentes in eo, quod tale sententiam susceperunt, aut deficiētes ab eo, quo tales fuerant, & incipientib⁹ esse, quo non tales fuerant.

Sexto, Et super illud Esaiæ, Claude oculos eorum, ut uidentes non uideant &c. Sic etiam inquit, De gente Iudæorum prophetatum est, Claude oculos &c. ne unq̃ conuertantur, & sanem illos &c. Hic etiam correctio & emendatio interdicta monstratur, & resipiscendi quoq; spes prorsus abscinditur, De quo tamē populo Apostolos, & ecclesiam primitiuā nouimus processisse, & tot milia hominum una die baptismate fuisse saluata. Explicatur locus Esa. 60.

Dicit, quod fuerunt hęc ante aduentū Christi, ut q̃dā figuraliter, adhuc tamen in carnalibus actibus constituti, pariter reges existerēt, & pariter sacerdotes, Quod sanctum Melchisedec fuisse, sacra ꝑdit historia. Quod in suis quoq; diabolus est imitatus, utpote qui semper, quę diuino cultui conuenirent, sibimet tyrannico spiritu uindicare contendit, ut Pagani Imperatores, idem & maximi Pōtifices dicerentur. Sed cùm ad uerum uentum est regē eundem atq; Pontificem, ultra sibi nec Imperator Pontificis nomen imposuit, nec Pontifex regale fastigium uendicauit. Quāuis enim membra ipsius. i. ueri regis atq; Pontificis, secundum participationem naturę, magnificè utrūq; in sacra generositate sumpsisse dicantur, ut simul regale genus, & sacerdotale subsistant: quoniam Christus memor fragilitatis humanę, quod suorꝫ saluti congrueret, dispen- Fuerunt olim aliq̃ & reges & sacerdotes Gene. 14. & Heb. 7. 1. Pet. 2. Post Christū diuersa sunt Pontifex, & Imperator.

ſatione magnifica temperauit, ſic actionibus proprijs, dignitatibuſq́ diſtinctis officia poteſtatis utriuſq; diſcreuit, ſuos uolens medicinali humilitate ſaluari, non humana ſuꝑbia rurſus ĩtercipi, ut & Chriſtiani Impatores ꝑ ęterna uita Pontificib⁹ indigerẽt, & Põtifices pro temporalium curſu rerũ Imperialibus diſpoſitionibus uterentur, quatenus ſpiritualis actio à carnalibus diſtaret incurſibus, & ideo mili-

2.Timoth.2. tans Deo, minimè ſe negotijs ſecularibus implicaret, ac uiciſſim non ille rebus diuinis pręſidere uideretur, qui eſſet negotijs ſecularibus implicat⁹, ut & modeſtia utriuſq; ordinis curaretur, ne extolleretur utroq; ſuffultus, & cõpetens qualitatibus actionum ſpecialiter profeſſio aptaretur. Ex quibus (inquit) apertè colligitur, à ſeculari poteſtate nec ligari prorſus, nec abſolui poſſe Pontificem.

Epiſtola 3. Miſit etiam epiſtolam eloquentem & elegãtem ad Fauſtum magiſtrum, fungentem legationis officio Conſtantinopolis, in qua docet, nullum abſolui poſſe ab errore præterito, niſi

24.q.2. Legatur. reſipiſcat. Remitti culpa de præterito poteſt, correctione ſinè dubio ſubſequente, nam ſi deinceps ſinitur manſura peruerſitas, non eſt benignitas remittentis, ſed cõſentientis aſſenſio.

24.q.1. Achatius. Docet etiam ſolum Pontificem poſſe hæreticos damnare ſinè aliorum conſenſu, immo & quemlibet epiſcopum hoc poſſe. Et quòd non opus eſt noua damnatione ei, qui in errorẽ iã aliàs condẽnatũ ĩcidit, ſicut iſte Achati⁹.

9.q.3. Ipſi ſunt. Appellationes etiã omnes ad eccleſiã Ro. licere defferre, ab ipſa uerò nunq; appellare ſa-

cri canones sanxerunt.

Aliam etiam misit epistolam ad Anastasiũ Augustum, in qua & fidei zelum, & charitatẽ erga proximos argutè demonstrat, sic dicens: Duo sunt Imperator Auguste, quibus principaliter hic regitur mundus, Auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas. In quibus tantò grauius est pondus sacerdotum, quãtò etiã pro ipsis regib9 uel legib9 hoĩum ĩ diuino sunt examine rationem reddituri. Licet enim præsideas humano generi dignitate rerum, tamen præsulibus diuinarum deuotus colla submittis, atq; ab eis causas tuæ salutis expectas, inque sumendis cœlestibus sacramẽtis, eisq; (ut competit) disponendis, subdi te debere cognoscis, religionis ordine, potiusq; præesse. Epistola.4. D.96. Duo quippe.

Extat alia eiusdẽ epistola ad episcopos Dardaniæ de eiusdem Petri & Achatij iusta dãnatione per sedem Apostolicam facta. Epistola.5.

Ex hac epistola citat Gratian9 duo decreta.

Primum, q̄ repeti non possunt, q̃. 30. annis quiete possidentur.

Secundum, q̄ non oportet ab eorum eleemosynis abstinere post mortem quibus in uita communicare non destitimus.

Aliam etiam scripsit epistolam ad Euphemianum, in qua sanctissimè, & doctissimè illum cohortatur ad unitatem fidei catholicę, et ut Petrum & Achatium hæreticos habeat.

Ordo ueteris & noui testamenti, quem sancta & catholica Romana suscipit, & ueneratur ecclesia, digestus à Gelasio Papa cum.70. episcopis superioribus iam bis relatus est. Scriptura sacra supra fol. 75.&.90.

Cõciliũ Epaunense.

CONCILIVM EPAVNENSE, tempore Gelasii primi, Papæ, est prouinciale, tempore Sigismundi Regis celebratum. Fuerunt uerò.70.episcopi in hoc concilio, in quo ædiderunt.40.decreta, quæ omnia ferè ad institutionem clericorum, et episcoporum, & ecclesiarum pertinent. Sed ea, cùm iam superius relata sint, maximè in concilio Agatheñ. hoc loco recensere non duximus necessariò. Ex ꝓcipuis tamen hæc summa est.

Vt episcopi uenatores non sint, nec accipitres habeant.

Vt clerici uagi ad cõionem nõ assumantur.

Vt alterius episcopi clericus in alia ciuitate non constituatur.

Vt unius monasterij sit unus Abbas.

De correctione Abbatis peccantis.

Quòd cleric⁹ publicũ iudiciũ nõ ĩterpellet.

Ne illicitis horis clericus ambulet.

De pœnitentia homicidarum.

De confirmatione canonum.

Finis concilij Epauneñ.

Decreta Anastasii Papæ.

Anastasius.2. Pont. 50. De quo, D.19.c. Anastasius.

Anastasius secundus, natione Romanus, ex patre Fortunato, sedit annum unum, menses 11. dies.24. Hic fuit temporib⁹ Theodorici regis, & Anastasii Imperatoris, cuius tempore multi clerici ab eius communione se subtraxerunt, ꝗ communicasset Photino Thesaloniceñ. diacono sinè consilio episcoporum, & clericorum, qui communis erat Achatio, & quia occultè uoluit reuocare Achatiũ, et nõ potuit. Qui nutu diuino subita morte percussus est.

Hic à Nestorianis corruptus, uiscerũ egestu pœnas luit.

Hunc recensent aliqui inter hæreticos propter communionem Achatij, & Photini diaconi. Sed de hoc dixim⁹ in cõtrouersia. 4. supra.

Scripsit epistolam ad Anastasium Augustum, in qua hæc continentur.

Primum, q non sit temere iudicandum, de his, quæ ad dominum migrauerunt.

Secundũ, q magno ope sit cõtentio uitãda.

Tertium, ut Imperator quoscũq; potuerit, ad ueram fidem pertrahat.

Quartũ, ut ipse monitis apostolicis pareat.

Quintum, q mali ministrando sibi tatummodo noceant, non ecclesiæ sacramenta contaminent, nec eos, qui per hæreticos sunt, aut baptizati aut ordinati, portio lęsiõis attingat. D. 19. Secundum ecclesiæ.

Decretum eiusdem ex Gratiano.

Qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & non facit, nihil est aliud, q̃ fauere impietati eorũ, nec caret scrupulo societatis occultę, qui manifesto facinori desinit obuiare. 23. q. 3. Qui potest.

Decreta Symmachi Papæ.

Symmachus, natiõe Sardus, ex patre Fortunato, sedit annos. 15. mẽses septẽ, dies. 27. Hic fuit temporibus Theodorici Regis, & Anastasii Augusti. Fuit uerò ordinatus sub contentione unà cum Laurentio, Symmachus in Basilica Constantiniana, & Laurentius in basilica beatæ Marię, ex qua causa separatus est clerus, & diuisus est Senatus. Sed schismaticis superatis, Symmachus pauperum, & clericorũ amator, & sustẽtator fuit. Eugenium fidelem Carthagineñ. episcopum cum. 220. episcopis à Transimundo Vãdalorum rege in Sardiniã Symachus Pont. 52.

proſcriptum piè fouit. Hic decreuit, ut uiuente Pontifice, de futuri ſubrogatione præſumat nemo. Hic inuenit Manichæos in urbe, quorum ſimulachra, & codices cremans, ipſos in exilium relegauit. Innumeras ferè baſilicas ſanctorum conſtruxit & reparauit, & infinito auro, & argento eas donauit.

Decreta Symachi.

Hic conſtituit, ut omni die dominico, & natalicijs martyrum, Hymnus Gloria in excelſis diceret, multos captiuos redemit, fecit ordinationes quatuor in urbe, presbyteros. 92. diaconos. 16. epiſcopos. 117. Sepelitur in baſilica beati Petri. 14. Kal. Auguſti, & ceſſauit epiſcopatus dies. 7.

16. q. 1. Poſſeſſiones.

Hic ſtatuit, bona eccleſiæ non alienari, niſi magna & pia cauſa exigente.

16. q. 2. Raptores.

Vt raptores uiduarum uel uirginum eccleſiæ communione priuentur.

27. q. 1. Nec uiduas.

Vt uiduæ & uirgines diu in religioſo propoſito per tẽpus commoratæ ultra non nubant.

1 q. 1. Nullus itaq;.

Vt nullus per ambitũ ad ẽpatum accedat.

Secũda ſynodus Ro. ſub Papa Symacho.

Secunda ſynodus.

Congregauit Romæ ſynodũ in baſilica beati Petri, & inter cætera ſtatuit, ut ſi quis, Papa ſuperſtite, pro Romano Pontificatu cuiquam quolibet modo fauorem pręſtare cõuincitur, loci ſui honore priuetur.

79. c. Si quis Papa.

Item, q ſi Papa, morte præuentus, non potuerit de ſui ſucceſſoris electione ante decernere, is cõſecretur epiſcopus, quem cunctus clerus, aut certè pars maior elegerit.

D. 19. Si tranſitus.

Item, quòd qui ambientes, uel ambiẽtium fautores, coniuratoreſq; prodiderit, nõ ſolum

Ibidem. Si quis Papa.

purgatus ab omni culpa uideatur esse (etiam si fuerit particeps) uerum etiam remuneratione dignissimus.

Aliam etiam synodum congregauit Romę, anno domini.504. In qua cauetur sub anathematis pœna, ne bona ecclesiastica alienentur. Romana synodus.3.

Congregauit ibidem & aliã synodum, quæ dicitur Palmaris, tempore Theodorici, cuius iussu fuit congregata, ut Symachus à sibi obiectis criminibus se purgaret. Synodus.4. Roma.

Extat liber eruditus, & elegans Ennodij ecclesiæ Ro. diaconi ꝓ defensione quartæ & q̃ntæ sy. Symmachi Papæ &.230. epoꝝ.

Ex quo desumptũ est, huiusmodi decretũ.

Nonne directa sunt uerba canonum, si q̃s clericorum ab episcopo suo ante sententiæ tẽpus pro dubia suspitione discesserit, manifestam in eum manere censuram? Lex enim ecclesiastica Pontificem ab alijs accusatũ, priusq̃ sub luce obiecta cõstiterit, exigit nõ relinq. 9.q.4. Nõne directa.

Item, illud. Aliorum hominũ causas Deus uoluit per homines terminare, sed sedis istius præsulem suo sinè q̃stione reseruauit arbitrio. 9. q.3. Alioꝝ hominum.

Alia etiam synodus est Romæ congregata sub hoc Symacho, in qua approbatur suprascriptus liber Ennodij diaconi, & ei datur eadem auctoritas, quæ decretis synodorum, & ita iussus est iter actiones synodicas adscribi. Synodus Ro.5.

Secundo.

Statutum est Decretum illud à multis ante cessoribus synodaliter firmatum.

Oues, quæ suo pastori commissæ sunt, eum nec reprehendere, nisi à fide exorbitauerit, nec 2.q.7. Oues quæ.

Verba sūt Eusebij Papæ. ullatenus accusare possunt, quia facta pastoris gladio ferienda non sunt, quamquam reprehendenda rectè uideantur.

2.q.1. Reintegranda. Idem Euseb. oībus epis. Ex hac etiam synodo habetur ī Decretis, quod nullus episcopus, aut clericus, ante sentētiam suis bonis spolietur, & si spoliatus fuerit, restituatur in omnibus.

Synodus Ro. 6. cōtra inuasores rerū ecclesiasticarū. Fuit & alia synod9 Romæ sub Symmacho tempore Theodorici Regis, ad ecclesiæ reformationem, & gubernationem congregata. In qua strictè & sub pœna anathematis phibet,

6.q.1. In canonibus. Ne ullus, bona ecclesiæ à fidelibus oblata occupet, & quasi propria possideat sinè episcopi licentia.

16.q.1. Ferro. Quòd ferro abscindenda sunt uulnera, quę fomenta non sentiunt.

11.q.3. Iniustū. Quòd iniustum iudiciū, et definitio iniusta, regio metu uel iussu, aut à iudicibus ordinata non ualeat.

In concil. fol. 555. Extant eiusdem epistolæ aliquot, quas recēsere superuacaneum est.

Concilium Ilerdeñ. CONCILIVM ILLERDEN. tempore Symmachi. 8. episcoporū habitū anno. 15. Theodorici Regis. In hoc concilio statuerunt canones sequentes.

Canon. 1.

D.50. De his. Vt clerici in obsidionis necessitate positi à sanguine humano (etiam hostili) se abstineāt, admittantur tamen ad pristina officia post. 2. annos pœnitentiæ. Canon. 2.

Quòd his, qui abortiuum faciūt uel natos suos extinguunt, post. 7. annorum curricula communio tribuatur.

Canon

Canon.3.

Quòd Monachi sine licentia Abbatis non ordinentur. 16.q.1.Cùm,p utilitate.

Canon.4. De Incestis.

Vt hi, qui se incęstus pollutione commaculant (quousq; in ipso detestãdo, & illicito carnis cõtubernio perseuerant) usq; ad Missam tantùm Catechumenorum in Ecclesia admittantur, cum quibus etiam nec cibum sumere ullũ Christianorũ (sicut Apl'us Iussit) oportet. 35.q.2.&.4. De his, qui in cæsti. 1.Cor.5.

Canon.5. De his, qui altario seruiunt.

Hi, qui altario Dei deseruiunt, si subito in flẽda carnis fragilitate corruerint, & Deo respiciente, dignè pœnituerint, ita ut si mortificato corpore cordis contriti sacrificium Deo offerant, maneat in potestate Pontificis, uel ueraciter afflictos non diu suspendere, uel delidiosos prolixiori tempore ab Ecclesiæ corpore segregare, ita tamen, ut sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia ulterius promoueri. Quòd si iterato, uelut canes ad uomitum, reuersi fuerint, & ueluti sues in uolutabris iacuerint, non solum dignitate officij careant, sed etiam sanctam communionem (nisi in exitu) non percipiant. D.50. Hi qui.

Canon.6. De eo, qui Viduæ, uel Religiosæ Virgini Stuprum intulerit.

Qui pęnitenti Viduę, uel Virgini religiosę, uim stupri intulerit, si se ab eo sequestrare noluerit, pariter à communione Christianorum, & consortio segregentur. Si uerò illa, quę uim pertulit, ad sanctam religionem redierit, in illo solo sententia excõmunicationis teneatur,

quoadusque publicè pœniteat.

Canon. 7. Da his, qui sacramento se obligant.

22. q. 4. Qui sacramento. Qui sacramento se obligauerit, ut litigans cum quolibet, ad pacē nullo modo redeat, pro periurio uno anno à cōmunione corporis & sanguinis dñi segregatus, reatum suū eleemosynis, fletibus, & quantis potuerit, ieiuniis absoluat. 1. Petri. 4. Ad charitatem uerò, quę operit multitudinem peccatorum, celeriter uenire festinet.

Canon. 8. Si Clericus seruum de Ecclesia traxerit.

17. q. 4. Nullus clericorum. Nullus Clericorum seruum, uel discipulū suū, ad Ecclesiam confugientem, extrahere audeat, uel flagellare præsumat. Quod si fecerit, (donec dignè pęniteat) à loco, cui honorē non dederit, segregetur.

Canon. 9. De his, qui rebaptizati sunt.

Can. 11. Nicęnę synodi. De his, qui in pręuaricatione rebaptizati, sinè aliqua necessitate, uel tormēto delapsi sunt. Placuit, ut circa eos illa Nicenæ synodi statuta seruentur.

Canon. 10. De his, qui iubente Episcopo ab Ecclesia exire contemnunt.

11. q. 3. Qui iubente. Qui, iubente sacerdote, pro qualicunque culpa ab Ecclesia exire contēpserit, pro noxa contumeliæ, tardius recipiatur ad ueniam.

Canon. 11. De Clericis, qui in mutuam cædem prorumpunt.

Si qui Clerici in mutuam cędem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit, à Pontifice districtius uindicetur.

Canon. 12. De his, qui contra Canones ordinati sunt.

Qui contra decreta Canonū indiscretè Cle

ricos usq; nunc ordinauerunt, eis dñs, uel sancta & Ecclesiastica charitas ignoscat. Amodo uerò si in tali ausu proruperint, decretum Canonum, quod circa eorum personas statutum est, obseruetur.

Can. 13. De Catholicis, qui filios suos hæreticorum baptismati tradiderunt.

Catholicus, qui filios suos in hæresi baptizandos obtulerit, oblatio illius in ecclesia nullatenus recipiatur.

Canon 14. De sacerdote moriente.

Cùm sacerdos moritur, res Ecclesiæ nō diripiantur, sed fideliter obseruentur.

Sergius Episcopus relegi, & subscripsi. Gratus Episcopus directus à dño meo Stephano Epō, his cōstitutionib⁹ interfui, & subscripsi. Subscriptio.

Ex hoc Concilio citat Gratianus quatuor Canones. Cano. à Gratiano citati de hoc Cōcilio.

Primum, quòd in diebus quadragesimæ nuptias celebrare non licet.

Non oportet à lxx. usq; in octauam Paschę & tribus hebdomadibus ante festiuitatē Sancti Ioannis Baptistę, & ab aduentu dñi usque post Epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur. 33. q. 4. Non oportet.

Secundum.

Nō prohibetur, à sacris ordinibus, qui à medicorum incisione claudus efficitur. D. 55. Si quis in infirmitate.

Tertium.

Statuitur, quomodo clericus infamatus debeat se purgare. 7. testibus, & iuramento, ut fecit Leo Papa coram Cæsare Carolo. Et si hoc facere non potuerit, suspendatur usque ad di- 2. q. 4. Presbyter si.

gnam satisfactionem.

Quartum.

De cõse. d. 4. Omnis p̃sbyter.

Statuitur, quòd sacerdos ad baptizandi offitium & ad uestimenta altaris lauãda, debet habere propria uasa.

Cõcilium Valentinum.

CONCILIVM VALENTINVM prouinciale. 6. Episcopoꝝ, circa tẽpora etiam Symmachi celebratum est in Valentia Hispaniæ, Theodorici Regis anno. 15.

Cap. primum, ut Euangelium post Apostolum legatur.

Inter cętera, hoc esse cẽsuimus obseruandũ, ut sacrosancta Euangelia, ante munerum illationem in Missa Catechumenorum, in ordine lectionũ, post Apostolum legantur, quatenus salutaria Christi præcepta, uel sermones sacerdotis, nõ solum fideles, sed etiam Catechumeni, ac pęnitentes & omnes, qui è diuerso sunt, audire licitum habeant. Sic enim Pontificum prædicatione audita, nõnullos attractos ad fidem euidenter scimus.

Statuitur, qualiter episcopus defunctus per uiciniorem episcopum sit honorificè tumulãdus, & eius exequiæ celebrandę.

Finit Concilium Valentinum.

Decreta Hormisdæ Papæ.

Hormisda Põti. 52.

Tempore huius fuit Boetius Seuerinus.

Hormisda, natione Campanus, ex patre Iusto, de ciuitate Frusinona, sedit annos. 9. dies 17. temporibus Theodorici Regis, & Anastasii Augusti. Hic Pont. regibus fuit charus, hęreticis exosus, & in ecclesiã magnificus. Nuptias publicè agi decreuit. Manichęos, palàm cõbustis libris, oppressit. Ab Anastasio Imperatore contẽptus, inquiente, Imperatoris esse

imperare,non imperata Pont. uel cuiusuis recipere. Sed à Iustino confirmatus, ecclesiarum pacem obtinuit.

Scripsit Epistolam ad Episcopos Hispaniæ, exortans eos ad obseruantiam ueterũ Canonum,& in primis docet eos, qui ad clerũ promouentur, debere aliis esse præstantiores, nam milites suos probatos sibi quærunt instituta fidelium,& prius debent exemplum religiosæ conuersationis de se potius aliis præstare, quàm sumere,& oportet emendatiorẽ esse populo, quẽ necesse est orare pro populo, ideoq; nullus ex pœnitentibus debet ordinari, quis enim eum, quem paulo ante iacentem uiderat, ueneretur antistitem? Argumentum eplæ Hormisdæ Papæ. 61.c.Non negamus.

Admonet secundo, ut pro episcopatu præmium nõ accipiatur, ne spiritualia uilescant, dum precio emuntur,& à dño corripiantur: sicut Simon Magus spiritum sanctum mercari uolens, nã quis nõ uile putat, quod uenditur? Sed ita debet fieri electio, ut in graui murmure populorum diuinum credatur esse iuditium. Secundo. Acto.8.

Tertio, ut bis in unoquoq; anno prouincialia Cõcilia celebrentur, ut circa res ecclesiasticas recta disponant,& de rectè dispositis, deo gratias agant. Tertio.

Scripsit & aliam Epistolam ad Episcopos Hispaniæ, in qua ponitur Ioãnis Episcopi Cõstãtinopolitani professio, ppter clericos Orientales, qui eius cõmunionẽ poposcerant, & docet, quomodo sint recipiendi ad ecclesiæ fidẽ, qui antè fuerant errores Nestorij, Eutychis, Achatij,& aliorum secuti. Epsa.2.Hormisdæ.

Epla.3. Hormisdæ. Aliam etiam misit Epistolam ad Epiphanium Constantinopolitanũ Episcopum, de reconciliatione Romanæ, & Cõstantinopolitanę ecclesię, Deo gratias agens, q̃ hoc beneficiũ suis temporibus exhibuerit.

Epla.4. Aliam scripsit Epistolam ad Salustiũ Hispalensem episcopũ, cui cõmisit uicem suam super prouinciam Beticã & Lusitaniam, admonens, ut in omnibus statuta à patribus decreta obseruare faciat.

Epla.5. Aliam etiam misit ad Episcopos Beticæ, in qua eis gratulatur, q̃ pacem diu desyderatam inter se composuerint.

Epla Iustini Imperatoris. Habetur etiam epistola Iustini Imperatoris ad Hormisdam Papã, rogans pro pace, & unitate ecclesiarũ, maximè Hierosolymitanæ sed nihil speciale continet annotatione dignũ.

Dep̃catio Hierosolymitanorũ clericorũ. Extat etiam deprecatio Hierosolimytanorũ clericorum, & Abbatum, ad eundem Iustinũ, In qua ei supplicant, ut pacem & unitatem ecclesiarum pro uirili conetur ꝓcurare, & offerunt ei libellum, in quo ostendunt, qualiter de sancta Trinitate, & de Iesu Christi domini nostri incarnatione sentiant, iuxta Decreta à sanctis Pontificibus in Cõciliјs Nicęno & Chalcedonensi.

D.50. Si ille. Ex hoc Pontifice citat Gratianus decretũ, quo statuitur, ne ille, qui in monasterio reclusus est, ut pęnitentiã agat, ordinetur p̃sbyter.

30.q.5. Nullus Item, q̃ nullus fidelis cuiuscunq; conditionis sit occultè nuptias faciat, sed benedictione accepta à sacerdote, publicè nubat in dño.

31.q.2. De neptis tuæ. Ibi etiam statuitur, ne aliquis ad matrimo-

nium compellatur.

CONCILIVM AVRELIANENSE tempore Hormisdæ. In hoc Concilio primum habetur Epistola Clodouei Regis Franciæ ad synodum, in qua profitetur se pariturum præceptis ecclesiæ & papæ de nō captiuandis clericis, monialibus, & seruis ecclesiarum, nec eorum filijs, &c. & de captiuatis reddendis. Secundo loco habetur rescriptū synodi ad eundem regem, in quo — Conciliū Aurelianense.

Primo, continetur de homicidis, adulteris, & furibus, si ad ecclesiam cōfugerint, ut ab ecclesiæ atrijs, uel domo Episcopi eos abstrahere omnino non liceat. — 17.q.4. Id constituimus.

Secundo. De raptoribus uerò, si ad ecclesiā raptor cum rapta cōfugerit, & fœminā ipsam uiolentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris, & raptor mortis, uel pœnarum impunitate concessa, aut ad seruiendum subiectus sit, aut redimēdi se liberam habeat facultatem. — 36. q.1. De raptoribus.

Tertio. De obligationibus uel agris, quos dominus noster Rex ecclesiæ cōtulerit, id esse iustum definimus, ut in reparationibus ecclesiarum, alimonijs sacerdotum, & pauperū refectione, uel redemptionibus captiuorū, quicquid deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur.

Quarto. Si seruus, nesciente domino, sciente tamē Episcopo, ordinetur, teneatur episcopus eius preciū in dupplo reddere domino, & ipse permaneat in ordinibus. Si uero, ignorāte episcopo, id ipsum facere teneatur, qui illum or- — D.54. Si seru'.

dinandum obtulerit.

D.81. Si diaconus. Quinto. Si diaconus, aut presbyter, crimen capitale cōmiſſerit, ſimul & ab officio, & cōmunione pellatur.

D.82. Eps. Sexto. Epiſcopus pauperibus uel infirmis, qui debilitate faciente, non poſſunt ſuis manibus laborare, uictum & ueſtitum, in quãtum poſſibilitas habuerit, largiatur.

Septimo. Ne ſuperſtes frater thorũ defuncti fratris aſcendat, nec ſe quiſq; amiſſę uxoris ſorori audeat ſociare.

18.q.2. Abbates. Octauo. Quòd Abbates Epiſcopis, monachi Abbatibus ſint ſubiecti.

27.q.1. Monachus. Nono. Quòd monachus in monaſterio orarium, uel Zonas non habeat.

16.q.3. Si eps. Decimo. Quòd præſcriptio non habeat locum in rebus Eccleſiæ.

De conſe. d.3. ſacerdotibus. Vndecimo. Quòd ante Paſchæ ſolennitatem non quinquageſima, ſed quadrageſima teneatur.

De conſe. d.3. Rogationes. Duodecimo. Quòd Rogationes. i. Letaniæ ante Aſcenſionem domini celebrentur, ita ut pręmiſſum triduanum ieiunium in dominicæ Aſcenſionis ſolẽnitate ſoluatur, per quod triduũ ſerui & ancillæ ab opere relaxantur.

De conſe. d.3. Eps. Tertiodecimo. Quòd Epiſcopus, ſi infirmitate non fuerit impeditus, eccleſiæ, cui proximus fuerit, die dominico deeſſe nõ debet.

Alia multa ſancita ſunt circa partitionem bonorum eccleſiaſticorum, & Baſilicas conſtruendas, & honeſtatem monachorum, & clericorum, &c. Subſcripſerunt in hoc Concilio. 33. Epiſcopi.

CONCILIVM GERVNDENSE, est ꝓuinciale, tēpore Hormisdæ Papę. Celebratum est anno. 7. Theodorici Regis, in quo, Cōcilium Gerundeñ.

Primo statuitur, ut unaquæq; prouincia in officio ecclesiæ unum ordinem teneat. De cōſ.d.2. Institutio.

Secundo. Vt expleta solēnitate Pentecostes in sequenti septimana à quinta feria in sabbatum, per hoc triduū abstinentia celebretur.

Tertio. Vt Catechumeni baptizentur die, uel uigilia Paschæ, & Pentecostes. Cæteris solennitatibus tantum infirmi. De cōsec. d. 4. Catachumeni.

Quarto. Vt paruuli, si infirmari contingat, eodem die, quo nati sunt, baptizentur.

Quinto. Vt omnibus diebus post matutinas & uesperas oratio dominica à sacerdote proferatur. De cōſ.d.5. Id semper.

Alia statuuntur circa honestatem & uitam tam clericorum q̃ ordinandorum.

CONCILIVM CESARAVGVSTA. à duodecim Episcopis celebratū. In quo primum statuitur, ut mulieres fideles ad uirorū alienorum cœtum & lectionem nō accedant, nec ad ipsas legentes alij studio uel discendi, uel docendi conueniant, ut Apostolus iubet. Conciliū Cæsaraugustañ. 1. Cor. 14. & 1. Tim. 2.

Item, ne quis ieiunet die dominica causa timoris aut persuasionis, nec quadragesimę diebus ab ecclesiis fideles desint, nec habitent in latibulis cubiculorum aut mōtium, qui in suspitionibus perseuerant. De cōſ.d.5. Ne quis.

Item, Eucharistiæ gratiam siquis probatur acceptam nō consumpsisse in ecclesia, Anathema sit in perpetuum.

Item, uicesimo & primo die, idest, à 16. Ca-

lendas Ianuarij usque in diem Epiphaniæ, quæ est octauo Id. Ianuarij, continuis diebus nulli liceat de ecclesia se absentare, nec latere in domibus, nec secedere ad uillam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed ad ecclesiam concurrere, quod qui non obseruauerit, Anathema sit in perpetuum.

Item, ne quis doctoris nomen sibi imponat præter has personas, quibus est concessum, secundum quod scriptum est. Hebr. 5.

Item, quod Virgines non uelentur, quæ se deo uouerunt, nisi. 40. annorũ probata ætate, quã sacerdos comprobauerit.

Decreta Ioannis. 1. Papæ.

Ioã. 1. Pont. 53. Ioannes, natione Tuscus, ex patre Constantio, sedit annos duos, menses nouem, dies. 17. temporibus Theodorici Regis, & Iustini Augusti Christiani. Hic à Iustino Cõstantinopoli honoratus, Theodorici Regis (paulopost in Vulcani ollam deiecti) iussu, carceris pedore, fameque consumptus, Rauennæ martyrum numero est adscriptus. Tẽpore huius floruit. B. Benedictus.

Scripsit Epistolam ad quẽdam Zachariam Archiepiscopum, ex qua illud decretũ quod supra retulimus, desumptum est, Oues quæ suo pastori, &c. Vide supr. fol. 152. pag. 1.

Item illud, ubi dicitur, quod nullus Episcopus uocetur ad Concilium, nec accusetur, donec omnia, quæ ab illo fuerint ablata, restituãtur. 2. q. 2. In scripturis.

Aliam misit ad Ẽpos Italiæ, de Theodorico Rege, hortans eos, ut pestẽ Arrianã conentur pro uirili extirpare, & eorum ecclesias catholicas cõsecrent, nõ timentes minas Theodorici.

Decreta Felicis .4. Papæ.

Felix, natione Sãmius, ex patre Caſtorio, ſedit annos quatuor, menſes duos, dies. xiij. fuit tẽporibus Theodorici Regis, & Iuſtiniani Augusti. Hic diuis medicis Coſmo, & Dãmiano templum Romæ dedicauit. Huius tẽporibus conſumpta eſt incendio baſilica ſancti Martyris Saturnini, quam à ſolo denuo extruendam curauit, & uixit uſque ad tẽpora Athalrici. Fel. 4. Põt. 54 Hic Cõſtantinopo. Patriarchã dãnauit.

Scripſit Epiſtolam ad Epiſcopos omnes p diuerſa loca cõſtitutos, in qua primum habetur, Miſſam non debere celebrari, niſi in ſacratis domino locis, niſi magna compulerit neceſſitas. In qbus locis Miſſa ſit celebranda.

Quoniam ſcriptum eſt: Vide, ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem uideris, ſed in loco, quem elegerit dominus deus tuus. Deut. 12.

Sicut enim non alij, q̃ ſacrati domino ſacerdotes debent Miſſas cantare, nec ſacrificia ſuper altare offerre, ſic non in alijs, q̃ in domino cõſacratis locis. i. in tabernaculis diuinis precibus à Pontificibus delibatis, Miſſas cãtare, aut ſacrificia offerre licet. Non ergo licet in domibus oblationes celebrari ab Epiſcopis, & Presbyteris. Idem habetur Concil. Laodiceñ. De cõſ. d. 1. Si cut nõ alij. Cap. 26. & 58.

Decreta Bonifacij. 2. Papæ.

Bonifacius, natione Romanus, ex patre Sigibuldo, ſedit annos. 2. dies. 26. temporibus Athalrici Regis hæretici, & Iuſtiniani Augusti. Hic cum Dioſcoro ordinatur ſub cõtentione, Dioſcorus ordinatur in Baſilica Cõſtantiniana, Bonifacius uerò in Baſilica Iulij. & fuit diſſenſio in Clero, & Senatu dies. 29. Quo tẽ- Bonifacius. 2. Pont. 55. Hic clericos à laicis in eccleſia ſegregauit.

pore defunctus est Dioscorus & quieuit seditio. Hic Bonifacius instituit, ne quispiam sibi in Episcopatu successorem deligeret, quod postea multi Pontifices confirmarunt.

Extat Epistola eiusdē ad Eulalium, Alexandrinum Episcopū, de reconciliatione Carthaginensis Ecclesię, ostēdens per diuinam sapientiam optimè constitutum, ut maiora minoribus subdantur, & omnes Epi, Epo Romano. Et hinc desumptum est decretum illud.

D.89. Ad hoc dispensa. Ad hoc dispensationis prouisio gradus diuersos & ordines constituit esse distinctos, ut dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, uera concordia fieret, & ex diuersitate contentio, & rectè officiorū gereretur administratio singulorū: neq; enim uniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi manus causa differentię ordo seruaret.

Extat etiam Epistola precū Eulalij episcopi Carthaginensis, & Iustini prædicti principis pro reconciliatione suæ ecclesiæ, in quo se submittit Romano Pontifici, asserens esse ueram salutem in ecclesia Romana, & ueram fidem, & non extra illam. & Anathematizat omnes hæreticos, qui oppositum tenent, & statutis Rom. Pont. contradicunt.

Decreta Ioannis .2. Papæ.

Ioā.2.Pōt.56. Ioannes, qui & Mercurius, natione Romanus, ex patre Proiecto de Cęlio mōte, sedit annos.2. mēses quatuor, dies.6. Fuit temporibus Athalrici & Iustiniani, cuius tempore idē Imperator Iustinianus misit fidē suam in scripto

sub chirographo proprio ad sedem Apostolicam, per Episcopos Apatium & Demetrium, cum ingentibus donis auri, argenti, & gemmarum. In.l.inter cla. de sum. Trini. & fi.ca.

Scripsit unam Epistolam ad Valerium Episcopum, in qua ostēdit, ꝙ filius est patri ęqualis, congestisq; multis & probatissimis sacrarum literarum testimonijs.

CONCILIVM TOLETANVM, 2. Anno. 5. Amalrici Regis. Conciliū Toletanum.

In hoc Concilio primū statutum est, ut clerici, quos parentes ab infantia clericatus officio mancipauerunt, si post uelint ad nuptias accedere, permittantur. Et idem de Monachis, & cùm peruenerint ad annum. 18. eorū uoluntas requiratur, & non antea, nec subdiaconatus officium ante. 20. & diaconatus ante. 25. accipiant. Primū decretū

Similiter placuit, ut nullus clericorū à gradu subdiaconatus, (ut supra) in consortio familiaritatis habeat mulierem, uel ingenuā, uel libertam, uel ancillam, &c. Secundū.

Item, quòd qui in terris ecclesiæ agellos siue uineolas, seu alia ædificia fecerit, illa testamento legare nō possit, sed ecclesiæ relinquat. Tertium.

Habetur etiam hic ædictum pijssimi Imperatoris Iustiniani, fidei confessionē continens, & refutationem hæresum, quę aduersantur catholicæ Dei ecclesiæ, Ioanni papę. 2. transmissum, ut patet in uita eiusdem in libro Pontificali, in quo optimè, & satis prolixè ostendit in sancta Trinitate tres personas, uel proprietates, & unam essentiam & naturam, in Christo

uerò duas naturas,unam personam,duas natiuitates. Beatam uerò Virginem propriè dici genitricem dei. Et ultimo ostēdit,hæreticos & post mortē posse anathematizari, hoc probat multis rationibus,& sanctorꝝ testimonijs.

In fine primi Tomi habetur epistola Pontiani Episcopi ad eundem Iustinianum Imperatorem, illius fidem & religionē collaudans: supplicans tamen,ne Theodorum hæreticum post mortem iubeat anathematizari, nā licet eius dicta possimus respicere,nō tamen auctorem damnare: nam si uiueret, posset errorem admonitus corrigere.

Decreta Agápeti Papæ.

Agapetus Pōti.57.

Agapetus,natione Romanus,ex patre Gordiano p̄sbytero,sedit mēses undecim,dies.18.

Hic dñicas p̄cessiones instituit.

Hic à Theodato rege Gothorum, Cōstantinopolim Legatus missus, Iustinianū Imperatorē ab Arrianis in Constantinopo. synodo(ubi mortuus est) auertit,de cuius uita ac morum

De conse. d.1. Agapetus.

sanctimonia Gratianus dicit,Agapetus papa, uas catholicum,Euangelij tuba,pręco iustitię, sacra altaris,sedisq; uelamina,sacrilegis Anthemij infecta fabulis,suis catholicis p̄cibus deleuit. Cuius corpus Romā translatum est.

In.2. Tomo cōcil. fo.1.

Extat elegans & catholica epistola eiusdē ad Anthemium Episcopum de duabus naturis in uno Christo.

Decreta Siluerij Papæ.

Siluerius Pōti.58.

Siluerius, natione Cāpanus, ex patre Hormisda Episcopo Romano, ex matrimonio tamē natus,sedit annum unum,menses quinq;,

Tēpore huius Neapolis ca-

dies undecim. Qui,quoniam noluit reuocare

Anthemium hęreticum in locum suum, quem deposuerat Agapetus papa propter hæresim, pręcepto Augustæ, missus est in exiliũ ad Pontianas, ubi, accusante Vigilio, martyrium pertulit. De obitu autẽ eius uide in exẽplaribus.

pta est, & Belisarius Roma potitur.

In.2.To. fo.2.

Decreta Vigilij Papæ.

Vigilius, natione Romanus, ex patre Ioãne cõsule, sedit annos.17. menses sex, dies.26. Hic Cõstantinopolim Theodoræ Imperatricis iussu tractus, in quinta Principe synodo contra Theodorum Constan. Patriarcham, Euthyci, Arrioq; dissentiens, flagris expirauit, & sanctis adnumeratus est. Obitus eius diffusius scribitur in exemplaribus.

Vigilius Ponti.59.

Vide in.2.Tomo.fo.3.

Extat Epistola eiusdẽ ad Eutherum, in qua eum instruit, quid iuxta catholicam disciplinam teneat Apostolicæ sedis auctoritas. Diuisa est in septem capita.

In primo agit de Priscillianistis, qui ab esu carnium se subtrahunt, dicens:

Hæc igitur sequẽtia Patrum Venerabilium constituta, specialiter eos censuerunt esse damnandos, qui, cũ carnibus abstinerent, ea quoq; credebant esse uitanda, quæ carnibus fuisse uidebantur admixta. Nam & ipse dominus noster Iesus Christus ita pręmonuit, dicens: Nõ, quod intrat in os, coinquinat hominẽ, sed quę procedunt de ore, hæc sunt, quæ coinquinant hominem. Quapropter nec abstinentiam Deo placitam reprobamus, nec eos, qui execrantur domini creaturam, recipimus in nostra societate.

Vide etiã sup. fol.8. pag.1.

Matth.16.

In secundo agit de trina renascentium mer-

ſione dicẽs, De baptiſmo quoq; ſolẽniter adim plendo, ſimiliter, quid Apoſtolica uel ſanxerit uel obſeruet auctoritas, in ſubiectis tua chari tas euidẽter agnoſcet. Illud autem nouelli eſſe iudicamus erroris, quòd cùm in fine Pſalmorum ab omnibus catholicis (ex more) dicatur Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto, aliqui (ſicut indicas) ſubducta una ſyllaba coniunctiua, perfectum conantur minuere uocabulũ Trinitatis, dicendo, Gloria patri, & filio, ſpiritui ſancto. Quãuis ergo ipſa nos ratio euidenter edoceat, quia ſubducta una ſyllaba, perſonam filij, & ſpiritusſancti, unam quodãmodo eſſe deſignent, tamen ad errorẽ talium conuincendum ſufficit, q dominus Ieſus Chriſtus, deſignans in inuocatione Trinitatis credentiũ debere baptiſma celebrari, dixit: Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & filij, & ſpiritusſancti. Ergo cùm non dixerit, in nomine patris, & filij, ſpiritusſancti, ſed æqualibus diſtinctionib⁹ patrem, & filiũ, & ſpiritum ſanctum iuſſerit nominari, cõſtat illos omnino à doctrina dominica deuiare, q aliquid huic uoluerint confeſſioni derogare. Qui ſi in errore permanſerint, ſocij nobis eſſe non poſſunt.

Cõtra eos, qui filium & ſpm̃ ſanctũ dicunt unã eſſe perſonam.

Matth. vlti.

In tertio agit de his, qui ab Arrianis iterum baptizantur ſic dicens, De his etiam, qui baptiſmatis gratia ſalutaris accepta, apud Arrianos iterũ baptizati profundæ uoraginis ſunt morte demerſi, quid per ſingulos ordines, uel ætates anteceſſorum noſtrorum Decreta cenſuerunt, quæ multiplici ſunt digeſta ratione, è

De rebaptizatis ab Arrianis.

noſtro

noſtro ſcrinio releuata capitula, his ſubiecta direximus. In quibus tamē illud ſpeciali charitate etiam conuenit obſeruari, ut quia ꝓ peccatis plurimis in gentibus iniquitas ipſa ſurrexit, in ęſtimatione fraternitatis tuæ aliorūq; Pontificum per ſuas diœceſes relinquatur, ut ſi qualitas & pœnitentis deuotio fuerit approbata, indulgentiæ quoque remedio ſit uicina. Quorum tamen reconciliatio non per illā impoſitionem manus, quæ per inuocationē ſanctiſpiritus fit, operatur, ſed per illam, qua pœnitētię fructus acquiritur, & ſanctę cōmunionis reſtitutio perficitur.

In quarto agit de eccleſiarum reſtauratione in fabricis, quid ſit obſeruandum, dicens: De fabrica uerò cuiuslibet eccleſiæ, ſi diruta fuerit, inſtauranda, & ſi in eo loco conſecrationis ſolēnitas debeat iterari, in quo ſanctuaria non fuerint, nihil iudicamus officere, ſi ꝑ eam minimè iactetur aqua exorcizata, quia in conſecratione cuiuslibet eccleſiæ, in qua ſpiritus ſancti Ara non ponitur, celebritatem ſcimus tantū eſſe Miſſarum, & ideo ſiqua ſanctorum Baſilica, à fundamentis fuerit īnouata, ſine aliqua dubitatione, cùm in ea fuerit Miſſarū celebrata ſolēnitas, totius cōſecratio ſanctificationis implebitur. Si uerò ſanctuaria, quæ habebant, ablata ſunt, rurſus earū depoſitione, & Miſſarum ſolēnitate reuerentiam ſanctificationis accipiet. De conſe. d. 1. de fabrica. Verba ſunt Iuliani Papæ.

In quinto agit, de Paſchæ feſtiuitate, & precum ordine, ac Miſſarum ſolēniis.

In ſexto agit, ꝙ ī nomine Trinitatis debeat

baptizari, ſic dicens: Siquis Epiſcopus, aut p̄sbyter iuxta p̄ceptū dn̄i nō baptizauerit in noīe patris, & filij, & ſpiritusſancti, ſed i una perſona Trinitatis, aut in duabus, aut in trib⁹ patribus, aut in tribus filijs, aut tribus paracletis, proijciatur de eccleſia Dei.

In ſeptimo agit, de primatu eccleſiæ Romanæ, ſic dicens: Nulli uel tenuiter ſentienti, uel pleniter ſapienti dubium eſt, q̄ eccleſia Romana fundamentum, & forma ſit eccleſiarum, à qua omnes eccleſias principium ſumpſiſſe nemo rectè credentium ignorat. Quoniam licet omnium Apoſtolorum par eſſet electio, beato tamē Petro conceſſum eſt, ut cęteris pręmineret, unde & Cæphas uocatur, quia caput eſt, & primus omnium Apoſtolorū. Et quod in capite pręceſſit, in mēbris ſequi neceſſe eſt. Quā ob rē ſancta Romana eccleſia eius merito, domini uoce conſecrata, & ſanctorum patrū authoritate roborata, primatum tenet omnium eccleſiarum, ad quam tam ſumma Epiſcoporum negotia, & iudicia, atq; quęrelę, q̄ & maiores eccleſiarum quæſtiones (quaſi ad caput) ſemper referenda ſunt. Nam & qui ſe ſcit alijs eſſe prępoſitum, nō moleſtè ferat, aliquem eſſe ſibi prælatum. Ipſa namq; eccleſia, quæ prima eſt, ita reliquis eccleſiis uices ſuas credidit largiendas, ut in parte ſint uocatæ ſolicitudinis, non in plenitudine poteſtatis. Vnde omnium appellantium Apoſtolicam ſedem Epiſcoporū iuditia, & cunctarum maiorum negotia cauſarum eidem ſanctæ ſedi reſeruata eſſe liquet, pręſertim cùm in his omnibus eius ſemper ſit

Ioan. 1.

Ro. eccle. mater ſacerdotalis dignitatis, & eccleſiaſti. magiſtra rationis.

expectandum cõsultum, cuius tramiti, siquis obuiare temptauerit, sacerdotum causas se nõ sine honoris sui periculo apud eandem sanctã sedem nouerit redditurum.

CONSTANTINOPOLITANA synodus quinta, circa tempora prædictorum Pontificum Agapeti, Siluerij, & Vigilij celebrata est, p...idente Menna Patriarcha, sedentibus uerò multis alijs episcopis Orientalis ecclesiæ, & paucis quibusdam, qui ex Italia uenerunt. Congregata est synodus contra Petrum, Anthymum, Seuerum, & Zoaram hæreticos. Petrus archiepiscopus Anthiochenus tenuit in Trisagio addendam esse crucem. i. trinitatem esse crucifixam, & diceretur, Sanctus, Sanctus, Sãctus, qui crucifixus est pro nobis, ubi necesse erat, aut confundi personas trinitatis, aut negare duas naturas in Christo. Cõtra hunc scripserunt plures Episcopi Orientales, quæ omnia in secundo Tomo cõscripta sunt, quapropter hic ea præscidimus, Lectorẽ illuc destinantes. Epistolam tamẽ Felicis Papę contra ipsum Petrum scriptã hic subiecimus, qa lectione digna est, & à memoria hominum nunquam excidenda.

Cõstãtinopo. synodus 5.

In. 2. To. Concil. fo. 6. 7. 8. 9.

Epistola Felicis Papæ Romę, ad Petrũ Episcopum Antiochiæ monitoria, qm̃ non oportet addere in trisagio, crucifixus propter nos.

Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lachrymarũ, qualem autem & dignũ fletum adducam animę meę, condolens domini & Saluatoris nostri Christi, sanctæ catholicę & Apostolicę ecclesiæ? Ipsa enim plorans

Hiere. 9.

plorauit super filios & filias suas, & non est, qui consoletur eam ex omnibus, qui diligunt eam. Vniuersi tyranni & hæresiarchę persequẽtes ipsam, apprehenderunt eam per te (frater honoratissime) & affligentes ipsam facti sunt in caput eius. Omnis decor ipsius, quantũ in te est, factus est ad nihilum. Videntes inimici eius, gauisi sunt super perditione filiorũ eius. Quos enim fouerat, quos enutrierat, quos ad mensuram ætatis perduxerat, lacteq́; pauerat Propheticis, & Apostolicis doctrinis, hos tu uno temporis momento ueneno necasti. Quẽadmodum enim, qui piscationem sectãtur, hamum esca cõtegunt, & ex improuiso capiunt pisces, sic & tu angelicæ laudationi additionẽ induxisti, & trisagiæ deprecationi, quasi pietatis obtentu, diram impietatem excogitasti. Ex pluribus enim Orientalibus prouincĳs literas suscepimus, significãtes nobis, quomodo ueneratio tua dudum sopitum Valentiniani dogma resumpsit, & irritatur à uobis Saluatoris incarnatio, quodq́; in Manichęorũ dogma, & Arrĳ, & Apollinaris, Pauliq́; Samosateni incidistis. Dicere enim unigenitum filium, & dominum nostrum Christum Iesum perfectũ non esse in deitate, atque in humanitate perfectum, nec ipsum subĳsse passionem crucis, sed unã uerbi Dei naturam incarnatam, corpusq́; Domini sine anima & mente, Apollinaris hæresim roborat. Ille enim ignorauit, ꝙ ab ipsis mundi nascentis exordĳs primum anima primi parentis nostri mortua est, uel in mortem præcipitata est, atq; ita demũ corpus. Dictum

Threno.1.

Pulchra comparatio,

quippe illi est à Deo, In quacunq; die comede Gene.2.
ris de ligno scientiæ boni & mali, morte mo-
rieris. Itaq; iuxta latam in illum à Deo senten
tiam, qua die comedit ex ligno, in ipsa secun-
dum animam mortuus est. Nam ipsius corpo
ris mors post nongentos & triginta annos cõ
tigit. Itaq; deus donum nõ dimidiatum fecit,
sed totum simul Adam ex utero uirginis sum
psit, ut etiam perditum totum saluum faceret.
Idcirco & dominus ipse dicebat: Ego animã Ioan.10.
meam pro ouibus pono. Valentini item, &
Martionis, Manichæorumq́;, ac gentiliũ inno
uare uis dogmata. Si enim deus est, qui diuisi-
biliter, atq; substantialiter est mortuus, simili
ter & sanctus spiritus deus, & ipse diuisibili-
ter ac substãtialiter inuenietur, sicq; iuxta tuã
& illorum rationem tres dij erunt, ac per hoc
plurium deorum inualescet error, quantumq;
in te est, euacuabitur illud: Audi Israel, domi- Deute.6.
nus deus tuus, dominus unus est. Item quod Baruch.3.
ait Hieremias: Hic deus noster, non reputabi-
tur alius ad eum. Similiter & dominus: Vt co Ioan.17.
gnoscant te solum uerũ deum. Cumq́; scriptu
ra diuina unum deum, sanctã & indiuiduam
trinitatem prędicet, tu, & hi qui ante te fuerũt
hæresiarchæ, tres deos dogmatizari ausi estis,
alium quidẽ dicentes deum patrem præter fi-
lium, & alium deum filium præter patrẽ. Rur
susq́; alium deum spiritum sanctum pręter pa
trem, pręter filium, & alium deum filium prę-
ter patrem. Rursusq́; alium deum spiritũ san-
ctum pręter patrem & filium. Atq; alium qui
dem mortalem, & nouiter genitũ, alium uero

æternum atq; immortalem. In his autẽ noxijs uerbis tuis contraria sentire uis: Patribus, qui in Nicea, & qui in Cõstantinopoli, atq; Chalcedone conuenerunt, qui & consubstantialem roborarunt, & unam deitatem patris, & filij, sanctiq; spiritus prædicarunt, atq; Arrij amentiam cõfuderunt. At uero tu in ecclesia ausus es dicere, q̃ unus increatæ, atq; indiuiduæ trinitatis passionem subijt, & per hoc consubstãtialem quoq; soluere niteris, ac deum subijcere numero. Si enim unus sanctæ Trinitatis & coæternus, qui crucifixus est deus (hoc est) filius, sunt autem duo sanctæ Trinitatis pater, & spiritus sanctus, dicuntur autem dij, & nõ (ut habet uera ratio) deus (sicut tradiderunt nobis, qui ipsi inspexerunt, & ministri fuerũt uerbi) inueniris quoq; cõsubstantialem soluere. Quippe mortale & immortale cõsubstantialia iam esse nõ possunt, roborabitur autem sic pluralitas deorũ, dum tres dij Christianis auribus ingeruntur. Cũ itaq; scriptũ sit, Verbum caro factum est, & Deus erat uerbũ, non alius deus uerbum, pręter patrem inuenietur, uerbum, non simpliciter, sed uerbum substantiale, & deus filius inueniet̃, ut ex utilitate nostra identitatem substantiæ patris, & uerbi, & sancti spiritus agnoscamus. Nos enim nõ alij pręter uerbũ nostrum inueniemur. Quoniam igitur unigenitus dei filius, qua ratione uerbũ est in propria substantia, nõ poterit pati, ne ad omnipotentis dei patris substãtiam passio referatur, (est enim una patris, & filij, & sancti spiritus deitas) patitur autẽ proprium anima

Ioan. 1.

tum corpus, quod ipsum substantiale dei uer
bũ ex ipsa sanctæ, & intemeratæ uirginis uul-
ua sibi cõiungens, ex muliere processit, de qua
sancto spiritu afflati ꝓphetæ cecinerunt: Deus Psalmo.79.
uirtutum conuertere, respice de cœlo, & uide,
& uisita uitem istam, & perfice eam, quã plan
tauit dextera tua, & super filium hominis, quẽ
confirmasti tibi uitem, & filium hominis, quẽ
confirmauit uerbum, ut inferni claustra conte
reret, & uiuificaret eos, qui à seculo mortui
sunt, salutarem uerbi incarnationem uocans.
Idcirco & dominus dicebat discipulis suis:
Ego sum uitis, uos autem palmites, & pater Ioan.15.
meus agricola est, & tradetur filius hominis Matth.26.
in manibus peccatorum. Patris enim intimũ
substantiale uerbum, ac deus per sanctæ uirgi
nis aures illapsum, cõceptionem ineffabiliter
operatum est. Qua igitur parte unigenitus fi-
lius est consubstantialis patri, & unius indiui
duæ trinitatis increatus, atque inuisibilis, im-
passibilis, & immortalis permansit. Quod er-
go increatum, atq; immortale est, creaturæ ne
applices, neq; deorum pluralitatem confirma
re pergas, dicens unum sanctæ trinitatis mor
tuum esse. Rursus qua parte ex muliere natũ
est, & substãtiæ nostræ, ac generationis est par
ticeps, absq; peccato sustinuit passionẽ. Porrò
ꝙ nõ modo consubstantialis, uerumetiam co
gnatus secũdum carnem sit nobis filius Dei,
docet ipse dominus, nunc quidem in euange-
lio his, qui in se crediderant, dicens: Ego sum Ioan.15.
uitis, uos palmites, nunc autẽ in Psalmis: An- Psalmo.21.
nuntiabo nomen tuum fratribus meis. Vnde

autem tibi tam pessima superbia subrepere potuit, ut te ipsis quoque sanctis Angelis intelligentiorem, sapientioremque putares? Super his ingemisco, in his plango inimicos crucis Christi, quorum finis perditio, & quorum deus uenter est, & gloria in confusione ipsorum. Nõ cogitasti, quod scandalizare uel unum solum ex his, qui credunt in dominum nostrum Iesum Christum, quam graui cruciatui facit obnoxiũ? Sed incaute, ut serpens Euę, tu ipse quoque erroris uenena multitudini fidelium, atque auribus infudisti, traditamque ab Angelis sanctissimam laudationis formã corrupisti, inserens illi, qui crucifixus es pro nobis. Ergo ne nõ aduertisti, quod Paulum Samosatenũ, Photinumque, & Artemium impietate transcendis, qui duos Dei filios posuerunt, unum quidem ante secula, alterum uero nouiter natum, cũ ipse quoque trinitati inuexeris pluralitatẽ, duos Dei filios dicens, unum fortem, alterum crucifixum? Ad hęc fidelissimum Christi gregem in Manichęi opinionem præcipitare contendis, qui spiritũ sanctum asserit crucifixum. Nam quod post illud, sanctus ĩmortalis, quod est spiritus sanctus, tunc infers, qui pro nobis crucifixus es miserere nobis, quaternitatemque non trinitatẽ populo insinuare uideris. Nempe si ex humana traditione manasset hæc laus, nõ ita incaute crucem insereres laudi, in qua filij appellatio, fortis scilicet ponitur. Quoniam uero ab Angelis nobis laus ista profluxit, qui ante crucem dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, sicut respicere Esaias meruit, post crucem uerò cũ

Philip. 3. Matth. 19. Gene. 3. Error Manichæi. Esaiæ. 6.

laude clamabant: Sanctus deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis. Deniq; cũ terręmotu Cõstantinopolis quateretur, populusq; in cãpo oraret, infantulus, toto populo spectãte cũ Proclo ciuitatis Episcopo, in cęlum per unam horã raptus est, ibiq; huiusmodi didicit hymnum. Rursumq; descendens, nuntiauit, quę in æthere audierat, dicens, de cœlo quasi de multitudine psallentium huiusmodi laudes insonuisse auribus suis dictumq; sibi, ut eam laudationem populo indicaret. Quam ubi populi inceperant ciuitatem receperunt, Deoq; per huiusmodi laudẽ propitio facto, ab imminenti ira liberati sunt. At tu, q̃ temere ut scripturas diuinas reliquas, ita & Angelorum laudẽ peruertere pręsumpsisti. Quis igitur in huiusmodi nõ ingemiscat, quis nõ lamentetur, quis dolor similis inuenietur, sicut dolor ecclesiæ domini, & Saluatoris nostri Christi? Cõspice te constitutũ, ut sis lumen his, qui in tenebris sunt, & eruditor insipientium, immo insipientiæ pręceptor es, lucẽ in tenebras transferens, uide à te populos semel illuminatos, qui bona gustauerunt Dei uerba, Dei mandata, Dei prophetias, p̃dicationes Dei, Apostolicas, euãgelicasq; doctrinas abs te peruerti magis, ac doceri non solũ crucifigere filium Dei, & ostẽtui habere, uerum & contraria sentire scripturis diuinis, & pacta abnegare, quæ accedentes ad sanctum baptisma fecerunt. Nam cum coram cœlestibus uirtuosis omnibus, corã Apostolicis, euãgelicisq; ordinibus sancti baptismatis tempore promiserint credere in unum

Miraculum. Hebræ. 6.

Deum omnipotentem, nunc illos in tres Deos credere docuisti. Rursum cũ polliciti sint credere in unum dominum Iesum Christum, filium Dei incarnatum, & hominem factum de spiritu sancto, & Maria Virgine, tu eos doces, ne dicant dominũ Iesum Christũ, filium Dei, crucem perpessum esse, qui deus est secũdum sempiternam, & impassibilem ex patre generationem, & idem homo secundum eam, qua in nouissimis diebus ex matre prodijt, natiuitatem, secundum quã etiam sustinuit passionẽ, sed unum Trinitatis mortuum esse, qui est ipsum Dei uerbum. Confessi sunt rursus spiritũ sanctum, uiuificum, & immortalem, dicentes credere in spiritum sanctum, dominum, & uiuificantem, & mortalem esse ponis spiritũ sanctum, cum dicis: Sanctus immortalis, qui crucifixus est ꝓ nobis. Fuge obsecro huiusmodi errorem. Corruisti, noli in ruina persistere. Peccasti, iam peccare noli. Expectat te sancta Dei ecclesia, cupit amplecti pœnitentem in uanis propositionibus tuis, & secum de Christo diuina prædicantem, neq; negantem ipsius animatam incarnationem, secundum quã etiam passus esse memoratur, clamatq; tibi per nos:

Matth.11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & ego reficiam uos. Non uult Deus (frater charissime)

Ezech.18. mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. Memor esto Iesum Christum resurrexisse

2.Timo.2. à mortuis secundum Euangelium. Memento

Matth.1. B. Matthęi scribentis: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Recordare

Roma.1. quid Paulus scribat, segregatus in Euãgelium

Dei, quod promiserat ipse Deus in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius. Memento etiam Ioannis clamantis: In principio erat uerbũ, & uerbum erat apud Deum, sicut etiam est, & Deus erat uerbum, quodq; caro factum est, homine assumpto, & ꝙ deum nemo uidit unq̃. Hęc tibi scripsi unà cum pręsenti synodo, conueniens te corã Deo & sanctis angelis, ut ea doceas, ea nobiscum sentias, ut illibata fides nostra permaneat in gloriam Dei. Ioan. 1. Ioan. 1.

Sequitur expositio fidei, secundum reuelationem Gregorij Episcopi Neocęsariensis.

Vnus Deus pater uerbi uiuentis, sapientiæ subsistentis, & potentiæ, ac characteris sempiterni, perfectus perfecti genitor, pater filij unigeniti. Vnus dominus, solus ex solo, Deus ex Deo, character & imago deitatis, uerbum operatiuum, sapientia consistentiæ omnium comprehensiua, & uirtus totius creaturæ factiua, filius uerus ueri patris, inuisibilis inuisibilis, ineffabilis ineffabilis, & immortalis immortalis, & sempiternus sempiterni. Vnus spiritussanctus ex Deo subsistentiam habens, & ꝑ filium existens (scilicet) hominibus imago. Filij perfecti perfecta uita uiuentium, causa, sanctificatio, sanctificationis donatiuus, in quo apparet Deus pater, q̃ est super omnia in omnibus, & Deus filius, qui per omnia est. Trinitas perfecta, gloria, & æternitate, ac regno, & imperio non partita, idest, distributa, nec abalienata. Non ergo creatũ quid, uel seruitium Expositio fidei.

in Trinitate, neq; aduentitium, tanq; prius nō existens, & posterius aduenien s. Non ergo de fuit aliquando filius patri, neq; filio spiritus, sed inconuertibilis & imutabilis semper ipsa Trinitas.

Actio prima.

In hac actione leguntur multi libelli episcoporum & monachorum, & aliorum presbyterorum accusantium pdictos hereticos, quibus auditis pronuntiantur sequentes sentētiæ damnationis contra Seuerū, & Petrum &c.

Extant quoq; sententiæ Epiphanij Patriarchæ, & synodi congregatæ, ac Mennæ contra Seuerum, Petrum, & Zoaram hæreticos, ad quem locum (superfluitatem uitantes) remittimus Lectorem.

In. 2. To. fo. 31. pag. 1.

Accessit supra dictis sententijs constitutio Iustiniani Imperatoris contra quatuor supradictos hæreticos: qua iubet, eos de sacris sedibus deponēdos, iuxta sententiā Agapeti papæ & sanctorum episcoporum. Habetur in exemplaribus huius synodi.

Ibidē. fo. 32. pag. 2.

In istis actionib9 uocatus & inquisitus est Anthimus Archiepiscopus Trapezuntius, & eo nō comparente, nec uolente respondere ad libellos accusationum, damnatus est à synodo, & eiectus à loco suo.

Ibidē. fo. 44. pag. 2.

Extat sententia synodi pręsentis contra Anthimum in actione. 4. quæ incipit, Multarum transgressionum Anthimus &c. In qua dānatur de hæresi, & deponitur de sede Trapezuntina, iuxta sententiā beatissimi Agapeti papæ.

Ibidē. 45. pa. 1

Sequitur & alia sententia Mennæ cōtra Anthimum in eadem actione. 4. quę incipit, Cum

Saluator noster Iesus &c. In qua damnat, & deponit prædictum Anthimum.

Hęc omnia, quæ in his actionibus definita sunt, à sanctis patribus ibi congregatis (etiam per literas Syrias) subscripta fuere. Subscriptio.

Capitula sancti Quinti Concilij Constantinopoli celebrati sub Iustiniano Imperatore, Anno eius uigesimo septimo.

Caput. 1.

Siquis nõ confitetur, patris, & filij, & spiritus sancti, unam naturam siue essentiam, unã uirtutem, & potestatem, Trinitatem consubstantialem, unam deitatem in tribus subsistentijs, siue personis adorandam, talis anathema sit. Vnus enim deus & pater, ex quo omnia, & unus dominus Iesus, per quẽ omnia, & unus spiritus sanctus, in quo omnia. De cõfessione sanctæ Trinitatis.

Cap. 2.

Siquis nõ confitetur, Dei uerbi esse duas natiuitates, unam quidẽ ante secula & sinè tempore ex patre ĩcorporaliter, aliam uerò eiusdẽ in ultimis diebus descendẽtis de cęlo, & incarnati ex sancta gloriosa Dei genitrice semperq; uirgine Maria, qui natus est ex ea, talis anathema sit. Duplex uerbi natiuitas.

Cap. 3.

Siquis dicit, alium esse Deum uerbum, qui miracula fecit, & alium Christum, qui passus est, uel Deum uerbum cum Christo esse dicit, quãdo ex muliere nascebatur, uel in ipso esse, ut alterum in altero, & non unum eundemq; dominum nostrum Iesum Christum, Dei uerbum incarnatum, & hominem factum, atque eiusdem miracula & passiones, quas sponte passus est carne, talis anathema sit. Idem erat, qui miracula faciebat, & qui patiebatur.

Cap. 4.

Facta est i xpo unitio naturarũ per cõpositionem, in una persona.

Siquis dicit, secundum gratiam, uel secundum operationem, uel secundum dignitatem, uel secundum æqualitatem honoris, uel secundum auctoritatem, aut relationem, aut effectũ aut uirtutem, unitionem Dei uerbi ad hominẽ factam esse, aut secundum bonam uoluntatẽ, qua si quod placuit Deo uerbo homini, quia bene uisum est ei de ipso (sicut Theodorus insaniens dicit) uel secundum solam hominis similitudinẽ, quã Græci homonęmiam uocant, perquam Nestoriani Deum uerbum Iesum & Christum uocantes, & hominem separatum Christum, & filium nominantes, & duas personas manifestè dicentes, per solã nominationem, & honorem & dignitatem, & adorationem & unam personam, & unum Christum confingunt dicere, sed non confitentur (sicut sancti patres docuerunt) unitatem Dei uerbi ad carnem animatã anima rationali, & intellectuali secundum compositionem, idest, secundum subsistentiam factam, & propterea unã eius subsistentiam, qui est dominus noster Iesus Christus, unus de sancta Trinitate, talis anathema sit. Cùm enim multis modis unitas intelligitur, aliquando quidem impietatẽ Apollinaris, & Euthychetis sequuntur, imperemptionem eorum, quæ conuenerunt, colentes, unitionem secundum confusionem prędicant. Theodori autem & Nestorij sequaces, diuisione gaudẽtes, affectualem unitatem introducunt. Sancta Dei uerò ecclesia utriusq; perfidiæ impietatem ejciens, unitionem Dei uer-

bi ad carnem, ſecundum compoſitionem confitetur, quod eſt ſecundum ſubſiſtentiam. Vnitio enim per compoſitionem in Chriſti myſterio, non ſolum inconfuſa ea, quæ conuenere, conſeruat, ſed neq; diuiſionem ſuſcipit.

Cap.5.

Siquis unã ſubſiſtentiam domini noſtri Ieſu Chriſti ita intelligit, tanquam ſuſcipientem multarũ ſubſtantiarũ ſignificationem, & propterea conatur introducere in myſterio Chriſti duas ſubſiſtentias, uel perſonas, & ab eo introductis duabus perſonis unam perſonã dicit per dignitatem & honorem & adorationẽ, ſicut Theodorus, & Neſtorius inſanientes cõſcripſerunt, & calumniantur, S. ſynodũ Chalcedonẽ. tanq; ſecundum hunc impijſſimum intellectum uſam unius intelligentiæ uocabulo, ſed non confitetur Dei uerbum, carni ſubſtantialiter uniri, & propterea unam eius ſubſiſtentiam, uel unam perſonam, & ita ſanctam Chalcedonẽ. ſynodum unam ſubſiſtentiam domini noſtri Ieſu Chriſti confiteri, talis anathema ſit. Neq; enim adiectionem perſonę, uel ſubſiſtentiæ ſancta Trinitas ſuſcepit ex incarnato uno de eadem Trinitate Deo uerbo.

Nõ introducẽdæ ſunt ĩ Xp̃o duę ſubſiſtẽtię nec perſonę.

Cap.6.

Siquis abuſiuè & non uerè Dei genitricem dicit ſanctam glorioſam ſemper Virginẽ Mariam, aut per relationem tanq; homine puro nato. (Non enim Deo uerbo ex ea incarnato, ſed relati ſecundum illos hominis natiuitate in Deum uerbum, tanq; cohærens naſcenti homini) & criminatur ſanctam Chalcedonẽ.

Virgo Maria uerè Dei genitrix, & mater.

ſynodum, tanq̃ ſecundum eundẽ impium intellectum à Theodoro cõmentatum, Dei genitricem uirginem aſſerentem, aut ſiquis hominis genitricem uocat eam, aut Chriſti genitricem, utpote Chriſto non exiſtente Deo, & nõ ſpetialiter & ſecundum ueritatem Dei genitricem eandem confitetur, ob id quod ante ſecula à patre genitus Deus uerbũ, in ultimis diebus ex ea incarnatus & natus eſt, atque ita piè ſanctam Chalcedoñ. ſynodum Dei genitricẽ eam confiteri, talis anathema ſit. *Cap. 7.*

Cum dualitate naturarũ unitas perſonæ.

Siquis in duabus naturis dicens, non ut in deitate, & humanitate unum dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum cognoſci confitetur, ut per hoc ſignificet differentiam naturarum, ex quibus inconfuſa & ineffabilis unitas facta eſt, neque uerbo in naturam carnis transfigurato, neque ad uerbi naturam tranſlatam. (Manet enim utrunque quod eſt ſecundum naturam & poſt factam unitatem ſubſtantialiter) ſed in diuiſionem per partem huiuſmodi ſuſcipit uocem in myſterio Chriſti, aut numerum naturarũ confitentes in uno eodemque domino noſtro Ieſu Chriſto Deo uerbo incarnato, & non tantummodo contemplatione differentiam eorũ accipit, ex quibus & compoſitus eſt, non interempta proprietate propter unitatem (Vnus enim ex utriſque & per unum utraque) ſed propterea numero utitur, tanquam diuiſis, & propriæ ſubſiſtentiæ cõſiſtentes naturas, talis anathema ſit.

Cap. 8.

Siquis ex duabus naturis deitate & humanitate confitens unitionem factam fuiſſe, uel unam

unam naturam Dei uerbi incarnati, dicens, & nō sic has uoces intelligit, sicut sancti Patres docuerūt, q̄ ex diuina natura & humana, unitione secundū subsistentiam facta, unus Christus factus est, sed ex huiusmodi uocibus, unā naturam, siue substantiam deitatis & carnis Christi introducere conat̄, talis anathema sit. Secundū substantiam enim dicentes, carni unigenitum uerbum unitum esse, non confusionē quandam ad uices naturarū factam fuisse dicimus, magis autem manēte utraq;, hoc quod est, unitum esse carni intelligimus uerbū. Propter quod & unus est Christus, idem deus & homo, consubstantialis patri secundum deitatem, & consubstantialis nobis idem secundū humanitatē. Similiter enim & eos, qui per partes diuidunt, uel incidunt, & confundunt dispensationis mysterium Christi, auertitur, & anathematizat catholica Dei ecclesia.

Cap.9.

Siquis adorari in duab⁹ naturis dicit Christum, ex quo duæ adorationes introducuntur semotim Dei uerbo, & semotim homini. Aut siquis ad peremptam carnis, aut in confusionem deitatis, & humanitatis, unam naturam siue essentiam conuenientium portentuosè dicit, sic adorat Christum, sed non una adoratione Deum uerbum incarnatum cum eius carne adorat. Iuxta quod sanctæ Dei ecclesiæ ab initio traditum est, talis anathema sit.

Vna adoratione adorandus Chr̄us, Deus & homo.

Cap.10.

Siquis non confitetur crucifixum carne dominum nostrum Iesum Christum esse uerum

& dominum gloriæ, & unum de sancta Trinitate, talis anathema sit. Cap. xi.

Cōdemnantur hæretici.

Siquis non anathematizat Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Nestoriū, Eutychem, & Origenem cum impijs eorum scriptis, & omnes alios hæreticos, qui condēnati sunt, & anathematizati à sancta Dei catholica, & Apostolica ecclesia, uel p̄dictis sanctis quatuor Concilijs, sed & eos qui similia cum prædictis hæreticis sapuerunt, aut sapere noscuntur, & usq; ad finem permanserunt in propria impietate, talis anathema sit.

Cap. xii.

Dānatur theodorus cū dogmatibus suis.

Siquis defendit Theodorum impijssimum Mopsuestenum, qui dixit: Alium esse Deum uerbum, & alium Christum, & passionibus animæ, & concupiscentijs carnis molestatum & à malis molestatū, & à malis paulatim separantem se, & ita ex promotione operū meliorium, & ex uitæ conuersatione incontaminatum constitutum, tanq; purum hominem baptizari in nomine Dei patris, & filij, & spiritus sancti, & per baptismum gratiam sancti spiritus accipere, & adoptionē promereri, & ad similitudinem Imperialis imaginis in persona Dei uerbi adorari. Post resurrectionē inconuertibilem secundum intellectum, & sinè peccato pœnitus factum. Et iterum dicente eodem impijssimo Theodoro unitionē Dei uerbi ad Christum talem factam fuisse, qualem dixit Apostolus in marito & uxore: Erūt duo in carne una. Et super alias inumerabiles eius blasphemias, p̨ræsumente dicere, q; post resur-

Ephe. 5.

rectionẽ sufflans dominus in discipulos suos, & dicens, Accipite spiritum sanctũ, non dedit spiritum sanctũ, sed tantũ schemate sufflauit. Hic autem & confessionem Thomæ, perquã, dum palparet manum, uel latus domini post resurrectionẽ, dixit: Deus meus, & dominus meus, asseruit, non fuisse dictum de Christo à Thoma. Nec enim esse eũ Deum dicit, sed miraculo resurrectionis obstupescẽtem Thomã glorificasse Deum, qui suscitauit Christum. Quod autẽ peius est, & in interpretatione facta ab eo in gestis Apostolorum, quasi in interpretatione cõparans idem Theodorus Christum Platoni, uel Manichæo, & Epicuro, & Martioni, dicit, quia sicut unusquisq; illorum inueniens propriam sectã, discipulos suos fecit nominari Platonicos, & Manichæos, & Epicureos, & Martionistas, similimodo & Christo inueniente sectã, ex ipsa Christianos uocari. Siquis igitur defendit prędictum impijssimũ Theodorũ, uel impia eius scripta, in quibus tam prędictas, q̃ & alias innumerabiles blasphemias euomuit aduersus magnum Deum, & Saluatorem nostrũ Iesum Christũ, & non anathematizat eum, uel impia eius cõscripta, & omnes, qui susceperint, aut defendunt eum, aut dicentes, rectè eum exponere, & eos, qui pro ipso scripserunt, & similia ei sapuerunt, aut pro eo scribunt, uel eius impia conscripta, & eos qui similia ei sapiunt, aut sapuerunt aliquando, & usq; ad finem permanserunt, aut permanent in huiusmodi impietate, talis anathemą sit.

Ioan. 20.

Ibidem.

Hęretica comparatio.

Cap. 13.

Dñatur theodoretus epus.

Siquis defendit impia scripta Theodoreti, quæ contra rectam fidem exposita sunt, & primam Ephesinã sanctã synodum, &. S. Cyrillum, uel. 12. eius capitula, & ea omnia, q̃ conscripsit pro Theodoro, & Nestorio impijssi. uel alijs, qui similia p̃dictis Theodoro, & Nestorio impijssi. sapuerunt, & recipit eos, uel impietatem eorum, atq; propterea impios uocat ecclesiæ doctores, qui substantialiter Dei unitionem Dei uerbi ad carnem cõfitentur, & nõ anathematizat prædicta impijssi. conscripta, & eos, qui similia his sapuerunt, uel sapiunt, sed & omnes, qui contra rectam fidem scripserunt, aut cõtra beatę memorię Cyrillũ, uel. 12. eius capitula, & in hac ĩpietate defuncti sunt, tales anathema sint.

Cap. 14.

Dñatur epl'a. quam scripsit Iba.

Siquis defendit epistolam, quã dicitur Ibã scripsisse ad Marim Persam, quæ denegat quidem Dei uerbum de sancta genitrice semperq́; uirgine Maria incarnatum hominem factum. Dicit autẽ purum hominem ex ea natũ fuisse, quem templũ uocat, tanq̃; alio existente Deo uerbo, & alio homine, sed &. S. Cyrillum rectam Christianorum fidem p̃dicantem, reprehendit hæreticum, & similia scelesti Apollinaris scribentem, atq; uituperat Ephesinam sanctam primam synodum, tanq̃; sinè iudicio & requisitione Nestorium deponentẽ, sed &. 12. capitula beatæ memorię Cyrilli impia & aduersa rectę fidei nominat p̃dicta impia epistola, & defendit Theodorũ & Nestorium & impia eorũ dogmata & conscripta. Siquis igitur

prędictam epiſtolam defendit, & nō eam anathemati ſubmittit, & eos, qui defendunt eam, & dicunt rectam eſſe, aut partem eius, & eos, qui cōſcripſerunt, uel ſcribunt pro ea, ſiue pro impietatibus, quæ in ipſa continentur, & præſumentes ea defendere, aut poſitas in ea impietates ex nomine ſanctorū Patrum, aut ſanctæ Chalcedonēſis ſynodi, & uſq; ad finem in his permanſerunt, talis anathema ſit.

His igitur ita confeſſis à nobis, quę & accepimus de diuina ſcriptura à ſanctorū Patrum doctrina, & definitis de una eademq; fide à p̄dictis ſanctis quatuor Concilijs, facta uerò & à nobis ſuper hæreticos, uel impietatē eorum, ſed & contra eos, qui defendere p̄ſumpſerunt, aut defendunt prædicta tria capitula, aut permāſerunt, & permanent in proprio errore, & condemnatione, ſi quis conatus fuerit contraria his, quæ à nobis piè terminata ſunt, tradere, aut docere, aut ſcribere, ſiquidē epiſcopus eſt, aut in clero connumeratus, talis extranea, & à ſacerdotum, & eccleſiaſtica diſciplina peragens, denudabitur ab epiſcopatu, aut clero, ſi autem monachus, aut laicus fuerit, anathematizabitur.

Finis capitulorum quintæ ſynodi.

AVRELIANENSE CONCILIVM ſecundum, circa tempus Vigilij Papæ: & eſt prouinciale. Cùm ex p̄ceptione glorioſiſſimorum Regum in Aurelianēſem urbem de obſeruatione legis catholicę tractaturi (Deo auxiliāte) ſancti Patres conuenirent, ibiq; quid de antiquis regulis, quid de nouis ambiguitatibus Concilium. 2. Aurelianen̄.

pro captu intelligentiæ (illuminante domino) senserint, expreſſè atque sigillatim, descriptisque constitutionibus, atque (Deo propitio) in posterum quę sint obseruanda, ex ueterum canonũ auctoritate sequentes canones cõscripserunt.

Canon primus.

Id ergo est constitutum, ut nullus episcoporum (admonente Metropolitano episcopo) nisi certa tędij causa detentus, ad concilium, uel ordinationẽ cõsacerdotis uenire penitus ulla excusatione detractet. *Canon. 2.*

Vt Metropolitani singulis annis cõprouinciales suos ad Concilium euocent. *Canon. 3.*

Ne quis episcopus, de quibuslibet causis, uel episcoporũ ordinationibus, cæterorumque clericorum aliquid pręsumat accipere, quia sacerdotem, nefas est, cupiditatis uenalitate corrumpi. *Canon. 4.*

Siquis sacerdotium per pecunię nundinum execrabili ambitione quęsierit, abijciatur ut reprobus, quia Apostolica sententia donum Dei esse pręcipit. pecuniæ trutina minimè comparandum. *Canon. 5.*

Matth. 10.

Nullus episcopus ad sepeliendũ episcopũ uenire conficta occasione dissimulet, ne cuiuslibet corpusculum diutius inhumatum, negligentia interueniente soluatur. Is uerò episcopus, qui defunctum aduenerit sepelire, præter expẽsam necessariam nihil pretij pro fatigatione deposcat. *Canon. 6.*

Vt episcopus, qui ad sepeliendum episcopũ uenerit, euocatis presbyteris in unam domũ ecclesiæ, adeat descriptum, qui idoneis perso-

nis custodiendam sub integra diligentia derelinquat, ut res ecclesiæ ullorum improbitate non pereant. Canon.7.

In ordinãdis Metropolitanis episcopis antiquam institutionis formulam renouamus, quã per incuriam omnimodis uidemus amissam. Itaq; Metropolitanus episcopus à cõprouincialibus clericis, uel populis electus, cõgregatis in unum omnibus cõprouincialib⁹ episcopis ordinetur, ut talis (Deo propitio) ad gradum huius dignitatis accedat, per quem regula ecclesiæ in melius aucta plus floreat.

Canon. 8.

Siquis diaconus, ĩ captiuitate redactus, uxori fuerit copulatus, reuersus, ab officij omnino ministerio remouẽdus est. Cui sufficere debet, pro actus sui leuitate impleta pœnitentia, pro satisfactione cõmunio. Canon.9.

Nullus clericorũ sinè permissione episcopi sui cum secularibus habitare p̃sumat. Quod si fecerit, ab officij cõmunione pellatur.

Canon.10.

Nullus nouercæ suæ, idest, uxori patris sui, ulla copulatione iungatur. Quod si præsumpserit, nouerit se anathematis supplicio feriendum. Canon.11.

Contraria matrimonia, accedente infirmitate, nulla uoluntatis contrarietate soluantur. Quod siqui ex coniugibus fecerint, nouerint se cõmunione priuandos. Canon.12.

Ne quis in ecclesia uotum suum cantando, bibendo, uel lasciuiendo exoluat, quia Deus talibus uotis irritatur, potius q̃ placatur.

Canon. 13.

Clerici, qui officium suum implere despiciunt, aut uice sua ad ecclesiam uenire detractant, loci sui dignitate priuentur.

Canon. 14.

Oblationem defunctorũ, qui in aliquo crimine fuerint interẽpti, recipi debere cẽsemus, si tamẽ nõ ipsi sibi mortem probẽtur proprijs manibus intulisse.

Canon. 15.

Presbyter, uel diaconus, si nec literas, uel baptizandi ordinem nesciat, nullatenus ordinetur.

Canon. 16.

Fœminę, quę benedictionem diaconatus hactenus cõtra interdicta canonum acceperint, si ad coniugium probant̃ iterum deuolutæ, à cõmunione pellantur. Quòd si huiusmodi cõtuberniũ, admonitæ ab episcopo, cognito errore dissoluerit, in cõmunionis gratiam, acta pœnitentia, reuertantur.

Canon. 17.

Placuit etiam, ut nulli postmodum fœminę diaconalis benedictio pro conditionis huius fragilitate credatur.

Canon. 18.

Placuit, ut nullus Christianus Iudęam, neque Iudęus Christianã in matrimonio ducat uxorẽ, quia inter huiusmodi personas illicitas nuptias esse cẽsemus. Qui si cõmoniti à cõsortio hoc se separare distulerint, à cõmunionis gratia sunt sine dubio submouendi.

Canon. 19.

Catholici, qui ab idolorum cultu se nõ custodiunt, nec ad integrã accepti baptismi gratiam reuertunt, uel, qui cibis idolorũ cultibus immolatis, gustu illicitę pręsumptionis utuntur, ab ecclesiæ cœtibus arceantur.

Canon.20.

Similiter & hi, qui bestiarum morsibus extincto, uel quolibet morbo, aut casu suffocato uescuntur.

Canon.21.

Abbates, qui episcoporum præcepta despiciunt, ad cõmunionem nec penitus admittantur, nisi contumatiam humilitate suscepta deponant.

Canon.22.

Sanè, siquis post hanc diligentissimam sanctionem, nõ obseruauerint, quæ sunt superius comprehensa, reos se diuinitatis pariter & fraternitatis iuditio futuros esse cognoscant.

Explicit secundũ concilium Aurelianense.

CANONES AVRELIANENSIS, Cõcilij tertij, tempore Childeberti regis. Estq́; prouinciale. Concilium .3. Aurelianense.

Cùm in Dei nomine Aurelianensem urbem ad synodale concilium Patres uenissent, de his, quę per longum tẽpus, obseruatione cessante, fuerint intermissa, priorum canonum tenore seruato, pręsentibus regulis uetera statuta seruanda, & noua pro causarum, uel tempoꝶ conditione addenda crediderunt.

Canon.1. Ne à subdiacono, & supra quis se proprij uxoribus misceat.

Vt nullus clericorum, à subdiacono, & supra, quos uxores in ꝓposito suo accipere inhibetur, propriæ (si fortè iam habeat) misceatur uxori. Quod si fecerit, laica cõmunione cõtentus, iuxta priorũ canonum statuta ab officio deponatur. Quem, si sciens episcopus suus in hac uilitate permixtionis uiuentem, ad officiũ postea admiserit, & ipse episcopus ad agendã pœnitentiam tribus mensibus sit à suo offi-

cio sequestratus.

Canon.2. De electione Metropolitanorum.

De Metropolitanorum uerò ordinationib9 id placuit, ut Metropolitani à Metropolitanis omnibus (si fieri potest) pręsentibus cōprouincialibus ordinentur, ita ut ipsi Metropolitano ordinandi priuilegium maneat, quem ordinationis consuetudo requirat. Ipse tamē Metropolitanus à cōprouincialibus episcopis (sicut decreta sedis Apostolicæ continent) cum consensu cleri, uel ciuium eligatur. De cōprouincialibus uerò ordinandis, cū consensu Metropolitani, clerici, uel ciuium, iuxta priorū canonum statuta, electio & uoluntas requiratur.

Canon.3. De oblatis & collatis basilicis.

Si quæ oblationes ī quibuslibet rebus, atq; corporibus collatæ fuerint basilicis in ciuitatibus constitutis, ad potestatē episcopi redigantur. Et in eius sit arbitrio, quid in reparatione basilicæ, aut obseruantium ibi substantiæ deputetur. De facultatibus uerò parochiarū, uel basilicarum in pagis ciuitatum cōstitutis, singulorum locorum consuetudo seruetur.

Canon.4. De ordinatis clericis, ne nubant, & ne quis inuitus ordinetur.

Clerici uerò, qui cū uxores non habuerint, benedictione suscepta, cōiugia crediderint eligenda, qui uolētes absq; ulla reclamatione in ætate fuerint legitima ordinati, cū ipsis mulieribus, quas acceperunt, excōmunicatione percellantur. Quòd si inuitus, uel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidē deponatur, sed nō à cōmunione pellatur. Episcopus autē, qui

D.74. Epus qui inuitum.

inuitum aut reclamantem præsumpserit ordinare, annuali pœnitentiæ subditus, Missas facere non præsumat. De adulterijs autem honoratorum clericorum, id obseruandum est, ut si quis adulterasse, aut confessus, uel conuictus fuerit deposit⁹ ab officio, cõmunione cõcessa, in monasterio toto uitæ suæ tẽpore detrudatur. D.81. Siquis cler. inuitũ.

Canon.5. De clerico conuicto de furto, aut falsitate, & de periuro.

Siquis clericus furtum, aut falsitatem cõmiserit, quia capitalia etiam ipsa sunt crimina, cõmunione concessa, ab ordine degradetur. De periurio uerò id censuimus obseruandum, ut siquis clericus in causis, quæ sub iureiurando finiendæ sunt, præbuerit iuramenta, & post, rebus euidentibus, detegitur peierasse, biennij tempore à cõmunione pellatur.

Canon.6. De his, qui uxoribus defunctis, concubinas crediderint sociandas.

De his, qui ex concubinis filios habent, & uxores legitimas post habuerint, aut defunctis uxoribus, sibi concubinas publicè crediderint sociandas, id obseruandum esse censuimus, ut sicut eos, qui iam sunt clerici per ignorantiam ordinati, non remouemus, ita statuimus, ne ulterius ordinentur.

Cap.7. De incæstis coniunctionibus, uel à quibus personis coniugalis copula sit obseruanda.

De incæstis coniunctionibus ita, quæ sunt statuta, seruentur, ut hi, qui aut modo ad baptismum ueniunt, aut quibus patrum statuta sacerdotali prædicatione antea in notitia non uenerunt, ita pro nouitate conuersionis ac fi-

dei suæ credidimus consulendum, ut cõtracta hucusq; huiusmodi coniugia non soluantur, sed in futurum, quod de incęstis coniunctionibus in anterioribus canonibus interdictũ est, obseruetur, idest, nequis sibi sub coniugij nomine sociare præsumat relictam patris, filiam uxoris, relictam fratris, sororem uxoris, consobrinam, aut sobrinam relictam auunculi, uel patrui. Quòd siqui in hoc incęsti adulterio, potius q̃ coniugio fuerint, sociatiq; diu, se nõ sequestrauerint, à cõmunione ecclesiastica repellantur. Illud etiam adijciendum esse credidimus, ut in episcopi discussione consistant. De his, qui in ciuitate sua ac territorio consistunt, & tali sunt ordine sociati, utrum ignorãter ad illicita coniugia uenerint, aut per contumatiã, quæ sunt interdicta, pręsumpserint, quia sicut his, qui per ignorantiã lapsi sunt, subuenitur, ita illis, quibus prius Patrum statuta in notitia uenerunt, quiq; etiam contra sacerdotum interdicta in tali permixtione uersantur, priorum canonum in omnibus statuta seruentur, ut nõ prius ad cõmunionẽ recipiantur, quàm incęsti adulterium (sicut scriptum est) separatione sanauerint, quia in lege domini manifestè legitur, Maledictus, qui dormit cũ uxore patris sui, cũ priuigna, uel uxoris suæ sorore, & reliqua his similia. Quo fit, ut quos Deus maledixit, nos nisi emendatos, benedicere nõ possumus.

Deut. 27.

Canon. 8. De clericis propter patrocinia secularium officium suum minus implentibus.

Si clerici ministeria suscepta quacunq; oc-

casione agere sicut & reliqui, detractant, & excusationē de patrociniis quorumcunq;, ne officium impleant, p̄tendunt, ac sacerdotes suos sub huiusmodi causa æstimant per inobedientiam contēnendos, inter reliquos clericos canonicos, ne à licentia alij uitientur, nullatenus habeantur, nec ex rebus ecclesiasticis cum Canonibus stipendia, aut munera ulla p̄cipiant.

Canon. 9. De agris ecclesiæ ab episcopo inutiliter distractis.

De agellis uerò cæterisq; facultatibus ecclesiasticis à sacerdotibus nō alienandis, nec per cōtractus inutiles obligandis, priorum canonum statuta seruentur, ut nobis per nullos cō tractus res ecclesiasticas alienare, aut inutiliter liceat obligare. Ea etiam, quæ de rebus ecclesiasticis ab antecessoribus alienata, uel quibuscunq; instrumentis inutiliter in dispendiū ecclesiæ obligata noscuntur, & intra trecennaria tempora repetitio suppetit, quæ acta sunt, suffragante iustitia, per publicum aut clericorum iudicium reuocentur. Quòd si is, qui rem ecclesiasticam tenet, admonitus iudicium declinarit, quousq; aut ad discussionem ueniat, aut rem ecclesiasticam restituat, communione priuetur.

Canon. 10. De mancipijs Christianis, quæ Iudæorum seruitio detinentur.

De mancipijs Christianis, quę in Iudęorum seruitio detinentᷓ, si eis, quod Christiana religio uetat, à dominis imponitur, aut si eos de ecclesia excusatos tollant pro culpa, quæ remissa est, & affligere, aut cedere fortasse præsumpserint, & ad ecclesiā iteratò confugerint,

nullatenus à sacerdote reddãtur, nisi pretium offeratur, ac detur, quod mancipia ipsa ualere pronuntiauerit iuxta taxationẽ. Christianis quoq; omnibus interdicimus, ne Iudæorũ con iugijs misceantur. Qui si fecerint, usq; ad secre stationem, quisq; ille est, cõmunione pellatur. Item, Christianis cõuiuia interdicimus Iudæo rum, in quibus si fortè fuisse probãtur, annuali excõmunicationi pro huiusmodi contumacia subiacebunt.

Canon. 11. Vt Missarum celebritas hora tertia inchoetur.

De Missarum celebritate in præcipuis dũtaxat solẽnitatibus, id obseruare debemus, ut hora tertia Missarum celebratio in Dei nomine inchoetur, quo facilius intra horas competentes ipso officio expedito, sacerdotes possint ad uespertina officia, idest, in uespertino tẽpore conuenire, quia sacerdotem uespertinis offi cijs ad ecclesiam talibus præcipuè diebus, nec decet deesse, nec conuenit.

Canon. 12. Quòd id, quod clerici beneficio ecclesiæ perceperint, à successore non auferatur.

De munificentijs uerò sacerdotum id obser uandum, quod sicut, siquid præsenti tempore à cle ricis decẽtibus munificentij habetur, uel possi detur, deinceps à successoribus nullatenus au feratur, ita qui decessorum largitatibus gaudent, officia & ecclesiæ obedientiam, & affectum sacerdotibus præbeant. De quibus tamẽ munificentijs, quæ præsenti tempore, ab his (si cut dictum est) possidetur, si pro opportunita te episcopo placuerit, quod uoluerit cõmutare, sine accedẽte dispendio in locis alijs cõmu-

tetur. De munificentijs uerò præsentibus, quas unusquisque clericus, pro sua gratia eorum obsequijs existimat conferenda, sicut in arbitrio dātis est, ut tribuere, quibus uoluerit, debeat, ita si inobedientia, uel cōtumatia in aliquo accipientis extiterit, culpa agnita in arbitrio sit p̄sentis, utrum, uel qualiter debeat reuocare.

Canon. 13. De clericis, qui in oratorijs ordinationem acceperint.

De his uerò clericorum personis, quę de Ciuitatensis ecclesiæ officio monasterij, uel diœcesis, uel basilicis in quibuscūque locis positis, idest, siue in territorijs, siue in ipsis ciuitatibus suscipiuntur ordinandæ, in potestate sit ep̄i, si de eo, quod ante de ecclesia habebant, eos aliquid, aut nihil ex inde habere uoluerit, q̄a unicuique facultas suscepti monasterij, diœcesis, uel basilicæ debet plena ratione sufficere.

Canon. 14. De clericis contumacibus.

Siquis superbia elatus, officium suum indignatione quacunque implere noluerit, iuxta statuta priora, à cōmunione retentus, & ab ordine depositus tādiu habeatur, q̄ diu (sicut scriptum est) pœnitentiæ suppletione satisfecerit p̄sente Pontifice. Tamē illis regulariter, iuxta charitatem integram, & quæcunque illis stipendiorū iuxta cōsuetudinem debentur, pro qualitate temporis sunt ministranda. De quibus si querela procedat, officium agens recurrat ad synodum.

Canon. 15. De clericis iniustè oppressis à suis Pontificibus.

Siquis clericorum circa se districtionē episcopi sui putat iniustam, iuxta antiquas con-

ſtitutiones recurrat ad ſynodum.

Canon.16. De clericorum conſpiratione per rebellionem in ſcripturis, aut alias factam.

11.q.1. Siqui clericorum.

Siqui clericorum (ut nuper in multis locis per ſuperbiam diabolo inſtigāte actum fuiſſe perpatuit) rebelli auctoritate ſe in unum, coniuratione intercedēte, colligerint, aut ſacramēta inter ſe data, aut chartulam conſcriptā fuiſſe patuerit, nullis excuſationibus præſumptio labatur, ſed res detecta, cū in ſynodum ueniū fuerit, in præſumptores iuxta perſonarum, & ordinum qualitatem à Pontificibus, qui tunc in unum collecti fuerint, uindicetur. Quia ſicut charitas ex pceptis diuinis corde, nō chartulæ conſcriptione, uel coniuratione eſt exhibenda, ita quæ ſupra ſacras admittunt ſcripturas, auctoritate & diſtrictione Pōtificali: ſunt reprimenda.

Canon.17. De ſacerdotibus eccleſiæ res debitas occupantibus.

Siquis ſacerdos res eccleſię debitas, uel proprias horrēda cupiditate occupauerit, retinuerit, aut à poteſtate ex cōpetitione perceperit, ſi eas nō reſtituerit, nullis rebus excuſetur. Sed & ſi agnito iure eccleſiaſtico non ſtatim eccleſiæ, uel ſacerdoti reformauerit, ut ipſum ius agnoſcere poſſit, & in iudicium electorum uenire diſtulerit, tādiu à cōmunione eccleſiaſtica ſuſpendatur, q̄ diu reſtitutis rebus, tam eccleſiam, q̄ ſacerdotem reddat indemnem. Similis

De retinentibus defunctorū oblationes.

etiam de his, qui oblationes defunctorum legaliter dimiſſas quolibet ordine aſſignare tardauerint uel detinere pręſumpſerint, diſtrictionis eccleſiaſticæ iuxta priores canones forma ſeruetur.

seruetur. Cui etiam sententiæ subiacebit, quisquis ille quolibet ordine, quod pro deuotione sua ecclesiis dedit, reuocare præsumpserit.

Canon. 18. Quòd ministris ecclesiarum non liceat ecclesiæ res sine episcopi consensu alienare.

Abbatibus, presbyteris, aliisque ministris de rebus ecclesiasticis, uel sacro ministerio deditis, alienare, & obligare, absque permissu & subscriptione episcopi nihil liceat. Quòd si præsumpserint degradentur, cōmunione concessa. Et quod alienatum, uel temerè ordinatum est, ordinatione episcopi reuocetur. 12. q. 2. Abbatibus presbyteris.

Canon. 19. Quòd pœnitentia non sit iuuenibus temerè credenda.

De pœnitentium cōuersione, ut ne quis benedictionem pœnitentiæ iuuenibus personis credere præsumat, Certè coniugatis, nisi ex cōsensu pari, ætate iam plena eam dare non audeat. Aut si quis pœnitentiæ benedictione suscepta ad secularē habitum militiamque reuerti præsumpserit, excōmunicatione plectatur, uiatico concesso ad exitum.

Canon. 20. Ne seruus uel colonus ad honorem promoueatur ante acceptam ingenuitatem.

Vt nullus seruilibus, colonariisque conditionibus obligatus, iuxta statuta sedis Apostolicæ, ad honores ecclesiasticos admittatur, nisi prius aut testamento, aut per tabulas eum legitimè cōstiterit absolutum. Quòd siquis episcoporum, eius, qui ordinatur, conditionem sciens, trāsgredi per ordinationem indebitam fortasse uoluerit, anni spatio Missas facere non præsumat.

Canon. 21. Quòd die dominico operari non permittatur.

Quia persuasum est populis, die dominico cum caballis, & bobus, & uehiculis itinerare non debere, neq; ullam rem ad uictum pręparare, uel adnotiorem domus uel hominis pertinentē, nullatenus exercere (quæ res quia ad Iudæam magis, q̃ ad obseruantiam Christianam pertinere probatur) id statuimus, die dñi co, q̄ antè fieri licuit, licere. De opere tamē rurali. i. agricultura, uel uinea, uel sectione, uel messione, excussione, uel ex acto sæpe censuimus abstinendum, quo facilius ad ecclesiam uenientes, orationis gratia uacent. Quòd si inuentus fuerit quis in operibus suprascriptis, quæ interdicta sunt, se exercere, qualiter emendare debeat, non in laici districtione, sed in sacerdotis castigatione consistat.

Canon. 22. Vt ante dominicam orationem expletam, de ecclesia nullus discedat.

De Missis nullus laicorum antè discedat, q̃ dominica dicatur oratio. Et si episcopus præsens fuerit, eius benedictio expectetur. Sacrificia uerò matutina, Missarum, siue uespertinarum nequis cum armis pertinentibus ad bellorum usum expetat. Quod qui fecerit, in sacerdotis potestate cōsistat, qualiter eius districtione, debeat castigari.

Canon. 23. Quando Iudæis inter Christianos procedere non liceat.

Quia (Deo propitio) sub catholicorum Regum dominatione uiuimus, Iudæi à die cœnę domini usq; in secundam sabbati in Pascha, hoc est, ipso quatriduo procedere inter Chri-

ſtianos,neque catholicis populis ſe ullo loco, uel quacunq; occaſione miſcere præſumant.

Canon.24. De hæreticis,uel Bonoſiacis.

Iudex ciuitatis,uel loci,ſi hæreticũ,aut Bonoſiacum,uel cuiuslibet alterius hęreſis ſacerdotem, uel quãcunq; perſonam de catholicis rebaptizaſſe cognouerit, quia Reges non conſtat habere catholicos, non ſtatim rebaptizantes adſtrinxerit, & ad Regis fidem propterea diſtringendos adduxerit, annuali excõmunicatione ſubdatur.

Canon.25. Vt non liceat laicis clericos accuſare.

Clericum cuiuslibet ordinis abſq; Pontificis ſui permiſſu nullus præſumat ad ſecularẽ iudicem attrahere. Nec laico quemlibet clericum liceat accuſare. 11.q.1. Clericũ cuiuslibet.

Canon.26. Quid de epiſcopis,qui ſupraſcripta obſeruare diſtulerint.

Quocirca hac,quæ inſpirante Deo,cõmuni cõſenſu placuerunt,ſi quis Antiſtitum, uel eorum, quos ſpiritus Dei eſſe uoluerit ſucceſſores,relicta obſeruationis integritate,cuſtodire & implere neglexerit,reum ſe diuinitatis pariter & fraternitatis iudicio futurũ eſſe cognoſcat,quia & canones ſuos,nec ignorare quẽq;, nec diſſimulare,ideſt,pręteriri permittitur.

Expliciunt Canones Aurelian̄.ſynodi.

Sancti Quinciani Epiſcopi Eſculani ad Petrum Antiochenum fides.

Omnis, qui dicit unam naturam Dei uerbi & carnis, & non duas unitas indiuiſaſq;, damnetur. Fides à ſancto quintiano ẽpo expoſita.

Si quis confundit duas Chriſti naturas,di-

cens Deum paſſum carne ſecundum Apoſtolum, damnetur.

Si quis impaſſibilem, immortalem Deum uerbum dicit, conuerſum in Paſſione ac morte, & non hæc reddit eius carni, damnetur.

Si quis uocem triſagiam.i.ter ſanctam dicit propter nos crucifixam, & non dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei unigenitum, damnetur.

Si quis poſt uocem ter ſanctã dicit Deum crucifixum propter nos, & non potius unum filium, cui in medio ter ſanctæ uocis hymnus dicitur, damnetur.

Si quis hominem dicit, qui pro nobis crucifixus eſt, ſiue Deum, diuidẽdo naturas, & nõ eas copulando in crucifixione eius, dãnetur.

Si quis dicit duas perſonas ſeu ſubſiſtẽtias, & non potius duas naturas in unam perſonam, & unam ſubſiſtentiam in unum concurrentes, damnetur.

Si quis Deum hominẽ, & nõ magis Deum & hominem dicit, damnetur.

Si quis dicit creatum patris Verbum, & nõ magis eius carnem, damnetur.

Si quis dicit conſubſtantialem carnem domini Deo patri, & nõ potius Deum uerbum, damnetur.

Si quis dicit ſinè mente, & ſinè anima, dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, & pro ea habuiſſe diuinitatem, & quia ex hoc dicendum paſſum carne Deum uerbum, & non magis mente cũ anima rationali inhumanatũ Deum uerbum, & impaſſibilem dicendo eundẽ diui-

nitate,humanitate uerò passibilem,dãnetur.

Si quis quaternitatē introducit in trisagio, apponens post Trinitatem Christum crucifixum,anathema sit.

Si quis unum filium secat in dualitatem filiorum, anathema sit.

Si quis Dei uerbum & carnem dicit unam naturam, ignorans naturarum differentiam, anathema sit.

Si quis confundit Trinitatem, eundem dicens esse patrem,& filium,& spiritumsanctū, anathema sit.

Si quis distinguit unam essentiam Trinitatis in duas,anathema sit.

Si quis diuinam naturā filij confundit passionibus carnis eius, & non confitetur eum spiritu impassibilem,carne uerò passum, anathema sit.

Si quis dicit,Deum passibilitatem,aut mortem gustasse, tanquam ad hæc eum bona uoluntate uenisse,cùm conuersus esset, & non confitetur eum tanquam Deum nō fuisse sub dãnatione mortis,mortem uerò mortificasse per carnem suam mortalem,quā assumpsit, anathema sit.

Credimus enim quia uita, uita est,& nō recedit in mortem. Tu autē cognosce,& abscinde in quibus iniquè locutus es. Tamen sit,& est Dei gratia cū his, qui rectè prædicant uerbum Veritatis.

AVERNENSE CONCILIVM circa tempora Vigilij Papæ. Apud ecclesiam Auernam cum in Dei nomine,congregante.S. spiritu, consentiente domino gloriosissimo, Concilium Auernense.

proq; rege Theodeberto, in Auernam urbem sancta synodus conuenisset, ibiq; in ecclesia (ex more) Patres cōsedissent, inspectisq; canonibus id eis rationabile uisum est, ut q̄uis ecclesiasticæ regulæ penè omnia cōprehendant, quędam tamē uel adderentur noua, uel repeterentur antiqua. *Caput.1.*

In decr. Iuonis lib.4.

In primis placuit, ut quoties secundum statuta Patrum, sancta synodus congregaretur, nullus episcopus aliquam prius causam suggerere audeat, q̄ ea, quę ad emendationē uitę, ad serenitatē regulæ, ad animæ remedium pertinent, finiantur. *Cap.2.*

Qualiter sit eligendus Pontifex.

Placuit etiam, ut sacrum quis Pontificii honorem non uotis quęrat, sed meritis, nec diuinum uideatur munus cōparare rebus, sed moribus, atque eminentissimæ dignitatis apicem omnium conscendat electione, nō paucorum fauore. Sit in eligēdis sacerdotibus cura pręcipua, quia irreprehensibiles esse cōuenit, quos pręesse necesse est corrigendis. *Cap.3.*

De opertorio dominici corporis, seu palla altaris, nunquam sacerdotis corpus, dum ad tumulum euehitur, obtegatur, quia sacro uelamine usibus suis reddito, dū honorantur corpora, altaria polluuntur. *Cap.4.*

Ne ad nuptiarum ornatum ministeria diuina pręstentur, ne dum improborum contactu, pompaq; secularis luxuriæ polluuntur, ad officium sacri mysterij uideantur indigna. *Cap 5.*

Ne Iudæi Christianis populis iudices præponantur.

Cap.6.

Episcopus,præsbyter,atque diaconus tam sancta conscientia resplendeant, ut effugiant probitate actuum maledicorum obloquia,& testimonium in se diuinum implere contendant, quo dominus ait: Sic luceat lumen uestrum coram hominibus,&c. Matth.5.

Cap.7.Vt presbyteri plebes suas admoneant, quòd hospitales sint.

Placuit etiam, ut presbyteri suas plebes admoneant,ut hospitales sint,& nulli iter facienti mansionem denegent. Et ut omnis occasio rapinæ tollatur,nihil carius uendant transeuntibus,nisi quanto in mercato uēdere possunt. Quòd si carius uendere uoluerint, ad presbyterum transeuntes hoc referant, & illius iussu cum humanitate eis uendant.

Cap.8.

Quòd licitum sit episcopis, cū consilio cleri de thesauro ecclesiæ, familiæ & pauperibus eiusdem ecclesiæ, secundum canonicam institutionem,iuxta quod indiguerint,erogare.

Decreta Pelagij Papæ.

Pelagius,natione Romanus,sedit annos.11. menses.10. dies.28. Hic mox accusatus est, ꝙ malorum Vigilij Papæ causa fuisset non parua,quamobrem congregato clero & populo, apud.S.Petrum corā Narsete adscendit in ambonem, tenensq; Euāgelia ac crucem super caput, iurauit se nullum malū Vigilio intulisse, & sic populo satisfecit.Hic Pont.ecclesiam in magna tribulatione conseruauit. Canonicas preces ecclesiasticis quotidie perorandas in-

Pelagius Ponti.60.

Tempore huius fuit Atila, cognomento flagellum dei.

stituit,& defunctorum suffragia adprobauit. Hæreticos atq; schismaticos, haud paruo ecclesiasticorum leuamine, seculari potestate cohercendos indulsit.

Extat epistola Pelagij ad Vigilium episcopum, in qua solùm probat, congestis testimonijs ueteris ac noui testamenti, Patrem, & filium unum esse Deum, & Spiritum sanctũ ab eis non esse discretum. Contra quosdã qui dicebant, se non posse intelligere, qualiter Pater & filius essent unus Deus.

Conciliũ Aurelianeñ. 4.

AVRELIANENSE CONCILIVM quartum circa tempora Pelapij Papæ primi, & est prouinciale, fuit celebrata synodus ista tempore Childeberti regis. Cũ in Aurelianeñ. urbem unanimiter in Christi nomine sancta adfuisset congregatio sacerdotum, & de his, quę ad sacrum propositum pertinent, uel quę secundum ecclesiasticam ordinationem regulari conueniunt disciplinæ (Deo medio) tractata recepissent, placuit, ut quæ sunt definita, secundum antiquam consuetudinem inuiolata monstrentur. Et quò firmius statuta seruẽtur, cũ consensu oíum docet adnotata subscriptio.

Cap. 1. De festiuitate Paschali celebranda.

Placuit itaq;, ut sanctum Pascha secundum laterculum Victori, ab omnib9 sacerdotibus uno tempore celebretur. Quæ festiuitas annis singulis ab episcopo Epiphaniarum die in ecclesiis denuntietur. De qua solẽnitate, quoties aliquid dubitatur, inquisita, uel agnita per metropolitanos à sede Apostolica sacra constitutio teneatur.

Cap. 2. Vt quadragesima æqualiter teneatur.

Hoc etiam decernimus obseruandũ, ut quadragesima ab omnibus ecclesiis æqualiter teneatur. Neq; quinquagesimã, aut sexagesimã ante Pascha quilibet sacerdos præsumat in dicere. Sed neque per sabbata absq; infirmitate quisq; soluat quadragesimale ieiunium, nisi tãtùm die dominico prandeat. Quod fieri specialiter Patrum statuta sanxerunt. Siquis hanc regulam irruperit, tanq; transgressor disciplinæ à sacerdotibus censeatur.

Cap. 3. Vt primates ciuitatis Pascha in ciuitate celebrent.

Quisquis de prioribus ciuibus Pascha extra ciuitatem tenere uoluerit, sciat sibi à cuncta synodo esse prohibitũ. Sed principales festiuitates sub præsentia episcopi teneant, ubi sanctum decet tenere conuentũ. Tamen si aliquis certa necessitate astringatur, ut hoc implere nõ possit, ab episcopo postulet cõmeatum. Quod si hoc postulare despexerit, & eundem locum idem in festiuitate præsentibus tenere uoluerit, suspendatur.

Cap. 4. De ordinatione episcopi.

Id etiam regulare esse perspeximus decernẽdum, ut episcopus in ciuitate, in qua decreto eligitur ordinandus, in sua ecclesia, cui profuturus est, cõstituatur. Sanè si subito necessitas temporis hoc implere nõ patitur, licet melius esset in sua ecclesia fieri, tamen aut sub præsentia Metropolitani, aut certè cum eius auctoritate intra prouinciam omnino à cõprouincialibus ordinetur.

Cap.5. Quòd clerici canonum statuta ab episcopis percipiant.

Parochiani clerici à Pōtificibus suis necessaria sibi statuta canonum legēda percipiant, ne ipsi uel populi, quę pro salute eorum decreta sunt, excusent postmodum ignorasse.

Cap.6. De oratorijs, & clericis in illis seruire debentibus.

Vt in oratorijs domini clericorū nemo contra uotum episcopi, ad quem territorij ipsius priuilegium noscitur pertinere, peregrinos clericos intromittat, nisi forsitā quos probatos ibidem districtio Pontificis obseruare p̄cepit.

Cap.7. De alienatis à sacerdote cuiuslibet ecclesiæ.

Vt episcopus, qui de facultate propria ecclesiæ nihil relinquit de ecclesiæ facultate, idest, si aliter q̄ canones eloquuntur, obligauerit, uendiderit, aut distraxerit, ad ecclesiā reuocetur. Sanè si de seruis ecclesiæ libertos fecerit numero competenti, in ingenuitate permaneant, ita ut ab officio ecclesiæ non recedant.

Cap.8. De indignis ad sacerdotium promotis.

Siquis episcoporum sciens aut bigamū, aut internuptæ maritum, ad officium Leuiticæ dignitatis, siue presbiterij cōtra ius canonicum promouere præsumpserit, sciat se unius anni spatio ab omni officio sacerdotij esse suspensum. Qui si fortè sententiæ subiacere contēpserit, à cōmunione eius, usq; in aliam synodum se fraternitas uniuersa suspendat, illi uerò, qui illicitè promoti sunt, degradentur.

Cap.9. De non distrahendis his, quæ ecclesiis sunt collata.

Si quid abbatibus, aut sacris monasterijs, aut parochijs pro Dei contemplatione oblatum fuerit, in sua proprietate hoc abbates, aut

presbyteri minimè reuocabunt, nec alienari à cunctis fratribus debet quacunq; occasione. Quibus si fuerit necessariũ, ut statuta conuellant, non aliter ualeat, nisi fuerit sui episcopi subscriptione firmatum.

Cap.10. De his, quæ episcopus ecclesiæ dederit.

Quæcunq; ecclesiis à Põtificibus sub competenti ac iusto documento fuerint derelicta, ab hæredibus legitimis, dignũ est, ut pro Dei contemplatione seruentur.

Cap.11. De his, qui post baptismum dæmonibus offerunt.

Si quis post acceptum baptismi sacramentum ad immolata dęmonibus sumenda, tanquam ad uomitum reuertitur, si cõmonitus à sacerdote se corrigere ex hac præuaricatione noluerit, à cõmunione catholica pro emundatione sacrilegij suspendatur.

Cap.12. Quòd Christianus in pecudes non iuret.

Si quis Christianus (ut est Gentilium consuetudo) apud cuiuscunq; ferę uel pecudis exta inuocatis insuper nominibus Paganorum fortasse iurauerit, si se ab hac superstitione cõmonitus noluerit cohibere, donec reatũ emendet, à consortio fidelium, uel ecclesiæ communione pellatur.

Cap.13. Quòd ecclesia præiudicium nõ patiatur, ex alienatione bonorum per clericos.

Vt quicunq; clericus aliquid de iure ecclesiastico seu uerbo, seu per scripturam acceperit ad utendum, & post modum alienare quacunq; occasione uoluerit, non ualebit, quia secundum canonum instituta proprietatẽ ecclesię nõ uiolat in alios, quęlibet longa possessio.

Sed in Pontificis poteſtate conſiſtat, qualiter pro cōſeruando iure eccleſiaſtico rem poſſeſſam inter clericos debeat cōmunicare.

Cap.14. Quòd eccleſiæ collatum eſt, nec à collatore, nec ab illius hæredibus repeti non debet.

Quicunq; pro deuotione ſua oblationis ſtudio aliquid in campellis, uel in uiniolis, etiam abſq; ſcriptura probatur eccleſiæ contuliſſe, ſi poſtmodum ipſe uel hæredes eius quacunq; occaſione auferre à iure hoc eccleſiæ, uel alienare uoluerint, quoaduſque à tali intentione diſcedāt, aut peruaſa reſtituant, aut certè à cōmunione eccleſiaſtica ſuſpendantur.

Cap.15. De mancipijs propter ſpem coniugij ad eccleſiam confugientibus.

Quæcunq; mancipia ſub ſpetie coniugij ad eccleſiæ confugerint ſepta, ut per hoc credant poſſe fieri coniugia, minimè eis licētia tribuatur, nec talis coniunctio à clericis defenſetur, quia probatum eſt, ut ſinè legitima traditione coniuncti pro religionis ordine ſtatuto tēpore ab eccleſiæ cōmunione ſuſpendantur, ne in ſanctis locis talis coitus miſceatur. De qua re decernimus, ut parentibus, aut proprijs domi nis (pro ut ratio poſcit) perſonarum accepta fide reſtituti ſub ſeparatione promiſſioni reddantur. Poſtmodum tamen à parentibus atq; dominis conceſſa libertate, ſi uoluerint, eos propria uoluntate coniungant.

Cap.16. De homicidio uoluntario.

Quiſquis homicidium uolūtate cōmiſerit, ita ut occidere audeat innocentem, ſi à principibus aut à parentibus quacunq; re ſe reddi-

derit absolutum, modus pœnitentiæ distringẽdi in sacerdotis potestate consistat.

Cap.17. De mulieribus in adulterio cũ clericis deprehensis.

Siquæ mulieres fuerint prolapsæ in adulterium cũ clericis, districtione adhibita, mulieres ipsæ, pro ut sacerdoti uisum fuerit, districtioni subiaceant, & à ciuitatibus, ut sacerdos præceperit, propellantur.

Cap.18. De mancipijs Christianis seruientibus Iudæis.

Cũ prioribus canonibus fuerit definitum, ut de mancipijs Christianis, quę apud Iudęos sunt, si ad ecclesiam confugerint, & redimi se postulauerint, etiam si ad quoscunq; Christianos refugerint, & seruire Iudæis noluerint, taxato & oblato à fidelibus iusto prętio ab eorum dominio liberẽtur. Itidem statuimus, ut tam iusta constitutio ab omnibus catholicis obseruetur.

Cap.19. De Iudæis, qui aduenam uel Christianum ad Iudaicam superstitionem seduxerint.

Hoc etiam decernimus obseruandum, ut si quicunq; Iudæus proselytum (qui aduena dicitur) Iudæum facere præsumpserit, aut Christianum factum ad Iudaicam superstitionem adducere, uel si Iudęus Christianam ancillam suam sibi crediderit sociandam, uel si de parẽtibus Christianis natũ Iudæum sub promissione fecerit, libertatis mancipiorum amissione mulctetur. Ille uerò, qui de Christianis natus Iudæus factus est, si sub conditione fuerit manumissus, ut in ritu Iudaico permanens, habeat libertatẽ, talis conditio non ualebit, quia iniustũ est, ut ei libertas maneat, qui de Chri-

ſtianis parentibus ueniens, Iudaicis uult cultibus adhærere.

Cap.20.De exiſtentibus genere ſeruilibus perſonis.

De genere ſeruili id decreuimus obſeruandum,ut deſcendens inde poſteritas,ubicunq;, quis poſt longa ſpatia temporum reperiatur in loco,cui auctores eius conſtat fuiſſe depoſitos ſtudio ſacerdotis, in ea,quæ conſtituta eſt à deuotis,cõditione permaneat. Cui pręcepto ſiquis ſecularium humanæ cupiditatis impulſu crediderit obuiandum , quouſque ſe corrigat,ab eccleſia ſuſpendatur.

Cap.21. De facientibus in agro ſuo oratorium.

Siquis in agro ſuo, aut habet, aut poſtulat habere diœceſim , primũ & terras ei diſponat ſufficienter,& clericos,qui ibidem ſua officia impleant, ut ſacratis locis reuerentia cõdigna tribuatur.

Cap.22. De agellis ſacerdotum.

Quiſquis agellum eccleſiæ in die uitæ ſuæ à quocunq; ſacerdote, cui poteſtas eſt,acceperit poſſidendum,quęcunq; ibi profecerint,alienandi nullam habeat poteſtatem, nec ibi parẽtes ſui ex ea re aliquid exiſtiment uindicandũ.

Cap.23. De ſubſtituendo Antiſtite.

De ſubſtituendo Antiſtite,ſi fortaſſis mora extiterit, & uolũtate deceſſoris antè fuerit res ſubarrata,q; ſucceſſor accedit eccleſiæ, nõ impediat ſucceſſorem.Si quiſpiam clericorũ aliquid de facultate illa præſumpſerit,in poteſtate ſit aduenientis epiſcopi , utrum ſua debeat uoluntate adire,an reijcere decceſſori , nec eccleſię in obiecto ueniant tempora legibus cõ-

ſtituta, dum non extitit perſona, quæ de utilitate eccleſiæ cogitarit. *Cap. 24.*

Siquis epiſcopus alterius eccleſię clerico de facultatib⁹ ſuę eccleſiæ aliquid ſub titulo quocunq; donauerit, poſt eius obitum, qui acceperit, ad eccleſiæ ius, de cuius facultate diſceſſerat, reuertatur, quia iniquum eſt, ut ſub hac ſpecie damnum eccleſia, quę multis ſubuenit, patiatur.

Cap. 25. Vt quæ ſtatuta ſunt, obſeruentur.

Quapropter (auxiliante domino) quæ ſynodus ſancta conſtituit, decernimus, ut à cũctis fratribus hæc definitio ſancta cõſeruetur.

Expliciunt canones ſynodi Aurelianeñ. 4.

TVRONICA SECVNDA SYNODVS circa tẽpora Pelagij papę primi, eſt ꝑuincialis. Turonica ſynodus.

Eccleſiaſticę diſciplinæ debet eſſe ſuffragiũ congregatio ſacerdotum, nec aliud erit ſuæ ſolicitudinis tam peculiare conſcribere, q̃ quod ad fundamentũ religionis proficere recognouerit, operari non ceſſet, ut cũ paſtoralis cautela propagatur in ouilis cuſtodia, paucorũ ueneranda decreta ſint ſalutis publicę documenta. Et quoniam, quod omitti nõ decet, oportet implere, præſertim cùm cuius animarum intellectualium (de quibus Deo cura eſt) forma proceſſit, eius traditionis lex ad Põtifices manauit, neceſſe eſt uigilantiſſimè prouidere, repulſo torpore, ut quicquid ab antiquis Patribus ſtatutum de tramite canonico, quarundã perſonarum temeritate cernitur imminutum, reuocandum eſt in ſtatum priſtinũ, ut poſſint malè admiſſa corrigi, & nõ admittẽda dãnari. Procemium.

Magnâ est enim in ipsa seueritate pietas, per quam tollitur peccandi facultas. Nam ubi insana libertas generat uulnera, sacerdotalis districtio dat medelã. Quapropter (Christo auspice) in Turonica ciuitate concilio concordãte, iuxta conniuentiam gloriosissimi domini Arithberti regis annuentis coadunati pro pace, & instructione ecclesiæ, opportunum credidimus, subter adnexa decreta cõficere, & subscriptionibus proprijs roborare, ut retundant noxia, propagentur optata, ne taciturnitate silentij, uitiosorum criminum nutriri uideretur licentia, nõ abscindi, & quæ opportuna erant pro qualitate temporis adijci, non paterentur negligi, sed procurentur impleri.

Nota.

Canon primus.

Ideo placuit, propter celeste illud mandatum: Pacem meam do uobis, &c. Vt Pontificalis affectus inter consacerdotes inuiolabiliter conseruetur. Verùm si pro peccatis (ut assolet) ex causa liuor emerserit, ut pẽdente certamine sibi inuicem reconciliari nõ possint, electis ab utraq; parte fratribus .i. presbyteris, pponderante dulcedine, litis iacula finiant, & uota pacis acquirant.

Ioan.14.

De pace sacerdotali.

Canon.2.

Vt corpus domini in altari, nõ in armario, sed sub crucis titulo componatur.

Canon.5. Ne laici in ecclesia clericis misceantur.

Vt laici secus altare, quo sancta mysteria celebrantur, inter clericos, tam ad uigilias, q̃ ad missas stare pœnitus non pręsumant, sed pars illa, quæ à cãcellis uersus altare diuiditur, choris tantum psalentium pateat clericorum. Ad

orandum

orandum & cõmunicandum laicis, & fœminis (sicut mos est) pateant sancta sanctorum.

Canon. 4.

Vt unaquęq; ciuitas pauperes, & egenos incolas alimentis congruentibus pascat secundum uires, ut tam uicini presbyteri, q̃ ciues omnes suũ pauperem pascant, quo fiet, ut ipsi pauperes, per ciuitates alienas nõ fatigentur. De pastu pauperũ, pprior.

Canon. 5.

Vt nullus clericorum, uel laicorum pręter episcopum, epistolia facere pręsumat. De epistolis dandis.

Canon. 6.

Vt episcopus, nec abbatẽ, nec archipresbyterum, sine omnium suorum cõpresbyteroꝝ, & abbatum consilio de loco suo pręsumat eijcere, neq; per pręmium alium ordinare, nisi facto concilio tam abbatum, q̃ presbyterorum suorum. Quem autem negligentia eijcitur, cũ omnium presbyterorum consilio refutetur. De remotione abbatum.

Canon. 7. Ne clericus familiaritate extranearum mulierum utatur.

De familiaritatib⁹ mulierum, licet crebrius sit in canonibus replicatum, attamen necesse est, ut sicut secta uirgulta, quæ malè pullulauerant, rursus fidei fasce succidantur, etiam radicitus eruantur, nullus deinceps clericorũ pro occasione necessitatis faciendæ uestis, aut causa ordinandæ domus extraneam mulierem in domo sua habere pręsumat. Et cùm iubeamur uictum, aut uestitũ artificiolo quærere, & manibus proprijs laborare, quid opus est in domo serpentem includere pro ueste, quæ multiformem uestem non propterea deponitur, ut Vitanda familiaritas mulierum.

nudetur, sed ut se gratiorem, dum remouetur, ostendat. Canon. 8.

* Episcopus coniugem, ut sororem habeat, & ita sancta gubernatione gubernet domũ omnem, tam ecclesiasticam, q̃ propriam, ut nulla de eo suspitio quaqua ratione consurgat. Et licet (Deo propitio) clericorum suorũ testimonio uiuat, quia cũ illo tam in cella, q̃ ubicũq; fuerit, secũ habitent, eumq; sequantur & presbyteri, & diaconi, uel deinceps clericorum turba iuniorum (Deo adiutore) conuersantur, sic tamen propter Zelotem Deum nostrum tam longè absint, mansionis propinquitate diuisi, ut nec hi, qui ad spem recuperandam clericorum seruitute nutriuntur, famularum propinqua contagione polluantur.

Eps, in domo, ac alias haberẽ debet suæ bonæ cõuersatio nis testes.

Censura. * *Intellige hunc Canonem iuxta usum Orientalis ecclesiæ, in qua coniugatus promouebatur ad sacerdotium.*

Canon. 9.

Epsm mulieres prosequi non debent.

Episcopum, episcopam nõ habentem, nulla sequatur turba mulierũ, licet salu etur uir per mulierem fidelem, sicut & mulier per uirum fidelem, ut Apostolus ait. Nam ubi talis custodia necessaria non est, quid est necesse, ut miseria ꝓsequatur, unde fama consurgat. Habeant ministri ecclesiæ, utiq; clerici, qui episcopo seruiunt, & eum custodire debent, licentiã extraneas mulieres de frequentia cohabitationis eijcere. Canon. 10.

Corin. 7.

Duo clerici, aut duo monachi in uno strate recumbere nõ debent.

Et ne occasio famam laceret honestatis, q̃a aliqui laici, dum diuersa perpetrant adulteria, hoc, quod de se sciunt, in alijs suspicãtur (sicut ait Seneca) pessimum in eo uitium esse, qui in

id, quo insanit, cæteros putat furere. Vt ergo ipsi putandi, aut certè æstimandi locus amputetur, nullus sacerdotum, aut monachorũ colligere alium in lecto suo præsumat. Neq; liceat monachis cellas habere cõmunes, ubi aut bini maneant, aut singulares reponi possint, sed schola labore cõmuni cõstruatur, ubi omnes iaceant, aut Abbate, aut Præposito iminente, ut dum duo, uel tres uicissim & legant, & excubent, alij consolentur, ut nõ solum sit custodia corporũ, sed & surgat pro lectione assidua profectus animarum.

Canon. 11.

Si qui in monasterio conuersi sunt, aut conuerti uoluerint, nullatenus exinde habeant licentiam euagandi, nec (quod absit) ullus eorũ coniugem ducere, aut extranearũ mulierũ familiaritatem habere. Nam (sicut supradictum est) si uxorem duxerit, excommunicetur, & de uxoris malæ societatis cõsortio, etiam iudicis auxilio separetur. Quòd si iudex ad hoc solatium dare noluerit, excõmunicetur. Qui infœlix monachus tali coniunctione fœdatus, si p cuiuscunq; patrocinium se conatus fuerit defensare, & is, qui in hac pertinacitate pdurat, & ille, qui eum exceperit, ad defensandum ab ecclesia segregentur, donec reuertatur ad septa monasterij, & indictam ab abbate, q̃diu præceptum ei fuerit, agat pœnitentiam.

Monachus cõiugio nõ copuletur.

Canon. 12.

Mulier intra septa monasterij nullatenus introire permittatur. Si abbas in hac parte, aut præpositus negligens apparuerit, qui eam uiderit, & non statim eiecerit, excõmunicetur.

Mulier sola monasterium non adeat.

Canon.13.

De obſeruatione ieiuniorū.

De ieiunijs uerò antiqua à monachis inſtituta ſeruentur, ut de Paſcha uſque quinquageſimam, exceptis Rogationibus, omni die fratribus prandium pręparetur. Poſt quinquageſimam tota hebdomada exactè ieiunēt. Poſteà uſq; ad Caleñ. Auguſti ter in ſeptimana ieiunent, ſecunda, & quarta, & ſexta die, exceptis his, qui aliqua infirmitate conſtricti ſunt. In Auguſto, quia quotidie Miſſæ ſanctorū ſunt, prandium habeant. In Septembri toto, & Nouembri (ſicut prius dictum eſt) ter in ſeptimana. De Decēbri uſq; ad Natale domini, omni die ieiunent. Et quia inter Natalem domini, & Epiphaniam omni die feſtiuitates ſunt, itemq; prandebunt. Excipitur triduum illud, quo ad calcandam Gentilium conſuetudinem Patres noſtri ſtatuerunt priuatas in Caleñ. Ianuarij fieri Litanias, ut in eccleſia pſallatur, & hora octaua in ipſis Calendis circuncisionis Miſſa (Deo propitio) celebretur. Poſt Epiphaniam uerò uſq; ad quadrageſimam ter in ſeptimana ieiunent.

Canon.14.

De obſeruatione pſallendi.

Itemq; pro reuerentia domini Martini, uel cultu ac uirtute id ſtatuimus obſeruādum, ut tam in ipſa Baſilica ſancta, q̄ in eccleſiis noſtris, iſte pſallendi ordo ſeruetur. Vt in diebus ęſtiuis ad matutinū ſex Antiphonæ binis pſalmis explicētur. Toto Auguſto manicationes fiant, quia feſtiuitates ſunt & Miſſæ. Septēbri ſeptem Antiphonæ explicētur, binis pſalmis. Octobri, octo ternis pſalmis. Nouembri, nouē ternis pſalmis. Decembri, decē ternis pſalmis.

Ianuario,& Februario itidem usq; ad Pascha. Sed ut possibilitas habet, qui facit amplius ꝑ se, & qui minus (ut potuerit) superest, ut uel duodecim psalmi expediãtur ad matutinum, quia Patrum statuta prȩceperunt, ut ad sextã sex psalmi dicantur cũ Alleluia,& ad duodecimã duodecim, itemq; cũ Alleluia,quod etiã (Angelo ostendente)didicerunt.Si ad duodecimam duodecim psalmi, cur ad matutinũ non itemq;,uel duodecim explicentur? Quicunq; minus q̃ duodecim psalmos ad matutinũ dixerit, ieiunet usq; ad uesperã, panem cũ aqua manducet, & non illi sit altera in illa die ulla refectio. Et qui hoc facere contempserit, una hebdomada panem cũ aqua manducet, & ieiunet omni die usq; ad uesperum.

Canon.15.

Archipresbyteri uerò uicani, & diaconi, & subdiaconi,non quidem omnes,sed plures in hac suspitione tenentur à populo,q̧ cũ coniugibus suis maneant. Pro qua re hoc placuit obseruare,ut quotiescunq; archipresbyter seu in uico manserit,seu ad uillam suam ambulauerit,unus lectorum canonicorum suorũ, aut certus aliquis de numero clericorũ cũ illo ambulet, & in cella,ubi ille iacet,lectum habeat pro testimonio.

Archipresbyteri cõiugati si ne testimonio clericorũ dormire non debent.

Canon.16.

Enimuerò,quoniã cognouimus nonnullos inueniri sequipedas erroris antiqui,qui Calẽ. Ianuarĳ colunt, cũ Ianus homo Gentilis fuerit,rex quidem,sed Deus esse nõ potuit.Quisquis ergo unum Deum patrem regnantem cũ filio,& spiritu sancto credit, certè hic non po-

De Calen. Ianuarĳ.

teſt integer Chriſtianus dici,qa aliqua de Gẽtilitate cuſtodit. Sunt etiam, qui in feſtiuitate cathedrę domini Petri apoſtoli cibos mortuis offerunt,& poſt Miſſas redeuntes ad domos proprias, ad Gentilium reuertuntur errores, & poſt corpus domini,ſacratas dęmoni eſcas accipiunt. Conteſtamur, illam ſolicitudinem tam paſtores ꝙ presbyteros gerere, ut quem cunq; in hac fatuitate perſiſtere uiderint, uel (neſcio) ad petras, aut arbores, aut ad fontes deſignata loca Gentilium perpetrare, quæ ad eccleſiæ rationem non pertinent, eos ab eccleſia ſancta auctoritate repellant, nec participare ſancto altario permittant, qui Gentiliũ obſeruationes cuſtodiunt. Quid enim dęmonib⁹ cũ Chriſto cõmune? cũ magis ſumendo cibũ delicta uideatur addere, ꝙ purgare.

De cathedra ſancti Petri.

Canon.17.

De hymnis recipiendis.

Et licet Ambroſianos habeamus hymnos in canone, tamẽ quoniam reliquorum ſunt aliqui, qui digni ſunt forma, cantare uolumus libenter, & amplecti eos pręter ea, quorũ actorum nomina non fuerint in limine pręnotata, quoniam quæ fidem conſtituerunt, dicendi rationi non obſtant.

Canon.18. De perſuaſoribus rerum eccleſiaſticarum.

Iſte canon habẽt in Pariſiẽſi ſynodo prima, in primo capi.

Placet itaque, ac omnibus nobis conuenit obſeruare, ut quia nonnulli memores ſui, per quaslibet ſcripturas pro captu animi, de facultatibus ſuis eccleſiis contuliſſe probantur, quod à diuerſis Deum minus timentibus, eatenus mortifera calliditate tenetur, ut aliorum oblatio illi pertineat ad ruinã, nec intueri cor-

de possunt diem iudicij, dū nimiæ cupiditatis delectantur ardore. Quicunq; ergo imemor interitus sui, res ecclesiis delegatas iniustè possidens, præsumpserit retinere, & ueritate cōperta, res Dei seruis suis dissimulauerit reformare, ab omnibus ecclesiis segregatus, à sancta cōmunione habeatur extraneus, nec aliud mereatur habere remedium, nisi culpā propriam rerum emendatione purgauerit. Indignè enim ad altare domini ꝓperare permittitur, qui res ecclesiasticas, & audet rapere, & in iniustè possidere, ac in iniqua defensione perdurat. Necatores enim pauperum iudicandi sunt, qui eorum taliter alimenta subtraxerint. Sacerdotalis tamen debet esse prouisio, ut uindictam admonitio manifestā pręcedat, ut res usurpatas si iniustè quis tulerit, adhibita æquitate restituat. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit, posteà prędonem sacerdotalis districtio maturata percellat, neq; quisq; per interregna res Dei defensare nitatur, quia Dei potentia, cunctorum regnorum terminos singulari dominatione concludit.

Canon.19. De iudicibus, qui pauperes opprimunt.

Vt iudices aut potentes, qui pauperes opprimunt, si commoniti à Pontifice suo se non emendauerint, excōmunicentur.

Canon.20.

Cauta enim est in salute prouisio ad effugiendam culpam delicti, aditum delinquendi repellere. Nullus episcoporum de ordinationibus clericorum pręmia p̄sumat exigere, quia non sacrilegium, sed hæreticum est, (sicut in

Sacerdotiū ꝑ pecuniā acquiri nō debet.

dogmatibus ecclesiasticis habetur insertum) ad ordinandum clericum per ambitionem, ad imaginem Simonis magi, pecuniam offerre sacerdoti, quia dicitur, Gratis accepistis, gratis date. Et cùm talis sit, qui gratiam Dei à sacerdote æstimat pretio comparari, qualis ille, qui uendidit, uterq; usque ad synodum ab ecclesia segregetur.

Actu.8.

Expliciunt Canones.2. synodi Turonicen.

Concilium Parisiense.1.

PARISIENSE CONCILIVM primum circa tempora Pelagij papæ primi. estq; prouinciale. Coniuncti in unū (Christo opitulante) Parisius pro utilitatibus ecclesiarum, unde non leuiter rationem sumus quandoq; reddituri, inquantum diuina pietas uirtutem dare dignata est, tentauimus salubri cōsyderatione ꝓspicere, ne dum periculosa abusione ordinatio superna negligitur, in nobis aliorum crimina uindicentur. *Cap.1.*

Itaq; placet, ac omnibus nobis cōuenit obseruare, ut quia non nulli memores sui &c.

In isto cap. agitur contra raptores, & in iustos possessores rerū ecclesiasticarum, est idē, quod habetur in secunda synodo Turonen. cap.18. *Cap.2.*

Sup.fol.187. pa.2.

Res epi confiscare ꝑsumat nemo.

Et quia episcoporum res proprię ecclesiarū res esse noscuntur, si in eorum facultatibus simili fuerit facultate grassatum, peruersores rerum memoratarum, canonum districtione feriantur, ut dum uindicta corrigit, qui morib⁹ proprijs ac nulla conscientiæ castigatione corripitur, saltem regulæ obtundatur aculeis. Perpetuo enim anathemate feriatur, qui res con-

fiſcare, aut competere, aut peruadere periculoſa infeſtatione præſumpſerit.

Cap.3.

Et quia exempla boni operis à Pōtificibus debent primum (Chriſto opitulante) procedere: nullus epiſcopus res competat alienas, aut ſi competitas, aut à ſe, aut ab anteceſſore ſuo fortè quis poſſedit, domino proprietatis poſſeſſionem propriam abſq; prȩiuditio liberalitatis regiæ, integra reformatione reſtituat, ut quia Deus dona reprobat iniquorum, non ad iuditium ſuū eccleſiȩ res exteras derelinquat.

Epũs alterius epi res nō cōpetat.

Cap.4.

Sacrarum etiam uirginum, neq; per raptū, neq; per competiones aliquas quiſq; cōiugia ſortiatur. Similiter de earum coniunctionibus abſtinendum (& hi, qui eas rapere, aut competere uoluerint, à cōmunione ſunt remouendi) quæ ueſtium cōmutatione tam uiduæ, q̃ puellæ religionem, pœnitentiam, aut uirginitatem publica declaratione fuerint profeſſȩ. Quòd ſi cōtra dicta quis uenerit, & ſacerdotem ſuum audire neglexerit, & in præſenti à cōmunione catholicæ eccleſiæ habeatur extraneus, & perpetuo anathemate feriatur.

De ſanctimonialiū raptu & indecenti copula.

Cap.5.

Et quia uniuerſis ſacerdotibus ita cōuenit, ut ſiquis de eis pro contemptu canonum, aut peruerſione eccleſiaſticarum à cōmunione eccleſiȩ aliquem fortaſſe ſuſpenderit, à nullo penitus epiſcopo recipi prȩſumatur. Quod ſi factum fuerit, is, qui eum contra indicta receperit, & à fratrum ſuorum erit concordia ſepara

Excōicatus ab alijs colligi nō debet.

tus, & æterni iudicis in futurum (ut confidimus) iracundiam sustinebit.

Cap. 6.

De ordinatione eporum.

Et quia in aliquibus rebus consuetudo prisca negligitur, ac decreta canonum uiolantur, placuit, ut iuxta antiquam consuetudinem canonum decreta seruentur. Nullus, ciuibus inuitis, ordinetur episcopus, nisi quē populi, & clericorum electio plenissima quæsierit uoluntate, nō principis * imperio, neq; per qualibet cōditionem contra Metropolis uoluntatē episcoporum cōprouincialium ingeratur. Quòd si per ordinationē regiam honoris sui culmen peruadere aliquis nimia temeritate præsumpserit, à comprouincialibus loci ipsius episcopus recipi nullatenus mereatur, quē indebitè assumptum agnoscunt. Siquis de comprouincialibus recipere eum contra indicta præsumpserit, sit à fratribus omnibus segregatus, & ab ipsorum omnium charitate remotus. Nam de actis ordinationibus pontificum ita conuenit, ut coniuncti metropolitanus cum suis cōprouincialib9 episcopis, uel quos uicinos episcopos eligere uoluerint, in loco ubi conuenerit, iuxta antiqua statuta canonum, omnia cōmuni consilio & sententia decernantur.

Cap. 7.

De ministerio seruorū degenerum.

De degenerib9 seruis, qui sepulchris defunctorum pro qualitate ipsius ministerij deputā tur, hoc placuit obseruari, ut sub qua ab actoribus fuerint conditione dimissi, & siue hæredibus, siue ecclesiæ pro defensione fuerint deputati, uoluntas defuncti circa eos in omnib9

debeat conseruari. Quòd si ecclesia eos de fisci functionib⁹ in omni parte defenderit, tam illi q̃ꝫ posteri eorum ecclesiæ defensione in omnibus potiantur, & occursum ĩpendant. Et quia huic definitioni coniuncti fratrũ interesse minimè potuerunt, hoc omnis congregatio sacerdotum (Christo propitiante) decreuit, ut constitutio p̃sens à quantis oblata fuerit, subscriptionibus tamẽ eorum debeat probari, quatenus in hoc, quod ab uniuersis obseruandum est, uniuersitas debeat consentire.

Expliciunt canones Parisiensis synodi. I.

AVRELIANENSE CONCILIVM quintum circa tempora Pelagij primi Papæ celebratum est. Conciliũ Aurelianeñ. 5.

Ad diuinam gratiam referendum est, cùm uota Principum concordant animis sacerdotũ. Vt dum fit Pontificale concilium, normã uiuendi teneat recapitulatio antiqua canonũ, ut locus & tempus, quia est in quibuscunque titulis ueterib⁹ adhęrens noua constitutio sanctionum. Igitur clementissimus Princeps triũphorum titulis inuictiss. dominus Childebertus, cùm pro amore sacrę fidei, studio religionis in Aurelianensium urbem congregasset in unum dominos sacerdotes, cupiens ex ore Patrum audire, quod sacrum est, & quod pro ecclesiastico ordine auctoritate promoueretur pastorali, & quod aduenientibus sit norma, & præsentibus sit disciplina, atque conueniens à præsenti tempore in posterum custodiri (præstante Deo) signanter est titulis prænotatum. Præfatio.

Caput primum.

Dogmata Eutychetis, & Nestorij dānanī.

Primum itaq;,nefarias sectas Eutychetis,& Nestorij,quas sedes Apostolica sancta condēnat,similiter & nos easdem cum suis auctoribus & sectatoribus execrantes, pręsentis constitutionis uigore anathematizamus,atq; dānamus,Apostolicum fidei ordinem in Christi nomine prædicantes.

Cap.2.

Nullus pro leuibus causis à cōmūione suspendi debet.

Nullus sacerdotum, quemq; rectę fidei hominem pro paruis & leuibus causis à cōmunione suspendat, pręter eas culpas, pro quib⁹ antiqui patres ab ecclesia arceri iusserunt cōmittentes.

Cap.3.

Nulli liceat epātum ꝑtio cōparare.

Vt nullum episcopatum per pręmia aut cōparatione liceat adepisci, sed uoluntate Regis iuxta electionem cleri ac plebis (sicut in antiquis canonibus continetur scriptum)consensu cleri ac plebis,à metropolitano,uel quē uice sua permiserit, cum cōprouincialibus Pontifex consecretur.

Cap.4.

Nullus inuitis ordinari debet ep̄s.

Item (iuxta quod antiqui canones decreuerunt) nullus inuitis detur episcopus, sed nec per oppressionem potentium personarum, ad cōsensum faciendum ciues,aut cleri (quod dici nefas est) inclinentur. Quod si factū fuerit, ipse episcopus, qui magis per uiolentiam, q̄ per decretum legitimū ordinatur, ab indēpto pontificatus honore in perpetuū deponatur.

Cap 5.

Nulli uiuenti episcopo alius superponatur, aut superordinetur episcopus, nisi forsitan in eius loco,quem culpa capitalis deiecerit.

Cap.6.

Quęcunq; puellę seu propria uolũtate monasterium expetunt, seu à parentibus afferuntur, annum in ipsa ueste, qua intrauerint, permaneant. In his uerò monasterijs, ubi non perpetuò tenentur inclusę, triennium in ea, qua intrauerint, ueste permaneant, & postmodum secundum statuta monasterij ipsius ĩ loco, quo elegerint permanere, uestimenta religionis accipiant. Quę si deinceps sacra relinquentes loca, propositum sanctum seculi ambitione trãscenderint, illę, quę in domib⁹ proprijs tã puellę q̃ uiduę cõmutatis uestibus conuertuntur, cũ his, quibus coniugio copulantur, ecclesiæ cõmunione priuentur. — De oblatione puellarum in monasterijs.

Cap.7.

Id etiam miseratione certè cõdiximus custodiri, ut qui pro quibuscunq; culpis in carceribus deputantur, ab archidiacono, seu à pręposito ecclesiæ diebus singulis dominicis requirantur, ut necessitas uinctorum secundum pręceptum diuinũ misericorditer subleuetur, atq; à Põtifice instituta fideli & diligenti persona, quæ necessaria prouideat, & cõpetens uictus de dono ecclesiæ tribuatur. — Qui in carceribus cõtinent, ab archidiacono diebus dñicis requirant.

Cap.8.

Et licet (propitio Deo) omnium dominĩ sacerdotum, uel quorumcunq; fidelium hæc cura posset esse, ut egentibus necessaria debeant ministrari, specialiter tamen debilibus, id pietatis causa conuenit, ut unusquisq; episcoporum incolis, quos infirmitatẽ incurrisse, tã territorij sui, q̃ ciuitatis agnouerint, de domo ecclesiæ iuxta possibilitatẽ uictui & uestitui necessaria subministret, ut nõ eis dęsit misericor- — De solicitudine infirmorũ, uel sustentatione.

diæ cura, quos per duram infirmitatem intolerabilis constringit inopia. Cap.9.

Hic canõ erat renouandus.

Nullus ex laicis absq; annua cõuersatione p̃missa episcopus ordinetur, ita ut intra anni ipsius spatium à doctis, & probatis uiris, disciplinis & regulis spiritualibus plenius instruatur. Quod si hoc quisq; episcoporũ transcendere quacunq; conditione prꝗsumpserit, anno integro ab officio, uel charitate fratrum habeatur extraneus. Cap.10.

Qui facultates eccl'iæ subtraxerit, puniatur.

Ne cui liceat res, uel facultates ecclesiæ, aut monasterijs, uel Xenodochijs pro quacunque eleemosyna cũ iustitia delegatas retentare, alienare, atq; subtraherẽ. Quod siquis fecerit, tanq̃ necator pauperum, antiquorum canonũ sententijs cõstrictus, ab ecclesiæ liminibus excludatur, q̃ diu ab ipso ea, quæ sunt ablata, uel retenta, reddantur. Cap.11.

Nullus eccl'iæ oblata auferre præsumat.

Quisquis etiam aut maiorum, aut mediocrium personarum, quodcunque muneris, uel facultatis sacerdotibus, aut ecclesiis, aut quibuslibet locis sanctorum studio mercedis cũ iustitia pro Dei contemplatione contulerit, & hæc ipsa, quę à parentibus donata noscuntur, postmodũ quis auferre pręsumpserit, superiori sententia, ut necator pauperum cõmunione priuetur. Cap.12.

De annua euocatione concilij.

His quoq;(Deo propitio) constitutis, quod pręcipuè in omnibus patrum cõcilijs habetur scriptum, congrua definitione sancimus, ut intra anni circulũ unusquisq; Metropolitanus episcopus, iunctis in unum locum cõprouincialibus suis, intra prouinciam suam studeat

habere conciliũ, ut aut, si qua accesserint, charitatis emendentur studio, aut si pax regalis, uel disciplina in cunctis permanserit, gratias Deo referant. Hęc ergo unanimiter definita seruantes, etiam pręteritorum statuta canonum, his decernimus, ut inconuulsa uniuersa seruentur.

Finis Aurelianeñ. concilij. 5.

Decreta Ioannis. 3. Papæ.

Ioannes tertius, natione Romanus, de patre Anastasio illustri, sedit annos. 12. menses. 11. dies. 26. Fuit temporibus Iustini iunioris Imperatoris. Hic Pont. ædem Apostolorum Philippi, & Iacobi à Vigilio inchoatam absoluit, & Narseti eunucho amicissimus fuit, eicꝫ consulatum impetrauit. Prodigiosam tempestatẽ, perturbationibus & annis plenus superauit. Ioan. 3. Põt. 61. Tẽpore huius Armeni Christũ recepere.

Extat eiusdẽ epistola decretalis ad uniuersos episcopos per Germaniæ, & Galliæ prouincias constitutos, in qua,

Primo dãnat Chorepiscopos, quo modo dãnati sunt à Damaso, & Leone; & à Concilio Neocesariensi. Cap. 13.

Secundo tradit, quòd Clemens post Petrũ sedem Apostolicam & potestatem pontificalem tenuit, & id factum est tradente sibi beato Petro Apostolo. 8. q. 1. Si Petr'.

Tertio demonstrat, quãto labore, quantisꝗ uigilijs intendere debet, qui pascit oues Christi, quod fusius habetur in epistola Leonis, & Damasi. 4.

Decreta Benedicti Papæ.

Benedictus, natione Romanus, ex patre Bo Benedictus. 1. Pont. 62.

Fuit tempore Mauritij Impe. nifacio, sedit annos.4.mensem.1.dies.28. Huius temporibus gens Lõgobardorum totam Italiã inuasit, simulq; & fames nimia, ut etiã multitudo castrorum se traderit Lõgobardis, ut temperare posset inopiam famis. In istis laboribus & affectionibus positus Benedictus Papa, mortuus est.

Hæc epsla plena est mysterijs. Estq; in.2 Tomo fo.78. Extat epistola decretalis ad epũm Dauid, qui per literas significauerat, Apostolicæ sedi, esse quosdam intra prouinciam Beticam, qui dicerent, neminẽ ueraciter posse probare Trinitatem, unitatem fieri, cũ neq; tres unũ, neq; unum in tribus posse quemq; propriè approbari. Hos longa disputatione confundit testimonijs ueteris & noui testamenti. Quę omnia habentur in epistola prima decretali Alexandri Papæ primi.

Esaiæ.6. Primũ est Esai. Vidi dominũ Sabaoth &c. & Seraphin stabant in circuitu eius, dicẽtes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus deus Sabaoth. Quia Trinitas est, tertio Sanctus dixerunt. Quia unitas est, sub trini repetitione unũ Deum ac dominum intimarunt.

Exod.34. Secundum Exod. Dñe, dñe, dñe, miserator misericors &c.

Gene.18. Tertium Gene. Abraham sedens ad ilicem Mãbrę, tribusq; occurrens, uni dixit, Dñe &c.

Esaiæ.37. Quartũ Esai. Domine deus Sabaoth, Deus Israel, qui sedes super Cherubin &c.

2.Reg.7. Itẽ illud Reg. Dñe deus omnipotens, Deus Israel, sermones tui fideles sunt &c.

Matth.28. Item Matth. Dominus discipulos suos in nomine patris, & filij, & spiritussancti, uniuer

ſas gentes miſit baptizare.

Decreta Pelagij.2.Papæ.

Pelagius,natione Romanus,ſedit annos.10 mēſes.2.dies.10.tēpore Mauritij Imperatoris. Hic abſq; Ro.Principis auctoritate(contra cōſuetudinem)creatus eſt. Nihil enim tunc à clero in eligendo Pontifice actum erat,niſi Impe. approbaſſet. Sed Longobardis tunc Romam obſidentibus, facultas mittendi Conſtantinopolim nulla fuit. Poſtea uerò offenſam, miſſo illuc Gregorio,deprecatus eſt.

Pelagius.2.Pō ti.63.

Hic baſilicam Laurētij martyris extruxit.

Extat decretalis epiſtola Pelagij, in qua primo definit, generales ſynodos non poſſe conuocari,niſi auctoritate Apoſtolicæ ſedis,quoniam ſedi beati Petri ſingulari priuilegio hæc auctoritas eſt tradita,& quia nulla unq; ſynodus rata legitur,quę apoſtolica auctoritate nō fuerit fulta. Hoc definit contra Ioānem Conſtantinopolitanum epiſcopum,qui intentarat concilium quodam generale conuocari.

In eadem epiſtola adiecit, Orate fratres, ut honor eccleſiaſticus noſtris dieb9 nō euacuetur,neq; unquā Romana ſedes,quæ (inſtituente domino,caput eſt omnium eccleſiarum)priuilegijs ſuis uſquā careat,aut ſpolietur.

In eadē ſic. Maiores uerò & difficiles quæſtiones (ut ſancta ſynodus ſtatuit,& beata cōſuetudo exigit) ad ſedem apoſtolicam ſemper referantur &c.

D.17. Multi denuo.

Extat ſecunda epiſtola decretalis eiuſdem, de mutatione epiſcoporū, in qua Benigno archiepiſcopo reſpondet, ſic dicens: Exigit ergo dilęctio tua conſulta ſedis Apoſtolicę, ſi licitū

Quibus causis possit mutari eps de una ciuitate ad aliam.

D.7. q.1. Scias frater.

Vide etiã sup. fo.11.p2.2.

foret episcopum transire, aut mutari de ciuitate in ciuitatem, cùm quidam canones (ut tibi uidetur) hoc fieri prohibeant. Significasti etiã literis tuis, quendam fratrum nomine & actu Dei seruum, causa utilitatis te uelle mutare in locum & ciuitatẽ defuncti, licet quidã dicant hoc fieri non licere, nisi consensum apostolicę sedis habuisses. Quapropter scias, frater dilectissime, [t]aliud esse causam necessitatis & utilitatis, & aliud præsumptionis, ac propriæ uoluntatis. Non ergo mutat sedem, qui non mutat mentem.i.nõ auaritię causa, aut dñationis, aut ꝓprię uoluntatis, aut delectationis suę migrat de ciuitate ad ciuitatem, sed causa necessitatis, & utilitatis mutatur. Nam plurimorum utilitas unius utilitati, aut uoluntati præferẽda est. Aliud est enim mutare, & aliud mutari. Quod enim in canonib9. legitur, nõ debere episcopum de ciuitate in ciuitatem transire, nõ de his dicitur, qui aut ui expulsi, aut necessitate coacti, aut auctoritate maiorũ hoc agũt, sed de his, qui auaritiæ ardore inflãmati, sponte sua prosiliunt, & potius ambitioni, q̃ utilitati ecclesiæ seruire, & ut dominationẽ agant, insistere cupiunt.

Quapropter (charissime) muta episcopum causa necessitatis, aut utilitatis, super quo consulere nos uoluisti, & alios fratres nostros, qbus hoc faciendum necessitas, aut utilitas cõpulerit, agere doce, quia hoc, quod tibi soli scribimus, generaliter omnib9 tenere mãdamus. Quia sic potestatem hẽmus episcopos & sacerdotes regulariter titulare, & ordinare, ita

(ut prædictum est) causa necessitatis, aut utilitatis habes & mutare ac de titulo ad titulum transferre, licet de minori ad maiorem urbem mutandus sit. Hoc tamen summo opere prçuidendum est, ne causa arrogantiæ aut auaritiæ unquã fiat, quia hi à prædictis canonibus dãnantur, nõ illi, qui necessitate, aut utilitate, maiorum consilio & sana ac pura, & Deo placita intentione hoc faciunt.

Extat epistola decretalis tertia eiusdem, ad uniuersos episcopos Italiæ, in qua eos adhortatur ad solicitudinem ecclesiarum.

Extat quarta ad episcopos Germaniæ & Galliæ, in qua ordinem prçfationum, quç ecclesia Romana habet, requirentib9 episcopis, tradit, Inuenimus has nouem p̃fationes in sacro cathalogo tantũmodo recipiendas, quas longa retro ueritas in Romana ecclesia hactenus seruauit. Vnã in albis Paschalibus, aliam de Ascensione domini, tertiam die Penthecostes, quartã de Natali domini, quintã de Appa ritione domini, sextam de Apostolis, septimã de sancta Trinitate, octauã de Cruce, nonam de Ieiunio in quadragesima tantũmodo dicendam. Has prçfationes tenet & custodit sancta Romana ecclesia, has tenendas uobis mandamus.

De cõs. dist. 1. Inuenimus.

HISPALENSE CONCILIVM primum, sub Pelagio secundo, papa. Est ꝓuinciale, sed robur habet à sede Romana, ut patet ex præfatione Concilij, Præsidente Leandro, Episcopo Hispalensi.

Cõcilium Hispalense. 1.

Domino sancto, & reuerenter à nobis ho-

Præfatio.

norando, chariſſimo fratri Pelagio epiſcopo. Leander, Agapius &c. epiſcopi, qui unà in urbe Hiſpalenſi adfuimus, ſanctitatē tuam charitatis ſtudio ſalutantes, precamur dn̄m, qui nos de ſalute mutua, uel uiſione lętificare dignetur, te lętum multo conſeruet in tēpore.

Caput. 1. De diſponendis eccleſiæ rebus poſt epiſcopi exceſſum.

Hæres ep̄i defuncti, eſt ecclesia ſua.

* Cōperimus autem in canone, (conſulentes uetera ſtatuta) ut epiſcopus, qui res proprias alteri, & non eccleſiæ ſuæ dimiſerit, quicquid de eccleſiæ rebus, aut donauit, aut uēdidit, aut quoquomodo ab eccleſia tranſtulit, irritum haberetur.

* *Hic Canon erat renouandus in Concilio, ut hæres defuncti epiſcopi eſſet eccleſia, non tamen Papa. Secundo. Alienum eſt à ſententia horum patrum licere epiſcopo, inſtituere primogenituras, uel locupletare conſanguineos.*

Cap. 2.

De mancipijs ecclesiæ.

Ea uerò mancipia, quæ memoratus de iure eccleſię ſublata, ſuis proximis contulit, ſi ſimilia de proprio ſuo eccleſiæ ipſi nō cōpenſauit, eccleſia abſq; aliqua oppoſitione accipiat.

Cap. 3. De clericis, cum quibus mulieres cohabitant.

Cap. 1. ſecundi concilij Toletani.

Inter cętera uerò hoc definitum à nobis eſt, pro abolendis maculis clericorum, ſecundum ędictum cōcilij Toletani, ut ſi presbyteri, diaconi, uel clerici conſortia extranearum fœminarum, uel ancillarum familiaritatē, per ſacerdotis ſui admonitionem à ſe minus remouerint, ſeculi iudices eaſdem mulieres cū uoluntate, & permiſſu epiſcopi cōprehenſas, in ſuis lucris uſurpent, ut uitium hoc, dum ſacerdos

inhibere non prævalet, potestas iudicialis coerceat, dato tamen ab eisdem iudicibus sacramẽto episcopo, ut eas clericis nulla arte restituāt. Quòd si restituerint, ipsi iudices sentẽtię excõmunicationis feriantur. Mulierib⁹ uerò illis, iuxta priores canones à sacerdote distractis, pretium eorum indigentibus dispensetur.

Quæ statuta manu nostra subscripsimus, Data ad sanctitatẽ uestram, die. 2. Nonas Nouembris, anno. 5. gloriosi domini nostri Reccaredi regis. Era. 628. Leander ecclesiæ sanctę Hispaleñ. episcopus, hanc constitutionem confirmaui & subscripsi. Ioannes episcopus Agragensis, &c. Subscriptio.

CONCILIVM TOLETANVM, tertium sub Pelagio secundo papa, in quo Arrij hæresis in Hispania condẽnatur, Mausona Emeritano episcopo. Cõcilium Toletanum. 3.

In nomine domini nostri Iesu Christi, anno quarto, regnante gloriosissimo, atq; pijssimo, & Deo fidelissimo Reccaredo rege, die octauo Iduum Maiarũ. Era. 627. hæc sancta synodus habita est in sancta ciuitate regia Toletana ab episcopis totius Hispaniæ, & Gallicię, qui infra scripti sunt. *Cap. 1.* Præfatio.

Cùm pro fidei suę synceritate, idem gloriosissimus Princeps omnes regiminis sui Pontifices in unum conuenire mandasset, ut tam de eius conuersione, q̃ de gentis Gothorum înouatione î domino exultarent, & diuinæ dignationi pro tãto munere gratias agerent, memoratus sanctissimus Princeps sic uenerandum concilium alloquitur. Non incognitum reor

Allocutio reccaredi ad concilium. esse uobis Reuerendissimi sacerdotes, q̄ ppter instaurandam disciplinæ ecclesiasticæ formã, ad nostrę uos serenitatis præsentiam euocauerim, & quia decursis retro temporibus hæresis īminens in tota ecclesia catholica agere synodica negotia denegabat, Deus, cui placuit p̄ nos eiusdem hæresis obicem depellere, admonuit, instituta de more ecclesiastico reparare. Ergo sit uobis iocunditatis, sit gaudij, q̄ mos canonicus prospectu Dei per nostrã gloriam

Sancta admonitio. ad paternos reducitur terminos. Prius tamen admoneo, pariter, & exhortor, ieiunijs uos & uigilijs, atq; orationib⁹ operam dare, ut ordo canonicus, quem à sacerdotalibus sensib⁹ detraxerat longa, ac diuturna obliuio, quã ætas nostra se nescire fatetur, diuino dono uobis rursum patefiat.

Gratiarũ actio concilij. Ad hæc autem gratias Deo agentes & religiosissimo Principi uniuerso concilio in laudibus adclamante, triduanũ est exinde predicatum ieiunium. Sed cùm die octaua Iduũ Maiarum in unũ cœtum Dei sacerdotes adessent, & oratione pręmissa, unusquisq; sacerdotum cõpetenti loco resedisset, ecce in medio eorum adfuit serenissimus Princeps, seq; cum Dei sacerdotibus orationi cõmunicans, diuino deinceps flamine plenus, sic ad loquendum exorsus est, dicens,

Secunda allocutio Reccaredi. Non credimus uestram latere sanctitatem, quanto tempore in errore Arrianorum laborasset Hispania, & non multos post decessum genitoris nostri dies, quibus nos uestra beatitudo fidei sanctę catholicæ cognouit esse socia

tos, credimus generaliter magnum, & æternũ gaudium habuisse, & ideo, uenerandi Patres, ad hanc uos peragendam congregari decreuimus synodũ, ut de omnibus nuper aduenientibus ad Christum ipsi ęternas Deo gratias referatis. Quicquid uerò uerbis apud sacerdotium uestrum nobis agẽdum erat de fide atq; spe uestra, quã gerimus, in hoc Tomo conscripta, atq; allegata, nota facimus. Relegatur ergo in medio uestri, & in iudicio synodali examinata, p omne sucessiuũ tẽpus gloria nostra eiusdem fidei testimonio declarata clarescat.

Susceptus est autem ab omnibus Dei sacerdotibus (offerente rege) sacrosanctæ fidei Tomus, & pronunciante notario clara uoce recẽsitus est, in quo confessus est fidem catholicã iuxta canones quatuor conciliorum generalium, cui subscripsit Rex, his uerbis, Huic uerò confessioni meæ sanctarum scripturarũ, & conciliorum constitutionibus consentiens, testimonio diuino tota cordis simplicitate subscripsi.

Subscriptio confessionis fidei p Riccaredum.

Tunc acclamatũ est in laudibus Dei & in fauore Principis ab uniuerso concilio, Gloria Patri, & filio, & spiritui sancto, cui cura est pacem & unitatẽ ecclesiæ catholicę puidere &c.

Adclamatio concilij.

Deinde uniuerso concilio iubente, unus episcoporum catholicorum ad episcopos & religiosos clericos, uel maiores natu, ab hęrese Ariana conuersos, sic est alloquutus, Officij nostri cura cõpellimur, a uestra charitate perquirere, quid dãnetis in hęresi, aut quid intra sanctam catholicam credatis ecclesiam. Tunc epi

omnes unà cum clericis suis Primoresq; gentis Gothicæ pari consensione dixerunt, Licet hoc quod tua paternitas, atque fraternitas uestra à nobis cupit audire, iam olim conuersionis nostrę tēpore egerimus, quando secuti gloriosissimū Reccaredū regem nostrū, ad ecclesiam transiuimus, & perfidiam Arrianā cum omnibus superstitionibus suis anathematizauimus, nunc tamē propter charitatē, & deuotionē, quā Deo & ecclesię catholicę debemus, quæ petitis, promptissimè agere properamus, sed & si qua adhuc congrua fidei esse perspicitis, ac nobis charitate persuadetis, faciemus.

Cōfessio fidei epōrũ & primorū Gothicæ gentis.

Omnis ergo, qui fidem, & cōmunionem ab Arrio uenientem, & usq; ad nos retentam, adhuc tenere desyderat, & de tota cordis intentione nō damnat, anathema sit.

Quicunq; filium Dei, dominum Iesum negauerit à paterna substantia sinè initio genitū, & ęqualem patri esse, uel consubstantialem, anathema sit.

Quicunq; spiritum sanctum nō credit, aut nō crediderit à patre & filio procedere, eumq; non dixerit, coeternū esse patri & filio, & coessentialem, anathema sit.

Quicūq; in patre, & filio, & spiritu sancto, & personas non distinguit, & unius diuinitatis substantiam nō agnoscit, anathema sit.

Quicunq; filium Dei, dominū nostrum Iesum Christum, & spiritum sanctum iuxta deitatem esse patre minorem asseruerit, & gradibus separauerit, creaturamq; esse dixerit, anathema sit.

Quicunq; nescire filiũ Dei, quod Deus pater sciat, dixerit, anathema sit.

Quicunq; initium filio Dei, & spiritui sancto deputauerit, anathema sit.

Quicunq; filium Dei secundum diuinitatẽ suam uisibilem, aut passibilẽ ausus fuerit proferre, anathema sit.

Quicunq; spiritum sanctum, sicut patrẽ, & filium uerum Deum & omnipotentẽ esse non credit, anathema sit.

Quicunq; alibi fidem & cõmunionem catholicam, prętercą in ecclesia uniuersali, quam Niceni, & Cõstantinopolitani, & primi Ephesini, & Chalcedonẽsis conciliŋ decreta tenent: pariter & honorant, anathema sit.

Quicunq; patrem & filium & spiritum sanctum honore, & gloria, & diuinitate separat, aut disiungit, anathema sit.

Quicunq; nõ dixerit, Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, anathema sit.

Quicunq; rebaptizandi sacrilegũ opus esse bonum credit, aut crediderit, agit, aut egerit, anathema sit.

Quicunq; Arimineñ. concilium ex toto corde nõ respuerit, & dãnauerit, anathema sit.

Sint ergo damnata in cœlo & in terra, quæcunq; per hanc catholicam fidẽ dãnantur, & sint accepta in cœlo & in terra, quæcunq; per hanc fidem accipiuntur, regnante domino nostro Iesu Christo, cui cum patre, & spiritu sancto, est gloria in secula seculorum.

Subscripserunt episcopi, presbyteri, & diaconi ex hęresi Arriana conuersi, & Gothorum Subscriptio.

uiri illustres, & omnes seniores subscripserũt.

Decreta Concilij. *Canon. 1.*

Conciliorum statuta, & Põti. Ro. decreta custodiri debent.

Post damnationem hęresis Arrianę, & fidei sanctæ catholicæ expositionem, hoc sanctum præcepit concilium, ut quia à nõnullis, uel hæresis, uel gentilitatis necessitate per Hyspaniarum ecclesias canonicus p̄termissus est ordo, dum & licentia abundaret transgrediendi, & disciplinæ optio negaretur, dum omnis excessus hæresis foueretur patrocinio, & abundantia mali temporis procul esset districtio disciplinæ. At nunc pace ecclesiæ, Christi misericordia, reparata, quod priscorum canonum auctoritas prohibet, sit resurgente disciplina inhibitum, & agatur omne, quod pręcepit fieri. Permaneant in suo uigore conciliorum omnium constituta, simul & synodicæ sanctorum præsulum Romanorũ epistolæ. Nullus deinceps ad promerendos honores ecclesiastos contra canonũ statuta aspiret indignus. Nihil ex hoc fiat, quod sancti patres, spiritu Dei pleni, sanxerunt debere nõ fieri. Et qui pręsumpserit, seueritate priorum canonum distringatur.

Aduertat Lector.

Canon. 2.

In oĩbus ecclesijs die dñica Symbolũ recitetur.

Petitione Reccaredi regis constituit synodus, ut per omnes ecclesias Hispanię & Galliciæ secundum formam Orientalium ecclesiarum concilij Constantinopolitani, hoc est, centum quinquaginta episcoporum symbolum fidei recitetur, & priusq̃ Dominica dicat̃ oratio, uoce clara pręndicetur, quo fides uera manifesta sit, & testimonium habeat, & ad Christi corpus & sanguinem pręlibandum, pecto-

ra populorum fide purificata accedant.

Canon.3. Vt ne quis extra necessitatem, rem ecclesiæ alienet.

Hæc sancta synodus nulli episcoporũ licentiam tribuit, res alienare ecclesiæ, quia & antiquioribus canonibus hoc prohibetur. Si quid uerò, quod utilitatem non grauet ecclesiæ, pro suffragio monachorum, uel ecclesiis ad suam parochiam pertinentium dederint, firmũ maneat. Peregrinorum, uel clericorum, & egenorum necessitati, saluo iure ecclesię pręstare permittuntur pro tempore, quæ potuerint. In decret. Iuonis lib.2.

Canon.4. Quòd licet religionis intuitu, res ecclesiæ alienare.

Si episcopus ueram de parochianis ecclesiis monasterium dedicare uoluerit, ut in ea monachorum regulariter congregatio uiuat, hoc de consensu cōcilij sui habeat licentiam faciendi. Qui etiam, si de rebus ecclesiæ pro eorum substantia aliquid, quod detrimentum ecclesię nō exhibeat, eidem loco donauerit, sit stabile. Rei enim bene statuendæ sanctum concilium dat consensum. 12.q.2. Si eps.

Canon.5.

Cōpertum est à sancto concilio, episcopos, presbyteros, & diaconos, uenientes ex hęresi, carnali adhuc desyderio uxoribus copulari. Ne ergo decætero hoc fiat, pręcipitur, quod & canonibus prioribus continetur, ut nō liceat eis uiuere libidinosa societate, sed manente inter eos coniugali lege, cōmunem utilitatē habeant, & non sub uno conclaui maneant. Vel certè, si suffragatur uirtus, in alia domo suam uxorem faciat habitare, ut castitas apud Deũ, & apud homines habeat testimonium bonũ. Siquis uerò post hanc conuentionem obscenè Sacerdotibus nō licet cũ societate libidinosa uiuere.

cum uxore elegerit uiuere, ut neglector habeatur. Qui uerò semper sub canone ecclesiastico iacuerint, si contra ueterum imperata in suis cellulis mulierum, quæ infamiæ suspitionem possunt generare cõsortium habuerint, illi canonicè quidem distringantur, mulieres uerò ab episcopis uenundentur, & pretium ipsum pauperibus erogetur.

Canon.6. Vt liberti ab episcopo defendantur.

12.q.2. De libertis autẽ.

De libertis autem hęc pręcipit sancta synodus, ut siqui presbyteri, uel diaconi ab episcopis facti sunt, secũdum modum, quo canones antiqui dant licentiam, sint liberi, & tamen à patrocinio ecclesiæ, tam ipsi, quàm ab eis progeniti non recedant. Ab aliјs quoque libertati traditi, & ecclesiis cõmendati, patrocinio episcopi colligantur, & ne cuiquam donentur, hoc à principe episcopus postulet.

Canon.7. Quòd sacrarum scripturarum lectio, sacerdotalibus conuiuijs misceatur.

D.44. Pro reuerentia.

Pro reuerentia Dei & sacerdotũ id uniuersa constituit synodus, ut (quia solent crebrò mensis ociosę fabulæ interponi) in omni sacerdotali conuiuio lectio diuinarum scripturarũ misceatur. Per hoc enim & animæ ędificantur ad bonum, & fabulæ non necessariæ prohibentur.

Canon.8.

Clerici ẽ familia fisci à principe non donentur.

Iubente autem, atque cõsentiente dño Reccaredo rege id precipit sacerdotale concilium, ut clericos ex familia fisci, nullus audeat à principe donatos expetere, sed tradito capitis sui tributo, ecclesię Dei, cui sunt alligati, usque dum uiuunt, regulariter administrent.

Canon.9.

Decreto huius concilij hoc statuitur, ut ecclesiæ, quæ fuerunt in hęresi Arriana, nunc autem sunt catholicæ, ad eos episcopos cũ suis reb9 pertineant, ad quos parochiæ ipsæ, in quib9 ipsę ecclesię fundatæ sunt, pertinere uident̃. Ecclesiæ Arrianorum in cuius diœcesi sunt, permanere debent.

Canon.10. Vt mulier inuita uiro non nubat.

Viduæ, quibus placuerit, teneant castitatẽ, non tamen ad nuptias ui uenire cogãtur. Similis conditio & de uirginibus habeatur. Siquis uerò propositum castitatis uiduæ, uel uirgini impedierit, à sancta communione, & à liminibus ecclesiæ habeatur extraneus. 32. q. 2. Hoc sanctũ confirmat.

Canon.11.

Qm̃ cõperimus, per quasdam Hispaniarum ecclesias, non secundum canones, sed fœdissimè pro suis peccatis homines agere pœnitentiam, ut quoties peccare libuerit, toties à presbyteris se recõciliari expostulent, & ideo, pro cohercenda tam execrabili pręsumptione, id à sancto cõcilio iubetur, ut secundum formam canonum antiquorum detur pœnitentia', hoc est, ut prius eum, quem sui pœnitet facti, à cõmunione suspensum, faciat inter reliquos pœnitentes ad manus impositionẽ crebrò recurrere. Expleto autem satisfactionis tempore, sicuti sacerdotalis contẽplatio probauerit, eum cõmunioni restituat. Hi uerò, qui ad propria uitia, uel infra pœnitentiæ tempus, uel post reconciliationem relabuntur, secundum priorũ canonum seueritatem damnentur. Pœnitens pœnitentiam agere debet.

Canon.12.

Quicunq; ab episcopo, uel presbytero sa-

De his, q pœnitentiam poscunt.

nus, uel infirmus pœnitentiam postulat, id ante omnia episcopus seruet & presbyter, ut si uir est, siue sanus, siue infirmus prius eum tondeat, aut in cinere, & cilicio habitum mutare faciat, & sic pœnitentiam ei tradat. Si uerò mulier fuerit, nō accipiat pœnitentiam, nisi prius aut uelata fuerit, aut mutauerit habitū. Sępius enim laicis, cum fœminis tribuendo desidiosè pœnitentiam, ad lamentanda rursus facinora post acceptam pœnitentiam relabuntur.

Canon. 13.

11. q. 1. Inolita præsumptio.

Inolita præsumptio usq; adeo illicitis ausibus aditum patefecit, ut clerici clericos suos, (relicto suo Pontifice) ad iudicia publica pertrahant. Proinde statuimus, ut hoc de cætero non pręsumatur. Siquis hoc pręsumpserit facere, conuentus & causam perdat, & à cōmunione efficiatur extraneus.

Canon. 14.

Officia publica Iudæis nō sunt cōmittenda.

Cōuentus noster hoc canonibus inferendū pręcepit, ut Iudęis nō liceat Christianas habere uxores, uel concubinas, neque mancipium Christianum in usos proprios comparare, sed & filios, qui ex tali coniugio nati sunt assumēdos esse ad baptismum. Nulla officia publica eis iniungātur, per quæ eis occasio tribuatur, Christianis pœnam inferre. Si uerò Christiani ab eis in Iudaismo ritu sunt maculati, uel etiā circuncisi, non reddito pretio ad libertatem, & religionem redeant Christianam.

d. 54. Nulla officia publica.

Canon. 15.

De seruis fiscalibus.

Si qui ex seruis fiscalibus fortasse ecclesias construxerint, easq; de sua paupertate dotauerint, has procuret episcopus prece sua aucto-

ritate regia confirmari. *Canon.16.*

Qm̃ penè per omnem Hispaniam, siue Gallitiam idololatriç sacrilegium inoleuit, hoc cũ consensu gloriosissimi principis sancta synodus ordinauit, ut omnis sacerdos in loco suo, unà cũ iudice territorij, sacrilegium memoratum studiosè perquirat, & exterminare inuentum non differat. Omnes uerò, qui ad talẽ errorem concurrunt, sinè discrimine, qua poterunt, animaduersione coerceant. Quod si neglexerint, sciant se utriq; excommunicationis periculum esse subituros. Si qui uerò domini extirpare hoc malum de possessione sua neglexerint, & familiæ prohibere noluerint, ab episcopo & ipsi à communione pellantur.

Epĩ cũ iudicibus idola destruere debẽt.

Canon.17.

Cum multç quçrelç ad aures sancti concilij deferrẽtur, inter cçtera tantç crudelitatis opus est nunciatum, quantum confidentium aures sacerdotũ nõ possent sustinere, ut in quibusdã Hispaniæ partibus filios suos parentes interimant, fornicationis auidi, pietatis alieni, qbus si tædium est, filios numerosos alere, prius se ipsos debent castigare à fornicatione. Nã dum causa propagãdæ prolis sortiuntur coniugia, parricidio, & fornicationi tenentur obnoxij, q filios necãdo proprios docent, se nõ pro filijs, sed pro libidine uxores duxisse. Proinde tantũ nefas ad cognitionem gloriosissimi domini nostri Reccaredi regis perlatum est, cuius gloria digna est iudicibus earundem partium imperare, ut amouendum tantum facinus diligẽter cum sacerdote procurent, & adhibita seuerita

Epĩ cũ iudicibus necatores filiorum corripiant.

te prohibeant. Ergo & sacerdotes locorum eorundem, in quib9 sceleris huius imanitas peragitur, sancta synodus precipiendo conuenit, ut idem scelus cum iudice curiosius querant, & sinè capitali uindicta acriori disciplina prohibeant.

Canon. 18. Vt ecclesiæ cum dotibus suis in episcopi potestate consistant.

10. q. 1. Sic quidam contra. Et in decret. Iuo. lib. 2.

Sic quidam contra canonum auctoritatem ecclesias, quas edificauerunt, postulant consecrari, ut dotem, quã eidem ecclesiæ cõtulerint, censeant ad episcopi ordinationem nõ pertinere. Quod factum taliter in preterito corrigatur, ut & in futuro ne fiat, prohibeatur, & omnia secundum constitutionem antiquã ad episcopi ordinationem, & potestatem pertineant.

Canon. 19.

10. q. 3. Quia cognouimus.

1. Petri. 5.

Epos nõ licet in diœcesi sua angarias imponere.

Quia cognouimus, episcopos p parochias suas nõ sacerdotaliter agere, sed crudeliter deseruire. Et dum scriptum sit, Forma estote gregi, non ut dominantes in clerum, qui exactiones diœcesi suæ, uel dãna infligunt, ideo censemus (excepto, quòd ueterum constitutiones à parochijs habere iubent episcopos) ut alia que illis hucusq; presumpta sunt, denegentur, hoc est, neq; in angarijs p̃sbyteri, aut diaconi, neq; aliquibus fatigẽtur indictionibus, ne uideantur in ecclesia Dei exactores potius, q̃ Pontifices nominari. Hi uerò clerici tam locales q̃ diœcesani, qui se ab episcopo grauari cognouerint, querelas suas ad Metropolitanum deferre non differant, & metropolitanus nõ moretur huiusmodi presumptiones auertere.

Canon.

Canon.20.

Ecclesiarum seruos,& episcoporũ,uel presbyterorum, uel omnium clericorum à iudicibus, uel exactoribus publicis in diuersis angarijs fatigari dolemus. Propter quod omne cõcilium à pietate gloriosissimi domini nostri poscit,ut tales usus deinceps inhibeat,sed serui supradictorum officiorum in eorũ usibus, uel ecclesiæ laborent. Si quis uerò iudicũ, aut actorum clericum,aut seruũ clerici, uel ecclesiæ in publicis, ac priuatis negotijs occupare uoluerit,à cõmunione ecclesiastica (cui impedimentum facit)efficiatur extraneus.

12.q.2. Ecclesiarũ seruos.

Serui ecclesiarij publicis angarijs nõ fatigentur.

Canon.21.Quòd qui spem futuræ resurrectionis habent,de mortuis tristari non debent.

Qui diuina uocatione ab hac uita recedũt, cum psalmis tantũmodo,& psallentium uocibus debent ad sepulchrum deferri. Nam funebre carmen, quod uulgo defunctis cantari solet,uel in pectoribus se,aut proximos, aut familias cedere, omnino prohibemus. Sufficiat autem quod in spe resurrectionis Christianorum,corporibus famulatus diuinorũ impenditur canticorum. Prohibet enim nos Apostolus sanctus,lugere defunctos,dicens, De dormientibus,autem,nolo uel cõtristari, sicut & cæteri,qui spem non habent. Dominus nõ fleuit Lazarum mortuũ,sed ad huius uitę ęrumnas plorauit resuscitandum. Si autem potest hoc episcopus omnibus Christianis prohibere,non moretur agere. religiosis autẽ omnino aliter fieri non debere cẽsemus. Sic enim Christianorum per omnem mundũ humari opor-

13.q.2. Qui diuina uocatione.

1.Thessalo.4.

Ioan.11.

tet corpora defunctorum.

Canon. 22. Quòd in sanctorum Natalitijs ballimathiæ prohibeantur.

De cõsec. d. 3. Irreligiosa cõsuetudo est.

Irreligiosa cõsuetudo est, quam uulgus per sanctorum solẽnitates, & festiuitates agere cõsueuit. Populi, qui debent offitia diuina attendere, saltationibus turpibus inuigilant, cãtica nõ solum mala cantantes, sed etiam religiosorum offitijs perstrepũt. Hoc enim ut ab omnibus prouintijs depellatur, sacerdotum & iudicum à concilio sancto curæ cõmittitur.

Post confessionem ergo, & subscriptionem omnium episcoporum, & totius gẽtis Gothicæ seniorũ, Reccaredus rex, Dei sacerdotes piè & benignè affatus est, & post alia uerba, hoc subiecit decretum.

Decretũ Reccaredi Regis.

Hoc adhuc necessario pro firmitate catholicę fidei nostra Deo supplex, instituere decreuit auctoritas, ut propter roborandam gentis nostræ nouellam cõuersionem, omnes Hispaniarum & Gallitiæ ecclesiæ hanc regulã seruent, ut omni sacrificij tempore ante cõmunicationẽ corporis Christi & sanguinis, iuxta Orientalium partium morẽ unanimiter clara uoce sacratissimum fidei recenseant symbolum, ut primum populi, quam credulitatem teneant, fateanť, & sic corda fide purificata, ad Christi corpus & sanguinẽ percipiendũ exhibeant.

Descriptio cõfirmationis cõcilij.

Publico ędicto regis confirmatum est concilium, & singula eius capitula in unam summam redacta, cõfirmauit dicens. Flauius Reccaredus Rex hanc deliberationem, quam cum sancta definiuimus synodo, confirmans, sub-

scripsi. Subscripseruntque episcopi presentes.

Explicit concilium Toletanum tertium.

MATISCONEN. CONCILIVM primum circa tempora Pelagij secundi Papæ: & est prouinciale. *Canon. 1.* Concilium Matisconen. 1.

Vt nullus episcopus, presbyter, diaconus, clericus, uel quicunque secularis in monasterijs puellarum, nisi probatæ uitæ, & ætatis prouectæ præter utilitatem, aut pro quacunque reparatione monasterij in quacunque earum necessitate habitare, aut secretas colloquutiones habere presumant, neque intra salutatoriũ, aut oratorium ingredi permittantur, precipue Iudæi, nõ pro quorumcunque negotiorum occasione puellis intra monasteriũ Deo dicatis aliquid secretius colloqui, aut familiaritatem, uel moras ibidem habere presumant. Prohibentur epi & psbyteri in monasteria ingredi.

Canon. 2.

Vt nulla mulier in cubiculo episcopi, absque duobus presbyteris, aut certè diaconis ingredi permittatur. *Canon. 3.*

Vt nullus clericus sagum, aut uestimenta, aut calciamenta secularia, nisi quod religionẽ deceat, induere presumat. Quod si post hanc definitionem clericus, aut cum indecẽti ueste, aut cũ armis inuentus fuerit, à seniore ita coerceatur, ut. 30. dierum inclusione detentus, aqua tantum, & modico pane diebus singulis sustentetur. *Canon. 4.* Sacerdotes secularia uestimẽta induere nõ debent.

Vt Archiepiscopus sine pallio Missas dicere non presumat. *Canon. 5.*

Vt nullus clericus ad iudicem secularẽ quẽcunque alium fratrẽ de clericis accusare, aut ad Clerico nõ licet aliũ clericũ corã iudi-

ce feculari accusare. causam dicendam trahere, quocunque loco prę sumat, sed omne negotium clericorum, aut in episcopi sui, aut in presbyteri, aut archidiaconi pręsentia finiatur. Quod si quicunque clericus hoc implere distulerit, si iunior fuerit, una minus de quadraginta ictus accipiat, si certè honoratior. 30. dierum inclusione mulctetur.

Canon. 6.

De ieiunio aduentus dñi. Vt à feria sancti Martini usque ad Natalē domini, secunda, quarta, & sexta sabbati ieiunentur, & sacrificium quadragesimale debito, quē admodum ordino celebrentur. In quibus diebus canones legendos esse speciali definitione sancimus, ut nullus se fateatur per ignorantiā deliquisse. *Canon. 7.*

De obedictia circa epm. Vt presbyteri, diaconi, uel de quolibet ordine cleri, ita episcopo suo obedientiæ deuotione subiaceant, ut non alibi dies feriatos, nisi in obsequio illius liceat tenere, aut celebrare. Quod siquis per quācunque contumatiam, aut per cuiuscunque patrocinium hoc facere distulerit, ab officio segregetur. *Canon. 8.*

De Iudæis. Nec Iudæi Christianis populis iudices deputentur, aut telonarij esse permittantur, per quod illis Christiani uideantur esse subiecti.

Canon. 9.

Canon hic deberet renouari. Vt Iudæis à cœna domini usque ad primam diem post Pascha, secundum ędictum bonæ recordationis domini Childeberti regis per plateas, aut forum, quasi insultationis causa deambulandi licentia denegetur; & ut reuerentiam cunctis sacerdotibus domini, uel clericis impendant, nec ante sacerdotes cōsensum, nisi

ordinati, habere p̄sumant. Qui hoc facere fortasse p̄sumpserit à iudicibus locorum (prò ut persona fuerit) distringatur.

Canon. 10.

Pręsenti cōcilio (Deo auctore) sancimus, ꝙ qui Iudęo deinceps debeat deseruire, datis pro quolibet bono mancipio. 12. solidis ipsum mancipium quicunq; Christianus, seu ad ingenuitatem, seu ad seruitium licentiam habeat redimendi, quia nefas est, ut quos Christus dominus sanguinis sui effusione redemit, persecutorum uinculis permaneant irretiti. Quòd si acquiescere his, quę statuimus, quicunq; Iudęus noluerit, ꝗdiu ad pecuniam constitutam uenire distulerit, liceat mancipium ipsum cū Christianis, ubicunq; uoluerit habitare. De mancipijs Iudæorum.

Canon. 11.

Id etiam pari conniuentia placuit, ut siquis conuictus fuerit alios ad falsum testimonium uel periurium attraxisse, aut quacunq; corruptione solicitasse, ipsi quidem usq; ad exitum non communicent. Hi uerò, qui ei in periurio consensisse probantur, post, ab omni sunt testimonio prohibendi, & secundum legē infamia notabuntur. De his, ꝙ alios ad falsum testimonium attrahunt.

Canon. 12.

De his uerò, qui innocentes, aut corā principe, aut iudicibus accusare conuicti fuerint, si clericus honoratior fuerit, ab officij sui ordine degradetur, si uerò secularis cōmunione priuetur. De his, qui innocentes accusant.

Explicit Matisconeñ. concilium primum.

MATISCONEN. CONCILIVM secundum, & est prouinciale. Conciliū Matisconeñ. 2.

Canon primum.

De obseruãtia diei dñicæ.

Custodire debemus diem dominicam, quæ nos denuo peperit, & à peccatis omnibus liberauit. Nullus uestrum litium fomitibus uacet, nullus causarum actiones exerceat, nemo sibi talem necessitatem exhibeat, quæ iugũ ceruicibus iumentorum imponere cogat. Estote omnes hymnis & laudibus Dei animo corporeq́ intenti. Siquis uestrum proximã habeat ecclesiam, properet ad eandem, & ibi dominico die semetipsum precibus lachrimisq́ afficiat. Sint oculi manusq́ uestrę toto illo die ad Deum expansę; ipse est enim dies requietionis perpetuus, ipse nobis per septimæ diei umbrã insinuatus noscitur in lege, & prophetis. Iustũ igitur est, ut hanc diẽ unanimiter celebremus, perquã facti sumus, quod nõ fuimus. Fuimus enim antè serui peccati, sed per eã facti sumus filij iustitiæ. Exhibeamus domino liberam seruitutem, cuius nos nouimus pietate de ergastulis liberatos erroris, nõ quia hoc dominus noster à nobis expetit, ut corporali abstinẽtia diem dominicam celebremus, sed quærit obedientiam, per quam nos calcatis terrenis actibus, ad cœlum usq; misericorditer prouehat. Siquis igitur uestrum hanc salubrem exhortationem paruipenderit, aut cõtemptui tradiderit, sciat se pro qualitatis merito principaliter à Deo puniri. & deinceps sacerdotali quoque irę implacabiliter subiacere. Si caulidicus fuerit, irreparabiliter causam mittet, si rusticus, aut seruus grauioribus fustium ictibus uerberabitur, si clericus, aut monachus mẽsibus sex

a consortio suspendetur fratrum.

Canon. 2.

Pascha nostrum, in quo summus sacerdos, & Pontifex pro nostris delictis imolatus est, omnes debemus festiuissime colere & in illis sanctissimis sex diebus, nullus seruile opus audeat facere. De ueneratione Paschæ

Canon. 3.

Decernimus, ut extra tempora decreta baptismi, nullus filios suos baptizet, nisi infirmitas nimia uel dies extremus cõpulerit filios suos baptismũ suscipere.

Canon. 4.

Item statuimus, ut omnibus dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus uiris, & mulierib⁹ offeratur tam panis q̃ uini, ut per has immolationes, & peccatorum suorum fascib⁹ careant, & cum Abel, uel cæteris iustè offerentibus promereantur esse consortes. De oblatione altaris diebus dominicis. Gene. 4.

Canon. 5.

Omnes reliquas fidei sanctæ catholicæ causas, quas temporis longitudine cognouimus deterioratas fuisse, oportet nos ad statum pristinum reuocare, ne nobis simus aduersarij, dum ea, quæ cognoscimus ad nostri ordinis qualitatem pertinere, aut non corrigimus, aut (quod nefas est) silentio pterimus. Leges nãq; diuinæ consulentes, sacerdotibus ac ministris ecclesiarũ, pro hæreditaria portione, omni populo præceperunt, decimas fructuũ suorũ locis sacris prestare, ut nullo labore impediti, p res illegitimas spiritualib⁹ possint uacare ministerijs, quas leges Christianorum congeries longis tẽporibus custodiuit intemeratas. Vnde statuimus, ut decimas ecclesiasticis omnis De Decimis fructuũ locis sacris pstandi

populus inferat quibus sacerdotes, aut in pauperum usum, aut captiuorum redemptionem prorogatis, suis orationibus pacem populo, ac salutem impetrent. Siquis autem cõtumax nostris statutis fuerit, à mẽbris ecclesiæ omni tempore separetur.

Canon sextus est. Ca.29. concilij Carthaginensis tertij: qui etiam corrigitur, per ca.29. sextę synodi.

Canon.7.

Statuimus insuper ut liberti ecclesiæ, per solos episcopos iudicentur.

Canon.8.

Item decernimus ut quicunq;, culpa cõpellente, aut potentum importuna nõ sustinens, suæ gremium matris ecclesiæ petierit, in eodẽ loco in cõcusse permaneat, nulli permittentes quolibet gradu dignitatis functo fugitiuo in locis sacris uiolentiam inferre.

Canon.9.

Humana temeritas in sacerdotes dei grassari nõ debet.

Statuimus etiam, ut episcopus per secularẽ potestatem non iudicetur. Nefas est enim ut illius manibus episcopus, aut iussione de ecclesia trahatur, pro quo semper Deum exorat, & cui inuocato nomine domini, ad saluationem corporis animæq; eucharistiam sępe porrexit. Hoc enim decretum à nobis pręfixũ, qui fuerit audacter transgressus, tam ipse, q̃ omnes, qui ei consenserint, usq; ad generale cõcilium, anathemate de ecclesia separentur.

Canon.10.

Clerici à laicis iniuriã pati nõ debent.

Quod de episcopis cẽsuimus, uim obtineat & in clero, ut neque presbyter, nec diaconus, neque subdiaconus de ecclesiis trahantur, aut iniuriam aliquã (inscio episcopo eorũ) patiantur, sed quicquid quis aduersus eos habuerit,

in notitiam episcopi proprij perducat, & ipse causam iustitia prędeunte discutiens, animo clericos accusantis satisfaciat. Canon. 11.

Sectatores hospitalitatis nos esse, nō solum dominus Iesus admonet, cū se dicit in hospitē receptū fuisse, sed etiam eius Apostolus omnibus penè præceptis. Propterea beatissimi fratres, unumquemq; nostrū oportet, non solum semetipsum ad hoc opus aptare, sed etiam omnium fidelium mentes, ut possint apud Deum misericordiæ operibus pro nostris peccatis intercedere, & nos ei per ueram hospitalitatē reconciliari. Siquis ergo nostrum nō admonuerit, aut exemplū exhortationis suæ ipse prius cōprobauerit opere, indignationē diuinę procul dubio incurret maiestatis. Prædicetur hoc nostræ mediocritatis statutū in aurib9 omniū Christianorum. Canon. 12.

Math. 25.

Paulus in multis locis.

Quid autē scriptura diuina de uiduis & pupillis pręcipiat, nobis clam nō est, ideoq; quia prouisioni nostræ (Deo auctore) causæ principaliter uiduarum & pupillorū sunt cōmissæ, decernimus, ut iudices nō prius uiduas & pupillos conueniant, nisi episcopo nuntiarint, cuius sub uelamine degunt. Quòd si episcopus pręsens nō fuerit, archidiaconus, & presbyter pariter sedentes, cōmuni deliberatione causis eorum terminos figant, ita iustè, & rectè, ut deinceps de talibus antedictæ personę non conquassentur. Quòd siquis iudex, aut impeditor eis iniuriam aliquam ingesserit, aut hanc definitionem transgressus fuerit, à cōmunione suspendatur.

De Viduis, & pupillis.

Canon.13.

Canon hic nostris temporibus negligit.

Volumus igitur, ꝙ episcopalis domus, quę ad hoc instituta est, ut sine personarum acceptione omnes inhospitalitate recipiat, canes nõ habeat, ne forte hi, qui in ea miseriarũ suarum leuamen habere confidunt, dum infestorum canum morsibus laniantur, detrimẽtum uersa uice suorum sustineant corporum. Custodienda est igitur episcopalis *habitatio, hymnis, nõ latratibus, operibus bonis, non morsibus uenenosis. Vbi igitur Dei est assiduitas cãtilenæ, monstrum est, & dedecoris nota, canes ibi uel accipitres habitare.

* Nota.

Canon.14.

Quòd nullus miserorum rebus suis fraudetur.

Ex interpellatione quorundã cognouimus, ꝙ calcatis canonibus & legibus, hi qui lateri regis adhærent, uel aliqui, qui potentia seculari inflantur, res alienas cõpetere, & nullis exertis actionibus, aut coniunctionibus prærogatis, non solum miseros de agris, sed etiam de domibus proprijs exulare. Idcirco in remediũ cõsulentes, decernimus, ut deinceps huius mali licentiam quispiam nõ habeat, sed secundũ canonũ atq; legum tenorẽ causarum suarum actionẽ proponat, ut nullus miserorum rebus suis per uim, aut assentationẽ quãlibet defraudetur. Illi autem, qui contrafecerint, procellosi anathematis ultione plectantur.

Canon 15.

De reuerentia pstanda clericis.

Statuimus, ut siquis quempiam clericorũ honoratorum in itinere obuium habuerit, usq; ad inferiorem gradum honoris ueneranter illi colla subdat, prout is offitia & obsequia fidelissima Christianitatis iure ꝓmeruit. Et siqui-

dem ille secularis equo uehitur, clericusq; similiter, secularis galerum de capite auferat, & clerico syncerae salutationis manus adhibeat. Si uerò clericus pedes graditur, & secularis uehitur equo, ilico ad terrã defluat, & debitũ honorẽ illi syncerę charitatis exhibeat. Qui uerò horũ, quę spiritu sancto dictante sancita sunt, transgressor fuerit, ab ecclesia, quãdiu episcopus illius ecclesię uoluerit suspendatur.

Canon. 16.

Illud quoq; rectũ nobis uisum est disponere, ut quae uxor subdiaconi, uel exorcistae, uel acolythi fuerat, mortuo illo, secundo se nõ audeat sociare matrimonio. Quod si fecerit separetur, & in cœnobijs puellarum Dei tradat, & ibidem usq; ad exitum uitae permaneat.

Canon. 17.

Cõperimus multos necdũ marcidatis mortuorum membris sepulchra reserare, & mortuos suos superimponere, & aliorũ (quod nefas est) pro mortuis suis religiosa loca usurpare sine uoluntate domini sepulchrorũ, ideoq; statuimus, ut nullus deinceps hoc peragat. Quod si factum fuerit, secundum legem superimposita corpora de eisdem tumulis reiactentur. De his q sepulchra reserant.

Canon. 18.

Incaestam copulationẽ, in qua nec coniux, nec nuptias rectè appellare leges sanxerũt, catholica detestatur ecclesia, & grauioribus pœnis eos afficere promittunt, qui natiuitatis suę gradus libidinoso ardore contẽnentes in stercore, ut sues teterrimi conuoluuntur.

Canon. 19.

Item ſtatuimus ut ad locum ubi, pro reatus ſui qualitate quiſpiam interficiendus eſt, nullus clericorum accedat. *Canon.20.*

Decernimus etiam, ut ad ſynodũ poſt trienniȷ tempus omnes conueniant, & hoc adimplere ſolicitudinis ſit metropolitani Lugdunenſis epiſcopi, una cũ diſpoſitione magnifici principis noſtri definientis locum, ad quẽ omnes congregẽtur. Si aliquis eorum contumax fuerit, aut excuſationem falſe neceſſitatis inuenerit, uolumus, ut uſq; ad concilium generale à cõmunione maneat alienus.

Acceſſit ad hæc ędictũ regis Guntraniti inſigniter pium, de obſeruando die dominico, & aliȷs ſtatutis ſecundæ ſynodi Matiſconeñ.

Expliciunt canones conciliȷ Matiſconeñ. 2.

Gregorius Papa primus. ſexageſimus quartus Papa.

Gregorius natione Romanus, ex patre Gordiano ſedit annos. 13. menſes. 6. dies. 10. Hic expoſuit homelias. euangeliorum. 40. in Iob ſcripſit libros. 35. in Ezechielem homelias. 22. paſtorale quoq;, & Dialogorũ libros quatuor, ædidit & alia multa, quæ uulgo ſuo nomine circunferuntur. Sub Gregorio celebrata ſunt duo concilia Romę, quæ habẽtur in Regiſtro, lib. 4. ca. 88. Celebratum eſt ſub eodẽ conciliũ Lateraneñ. de quiete, & libertate atq; exẽptione nigrorum monachorum.

Sabinianus papa.

Sabinianus. 65. papa ſub Petro ſedit annum unum, mẽſes. 5. dies. 11. nihil fecit memoria dignum. Eius patria ignoratur ſucceſſit Gregorio, cuius res bene geſtas perpetuo aduerſatus eſt.

Bonifacius tertius patria Romanus papa. 66.sub Petro. Hic obtinuit à Phoca Imperatore,ut sedes beati Petri,quæ caput est omnium ecclesiarũ,ita & diceretur & haberetur ab omnibus, quem locum ecclesia Constantinopolitana sibi uendicare conabatur,fauentibus malis principibus, & affirmantibus eo loco primam sedẽ esse debere, ubi imperij caput esset. Quantum temporis sederit Põtifex iste diuersitas est inter scriptores,nam ex Platina colligitur q̃ sederit mẽses nouẽ,nõnulli q̃ octauũ, cum dimidio,sederit annum unũ,dies.25.Alij uerò annum unũ, menses quinq;,dies.28. Alij quòd mense octauo, & die.22. sui Pontificatus obierit. Bonifacius papa.

Bonifacius quartus papa.67.sub Petro,natione Marsus,sedit annos.6.menses.7.dies.13. hic templum quod ueteres Panthea appellabant,(quia omnibus dijs cõmune esset)a Phoca Imperatore obtinuit,& cõsecrauit in honorem beatę Mariæ uirginis & omnium Martyrum,eiectis prius,gentium simulachris. unde postea Virgo ad martyres appellata est. Bonifacius papa.

Deusdedit papa.68.sub Petro, natione Romanus,ex patre Stephano subdiacono, hic sedit annos tres,dies.23.sub hoc floruit ĩ Hispania Isydorus Hispalensis episcopus Leandri successor,iste Deusdedit fuit uir sanctitatis eximiæ sub hoc celebratum est cõcilium Antisiodorense,cuius canones sunt sequentes, hoc cõcilium fuit prouinciale. Deusdedit papa.

Canon.1.

Non liceat Kalẽ.Ianuarij uecolo,aut ceruolo facere,uel strenas diabolicas obseruare, sed

in ipsa die sic omnia beneficia tribuātur, sicut & reliquis diebus. Canon.2.

Vt omnes presbyteri ante Epiphaniam missos suos dirigant, qui eis de principio quadragesimę nūtient, & in ipsa Epiphania ad populum indicent. Canon.3.

De superstitionibus quorundam.

Non licet compensas in domibus proprijs, nec uigilias infestiuitates sanctorū facere, nec inter sentes, aut arbores sacriuos, uel ad fontes uota exsoluere, sed quicunq; uotū habuerit, in ecclesia uigilet, & matricolæ ipsum uotum, aut pauperibus reddat, nec subtilia, aut pede, aut hominem lineo fieri pœnitus præsumat. Canon.4.

De sortilegijs, uel augurijs.

Non licet ad sacrilegos, uel auguria respicere, nec ad characteres, nec ad sortes, quas sanctorum uocant, uel quas de ligno, aut de pane faciunt aspicere, sed q̄cunq; homo facere uult, omnia in nomine domini faciat. Canon.5.

De uigilijs.

Omnino & inter supradictas conditiones, uigilias, quas ī honore domini obseruant, omnibus prohibemus. Canon.6.

De Chrismate.

Vt à media quadragesimę presbyteri Chrisma petant, & si quis infirmitate detentus uenire non potuerit, ad archidiaconum suum, uel archisubdiaconum trāsmittat, & Chrismario, & lintheo imponant, sicut reliquię sanctorum deportari solent. Canon.7.

Vt omnes presbyteri ad synodum in ciuitatem ueniant, & Kalen. Nouembribus omnes abbates ad concilium ueniant. Canon.8.

Non licet in altario in sacrificio diuino mel litū (quod mulsum appellatur) nec ullū aliud

poculum extra uinum cũ aqua mixtum offerre, quia ad grande reatũ & peccatum pertinet presbytero illi, quicunq; aliud poculũ extra uinum in consecratione sanguinis Christi offerre præsumpserit. Extra uinum nõ fiat consecratio sanguinis Christi.

Canon.9.

Nõ licet in ecclesiis choros secularium, uel puellarum cãtica exercere, nec conuiuia in ecclesia pparare, quia scriptum est, Domus mea domus orationis uocabitur. Matth.21.

Canon.10.

Non licet super uno altario in una die duas missas dicere, nec ĩ altario, ubi episcopus missas dixerit, presbyter in illa die missas dicat.

Canon.11.

Non licet in uigilia Paschæ ante horã secundam noctis uigiliam expedire, quia in illa nocte non licet post mediam noctem bibere, nec n Natali domini, nec in reliquis solemnitatibus.

Canon.12.

Nõ licet mortuis nec eucharistiam, nec osculum tradi, nec uello, neq; palles corpora eorũ inuolui.

Canon.13.

Non licet diacono uello, uel palla scapulas suas inuolui.

Canon.14.

Non licet in baptisterio corpora sepelire.

Canon.15.

Non licet mortuum super mortuum mitti.

Canon.16.

Non licet die dominico boues iungere, uel alia opera exercere.

Canon.17.

Quicunq; se propria uoluntate in aquã iactauerit, aut collo ligato se suspenderit, aut de arbore præcipitauerit, aut ferro percusserit, aut qualibet occasione uoluntate se morti tradide

rit, istorũ oblata non recipiantur. *Canon.18.*

Non licet absq; Paschæ solẽnitate ullo tem pore baptizare nisi illos, quibus mors uicina est, quos Grabarios dicunt, quod siquis ĩ alio pago, cõtumacia faciente post interdictũ hoc infantes suos ad baptismum detulerit in eccle sias nostras nõ recipiantur, & quicunq; pres-byter ipsos extra nostrum pręceptum recipe-re pręsumpserit, tribus mẽsibus à cõmunione ecclesiæ sequestratus sit. *Canon.19.*

Non licet presbytero, aut diacono, aut sub-diacono, post acceptum cibum, uel poculum missas tractare, aut in ecclesia, dum Missæ di-cuntur, stare. *Canon.20.*

Quòd si presbyter (quod nefas est dicere) aut diaconus, aut subdiaconus post acceptã benedictionẽ infantes procreauerit, aut adul-terium cõmiserit, & archipresbyter hoc epi-scopo, aut archidiacono nõ intimauerit, inte-gro anno nõ cõmunicet. *Canon.21.*

Non licet presbytero in uno lecto post ac-ceptam benedictionem cũ presbytera dormi-re, nec ĩ peccato miscere, nec diacono, nec sub-diacono. *Canon.22.*

Non licet relictæ presbyteri, nec relictæ dia coni, nec subdiaconi post eius mortem mari-tum accipere. *Canon.23.*

Si monachus in monasterio adulterium cõ miserit, aut peculiare habere p̃sumpserit, aut furtum fecerit, & hoc Abbas per se non emen dauerit, aut episcopo, aut archidiacono nõ in-timauerit, ad pœnitentiam agendã in alio mo nasterio retrudatur.

Canon.

Canon. 24.

Non licet Abbati uel monacho ad nuptias ambulare.

Canon. 25.

Non licet Abbati filios de baptiſmo habere; nec monachis commatres habere.

Canon. 26. Abbas non permittat mulieres monaſterium ingredi.

Quod ſi quis Abbas mulierem in monaſteriũ ingredi permiſerit, aut feſtiuitates aliquas ibi ſpectare perceperit, tribus mẽſibus in monaſterio trudatur, pane & aqua contentus.

A canone. 27. uſq; ad. 32. tantum agitur de perſonis inter quas ꝓhibitum eſt nuptias celebrare. Quod quidem omnibus notum eſt.

Canon. 33.

Non licet Presbytero, nec Diacono ad trepalium ubi rei torquentur, ſtare.

Canon. 34.

Non licet Presbytero in iuditio illo ſedere, unde homo ad mortem tradatur.

Canon 35.

Nõ licet Presbytero aut Diacono, uel cuiq; clericorum de qualibet cauſa cõclericũ ſuum ad iudicem ſecularem trahere.

Canon. 36.

Nõ licet mulieri nuda manu Euchariſtiã ſumere, nec manũ ſuã ad pallas dñicas mittere.

Ca. 37. Nullus cum excommunicatis communicet.

Siquis Presbyter, aut quilibet de clero, aut de populo excõmunicatum abſq; uoluntate ipſius, qui eum excommunicauit, ſciens receperit, aut cum illo panem manducauerit; uel colloquium habere decreuerit, ſimili ſen-

tentiæ ſubiaceat. *Canon.38.*

Non licet Presbytero inter epulas cantare, nec ſaltare. *Canon.39.*

Vnaquæq; mulier quando cõmunicat, Dominicalem ſuũ habeat. Quòd ſi nõ habuerit, uſq; in alium diem Dominicũ nõ cõmunicet.

Ca.40.Iudex ſecularis inconſulto Epiſcopo nulli clericorum iniuriam inferat.

Quicũq; iudex, aut ſecularis Presbyterum aut Diaconum, aut quemlibet de clero, aut de iunioribus abſq; audientia Epiſcopi, aut Archidiaconi, aut Archipresbyteri iniuriam inferre præſumpſerit, anno ab omniũ Chriſtianorum conſortio habeatur extraneus.

Ca.41.Parendum eſt præceptis Archipresbyteri.

Siqs ex ſecularibus inſtitutionem, aut cõmonitionem Archipresbyteri ſui contumacia faciente audire diſtulerit, tandiu a limitibus ſanctæ eccleſię habeatur extraneus, q̃diu tam ſalubrem inſtitutionem adimplere ſtuduerit. Inſup & mulctam quam glorioſiſſimus Rex dominus inſtituit, ſuſtineat.

Expliciũt canones cõcilij Antiſiodorẽſis.

Boniſacius.5. Ponti.69.

Bonifacius qntus Papa, natione Cãpanus Heraclio Impe. ſedit annos.5. dies.10. Hic Pontifex Cãpanos ſacrilegos ab eccleſijs excluſit: ſed ad eccleſias cõfugiẽtes ĩmunitate donauit.

Mahometi origo, ingeniũ, & obitus.

Sub hoc Pontifice Mahometus Arabs natus eſt ex patre Pagano & ex matre Hebræa Hiſmaelici generis. Qui magnum in Chriſtianum populum excitauit incendiũ. Qui cũ magnum ſe Dei prophetam aſſereret, magicis artibus Aſianos & Aphricanos deludens, ita

populos quosdã concitauit noua à se religione imbutos, ut paulum abfuerit, quin omnino Imperij nomen deleret, capta Alexandria, multisq́ alijs Syriæ & Ciliciȩ urbibus. Sarracenos sectatores suos habuit. Qui annos natus pene. 40. postq̃ tam tetrapeste animos hominum infecisset, extinctus est. Visitur in Persidis urbe Meca ferrea illius arca.

Honorius primus Papa. 70. natione Campanus ex patre Petronio uiro consulari; sedit annos. 12. menses. 11. dies. 17. Hic Ponti. ecclesias restaurans Heraclij permisu æreas Romuli ædis tegulas. S. Petro supertexit. Quo mortuo uacauit sedes mensibus. 19. Honorius primus Pōti. 70.

CONCILIVM HISPALENSE secundũ, sub die iduũ Noučbriũ circa tpa Honorij Papæ tpe Sisebuti regis. Estq́ ꝓuinciale. Conciliũ Hispalense secũdum.

Ca. 1. Non est obijcienda præscriptio, ubi necessitas interest hostilitatis.

Prima actione Theodolphi Malacitanȩ antistitis ecclesiæ ad nos oblata precatio est: asserẽtis antiquam eiusdẽ urbis parochiam militari quodam discrimine fuisse decisam, et ab alijs ecclesijs esse remotã. Pro qua re placuit, ut oĩs parochia, quæ ab antiqua ditione ante militarem hostilitatẽ retinuisse ecclesiã, suam quisq; comprobaret, eius priuilegio restitueretur. Sicut. n. per legem mũdialem his, quos Barbarica seueritas captiua necessitate transuexit, postliminio reuertentibus reditur antiqua possessio. Sic ecclesia receptura est parochiam, quam antea teuuit cum rebus suis. Nõ enim erit obijcienda prȩscriptio temporis, ubi .C. de capti. et postlimin. L. si quos.

necessitas interest hostilitatis.

Ca.2. Legitimus si deficiat limes, præscriptio longi temporis silentium repetenti imponit.

Placuit, ut si in diocœsi Episcopi possidẽtis sitam basilicam ueteribus signis limes præuisus monstrauerit, ecclesiæ, cuius est ius retentionis, sit ęternum dominiũ. Quod & si limes legitimus eãdem basilicam nõ recludit: & tñ longi tpis probatur obiecta pręscriptio, appellatio repetẽtis Episcopi nõ ualebit; qa illi triẽnalis obiectio silentium imponit. Sin uerò infra metas triennalis tpis extra alienos terminos basilicæ iniusta retentio reperitur, repetentis Episcopi iuri sine mora restituetur.

Ca.3. De desertoribus clericis, ut episcopis suis restituantur.

Placuit, ut siquis clericus in monasterijs ecclesiæ propriæ destitutus ad aliã transitum fecerit, compellente (ad quem fugerit) sacerdote ad ecclesiam, quã prius incoluerat, remittatũ. Qui uerò eum susceperit, nec statim sine ullo nisu exceptionis ad ppriam ecclesiã remittendum elegerit, quãdiu eum restituat, cõmunione se priuatũ agnoscat. Desertorẽ autẽ clericũ cingulo honoris atq; ordinationis suæ exutũ, aliquo tpe monasterio relegari conuenit: sicq; postea ĩ ministerio ecclƚiastici ordinis reuocari.

Ca.4. Bigami ad presbyterium uel diaconatum non sunt promouendi.

Nunciatũ est nobis apud Astigitanã ecclesiam quasdã nuper ordinationes illicitas extitisse; ita ut qdam uiduarum mariti leuitarum ministerio sacrarentur. Quos quidem conuenit à gradu suscepto in irritũ deuocari; nec ul-

tra, puchi ad diaconij ministeriũ, qui cõtra diuina atq; ecclesiastica iura instituti reperiunt.

Ca.5. Presbyteri non præsumant ordinare.

Relatum est nobis de quibusdam clericis, quorũ dum unus ad presbyterium, duo ad leuitarum ministeriũ sacrarent, Episcopus oculorũ dolore detentus, fertur manum suã super eos tantum imposuisse: & persbyter quidam illis, cõtra ecclesiasticũ ordinem benedictionẽ dedisse. Qui licet, ppter tantam audaciam poterat accusatus damnari, si adhuc uiueret; sed qa iam ille examini diuino relictus, humano iuditio accusari non potest, hi, qui supersunt, gradum sacerdotij uel leuitici ordinis, quem peruerse adepti sunt, amittant. D.21. Quorũdam clericorum.

Ca.6. Presbyteri uel Diaconi ab uno Episcopo non sunt deponendi.

Comperimus quendam Presbyterũ à Pontifice suo iniuste olim deiectum, & innocentẽ exilio cõdemnatum. Ideo decreuimus (iuxta priscorũ patrũ decretum) synodali sñia nullus nostrum sine cõcilij examine, deijciendũ quẽlibet Presbyterum uel Diaconũ audeat. Episcopus.n. sacerdotibus & ministris solus honorem dare potest: auferre solus nõ potest. Tales.n. neq; ab uno damnari, nec uno iudicante poterũt honoris sui priuilegijs exui: sed prę sentati synodali iuditio, qđ canon de illis prę ceperit, definiri.

Ca.7. Prohibita correpiscopis & presbyteris.

Relatum est nobis, Agapium Cordubẽsem Episcopũ, frequẽter correpiscopos, uel presbyteros destinasse (qui tñ iuxta canones unum

ſunt)qui abſente Pontifice altaria erigerẽt, baſilicas conſecrarẽt, Quod qdem non eſt mirũ id præcepiſſe uirũ,eccleſiaſticę diſciplinæ ignarum.Ergo,ne ultra talis à nobis licentia uſurpetur,cõmuni ſnía ſtatuendũ oportuit; ſcientes,qa ſicut presbytero uel correpiſcopo illicita cõſecratio eſt altaris,ita & cõſtitutio.In diuinis. n.literis,præcipiente Dño,ſolus Aaron in tabernaculo erexit altare, ſolus ipſe unxit: qa ſũmus Dei ſacerdos erat,ſicut ſcriptum eſt de eo. Moſes, & Aaron in ſacerdotibus eius. ideoq́; id,quod tantũ facere principibus ſacerdotũ iuſſum eſt, (quorũ typũ Moſes & Aarõ tenuerint,)presbyteri,qui filiorũ Aaron geſtãt figuram,arripere non prę ſumant. Nam quuis cum Epĩs plurima illis myſteriorũ cõmunis ſit diſpenſatio;quædam tñ auctoritate ueteris legis,quædam nouellis,& eccleſiaſticis regulis ſibi phibita nouerint. Sicut presbyterorũ, & diaconorũ, ac uirginum cõſecratio. Conſtitutio altaris,benedictio,uel unctio, ſiquidem nec liceat eis benedicere eccleſiam, uel altaria cõſecrare,nec per impoſitiones manus fidelibus baptizandis, uel cõuerſis exhæreſi ſpiritum ſanctũ tradere,nec chriſma conficere;nec chriſmate baptizatorũ frõtem ſignare, ſed nec publicè quidem in miſſa quenq; pœnitentẽ recõciliare,nec formatas cuilibet epiſtolas mittere. Hæc oía illicita eſſe presbyteris,qa pontificatus apicem non habent;quem ſolis deberi Epĩs, auctoritate canonum pręcipitur, ut per hoc & diſcretio graduum, & dignitatis faſtigium ſummi Põtificis demonſtreť. Sed nec co

Aaron ſũmus Dei ſacerdos.

Pſal.98.

Presbyteri filiorum Aarõ geſtant figuram.

Prohibita correpiſcopis, & presbyteris eccleſiaſticis ſacramentis.

ra'm Epõ licere eis in baptisterium ĩtroire, nec præsente Antistite infantem tingere, aut signa re,nec pœnitentem sine pręcepto Episcopi sui reconciliare,nec eo præsente sacramentũ corporis & sanguinis Christi cõficere,nec eo corām posito populũ docere,uel benedicere,aut salutare,nec plebem utiq; exhortari. Quę oĩa eis à sede Apostolica prohibita esse noscũtur.

Ca.8.Ob ingratitudinẽ liberti libertate priuentur.

Statuimus,ut qui ab Episcopo suo libertati traditi sunt,si immemores beneficij accepti, ei ingrati ob superbiam suam extiterint, in serui tutem reuocentur: ut quorum libertas perniciosa est,sit salutifera seruitus.

Hic canon di scussus est pro pter Heliseum Agabrẽlis ecclesię.

Ca.9.est ca.25.Concilij Calcedonensis.

Ca.10.Anathemate feriuntur monasteriorũ expoliatores.

Siquis nostrũ,uel nobis succedentiũ sacerdotũ quodlibet monasteriũ, aut ui cupiditatis expoliãdũ, aut simulatione aliqua fraudis cõuellendum,aut dissoluendũ tentauerit, anathema effectus maneat; & à regno Dei extraneus,nec proficiat illi bonum fidei,uel operis ad salutem,qui tantæ,& salutaris uitæ destru xerit tramitem. Sup hos etiam uniuersi illius prouinciæ Episcopi cõgregati, eundem sacrilegũ, cœtusq; sui euersorẽ à cõione suspendant; quod impiè unus subuerterit, oẽs restaurent.

Salutaris uitę uia, monastica uita.

Ca.11. Vt uirginum monasteria,monachorum curæ committantur.

Decreuimus,ut monasteria uirginum,monachorũ administratione gubernent. Tunc.n. salubria Christo dicatis uirginib⁹ puidemus, quando eis patres spirituales eligimus;quorũ

non solũ gubernaculis tueri, sed etiã doctrinis
* ædificari possint. Ea tñ circa monachos * cau
tela seruata; ut remoti ab earũ familiaritate ma
neãt. Sed nec Abbati uel ei, qui præficit, extra
Nota. eam, quæ prӕest, loqui uirginibus Christi ali-
quid, quod ad institutionem morum nõ per-
tineat, licebit, nec cum ea sola, qui præest, fre-
quenter eis loqui oportet: sed sub testimonio
duarũ uel trium sororũ, ita ut rara sit accessio,
& breuis oĩs locutio. Absit.n.ut monachos
(quod dictu etiam nefas est) Christi uirgini-
bus familiares esse uelimus; sed eos tantũ ea-
rũdem gubernaculis deputamus; cõstituẽtes,
ut unus monachorũ probatissimus eligat, cu-
ius curæ sit prædijs earum rusticis, uel urba-
nis intendere, fabricas extruere &c. ut Christi
famulæ solis diuinis cultibus, operibusq; san
ctis inseruiant. Sanè is, qui ab Abbate præpo
nit, iuditio sui Epi comprobet. Vestes aũt illæ
ijsdem cœnobijs faciant, à qbus tuitionem ex-
pectant: & ab eisdem denuo laborũ fructus, &
procurationis suffragium recepturæ. Siqui mo
nachorum cõtrafecerint, sciãt, q eorum teme-
ritas excõmunicationis sit plectenda cẽsura.

Canon. 12.

Iste episcopus natione, erat Syrus.

In isto canone hæresis cuiusdam Epi, Ace-
phalorũ abnegantis proprietatem duarũ natura-
rũ in Christo, & asserẽtis deitatẽ passibilẽ, dã
nat, & eiusdem Epi cõuersio ad fidẽ describit.

Canon. 13.

In hoc canone agitur de duabus i Christo naturis & una persona.

Tertia decima prosecutione breuiter narrã-
dum putauimus, ad refutationẽ eorũdem Hӕ-
reticorũ, qui duas naturas Christi, post unio-

nem delirantes cõfundunt,& passibilem in eo diuinitatis substantiã asserunt. Contra quorũ blasphemias oportet nos in una psona Christi geminæ naturæ,pprietatem ostendere: passionẽq; eius in sola humanitatis susceptione manifestare,ut si fortè aliq stultorũ huius sniĩ errore decepti sunt,dũ ista legerint, resipiscãt; rectẽq; fidei ueritatem firmiter teneant. Ergo (sicut ĩmaculata fides, & sancta Dei ecclesia docet) cõfitemur dominũ nostrũ Iesum Christum æternaliter ex patre Deum natum;tpaliter ex utero gloriosæ uirginis Mariæ hominẽ editum,& ob hoc in una psona duas naturas habẽtem,deitatis, qua ante secula genitus est, & humanitatis, qua in tpe editus est. Cuius geminæ naturæ distinctio primũ ex literis legis, deinde ex Prophetis, & Euangelicis, atq; Apostolicis depromẽda est paginis,ut ea,quę asserimus,non argumentis,sed exemplis scripturarũ firmemus. Primo ex illo. Ecce mitto angelũ meũ, qui pręcedat te. Obserua eũ &c. qa est nomen meum in illo. Hic diuina demõstrať natura. Et illud. In semine tuo benedicentur oẽs gentes,idest,in carne Christi, quæ de Abrahæ stirpe descendit. Hic humana demonstratur natura. Secũdo in Psal. Dauid sub una Christi psona sic ostendit utranq; naturã, diuinam secundũ illud. Ex utero ante luciferum genui te. Humanã, ibi, Homo natus est in ea. Rursus diuinã,ibi, Eructauit cor meum uerbum bonum. Humanam, ibi, Speciosus forma præ filijs hominum. Tertio Esai. Sub una, eademq; Christi persona, utrãq; ostendit na-

Exod.23. Gene.22. Psal.109. Psal.86. Psal.44. Ibidem.

Esai.66. turam. Deitatis,ibi: Nunqd qui alios parere facio,ipse non pariam? Humanitatis uerò, se-
Esa.7. cundũ illud:Ecce uirgo in utero concipiet, &
Esa.45. pariet filium.Rursus,Deitatis,Rorate cœli de super,& nubes pluant iustum. Humanitatis,
Esai.9. ibi: Aperiať terra & germinet Saluatorem. Et iterum.Humanitatis,ibi. Paruulus natus est nobis.In euãgelio quoq; in uno,eodẽq; Chri-
Ioan.10. sto diuinæ naturæ significatio: Ego, & Pater
Ioan.14. unum sumus.Humanę naturę insinuatio ibi,
Ioan.14. Pater maior me est.Itẽ diuinæ naturæ,ibi:Ego
Math.26. sum uia,ueritas,& uita.Humanæ naturæ,Tristis est aĩa mea usq; ad mortẽ. Paulus quoq; apostolus in uno,eodemq; Christo naturã di
Colos.1. uinitatis exprimit,ibi: Primogenitus oĩs creaturæ,ipse est ante omnes.Humanitatis, cũ di-
Ibidem. cit:Ipse est caput corporis ecclesiæ.De passione uerò,quam in sola humanitate,non in deitate sustinuit, legis & prophetarꝫ auctoritas, Euangeliorꝫ & Apostolorꝫ prædicatio adhibẽ
Gene.49. da est.Ex Prophetis illud.Lauabit ĩ uino stolam suã; & in sanguine uuæ palliũ suũ. Quid hic pallium,quid stola, nisi caro Christi, passionis sanguine decorata?Et alia multa,quę superuacaneum est referre. Probatur ergo ueteris,ac noui testamẽti testimonĳs;in qbus duæ naturæ Christi patefactæ sunt, in una subsistẽtes psona, in qbus & passio eius apparuit in homine solo expleta, deĩde oportuit sñias subnecti sanctorꝫ patrum,qui in sacris literis ingenti gloria refulserunt, ut etiam eorꝫ traditione perpateat,qa dominus noster Iesus Christus ex duab⁹ naturis, & una psona subsistit,

& qa mortẽ, et paſſionẽ in ſola carne ſuſcepit.

Recenſentur ad hoc Hilarius, Ambroſius, Gregorius Nazianzenus, Baſilius, Cyrillus, Athanaſius, Auguſtinus, Leo Papa, Fulgentius: quorũ etiam teſtimonijs concludit q̃ſtio.

Hæc qdem, quæ tam diuinæ ſcripturæ, q̃ etiam ſanctorũ patrum eloquia docuerũt, decretis noſtris breuiter inſerta protulimus; demonſtrantes geminam carnis, & deitatis naturam in una Domini & ſaluatoris noſtri perſona, paſſum quoq; eundem in ea natura, quæ corporis eſt: non tñ paſſum in ea natura, quæ deitatis eſt. His ergo cõcordi ſnía in tribus ſecretarijs definitis pro cõfirmatione ſui ꝓpriã ſubſcriptionem ſubiecimus. Iſidorus in Chriſti nomine eccleſiæ Hiſpaleñ. Ep̃s ſubſcripſi. Malacitanus Ep̃s, Cordubeñ. Ep̃s, & cæteri omnes fecerunt ſimiliter. Subſcriptio epiſcoporũ.

Expliciunt canones ſcđi cõcilij Hiſpalẽſis.

CONCILIVM TOLETANVM, quartum ſub Honorio. I. Papa, & anno tertio regnante Siſenando rege, celebratũ eſt ab omnibus epiſcopis Hiſpaniȩ & Gallitiȩ. Era. 681. Conciliũ Toletanum. 4.

Cum conueniſſemus ſacerdotes Dñi apud urbem Toletanam, ut regis imperijs, atq; iuſſis cõmoniti à nobis agitareť de qbuſdam eccleſiæ diſciplinis tractatus; primũ gratias ſaluatori noſtro Deo omnipotenti egimus. Poſt hæc antefato miniſtro excellentiſſimo, & glorioſo regi, cuius tanta erga Deum deuotio extat, ut non ſolum in rebus humanis; ſed etiam in cauſis diuinis ſolicitus maneat. Hic quippe dum in baſilica beatiſſimæ & ſanctæ mar- Prȩfatio. Deuotio Siſenandi.

tyris Leocadiæ omniũ nostrum pariter iam cœtus adesset, pro merito fidei suæ cũ magnificentissimis, & nobilissimis uiris ingressus; primũ coràm sacerdotibus Dei humi postratus, cum lachrymis, & gemitibus pro se interueniendum Dño postulauit. Deinde religiosa prosecutione synodum exhortatus est, ut paternorũ decretorũ memores, ad cõseruanda in nobis iura ecclesiastica studiũ præberemus; & illa corrigere, quæ, dũ per negligentiã in usum uenerunt; cõtra ecclesiasticos mores licẽtiam sibi de usurpatione fecerũt. Talibus eius monitis cõgaudentes, necessarium extitit (iuxta eius nostrumq; uotũ) quæ cõueniunt tractare. Et qm̃ generale cõcilium agimus: Oportet primum nostræ uocis sermonem de cœlo esse, ut post ꝓfessionẽ fidei sequẽtia opis nostri nota q̃si sup fundamentũ firmissimũ disponant.

Ca.1. De oratione & fidei confessione.

In isto primo canone pronũciatur publice generalis ꝓfessio omnium pertinentiũ ad fidẽ per formam symboli. Specialiterq; explicatur illud symboli, Descẽdit ad iferos, ut sanctos, qui ibi tenebant, erueret: per quem & nos sumus in nouissimo die resuscitandi in ea, qua nũc uiuimus carne, & in ea, qua resurrexit idẽ Dñs forma; percepturi ab ipso, alij pro iustitiæ meritis uitam æternam; alij pro peccatis supplicium æternum. Quæ omnia in alijs symbolis explicitè non tradita sunt.

Explicatur, Descendit ad inferos.

Ca.2. Diuersitas in his, quæ ad religionem pertinent, prohibetur.

Nulla res magis disciplinæ.

Placuit, ut unus ordo orandi, atq; psallen-

di à nobis per oēm Hiſpaniam, atq; Gallitiā conſeruet. Vnus modus in miſſarum ſolēnitatibus; unus in ueſpertinis officijs; nec diuerſa ſit ultra in nobis eccleſiaſtica conſuetudo, qa in una fide continemur & regno.

mores ab eccleſia depulit q̃ inordinata diuerſitas officij.

Ca.3. Statuitur formula pro concilijs celebrandis.

Statuimus, ut ſaltem ſemel in anno à nobis cōcilium celebretur; ita tñ, ut ſi fidei cauſa eſt, aut quælibet alia eccleſiæ cōmunis, generalis totius Hiſpaniæ, & Gallitiæ ſynodus celebretur. Si uerò talis nō extiterit cauſa, ſpeciale erit cōcilium. oēs aūt, qui cauſas aduerſus quoſcunq; habere noſcunt, ad idem cōcilium concurrāt; & pro compellendis qbuſcūq; pſonis quidam executor à principe poſtulet. &c. Deinde annotat modus obſeruandus in concilio celebrādo & in tractādis rebus ſynodalibus.

Ca.4. De ſolennitate Paſchali.

Placuit, ut ante tres mēſes Epiphaniarū, metropolitani ſacerdotes literis ſe inuicē ingrāt, ut diem reſurrectionis Chriſti cōprouincialibus ſuis inſinuent, & uno tpe celebrādū annūciēt.

Sup. in conci. Aure. 4. fol. 180, ca. 1.

Canon.5. De baptiſmi ſacramennto.

In iſto canone docet, q in uſu baptiſmi teneat modus ille, quē Gregorius primus cōſultus à Leādro Epō Hiſpano definiuit. ſ. ut ſiue trina, ſiue ſimpla merſiōe, fuerit īfans baptizatus cēſeat baptizatus; qa in illa trina merſione triduanæ ſepulturæ ſacra ſignificamus, ut dū tertio infans ab aqs educit, reſurrectio triduani tpis exprimit; etiam & trinitas deſignat. In ſimpla uerò merſione unitas ſubſtātiæ in Trinitate dat itelligi. Ne tamē hæreticis uideamur

Lib. 1. Regiſtri, epiſto. 41.

De cōſe. d. 4. De trina merſione.

De cōſe. d. 4. C. propter uitandum.

consentire,(qui tertio mergūt,)dum eorū morem seruamus, cautum est,ne in Hispania fiat baptismus nisi in una mersione.

In residuo capituli declarat̃ pulchrè mysteriū,q̃re ĩ una mersiõe debeat fieri baptismus.

Ca.6.Vt passio Christi populis prædicetur.

Statuimus in sexta feria passionis Dñi,mysterium crucis quod ipse Dñs cunctis annunciandum uoluit,prædicari,atq; indulgentiam criminū clara uoce oẽm populum præstolari; ut pœnitentiæ compunctione mundati, uenerabile festum dominicæ resurrectionis,remissis iniqtatibus suscipe mereamur, corporisq; eius et sanguinis sacr̃m mūdi à pctõ sumam⁹. Matth.16.d.

Ca.7.In die passionis Christi ieiuniū solui nõ debet.

Quicunq; in die passionis Dñi ieiuniū,preter paruulos,senes,& lãguidos ante peractas indulgẽtiæ preces soluerit, à paschali gaudio, depellat̃;nec in eo sacramentū corporis & sanguinis Domini percipiat, qui diem passionis eius per abstinentiam non honorauit.

Canon.8.

Exprimitur causa,benedictiõis cerei in uigilia resurrectionis dñi.

Lucerna, & cereus in uigilia sacræ resurrectionis ꝑpter gloriosum noctis ipsius sacramentum solẽniter benedicat̃, ut sacræ resurrectionis Christi mysteriū, quod tpe huius noctis uotiuè aduenit, benedictione sanctificati luminis suscipiamus.

Canon.9.De efficacia orationis Dominicæ.

Nonnulli sacerdotū in Hispania reperiunt̃, qui dominicam orationẽ, quā saluator noster docuit,& precepit,non quotidie,sed tantū die dñica dicunt. Attamen,qa quotidiana oratio Matth.6.

eſt,quotidie quoq; ut deť, dici oportet. Delet enim hæc quotidiana oratio minima,& quotidiana peccata.Delet & illa,à quibus uita fidelium(etiam ſcelerate geſta) pœnitēdo in melius diſcedit mutata. Quiſquis ergo ſacerdotum,uel ſubiacentium clericorū hanc orationē quotidie,aut in publico,aut in priuato officio prçterierit,ordinis ſui honore priuetur.

Pro confirmatione huius canonis adducit. Cyprianus in ſermone de oratione dominica. Hilarius, & Auguſtinus in libro Enchiridion ultra medium.

Ca.10.In quo tempore Alleluia decātari debeat.

Statuimus, ut in oībus diebus quadrageſimç Alleluia non canteť,qa tēpus mœroris eſt. In tpibus uerò reliquis. ideſt,Caleñ. Ianuarij quæ,ppter errorem gentiliū aguť, oīno Alleluia non decantabiť. In qbus etiam,præter piſcem,& olus, ſicut & in illis quadraginta diebus cæteris carnibus abſtinetur, & à quibus etiam nec uinum bibitur. Siquis ergo Epiſcopus,aut presbyter,aut diaconus cōtrafecerit, ordinis ſui officio carere cogať, & cōmunione eiuſdem Paſchæ priuetur.

Canon.11.Vt poſt euangelium decātentur laudes.

Itē decreuimus, ut in miſſa laudes poſt epiſtolam non decanteť,donec prçdiceť euangelium. Nam laudes ideo euangelium ſequunť ,ppter gloriam Chriſti,quæ per idem euangelium prçdicať.Qui uerò hunc ordinem perturbauerint,excōicationis pœnam ſuſcipiant.

Canon.12.De Hymnis canendis.

Dç hymnis & pſalmis etiam canendis pu- De cōſec.di.1. De hymnis.

Matth.26. blicè in ecclesia, & Saluatoris & Apostolorum
Ephes.5. habemus exẽplum: Et hymno dicto &c. Paulus hoc etiam docet; Implemini spiritu sancto loquentes uobismetipsis in psalmis, & hymnis. &c. Et qa nõnulli hymni humano studio in laudem Dei cõpositi esse noscunt; Sicut hi, quos Hilarius, & Ambrosius ediderũt; quos tñ qdam specialiter reprobant, p eo q de scripturis sanctorum canonum, uel apostolica traditione non existunt. Respuant ergo illum hymnũ ab hoĩbus cõpositum quem in fine oĩum psalmorum dicimus. Gloria & honor patri, & filio, & spiritui sancto &c. Similiter & totum illud quod sequit post Angelicum hymnum. Gloria in excelsis Deo &c. Quod tamen ecclesiastici doctores cõposuerunt. Ergo nec ipsi in ecclesijs canendi sunt, qa in sanctarum scripturarum libris nõ inueniunt? Componunt missę, siue preces, uel orationes, siue cõmẽdationes, seu manus impositiones, ex qbus si nulla decantentur in ecclesia, uacant omnia officia ecclesiastica. Admonet.n. hæc fieri, atq; hortatur
1.Timo.2.a. Apostolus Timotheum dicens. Obsecro igit primo oĩum fieri obsecrationes, postulatiões, gratiarum actiones. Excõmunicatione ergo plectendi sunt, qui hymnos rejcere fuerint ausi.

Canon.13. De hymno trium puerorum.

De hymno trium puerorũ. Hymnũ quoq; triũ puerorum, in quo uniuersa cœli & terrę creatura Deũ collaudat, et quẽ ecclesia tota catholica p totũ orbem diffusa celebrat, publicè sctm̃ cõciliũ dedecãtari ĩstituit.

Ca.14. Quid in fine psalmorum dicendum.

Statuimus, ut in fine psalmorum, non gloria patri,

patri, sed gloria et honor patri dicat, Dauid di Psal. 28.
cente; Afferte Domino gloriam & honorem. Apoca. 5.
Et Ioan. Euange. audiuit uocem dicentem, Honor & gloria Deo nostro &c. Qui uerò hoc prçterierit, excommunicetur.

Canon. 15.

Statuimus, ut Gloria in fine Responsoriorum in lætis sequatur. In tristioribus uerò, repetatur principium.

Ca. 16. De libro Apocalypseos.

Apocalypsim librum multorũ cõciliorũ auctoritas, & synodica sanctorũ præsulum Romanorũ decreta Ioãnis Euangelistæ esse præscribunt, & inter diuinos libros recipiendum constituerunt. Et qa plurimi sunt, qui eius auctoritatẽ non recipiunt; eumq́ in ecclesia Dei prçdicare contẽnunt; siquis eum deinceps aut non receperit, aut à Pascha usq; ad Pentecosten missarum tpe, in ecclesia non prædicauerit, excõmunicationis sententiam habebit.

Ca. 17. Quo loco & tempore communicandum.

Nõnulli sacerdotes post dictam orationem Dñicam statim cõmunicant; quod deinceps interdicimus; sed data benedictione ad populum, tunc corporis, & sanguinis Dñi sacramẽtum sumat; eo uidelicet ordine, ut sacerdotes & leuitæ ante altare cõmunicẽt, in choro clerus, extra chorum populus.

Ca. 18. A quibus debet esse immunis, qui in epm ordinatus.

In isto canone notant, qui sunt indigni ad D. 51. Qui I all
honorem sacerdotij: quos ius nunc uocat irre quo crimine.
gulares. Inter quos etiam recensent & isti, qui muneribus * honorẽ obtinere moliunt. Qui * Nota.

à decessoribus in sacerdotium eligunt. Qui in scij literati sunt. Qui nõdum ad.xxx.annos puenerunt. Qui nec à clero, nec à populo propriæ ciuitatis electi sunt. Qui uerò ꝓbatus inuentus fuerit, ab uniuersis cõprouincialibus Epis, aut certè à tribus in sacerdotem die Dñica consecrabit. Eps uerò comprouincialis ibi cõsecrandus est, ubi metropolitanus elegerit. Metropolitanus aũt non nisi in ciuitate Metropoli, comprouincialibus ibi conuenientibus. Siquis aũt ad gradũ sacerdotij indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit.

Ca.19. Quo tempore in ueteri lege leuitæ ordinabantur.

Decreuimus, ut.25.annorꝫ ætatis leuitę cõsecrentur, &.30. presbyteri ordinent; ita ut secũdum pręceptum Apostolicum probent primum, & sic ministrent, nullum crimen habentes. Quoniam & in ueteri lege ab anno. 25. leuitæ in tabernaculo seruire mandantur.

D.77. In ueteri lege. Num. 7.
1.Timo.3.

Canon.20. De sacerdotibus, quales esse debeant.

Quicũqꝫ in sacerdotio Dei positi sunt, irreprehensibiles esse debẽt, Paulo attestãte: Oportet Epm irreprehẽsibilem esse. Inoffensos ergo et immaculatos decet Dei existere sacerdotes: nec ullius eos fornicationis contagio pollui. Abstineamus ergo nos ab omni opere malo, ut mundi corpore, purgati mẽte, possimus ad sacrificium Christi digni accedere, & Deum pro delictis omnium deprecari.

Canon.21. De eisdem.

Rom.12.d. & 1.Cor.8.d.

Quãuis cõscientiam puram apud Deũ nos habere oporteat: tñ & apud homines famam

optimam cũstodire oportet. Ideo cõuenit Episcopos testimonium ꝓbabilium ꝑsonaꝵ conuersationis & uitę in cõclaui suo habere: ut & Deo placeãt per cõuersationem bonam, & ecclesiæ per optimam famam.

Canon.22.De presbyteris & leuitis.

Item placuit, ut quẽadmodum Antistites, ita presbyteri, atq; leuitę, quos forte infirmitas, atq; ętatis grauitas in cõclaui suo manere non sinit, ut & ijdem in cellulis suis testes uitæ habeant, uitamq; suam sicut nomine, ita meritis teneant.

Ca.23.Quòd adolescentes probatissimo seniori deputentur.

Omnis ętas ab adolescẽtia prona est in malum. Nihil.n.incertius q̃ uita adolescentium. Ob hoc constituere oportuit, ut siqui in clero impuberes, aut adolescẽtes existunt, oẽs in uno cõclaui cõmaneant; ut lubricæ ætatis annos, nõ in luxuria, sed in disciplinis ecclesiastícis agãt; deputati ꝓbatissimo seniori, quem & magistrum doctrinæ, & testem uitæ habeant. 12.q.1.Omnis ætas. Gene.6. d Prouer.30.

Ca.24.Quòd sacerdotibus maximè ignorantia uitanda est.

Ignorantia mater cunctoꝵ erroꝵ maximè in sacerdotibus Dei euitanda est, qui docendi officium in populo Dei susceperunt. Sacerdotes.n.legere sanctas scripturas frequenter admonet Paulus, dicẽs ad Timotheum, Attende lectioni, & exhortationi &c. Sciant ergo sacerdotes scripturas sanctas, & canones meditentur; omne opus eoꝵ in prædicatione diuina, et doctrina consistat; atq; ędificent cunctos, tam fidei scientia, q̃ operum disciplina. Dist.38.Ignorantia. 1.Timo.4.

Canon. 25. Quòd officialem libellum ab episcopo accipiant presbyteri cum ordinantur.

Dist. 38. Quando ẽsbyteri.

Quando presbyteri in parochĳs ordinanť, libellum officialem à suo sacerdote accipiant, ut ad ecclesias sibi deputatas, instructi accedãt, ne per ignorantiã etiam in ipsis diuinis sacramentis Christum offendãt: ita, ut quando, uel ad litanias, uel ad concilium uenerint, rationem episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium celebrent, uel baptizent.

Ca. 26. De castitate seruanda tempore suæ ordinationis presbyteri & diaconi uotũ emittãt.

In Decre. Iuo. lib. 3.

Quando presbyteri, aut diaconi per parochias cõstituuntur, oportet, eos primum ꝓfessionem suo Ep̃o facere, ut caste et pure uiuant sub Dei timore: ut dum eis talis ꝓfessio obligauerit, uitæ sanctæ disciplinam retineant.

Can. 27. Presbyteri iniuste depositi, quomodo in pristinum restituantur statum.

Ep̃s, p̃sbyter, aut diaconus à gradu suo iniuste deiectus, si in sancta synodo innocẽs inueniať; gradus amissos recipiat coràm altari de manibus ep̃oꝝ. Si Ep̃s est, orariũ, annulũ, et baculum. Si presbyter, orarium, et planetã. Si diaconus, orarium, et albã. Si subdiaconus, patenã, & calicẽ. Sic et reliq gradus ea in reparatiõe sua recipiãt, q̃, cũ ordinarenť, ꝑcepunt.

Can. 28. Priuetur honore quicũq; ex ordine clericorum magos consuluerit.

26. q. 5. Si qs episcopus.

Siquis Ep̃s, aut presbyter, aut qlibet de ordinibus clericoꝝ magos aut aruspices, aut certe augures, uel sortilegos, uel eos, qui ꝓfitenť artem magicam, aut aliquos eoꝝ similia exer-

centes cõsuluisse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ depositus monasterij censuram excipiat: ibiq; perpetuæ pœnitentiæ deditus scelus admissum sacrilegi soluat.

Canon.29.

Cõfinitimi hostiũ sacerdotes nullum mandatum ad gentem extraneã occulte accipere, uel dirigere præsumant.

Can.30. Nullus sacerdos sit iudex, ubi sanguinis sententia præparatur.

Siquis sacerdotum, ubi sanguinis sententia præparatur, iudex extiterit, reus effusi sanguinis sit apud Christum: & apud ecclesiam perdat proprium gradum.

Can.31. Ne pauperes à potentibus opprimantur, episcopis cura committitur.

Epi (qbus hæc cura à Deo imposita est) dũ cõspiciunt iudices ac potẽtes pauperꝝ oppressores existere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant: & si cõtempserint emendari, eorꝝ insolentiam regis auribus intiment; ut quos sacerdotalis admonitio nõ flectit ad iustitiã, regalis ptãs ab improbitate coerceat. Si quis Epõrꝝ id neglexerit, concilio erit reus. Nota.

Ca.32. Epi nihil de iure suæ diocœsis p̄sumãt auferre.

Auaritia radix est cũctorꝝ malorꝝ: cuius sitis etiã sacerdotum mẽtes obtinet. Ideo constitutũ est à præsenti cõcilio, Epõs diocœses suas ita regere, ut nihil ex earꝝ iure præsumãt auferre: sed iuxta priorꝝ auctoritatem cõciliorꝝ tam de oblationibus, q̃ de decimis, tributis, ac frugibus tertiã cõsequant; ut cõcessa à fidelibus in Christi & martyrꝝ honorem, ipsorꝝ Epõrꝝ 1.Timo. 6. 16.q.1. Constitutum est à.

10.q.1.Nouerint. parochiis intacta maneāt. Nouerint tñ conditores basilicarũ in rebus, quas eisdem ecclesiis cōferunt, nullā se ptātem habere: sed iuxta canonum instituta sicut ecclesia, ita & dos eius ad ordinationem Episcopi pertineat.

Can.33. Quòd triennalis possessio intra eandem prouinciam seruari debeat.

16.q.3. Quicũque eps. Quicũq; Eps alterius Epi diœcesim per triginta annos sine aliqua interpellatione posse derit, admittenda nō est cōtra eum actio reposcendi. Sed hoc intra unā puinciam. Extra uerò nullo modo: ne dum diœcesis defenditur, prouinciarum termini confundantur.

Canon. 34.

10. q.3. Sicut diocœ. Sicut diocœsim alienam triēnalis possessio tollit, ita territorii conuentum non adimit.

Can.35. In ualetudine grauatus Episcopus, uisitationis officium aliis committat.

10.q.1. Episcopum per. Episcopi per cũctas diœceses, parochiasq; suas per singulos annos ire oportet, ut exquirat, quo unaquæq; basilica in reparatione sui indigeat. Quòd si ipse aut lāguore, aut aliis occupationibus implicatus id explere nequerit; presbyteros pbabiles, aut diaconos mittat, qui & redditus basilicarum, & reparationes & ministrantium uitam inquirant.

Can.36. Exoluat prælatus qđ in remunerationem obsequii ecclesiæ impensi alicui promisit.

12.q.2. Quicunq; suffra. Quicunq; suffragio cuiuslibet aliquid ecclesiasticæ utilitatis prouiderint, & pro eo quodcunq; commodum in remunerationem promiserint; promissi solutionem eos exoluere oportebit.

Can.37.Fundatores ecclesiarum si ad inopiam deuenerint,ab eisdem alimenta accipiant.

Quicunq; fidelium de facultatibus suis ecclesiæ aliqd deuotione ꝑpria cõtulerit, si forte ipsi aut filii eorꝫ redacti fuerint ad inopiã, ab eadẽ ecclesia suffragium uitę(pro tpis usu)percipiant.Si.n.oïbus aliis necessitatem sustinentibus(pro solo religionis intuitu) in usum res ecclesiæ largiuntur, quanto magis consulendum est, quibus retributio iusta debetur?

Canon.38.est ca.7.sextę synodi.

Can.39.ut leuita unũ tantũ humerorũ ambiat orario.

Vnum orarium oportet leuitam gestare in sinistro humero,ꝑpter qđ orat,id est,prędicat. Dexterã aũt ptẽ oportet hr̃e liberã, ut expeditius ad ministerium sacerdotale discurrat. Caueãt ergo leuitę gemino uti orario,sed uno tm̃ & puro,nec ullis coloribus, aut auro ornato. D.25. Vnum orarium.

Can.40.ut clerici tonsuram deferant.

Oẽs clerici uel lectores,sicut leuitę & sacerdotes detõso superius capite toto,inferius solũ circuli coronã relinquãt. Nõ sicut hucusq; in Gallitiæ ptibus facere lectores uident, qui prolixis (ut laici) comis in solo capitis apice modicũ circulum tõdunt. Ritus.n.iste in Hispaniis hucusq; hęreticorꝫ fuit.Vnde oportet, ut pro amputando ab ecclesiis scandalo hoc signum dedecoris auferatur. Qui secus fecerit,fidei catholicæ reus erit.

Canon.41.et.42.idẽ continent,quod & ca.5.sextę syndi.

D.81. Quidã clerici.

Canon.41.

Clerici qui sine consultu Epi sui uxores du

xerint, separari eos à proprio Epõ oportebit.

Can. 44. De clericis, qui uoluntarie arma sumunt.

23.q.8. Clerici.

Clerici qui in quacunq; factione arma uolẽtes sumpserunt, amisso ordinis sui gradu in monasterio pœnitentię tradantur.

Can. 45. Ne clerici sepulchra demoliantur.

Siquis clericus in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus, à clericatus ordine submoueatur: & pœnitentię triennio deputetur.

Can. 46. De libertate clericorum.

Pręcipiente domino nostro Sissebuta rege, id cõstituit sanctum cõcilium, ut oẽs ingenui clerici pro officio religionis ab omni publica indictione, atq; labore habeantur immunes; ut liberi Deo seruiant.

Canon. 47. est ca. 25. conci. Chalcedo.

Can. 48. Quòd paterna deuotio monachum faciat, sicut propria professio.

20.q.1. Monachum. De hoc uide infra in cõci. Vormacieñ. ca. 5.

Monachũ, aut paterna deuotio, aut ꝓpria ꝓfessio facit. Quicquid hoꝝ fuerit alligatum, tenebit. Proinde, his ad mundum reuertendi intercludimus aditum: & omnes ad seculum interdicimus regressus.

Ca. 49. Quòd liberũ sit clericis monasticã ꝓfiteri uitã.

Clerici qui monachoꝝ ꝓpositum appetunt (quia meliorem uitam sequi cupiunt) liberos eis ab Epõ in monasteriis largiri oportet ingressus: nec interdici ꝓpositum eoꝝ, qui ad cõtemplationis desiderium transire nituntur.

Canon. 50. Quale ius Epĩ in monasterijs habere debeant.

Nunciatum est p̃senti concilio, q̃ monachi episcopali imperio seruili opere mancipentur, & iura monasterioꝝ illicita p̃sumptione usur

pentur: ita ut penè ex cœnobio possessio fiat; atq; illustris portio Christi ad ignominiã, seruitutemq́; perueniat. Quapropter monemus eos, qui ecclesiis p̃sunt, ut ultra talia non p̃sumant. Sed hoc tantũ sibi in monasterijs uindicent, sacerdotes, abbates, aliaq́; officia instituere: atq; extra regulã facta corrigere. Qui cõtra fecerit, excommunicetur. 18.q.2. Hoc tũ tum sibi.

Canon.51. De monachis à monasterio egredientibus.

Nonnulli monachorũ egredientes à monasterio non solum ad seculum reuertuntur; sed etiã uxores accipiunt. Igit̃ reuocati in eodẽ monasterio à quo exierant, pœnitentię deputẽtur.

Canon.52. Qui se ipsos infamia notant, ad clerum peruenire non possunt.

Hi, qui in discrimine cõstituti pœnitentiam accipiunt, nulla manifesta crimina cõfitentes; sed tantũ se peccatores esse p̃dicãtes, huiusmodi si reuelauerint, possunt etiam per morũ probitatẽ ad gradus ecclesiasticos peruenire. Qui uerò ita pœnitentiã accipiunt, ut aliquod mortale peccatũ se perpetrasse publice fateantur, ad clerum, uel honores ecclesiasticos peruenire nullatenus poterunt: quia se cõfess[illegible] pria notauerunt.

Canon.53. Pœnitentiæ statum qui semel acceperint, mutare non possunt.

Quicunq; ex secularibus accipientes pœnitentiam totonderunt se, & rursus p̃uaricantes laici effecti sunt; ab Ep̃o suo ad pœnitentiam reuocentur. Quòd si aliqui admoniti ad pœnitentiam reuerti noluerint: ut uerè apostatę corã ecclesia anathematis sententia cõdẽnentur.

Hoc etiam totũ seruetur in religiosis: etiam in uiduis, uirginibusq; sacris, ac pœnitentibus fœminis, quę habitum religionis mutauerunt, aut ad nuptias transierunt.

In canone.54. idem habetur, quod de uiduis in pręcedenti dictum est.

Canon.55. Sicut Iudæi ad fidem non sunt cogendi, ita nec conuersi ab ea recedere permittuntur.

D.45. De Iudæis. De Iudæis pręcepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum uim inferre. Cui enim

Roma 9. uult Deus miseretur, & quē uult indurat. Nõ enim tales inuiti saluandi sunt, sed uolẽtes: ut

Gen.3. integra sit forma iustitiæ. Sicut.n. homo propria arbitrij uolũtate serpenti obediens perijt: sic (uocante se gratia Dei) propriæ mentis conuersione quisq; credendo saluatur. Qui autem iam pridem ad Christianitatem uenire coacti sunt (sicut factum est tẽporibus religiosissimi principis Sisebuti) quia iam constat eos sacramentis diuinis associatos, & baptismi gratiã suscepisse, & Chrismate unctos esse, & corporis Dñi & sanguinis extitisse participes; oportet [illegible]dem etiam quam ui, uel necessitate suf[illegible], tenere cogantur: ne nomen Domini b[illegible]netur; & fides quam susceperunt, contemptibilis habeatur.

Canon.56. Iudæis contra fidem Christianam dare suffragium prohibetur.

Quicunq; Iudæis cõtra fidem Christianam suffragium qualecunque pręstiterit, uerè ut prophanus & sacrilegus anathemate effectus ab ecclesia catholica & regno Dei habeatur extraneus.

Canon.57. De præuaricatione eorum qui ad fidem Christianam promoti fuerant.

Iudæi qui ad fidem Christianã promoti abominãdas circũcisiones & alios Iudaicos usus exercuerint, pontificali authoritate corrigant: & ad cultum Christiani dogmatis reuocẽtur. Eos autẽ quos circũciderunt, si filij eorũ sint, à parentum cõsortio separentur. Si serui, pro iniuria corporis sui, libertati tradantur. De cõsec. d. 4. Plerisque

Canon.58. Iudæorum filij post baptismum à parentibus separentur.

Iudæorum filios, uel filias baptizatos ne parentum inuoluantur erroribus, ab eorum consortio separari decernimus. Deputandos autẽ monasterijs, aut Christianis uiris aut mulieribus Deum timentibus: ut in moribus & fide proficiant. 28. q. 1. Iudæorum filios.

Canon.59. Perfidia parentum filijs obesse nõ debet.

Iudæi baptizati si postea præuaricantes in Christum, qualibet pœna damnati extiterint, à rebus eorum fideles filios excludi non oportebit: quia scriptum est. Filius non portabit iniquitatem patris. 1. q. 4. Iudæi baptizati. Ezech. 18.

Hoc desideramus obseruari.

Canon.60. Iudæi ad fidem conuersi cum remanentibus in ueteri ritu non communicent.

Nulla cõmunio sit Hebræis ad fidem Christianam translatis, cum his, qui adhuc in ueteri ritu consistunt; ne eorum participatione subuertantur. Quicunque hoc non seruauerit, & hi Christianis donentur: & illi cum quibus prohibitum est eis conuersari, publicis cædibus deputentur. 28. q. 1. Sæpe malorum.

Canon.62. Iudæus ab uxore fideli separetur, nisi ad fidem accesserit.

28. q.1. Iudæi qui. Iudæi qui Christianas mulieres in cõiugio habent, admoneantur ab Epõ ciuitatis illius, ut si cũ eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur. Quòd si admoniti noluerint, separentur. Filij autem qui ex talibus nati sunt, fidem atque cõditionem matris sequantur. Similiter & illi qui procreati sunt de infidelibus mulieribus, & fidelibus uiris Christianam religionem sequantur, non Iudaicam superstitionem.

Canon.63. Iudæi testes esse non possunt.

2.q.7. Nõ potest. Iudæi qui Christiani effecti sunt, & Christi fidem præuaricati sunt ad testimonium dicendum admitti nõ debent: quamuis se esse Christianos anuncient: quia sicut in fide Christi suspecti sunt, ita in testimonio humano dubij habentur.

Canon.64. Iudæi publicis officijs non præficiantur.

17.q.4. Cõstituit sanctum. Constituit sanctũ concilium, ut Iudæi, aut hi qui ex Iudæis sunt, officia publica nullatenus appetant: nec illa exercere iudices prouinciarum permittant. Siquis iudex hoc permiserit, excõmunicetur; & is qui subrepserit, publicis cædibus deputetur.

Can.65. Quòd nõ liceat Iudæis Christianos seruos habere.

Ex decreto Sesinandi regis. Iudæis nullo modo liceat Christianos seruos, nec Christiana mancipia emere. Si contra fecerint, ablati ab eis à principe libertatẽ consequantur.

Canon.66.

12.q.2. Et si illi qui. Nullus Epõrum libertos ex familijs ecclesiæ facere præsumat. Si secus fecerit, per successorẽ Episcopum ad ecclesiam reuocentur.

Can.67. Liberti ecclesiæ à patrocinio ecclesiæ nõ discedant.

Liberti ecclesiæ (quia nunquam moritur eorum patrona) ne à patrocinio ecclesię aliquando discedant, necesse est, ut tam hi Liberti, quam ab eis progeniti professionem Epõ suo faciant. Qui si à patrocinio ecclesiæ pręmissa admonitione nihilominus discesserint, manumissio eorum irrita sit. 12.q.2. Liberti ecclesiæ ga. 12.q.2.Liberti ecclesiæ.

Canon.68. Quando libertatem quis integram consequatur, ad clericatum suscipi potest.

Quicunque libertatem à dominis suis ita percipiunt, ut nullum sibi in eis obsequium patronus retẽtet, isti si sine crimine capitali sunt, ad clericatus ordinem suscipiantur. D.54.Quicunque.

Canon.69. Quòd de familijs ecclesiæ liceat presbyteros constituere.

De familijs ecclesię constituere presbyteros & diacones per parochias liceat, quos tamen uitæ rectitudo cõmendat. Ea tamen ratione, ut antea manumissi libertatem status sui percipiant. In ultimo canone excõmunicantur, omnes qui contra regis regnique Hispaniæ conseruationem aliquid tyrãnice attentauerint. Quibus oĩbus subscripserunt omnes Epĩ numero septuaginta. Subscripsit etiam Episcopus Carcassonensis: & Vicarij etiam Episcoporum.

Explicit concilium Toletanum quartum.

CONCILIVM TOLETANVM quintum. Circa tẽpora Honorij Papæ primi, anno primo Chintillani Regis Gottorum: pręsidente Eugenio ecclesiæ Toletanæ & prouinciæ Carthagineñ. Epõ Metropolitano. Affuerunt & alij uiginti Episcopi. Conciliũ Toletanũ.5.

Canon.1. Quando Lætaniæ dici debeant.

In cuncto regno specialis & propria hæc religiosa omni tempore teneatur obseruantia, ut à die Iduũ Decembrium Lętania triduo ubiq; annua successione peragat. Quòd si dies Dñica intercesserit; in sequẽti hebdomada celebret.

In Can.2. nihil aliud tractatur, nisi de custodia salutis Regum & defensione prolis pręsentium principum.

Canon.3. Sine electione omnium nullus præficiatur in regẽ.

Siquis ad regiæ maiestatis ambit peruenire fastigia, quem nec electio omnium p̃ficit, nec Gotticę gentis nobilitas ad hunc apicẽ trahit, sit consortio catholicorum priuatus: & diuino anathemate condemnatus.

In reliquis canonibus cauetur sub anathemate, nequis in principem maledicta congerat: aut illi aliquo modo insidietur.

Subscripserunt omnes Episcopi, & Vicarij etiam Episcoporum.

Explicit concilium Toletanum quintum.

Conci. Toletanum. 6.

CONCILIVM TOLETANVM sextũ, sub eodẽ Honorio Papa primo anno. 2. Chintilliani Regis in ecclesia Leocadiæ martyris; celebratum ab Episcopis Hispanię, & Gallitiæ quinquaginta duobus, præsidente Eugenio Episcopo Toletano.

Ex tribus psonis diuinis solus filius humanitatẽ assũpsit

In primo canone pronuntiatur symbolum fidei; in quo explicatiùs habetur illud: Quòd ex tribus personis diuinis, solum filium fatemur ad redemptionẽ humani generis propter culparum debita, quæ per inobediẽtiam Adæ originaliter, & nostro libero arbitrio contraxi

mus, resoluenda à secreto patris arcanoq; prodisse: & humanitatē sine peccato de sancta uirgine assumpsisse, ut idē filius Dei patris, esset filius hominis; Deus perfectus, & homo perfectus; in duabus naturis una persona, ne quaternitas Trinitati accederet, si in Christo gemina persona esset.

Et ibidem etiam habetur: Et cum tota cooperata sit Trinitas formationem suscepti hominis (quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis) solus tamē filius suscepit humanitatem in singularitate personæ, non in unitate diuinę naturæ, idest, in eo quod proprium est filij, nō quod cōmune est Trinitati: quoniam constat naturam Trinitatis esse, nō tamen personam. Hic ergo Dñs noster Iesus Christus mortuus est propter expiationē nostram: resurrexit propter iustificationem nostram. Quē etiam uenturum in fine expectamus seculorum cum resurrectione omnium æquissimo suo iudicio redditurum iustis pręmia, & impijs pœnas &c.

Filius Dei in singularitate psonæ non in unitate naturę humanitatē assumpsit.

In Can. 2. agitur tantum de obseruantia Lętaniarum pro successu Regum.

Canon. 3. Vt Hispaniarum reges iuramentum præstent de expellendis à suo regno infidelibus.

Sanctum concilium simul & cum consensu Christianissimi principis, suorumq; optimatum, illustriumq; uirorū hanc promulgamus Deo placituram sententiam, ut quisquis succedentium tēporum regni sortitus fuerit apicē, nō ante conscendat regiam sedem, q̃ inter reliqua cōditionum sacramenta pollicitus fuerit, nullum nō catholicū permittere in suo regno

degere. Si uerò postquam ad regni gubernacula accesserit, ipse temerator huius extiterit promissi, sit anathema maranata in conspectu sempiterni Dei: & pabulum efficiatur ignis æterni. Similiter & omnes qui cũ eo consenserint.

Autor. *Horum patrum sententia usus est Ferdinandus Hispaniarum Rex cognomento Catholicus, cũ à tota ditione sua expulit Iudæos & Sarracenos.*

Ca.4.est Ca.22.sextæ synodi, de his, qui per pecunias ecclesiasticos gradus assumunt.

Canon.5. Qui beneficium ab ecclesia accipit, eius professionem nomine precariæ faciat.

12.q.2. Sæpe fit. Siquis clericorũ stipendium de rebus ecclesiæ cuiuscunque Episcopi percepit largitate, sub precarię nomine debeat professionem scribere, ne per retentionem diuturnam præiudicium afferat ecclesiæ. *Canon.6.*

Quicunque religiosum spontanee semel indutum habitum dimiserint, excõmunicentur si reuerti noluerint.

Canon.7.est Ca.53.supra in concilio Toletano quarto. *Canon.8.*

33.que.c.finali. Et habetur in ep'la Leõis papę ad Rusticũ Narbonẽsem epm.q̃ est.90. responsi.11. Qui in ętate adolescentiæ positus dum mortis formidat casum, peruenerit ad pœnitentiæ remedium, si coniugatus & forte fuerit incontinens, ne postea adulterij incurrat lapsum, redeat ad pristinum coniugium, quousque possit adipisci temporis maturitate continentiæ statum. Quod nos sicut de uiris, ita de fœminis æquo modo censemus: nõ quidem hoc generaliter & canonice pręceptum, sed pro humana fragilitate constat à nobis indultum: ea duntaxat ratione, ut si is qui pœnitentiæ non est

legibus

legibus deditus, ante ab hac uita decesserit, q̃ excõmunicationi cõsensu ad continentiam unus eorꝫ fuerit regressus, superstiti nõ liceat denuo transire ad uxoris amplexus. Si aũt illius uita superstes extiterit, qui non acceperit * absolutionẽ pœnitentis, nubat si se cõtinere nõ potest: & alterius cõsortio fruatᷣ uxoris. In omnibus tamẽ sacerdotis expectetᷣ ordinatio: ut iuxta quod ætatem aptam perspexerit, pœnitentiæ absolutionis tribuat legem. * Vel benedictionem.

Cum coniugatus in ægritudine uouet continentiam, si postea non potest continere, redibit ad uxorem. Ea tamen mortua non transibit ad secundas nuptias. Visum est synodo dispensandum cum illo in usu primi matrimonij, & arcere eum à secundis nuptijs. Quod tamen licebit coniugi non uouenti. Atq; hic est scopus huius canonis. Autor.

Canon. 9.

Nouo adueniente Pontifice omnes ecclesiæ liberti, & ab eis progeniti chartulas, et professiones suas in conspectu ecclesiæ renouare debent. Quod si intra annum non fecerint, uacuæ remaneant & inanes.

Canon. 10.

Libertorꝫ filij intra ecclesiam erudiendi nutriantur: & Episcopo debitum reddant famulatum.

Canon. 11.

Quisquis à quolibet criminatur, non antea accusaꝰ supplicio detᷣ, q̃ accusator præsentetᷣ. 3. q. 9 Dignũ est, ut.

Canon. 12.

Quisq̃s patrator culparꝫ extiterit, & ad hostium refugium confugerit; excõmunicetur.

Canon. 13.

Qui primatum dignitatis habẽt in palatio,

à iunioribus modestus honor per oīa deferať: & minores à senioribus dilectionis amplectā tur affectu; & utilitatis imbuantur auxilio.

Ca.14.est ca.6.Cōcilij Toletani qnti.

Canon.15.

Res ecclesiæ à quibuslibet iuste collatę in earum iure firma stabilitate permaneant.

Ca.16.est ca.2.conci.Toletani.5.

Ca.17.est ca.4.in conci.Toletano.5.

Ca.18.est.18.ca.in conci.Toletano.5.

Ca.19. Cōsumitur in gratiarum actionibus Deo, & deinde Regi: cuius studio & instantia collecti sunt Episcopi.

Subscripserūt Epī q ibi cōuenerūt num.52.

Ego Eugenius ecclesię Toleta.Epš subscripsi.

Subscripserūt ēt uicē agētes absentiū epoꝝ.

Explicit Concilium Toletanū sextū.

Cōci. Braca. primum.

CONCILIVM BRACARENSE Primum sub Honorio Papa primo: et anno.3. Arriamiri Regis celebratum in Hispania citeriori ab Epīs Gallitię,ꝓuincię: in quo primum lectū est exēplar fidei cum capitulis, quæ Epī Tarraconenses, & Cathaginenses, Lusitani & Bętici contra impiā Priscillianæ hæresis sectā olim facto in terse cōcilio tanq̄ regulam fidei tradiderant. Proposita capitula sic habent.

Canon primus.

Siqs Patrem, Filiū, & S.S. non confiteť tres ꝑsonas unius substātię, & uirtutis ac potestatis sicut catholica ecclesia docet, sed unam tm̄ ac solitariam dicit esse ꝑsonā; ut ipse sit pater, qui filius &c. sicut Sabellius & Priscillianus dixerunt: anathema sit.

Canon. 2.

Siquis extra ſanctam Trinitatē alia (neſcio quæ) & Diuinitatis noīa introducit, dicens, Quòd ipſa Diuinitas ſit Trinitas, ſicut Gnoſtici & Priſcillianus dixerunt: anathema ſit.

Canon. 3.

Siqs dicit filium Dei dūm noſtrū anteq̃ ex Virgine naſceret̃, nō fuiſſe; ſicut Paulus Samoſatenus, & Fotinus, & Priſcillianus dixerūt: anathema ſit. *Canon. 4.*

Siqs natale Chriſti ſecundū carnē non uerè honorat; ſed honorare ſimulat ſe, ieiunās in eodem die, & in Dñico qa Chriſtū in hoīs uera natura eſſe nō credit, ſicut Cerdon, Marcion, Manichęus, & Priſcillianus dixerunt: anathema ſit. *Canon. 5.*

Siqs animas humanas uel angelos ex Dei credit ſubſtātia extitiſſe, ſicut Manichęus, & Priſcillianus dixerunt: anathema ſit.

Canon. 6.

Siqs aīas humanas dicit prius in cœleſti habitatione peccaſſe, & ꝑ hoc in corpora humana interiectas, ſicut Priſcillianus dixit; anathema ſit. *Canon. 7.*

Siqs dicit diabolum non fuiſſe prius angelum bonū à Deo factum: nec Dei opificiū fuiſſe naturā eius: ſed dicit eum ex tenebris emerſiſſe, nec aliquē ſui habere autorem; ſed ipſum eſſe primū abſq; ſubſtantia mali, ſicut Manichęus, & Priſcillianus dixerūt: anathema ſit.

Canon. 8.

Siqs credit, q̄ aliquas īmundas creaturas diabolus fecerit; & tonitrua & fulgura, & tē-

pestates,& siccitates ipse diabolus sua autho ritate facit,sicut Priscillianus dixit: anathema sit.

Canon.9.

Si qs animas & corpora humana fatalibus stellis credit astringi,sicut Pagani,et Priscillia nus dixerunt: anathema sit.

Canon.10.

Siqs duodecim signa,idest, sydera quæ ma thematici obseruare solent per singula animę, uel corporis mēbra dissipata credūt:& nominibus patriarcharꝝ ascripta dicunt, sicut Priscillianus dixit:anathema sit.

Canon. 11.

Siqs coniugia humana damnat: & procreationem nascentium perhorrescit, sicut Manichęus, & Priscillianus dixerūt:anathema sit.

Canon.12.

Siqs plasmationē humani corporis diaboli dicit figmentum esse: & cōceptiones in uteris matrū operibus dicit dæmonū figurari; ꝑpter qđ resurrectionē carnis nō credit,sicut Manichęus, & Priscillianus dixerūt:anathema sit.

Canon.13.

Siqs dicit creationē uniuersæ carnis nō opificiū esse Dei,sed malorꝝ angelorꝝ, sicut Manicheus,& Priscillianus dixerūt:anathema sit.

Canon.14.

Siquis īmundos putat cibos carniū, quas Deus in usu hominum dedit, & nō ꝑpter afflictionē sui corporis;sed quasi īmūditiā putās, ita abstineat ab eis,ut nec olera cocta cū carnibus prægustet,sicut Manichęus, & Priscillianus docuerunt:anathema sit.

Canon.15.

Siqs clericorum, uel monachorum preter matrē, aut germanā, uel etiā quæ pxima cōsanguinitate iūgunt, alias aliquas quasi adoptiuas fœminas secū retinet; & cum ipsis habitat, sicut Priscilliani secta docuit: anathema sit.

Istas olī uocabant subintroductas mulieres, quas synodus non permittit.

Canon.16.

Siqs feria Paschali, quę uocat cœna Dñi, hora legitima post nonā ieiunus in ecclesijs missas nō tenet: sed secundū sectā Priscilliani festiuitatē ipsius ab hora tertia per missas defunctorum soluto ieiunio colit: anathema sit.

Canon.17.

Siqs scripturas (quas Priscillianus secundū suū deprauauit errorē, uel tractatus Dictinij, quos ipse Dictini⁹, ante q̄ cōuerteret, scripsit sub noīe Patriarcharum, Prophetarum, et Apl'orum, et suo errori cōsona cōfinxit) legit; & impia eorum figmenta sequitur, aut defendit: anathema sit.

Hæc sunt dogmata Priscillianistarum.

Post hæc, pnunciati sunt canones ad instructionē clericalis disciplinæ pertinentes.

Canon.19.est ca.2.conci.Toletani secundi. & cōci. Veneti. ca.15.

D. 12. Placuit omnibus.

Canon.20.

Item placuit, ut per solēnium dierum uigilias, uel missas, omnes easdem, & non diuersas lectiones in ecclesia legant.

Can.21. Vt sit unus modus salutandi in missa.

Itē placuit, ut nō aliter Epi, & aliter presbyteri populū, sed uno modo salutent, dicentes, Dñs sit uobiscum, sicut in libro Ruth legit. Et ut rñdeatur à populo: Et cū spiritu tuo; sicut

Ruth. 2.

& ab ipsis Apl̃is traditum oĩs retinet Oriens; & non sicut Priscilliana hæresis permutauit.

Traditio apostolorum.

Can.22. Vt uno ordine missæ celebrentur.

Item placuit, ut eodẽ ordine missę celebrentur ab oĩbus, quo Profuturus quõdam huius metropolitanę ecclesię Ep̃s ab ipsa apostolicæ sedis autoritate suscepit scriptum.

Can.23. Vt sit unus ordo baptizandi.

Item placuit, ut nullus eum ordinem baptizandi prętermittat, quem & antea tenuit metropolitana Bracarensis ecclesia, & pro amputanda aliquorꝝ dubietate prędictus Profuturus Episcopus scriptum, & sibi directum à sede beatissimi Petri apostoli suscepit.

Can.24. Episcopi secundũ tp̃s ordinationis sedeant.

Itẽ placuit, ut cõseruato Metropolitani ep̃i primatu cæteri Ep̃orꝝ secundũ suę ordinationis tp̃s alius aliꝭ sedendi deferat locum.

Ca.25. Res ecclesiasticæ in quatuor partes diuidendæ.

Item placuit, ut de rebus ecclesiasticis tres fiant æquę portiones, idest, una Ep̃i, alia clericorꝝ; tertia in reparatione, uel in luminarijs ecclesię. De quarta p̃te siue archip̃sbiter, siue archidiaconus illã administrãs, Episcopo faciat rationem.

Canon.26.

Item placuit, ut nullus Ep̃s clericum alterius ordinare p̃sumat sine licẽtia alterius Episcopi.

Canon.27.

Item placuit, ut diacones superposito scapulæ utantur orario.

Canon.28.

21.d. Nõ licet cuilibet.

Placuit, ut nõ liceat cuilibet ex lectorib⁹, sacra altaris uasa portare; nec alijs nisi his, q̃ ab Ep̃o subdiaconi fuerint ordinati.

Canon.29.

Lectores in ecclesia, in habitu seculari ornato non psallant. Canon.30.

Extra psalmos ueteris testamẽti, nihil poetice cõpositũ in ecclesia psallatur. Canon.31.

Ingredi sacrarium ad cõmunicandum nõ liceat laicis, nisi tantum clericis.

Ca.32. Ne ab esu carnium abstineat clerus.

Quicũq; in clero cibo carniũ nõ utunt, pro amputanda suspitione Priscillianę hęresis, uel olera cocta cũ carnibus tñ pręgustare cogant, Qđ si cõtẽpserint, necesse est ꝓ suspitione hęresis huius, ut excõicent; & ab offõ remoueant.

Canon.33. Vitentur excommunicati.

Qui ꝓ hęresi, aut ꝓ crimĩe aliquo exõicant, nullus eis cõicare p̃sumat. Quæ si qs spnit uolũtarie, seip̃m alienũ à cõione facit. Ca.34.

Qui sibiipsis, quolibet mõ culpabili inferũt mortẽ, nulla ꝓ illis fiat cõmemoratio, nec cũ psalmis sepeliant. Hoc idem obseruetur in illis, qui pro suis sceleribus puniuntur. 23.q.5. Placuit ut hi qui.

Can.35. De catecumenis sine baptismo defunctis.

Catecumenis sine redẽptione baptismi defunctis, simili modo nõ oblationis sanctę cõmemoratio, nec psallẽdi impendatur officiũ.

Ca.36. est ca.17. conci. Tiburieñ.

Canon.37. Ne presbyter altaria consecret.

Siquis p̃sbyter, post hoc interdictũ ausus fuerit Chrisma benedicere, aut ecclesiam, aut altaria consecrare, à suo officio deponatur.

Ca.38. Nequis ex ordine laico assumatur ad sacerdotiũ.

Ex laico ad gradũ sacerdotij, ante nemo ueniat, nisi prius anno ĩtegro, in offõ lector℞, uel

Hoc idem de epis pręcipitur ĩ ca.5. octauę synodi.

diaconat⁹ disciplinã eccl'iasticã discat; & sic p singulos gradus erudit⁹, ad sacerdotiũ ueniat.

Can. 39. Qualiter distribuendæ oblationes fidelium.

Siqd ex collatione fideliũ, aut p festiuitates martyꝝ, aut p cõmemorationẽ dfũctoꝝ offerť apd unũ cl'icoꝝ fidel'r colligať, et cõstituto tpe aut semel, aut bis ĩ ãno ĩter oẽs cl'icos diuidať.

Expliciũt canones cõcilij Bracarẽsis primi.

CONCILIVM BRACARENSE secundũ anno. 2. regis Ariamiñ. e. ra. 610. sub Honorio Papa. 1. Est cõciliũ puĩciale ĩ quo tractanť ea tm̃, q̃ ad eccl'iasticã disciplinã ptinẽt.

Can. 1. Qua forma uisitabunt epi ecclesias suas.

10. q. 1. Placuit oibus epis. Placuit oĩbus ep̃is, atq; cõuenit, ut p singulas eccl'ias ep̃i, & p diocœses ãbulãtes, primũ discutiãt clericos, qũo ordinẽ baptismi teneãt, uel missaꝝ, & qual'r q̃cunq; officia in ecclesia peragãt. Et si recte qdem inuenerint, Deo g̃ras agãt; sin aũt minime, docere debent ignaros: et hoc modis oĩbus p̃cipere, sicut antiq canones iubẽt, ut ante dies. 20. baptismi ad purgationẽ exorcismi cõcurrãt catecumeni. In qbus uiginti diebus oẽs catecumeni symbolũ, quod est, Credo in Deũ &c. specialiter doceanť. Postq; ergo in his suos clericos discusserint, uel docuerint Ep̃i (alia die uocata plebe ipsius ecclesię) doceãt illos, ut errores fugiant idoloꝝ, uel diuersa crimina, idest, homicidiũ, adulteriũ, piuriũ, falsũ testimoniũ; et reliq pctã mortifera; et qď nolũt sibi fieri, alteri nõ faciant, & ut credãt resurrectionẽ oĩum hominũ, et diẽ iudicij, ĩ quo un⁹ qsq; scd̃m opa sua recepturus sit. Et sic postea Ep̃s de illa eccl'ia pficiscať ad aliã.

Quem ordinẽ seruent ep̃i uisitãtes diocœsim suam.

Canon.2. Quid accipient episcopi uisitantes.

Nullus Epõrum per suam diocœsim ambulans, prꝫter honorẽ cathedrꝫ suæ, id est, solidos duos, aliquid aliud per ecclesias tollat. Tertia uerò pars oblationum populi, pro luminaribus, uel recuperatione, in ecclesiis parochialibus, seruetur. Similiter & parochiales clerici seruili more in aliquibus operibus Episcopis seruire nõ cogantur, quia scriptum est; Neque, ut dominantes in clero &c. 10.q.3.Placuit ut nullus. 1.Petri.5.a.

Canon.3. Nõ sunt accipienda munera ab episcopo.

De ordinatione clericorum Epĩ munera nulla accipiant, sed sicut scriptum est; Gratis accepistis &c. quia antiqua definitio patrum ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit, dicens: Anathema sit danti, & accipienti. 1.q.1.Placuit, ut de ordi. Matth.10.a.

Canon.4. Pro balsamo nihil accipiat episcopus, præter solitum.

Modicum balsami, quod benedictũ pro baptismi sacramẽto per ecclesias datur, quia à singulis tremisses pro ipso exigi solent, nihil ulterius exigatur, ne forte quod pro salute animarum per inuocationẽ sancti spiritus consecratur, sicut Simon Magus donum Dei pecunia uoluit emere, ita nos uenundantes, damnabiliter uenundemur. Acto.8.

Ca.5. Pro cõsecratione ecclesiæ nihil accipiendum.

Placuit, ut quoties ab aliquo fideliũ ad consecrãdas ecclesias Episcopi inuitantur, nõ quasi ex debito munus aliquod à fundatore requirant, sed, si ipse quidẽ aliquid ex suo uoto obtulerit, nõ respuatur. Si uerò aut paupertas illum, aut necessitas retinet, nihil exigetur ab illo, 1.q.2.Placuit, ut quoties.

Attamen unusquisq; Epor meminerit, ut non prius dedicet ecclesiam, nisi antea dotem basilicæ, & obsequium ipsius per donationē chartulæ confirmatum accipiat. Contra uerò facere temeritas magna est.

Canon. 6. Qualiter ædificandæ basilicæ.

De conse. d. 1. Sigs basilicā.

Siquis basilicā, non pro deuotione fidei, sed pro quæstu cupiditatis ædificat, ut quicquid ibi de oblatione populi colligitur, medium cū clericis diuidat, eo q basilicā in terra sua condiderit, nullus Epōrum tam abominabili uoto cōsentiat, nec talē basilicā audeat cōsecrare.

Canon. 7. Nihil exigendum pro baptismo.

1. q. 1. Placuit, ut unusquisq.

Vnusquisq; Epor per ecclesias præcipiat, ut hi, qui infantes suos ad baptismū offerunt, si quid uoluntarie pro suo offerunt uoto, suscipiatur ab eis. Siquid uerò per necessitatē paupertatis aliquid nō habent quod offerant, nullum illi pignus uiolenter tollatur à clericis.

Canon. 8. Qualiter accusandi clerici.

2. q. 5. Placuit, ut siqs aliquē.

Siquis aliquem clericor in accusatione fornicationis impetit, secundū præceptum Pauli, duo, uel tria testimonia requirantur ab illo. Quòd si non potuerit datis testimonijs approbare quod dixit, excōmunicationem accusati accusator accipiat.

Canon. 9. De ieiunio quadragesimæ indicendo.

De cōs. d. 3. Placuit, ut postq.

Adueniente natalis Domini die, post lectionem euangelicam, superuenturum ipsius anni Pascha, quota Calendarū die, uel quota Luna debeat suscipi, à sacerdotibus, nuncietur populo, & quadragesimæ ieiunijs, populo seruire præcipiant.

Quadragesimale ieiuniū precipitur.

Canon.10. Vt nullus nisi ieiunus missas peragat.

Cognouimus quosdã presbyteros in huius præsumptionis audacia retineri, ut missas mortuorum etiam post acceptũ merum, uel oblationem ausi sunt consecrare. Ideoq́ hoc præfixæ euidentis sententiæ admonitione seruet̃, ut siquis presbyter post hoc edictum nostrum amplius in hac uesania fuerit deprehẽsus, hoc est, non ieiunus, sed quocunque cibo præsumpto oblationem consecrauerit in altari, continuo ab officio suo priuatus, à proprio deponatur Episcopo.

Explicit concilium Bracarense secundum.

Seuerinus Papa septuagesimus primus sub Petro, patria Romanus, patre Labieno, in locum Honorij subrogatus, ab Isatio totius Italiæ hexarcho, in Põtificatu confirmatur. Tunc enim non habebat̃ rata cleri, ac populi electio, nisi id Imperatores, aut eorum exhexarchi cõfirmassent. Seuerinus igitur pontifex uir singularis pietatis, & religionis, amator pauperum sedit menses undecim, dies uerò quatuor. Seuerinus papa.71.

Ioannes quartus Papa septuagesimus secũdus sub Petro, natione Dalmata, patre Venantio, sedit annum unum, iuxta uerò aliquos, tres annos. Ioannes papa.72.

Theodorus Papa septuagesim⁹ tertius sub Petro, natione Græc⁹, ex patre Theodoro Episcopo Hierosolymis oriundo, sedit annos sex, menses quinq;, dies octo. Hic fuit amator pauperum, largus, benignus super omnes, & multum misericors. Isti tres Pontifices fuerunt sub Heraclio Imperatore.57. anno Christi.612. Theodorus papa.73.

Conci. Toletanum 7.

CONCILIVM TOLETANVM septimum. Circa tēpora Theodori, uel Martini primi Papę: in quo conuenerunt triginta & octo Episcopi.

Canon. 1. De euentu languoris in clerico ministrante.

7. q. 1. Nihil cōtra ordinis.

Censuimus conuenire, ut cū à sacerdotibus missarum tēpore sancta mysteria cōsecrantur, si ægritudinis accidit quilibet euētus, quo cœptum nequeat cōsecrationis expleri mysteriū, sit liberum Epō, uel p̄sbytero alteri consecrationem exequi officij cœpti. Nō enim aliud ad supplementū initiatis mysterijs cōpetit, q̄ꝫ aut incipientis, aut subsequentis completa benedictio sacerdotis; q̄a nec perfecta uideri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur. Dum. n. simus omnes unum in Christo, nihil contrarium personarū diuersitas format, ubi efficaciā ꝓsperitatis unitas fidei repręsentat. Quod etiam consultum cuncti ordinis clerici indiuiduum esse sibi non ambigant, sed præcedentibus libenter alij pro complemento succedant. Ne tamen, quod naturę languoris causa cōsulitur, in p̄sumptionis perniciem conuertatur, nullus post cibum, potumq́ꝫ quemlibet minimum sumptū missas facere, nullus absq́ꝫ patentis ꝓuentu molestiæ minister, uel sacerdos cū cœperit, imperfecta officia p̄sumat omnino relinquere. Qui contra fecerit, excōmunicetur.

Canon. 2. De exequijs morientis Episcopi.

De exequijs morientis epi habet̄ in ca. 4 in cōcilio Valētino Hispanię celebrato.

Siquis sacerdotum ad humanda decedentis Epi membra uenire cōmonitus distulerit, appellantibus clericis abeuntis Epi, apud synodum, uel Metropolitanū Epum tempore anni

unius nec faciendi missam, nec cõmunicandi habeat omnino licentiam. Presbyteri autẽ, siue cæteri clerici, qbus maior honoris locus apud eandẽ ecclesiam fuerit, cuius sacerdos obierit, si omni solicitudine pro exequijs, aut iam mortui, aut continuo antistitis morituri, ad cõmonendum Epũm tardi inueniantur, aut per quã cunque molestiam animi id negligere cõprobentur, totius anni spatio ad pœnitentiam in monasterijs deputentur. *Canon. 3.*

Vltra duos solidos, à parochianis ecclesiis, epũs non p̃sumat accipere, & amplius q̃ una die per unã quãque basilicã morãdi licentiã nõ habeat. omisimus alia tria cap. alias repetita. 10. q. 3. Inter cętera denique quæ.

Explicit concilium Toletanum septimum.

Martinus Papa septuagesimus quartus suo Petro, de ciuitate Tudertina, p̃uinciæ Tusciæ, sedit annos sex, mensem unum, dies uiginti & sex Imperatore Cõstante circa annum Christi 643. Huius temporibus fuit Paulus Cõstantinopolitanæ urbis Epũs hæreticus; contra quẽ congregauit synodum Lateranen. in urbe Roma, ubi conuenerunt Episcopi, numero centũ quinque, & condẽnauerunt Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrum, & Paulũ Patriarchas Constantinopolitanos, quia nouitates contra ĩmaculatam fidem p̃sumpserunt innectere, anathematis ultione percusi sunt. Quæ synodus hodie in archiuio ecclesiæ cõtinetur. Et faciens exẽplaria, per omnes tractus Orientis, & Occidentis direxit, & per manus orthodoxorum fidelium disseminauit. Martinus papa. 74.

Hic Paulus hæreticus suggessit Imperatori,

ut deduceretur Martinus Constan tinopolim occidendus, nisi cessaret à sua persecutione: qđ obtinuit, qm̄ delatus est Constantinopolim per Pellurium cubiculariū Imperatoris. Qui cum nollet omnino acquiescere, directus est ī exilium, in locum qui dicitur Cersona: & ibidem uitam finiuit in pace Christi cōfessor, ubi operatus est multa miracula.

Synodus Lateranensis.

Canones synodi Lateranesī. contra Theodorum, & Cyrum, & Paulum hæreticos, quondam Episcopos, ac socios eorum.

Canon. 1.

Siquis nō confitetur, secundum sanctos patres, propriè, & uerè, patrem, & filium, & spiritum sanctum, Trinitatem in unitate, unitatē in Trinitate &c. sit condemnatus.

Canon. 2.

Siquis nō confitetur, secundum sanctos patres, propriè, & uerè, ipsum unum sanctæ, & cōsubstantialis, & adorādæ Trinitatis Deum uerbum descendentem de cœlis & incarnatū de spiritu sancto, & Maria uirgine, & hominē factum &c. sit condemnatus.

Canon. 3.

Siquis nō confitetur propriè, & uerè Dei genitricem sanctā semper uirginem īmaculatam Mariam, in ultimis seculorꝝ absqꝫ semine concepisse ex spiritu sancto, & incorruptibiliter enixam esse, & indissolubili permanēte, & ante, & post partum eiusdem uirginitate; sit condemnatus.

Canon. 4.

Siquis nō confitetur propriè, & uerè ipsius, & unionis Dn̄i nostri & Dei nr̄i Iesu Christi,

duas natiuitates existere, unam ante secula ex Deo patre incorporaliter,& sempiternaliter,alterã autem de uirgine Maria carnaliter in ultimis seculorum,& eundem Dñm, & Deum Iesum Christum consubstantialem Deo patri secundũ deitatem, & consubstantialem uirgini secundũ humanitatem,ac eundem passibilem carne, impassibilẽ deitate &c. sit condẽnatus.

Canon.5.

Siquis nõ confitetur propriè, & uerè unam naturam Dei uerbi incarnatã,ex hoc ꝙ incarnata dicitur nostra substantia perfectè in ipso Christo Deo,& indiminute absq; tantũmodo peccato significata; sit condemnatus.

Canon.6.

Siquis nõ cõfitetur propriè,& uerè ex duabus naturis,deitate,& humanitate,secundum subsistentiam unitis,incõfusè,& indiuisè, eundem & unum Christũ esse;sit condemnatus.

Canon. 7.

Siquis nõ confitetur propriè,& uerè substãtialem differentiam naturarũ post ineffabilem unionẽ,ex quibus unus & solus extitit Christus in eo saluatam;sit condemnatus.

Canon. 8.

Siquis nõ confitetur propriè,& uerè secundum cõpositionem,ideſt,secundũ subsistentiã naturarũ unitionẽ,ex quib⁹ unus,& solus extitit Christus,incõfusè,& indiuisè in eo cognitam;sit condẽnatus.

Canon.9.

Siquis nõ confitetur propriè,& uerè naturales ꝓprietates deitatis Chr̄i,& humanitatis,indiminute ĩ eo,& sine defectione saluatas ĩ affir

mationem ueracem,eundē ipsum Deum perfectū & hominem perfectū secundum naturam existere;sit condēnatus. Canon.10.

Siquis nō confitetur propriè, & uerè, duas eiusdem,& unius Christi Dei uoluntates similiter & operationes cohęrenter unitas,diuinā, & humanā,ex hocq́ in utraq; eius natura uoluntarium efficacemq́ secundum naturā eundem existere nostræ salutis;sit condēnatus.

Canon.11.

Siquis confitetur,secundū sceleratos hæreticos,deitatis,& humanitatis Christi unā naturam,aut unam uoluntatē,aut unā operationē, in peremptionē quidem sanctorũ patrum confessionis,abnegationem autē eiusdem Saluatoris nostri dispensationis;sit condēnatus.

Canon.12.

Siquis secundum sceleratos hæreticos, in Christo Deo unitis substantialiter saluatis,& à sanctis patribus nostris piè prædicatis duabus uoluntatibus, & duabus operationibus, diuinam & humanam subterfugit simul confiteri,asserens contra sanctorũ doctrinā & unā uoluntatē,& unā operationē;sit condēnatus.

Canon.13.

Siquis secundū sceleratos hæreticos cū una uoluntate & una operatione,quæ ab eisdē hæreticis in Christo Deo impiè cōfunduntur, & duas uoluntates, & duas operationes diuinā & humanā,simul abnegat & simul respuit; sit condemnatus. Canon.14.

Siquis secundū hæreticos,Dei uirilem operationem,unam insipienter suscipit, & nō duplicem

plicem eam confitetur, hoc est, diuinam, & humanam; sit condemnatus.

Canon. 15.

Siquis secundũ hæreticos in peremptionem in Christo Deo secundum unitionem, saluatis essentialiter, & à sanctis patribus piè prædicatis duabus uoluntatibus, & duabus operationibus, diuinã, & humanã dissensiones & diuisiones insipiẽter in misterio dispẽsationis eius innectit, & propterea euãgelicas, & apostolicas de eodẽ Saluatore uoces nõ uni, & eidem personę essentialiter tribuit, idest Christo Iesu; sit condẽnatus.

Canon. 16.

Siquis nõ confitetur secundum sanctos patres, propriè, & uerè, omnia quæ tradita sunt, & p̃dicata sanctæ & Apostolicæ Dei ecclesiæ ab ipsis sanctis patrib9, & ꝑbabilibus & uniuersalibus, quinq; concilijs usq; ad unum apicem uerbo, & mente; sit condemnatus.

Canon. 17.

Siquis secundũ sanctos patres consonanter nobiscũ eadẽ credens, nõ respuit, & anathematizat anima, & ore omnes, quos respuit & anathematizat nefandissimos hæreticos, cũ omnibus impijs eorum scriptis, usq; ad unũ apicẽ, sancta Dei catholica & ap̃lica ecclesia, hoc est, sanctæ & uniuersales q̃nq; synodi, & ipsi oẽs cõsonanter ꝑbabiles ecclesiæ patres. Dicimus aũt Sabellium, Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarẽ, Polemonẽ, Euthycẽ, Dioscorum, Timotheum, Elurũ, Seuerũ, Theodosiũ, Cholutũ, Themistiũ, Paulũ Samosatenũ, Chodorũ, Theodorũ, Nestoriũ, Periam, Origenem, Colluuies hæreticorum recensita.

Didymũ, Euagrium, & cōpendiose alios oēs hereticos, qui à catholica ecclesia reprobi atq; abiecti sunt; quorum dogmata diabolicę operationis sunt genimina; & eos, qui similia cũ his usq; ad finē sine pœnitentia sapuerunt, aut sapiunt, uel sapient: cũ quibus merito, utpote eadē dogmatizātes & docentes (sicut ostēsum est) Theodorũ quondam Epm Pharanitanũ, & Cyrũ Alexandrinũ, & Sergiũ Cōstantinopolitanũ, & eius successores Pyrũ, & Paulũ, & oīa impia eorũ scripta anathematizamus, & eos q nobiscũ cōsonanter nō respuunt, & anathematizant p̄dictos hæreticos eorumq; scripta.

Et subscripserunt Martinus Papa, ac cæteri Episcopi numero. 105.

Expliciunt canones Martini Papæ.

Conciliũ Toletanũ. 8.

CONCILIVM TOLETANVM octauum tempore Martini Papæ.

In primo canone pronuntiatur tantũ symbolum fidei, quomodo nunc proponit publice in ecclesia.

Canon. 2. De incauto Iuramento.

In secũdo canone de incautis iuramētis disserit multa. Primo q iuramenta resolui nō possunt. Probat p illud Exodi. Nō assumes nomē Domini Dei tui in uanum, idest, frustra. (Exo. 20. b.)

Secũdo, q iuramenta illicita nō sunt seruanda, & cōminatoria sunt mitiganda. Primũ probat ex Ambrosio, qui pro hoc adducit illud Math. 14. de Herode, q iurauit, qm̄ quicquid petitura esset, daret filiæ Herodiadis, & necem Ioannis p̄stitit, ne p̄missum denegaret: quod tamen negandũ, & promissum seruandum nō (Ambr. li. 1. de officijs. ca. 50. Math. 14. Marci. 6.)

erat. Et illud etiam de Iephthe, qui ĩmolauit filiam &c. Melius fuerat nihil tale promittere, q̃ promissum soluere. Mirabilis (inquit) necessitas, quæ soluitur parricidio. Et pro hoc alia multa adducit ex August. etiam ex Isidoro. Iudic. 11. f. g. 22. q. 2. Non semper pro.

Secundũ probat, quia Deus multoties talia cõminatoria mutabat soluebatq́; iuramenta. Hoc in Niniuitis patet. Similiter Israelitico populo sępe ultio promissa suspenditur. Hic etiã per Hieremiam. Dñs ipse dicit. Si pœnitentiam egerit gens illa super malo suo, qđ locutus sum aduersus eam, agã & ego pœnitentiã &c. Si ergo nostra conuersio sic diuinã mutat sententiã, cur miserorũ tãtę lachrymę, uel p̃ssurę, tam crudã nõ tẽperẽt ex miseratione uindictã? 22. q. 4. Nõ est ob. Ionæ. 3. 18. b.

Quartũ quod tractat est. Vbi periculi necessitas cõpulerit, id debemus resoluere, quod minori nexu noscitur obligari. Quid autẽ ex his leuius, quid'ue sit grauius, pietatis acumine inuestigemus. Et. n. dum periurare cõpellimur, creatorem quidem offendimus; sed nos tantũmodo maculamus. Cum uero noxa promissa cõplemus, & Dei iussa superbe cõtemnimus, & ꝓximis impia crudelitate nocemus; & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus.

Canon. 3. de his qui sacros ordines muneribus assequũtur. est Canon plus millies repetitus, ideo hoc loco omissus.

Canon. 4. De castitate Episcoporum.

Omnes Episcopi inter cætera uirtutum ornamenta nitore carnis debent propensius eniteре, ut ex hoc, audientes mũditiam appetant, ex quo doctores aliorum ĩmunditia nõ detur-

pat;adeo,ut si deinceps Epi detecti fuerint,exsecrabilibus flagitijs cũ quibuslibet fœminis pollui,ac familiari peculiaritate uersari,nouerint se irreuocabili snia patrũ ulcisci, idest, & loci, & ordinis dignitate priuari.Diaconi uerò & p̃sbyteri, si oĩno coerceri nequiuerint,usq; ad exitum uitę suę monasterijs deputati,disciplinis monasticis maneant oĩno subiecti. Hoc idẽ statuimus de subdiaconis, q hoc deinceps uulneř fuerint sauciati, ita ut,usq; ad extremũ uitę suę sub pniæ oneribꝰ ĩ monasterijs religẽt.

Qualiter puniendi epi fornicarij.

Canon.7. De his, qui post assumptum ecclesiasticum gradum ad coniugia redire uolunt.

Sicut sanctũ Chrisma collatũ, & altaris honor propter consecrationẽ(quæ per Ep̃os tantum exercẽda & cõferenda sunt) euelli nõ queunt,ita quoq; sacrũ decus honorꝛ quod his cõpar habetur & socium,qualibet fuerit occasione perceptum, manebit omnimode inconuulsum. Sicut enim & sono sancti baptismatis inappretiabile donum semper, & sępe nõ solum nolentibus,uerum etiam (quod maius est)nescientibus impartitur,tamen hoc à nullo penitus profanari permittitur, sic nec quod diuina iussione,simulq; Apostolicę traditionis authoritate sacrũ noscitur extitisse,à quoq; aliquãdo profanari licebit. Vnde quicunq; etiam si inuiti, ad ecclesiasticarum officia dignitatum assumuntur, deserere quã semel receperunt gratiã donumq; nequaq; audeant. Si uerò ad coniugia moresq; seculi redire attentauerint, omni ecclesiastica dignitate priuentur, & apostata habeatur: & in monasterio donec uixerint,

ſub pœnitentia retrudantur.

Can.8.Non ordinandus niſi nouerit pſalterium.

Decreuimus, ut nullius cuiuſcunq; dignitatis eccleſiaſticæ deinceps percipiant gradum, qui nõ totum pſalterium, uel canticorũ uſualium, & hymnorum, ſiue baptizandi perſecte nouerint ſupplementum. Qui uerò iam honore dignitatum funguntur, & hoc ignorant, aut ſponte ſumant intentionem neceſſariam perdiſcendi, aut à maioribus ad lectionis exercitia cogantur inuiti. Solus ergo accedat ad ſacra Dei myſteria tractanda, quem morum innocentia, & literarum ſplendor reddunt illuſtrẽ.

Canon.9. De his qui ieiunium quadrageſimæ ſoluunt.

Quiſquis ſine ineuitabili neceſſitate, atq; fragilitate, & euidenti languore, ſeu etiam impoſſibilitate ætatis, diebus quadrageſimæ eſum carnium pręſumpſerit attentare, non ſolũ reus erit reſurrectionis Dominicæ, uerum etiam alienus ab eiuſdem diei ſancta cõmunione; & hoc illi cumuletur ad pœnam, ut ipſius anni tempore ab omni eſu carnium abſtineat gulam; quia ſacris diebus abſtinentię oblitus eſt diſciplinam. Illi uerò, quos aut ætas incuruat, aut languor extenuat, aut neceſſitas arctat, nõ ante prohibita uiolare pręſumant, q̃ à ſacerdote permiſſum percipiant.

Quàm ſeuere olim cauebat eſus carniũ in quadrageſima

In Canone.10. cõmendatur obſeruantia decretorum.

In Canone ultimo tantum definitum eſt, ut circa Iudæos ſeruentur decreta in concilio Toletano.4. Capitulis.56.57.58.59.60. & in multis alijs. ca. illius concilij.

Subſcripſerunt quinquaginta & quinquę Epiſcopi. Subſcripſerunt & Abbates. deinde Vicarij Epiſcoporum abſentium. Vltimo uiri illuſtres officij palatini.

Explicit concilium Toletanum octauum.

Conci. Toletanum.9.

CONCILIVM TOLETANVM nonum habitum anno ſeptimo Receeſiunthi Regis Calend. Nouembris ab Epis.16.

Præfatio.

Quia nequaquā recte ſubditos iudicat, qui non ſeipſum prius iuſtitiæ cenſura caſtigat, aptum nobis & expedibile uiſum eſt, ante noſtris exceſſibus imponere modum, & ſic errata corrigere ſubditorum. Tunc nanq; melius iudiciorum exordia dicuntur, cum uita iudicum ante diſponitur, eo quod potius iudicij forma completur, cum negotiorum principijs æquitas iudicantium antefertur. Ideo exordiū æquitatis inchoari à iudicibus debet, ut perfecta iuris cauſatio limitem apertius formet.

A correctione p̄latorꝫ inchoanda ſynodus

Canon. 1. Qualiter hæredes fundatoris, eccleſiæ ſolicitudinem eius gerant.

Nullus ſacerdotum, uel miniſtrorum ex rebus eccleſiæ quæ in quibuſcunq; locis à fidelibus largiuntur, aliquid auferat, uel iuri ſuo connectat. Et ut huius rei potior ſoliditas habeatur, condignis filijs, uel nepotibus, honeſtioribuſq; propinquis eius, qui conſtruxit, uel ditauit eccleſiam, licitum ſit, hanc bonæ intentionis habere ſolertiam, ut ſi ſacerdotem, ſeu miniſtrum aliquid ex collatis rebus pręuiderint re fraudare, aut cōmonitionis honeſtæ conuentione cōpeſcant, aut talia Ep̄o, uel iudici corrigenda denuncient. Qui uerò hęc mo-

nita temerare uoluerit, excõmunicetur.

Canon. 2. Fundatores ecclesiarum, ministros eligant ibi seruituros.

Quandiu fundatores ecclesiarum in hac uita superstites extiterint, pro eisdem locis curã permittantur habere solicitam, atque rectores idoneos in eisdem basilicis ijdem ipsi offerant seruituros.

Canon. 3.

Si sacerdos uel minister de rebus ecclesię qdpiam alicui sub pręstationis obtentu cõcedat, instrumento causam pręstiti euidenter exponat. Aliter uerò pro huius negocij causa deinceps scriptura non ualeat.

Can. 4. De rebus conquisitis à clericis, qualis diuisio fiat.

De rebus conquisitis per eos, quibus ecclesiasticarum rerum cura cõmissa est, inter ecclesiã, & sacerdotis hæredes æqualis diuisio fiat. Quicunq; uerò de prędictis sacerdotibus, uel ministris pro sui utilitate, atque amicitia, uel pręstatione, aut quocunq; modo, aut per scripturę seriem aliquid meruerint à quolibet percipere, in rebus ecclesiasticis nõ poterit numerari; sed quod exinde uoluerint facere, in ipsorum uoluntatis arbitrio subiacebit.

12.q.4.Sacerdotes uel.

12.q.2.Quicũq; de sacerdo.

Canon. 5. Quid monasterio, uel ecclesiæ, episcopus conferre possit.

Si Episcopus monasterium facit, uel ecclesiam Parochialem, quam pro suis magnificare uoluerit sepulturis, non amplius q̃; centesimam partem census ecclesię cui pręsidet, ibidẽ conferre licebit. At uerò monasterio quinquagesimam tantũ partem dare debebit.

12.q.2.Bonæ rei dare.

Canon.6. Episcopus tertiam partem sibi debitam, cui uoluerit conferat.

Cum pręteritis sanctionibus notissimũ habeatur, quæ de rebus Parochialium ecclesiarũ pars Episcopo conferatur, opportune tamen duximus decernendum, ut si Episcopus tertiam partem, quam de rebus earundẽ sanctione sibi debitã nouit, aut ipsi ecclesiæ, cuius res esse patebit, aut alteri ecclesiæ, quam elegit, cõferre decreuerit, & licitum maneat, & irreuocabile robur eius sententia ferat.

12.q.2.Ep̃us si tertiam partẽ.

Nota, ꝙ hic nulla mẽtio fit consanguineorũ, sed tm̃ ecclesiarũ suarũ.

Can.7. Ne extra ordinẽ perscriptũ hæredes morientis sacerdotis res eius adire præsumant.

Propinqui morientis Episcopi nihil de rebus eius absq; metropolitani cognitione usurpare pręsumant. Quòd si is, qui decesserit, Metropolitanus fuerit, successoris eius sententiã, aut concilium sustinebunt, ne passim hæreditatis adeundæ data licentia de rebus ecclesiæ, aut non retineatur ratio plena, aut fraus inueniatur illata. Quòd si presbyteri, aut diaconi fuerint, quos obisse constiterit, non sine agnitione sui Episcopi rem eius hæredibus adire licebit.

Simile quiddã in cõci. Valẽt. cano.2.

Can.8. A quo tempore incipiat perscriptio in rebus ecclesiæ.

Si Episcopus, uel sacerdos, uel minister, illicite alienauit res ecclesiæ, uiuente ipso nulla pręscriptio currit contra ecclesiam in rebus illis; sed eo mortuo incipit currere.

16. q.3. Si sacerdos.

Canon.9. Quantum cõmodum sibi ep̃s tollat de ecclesia cuius tumulauerit sacerdotem.

Cõmuni decreto sancimus, ut cũ pontificẽ mori contigerit, Ep̃us, qui ad humanandum

In concil. Valent. cano.2.

corpus aduenerit, descriptis thesauris atq; or namentis oībus, si locuples decedētis ecclesia fuerit, non amplius q̄ librā auri, in rebus, qui bus ei placuerit (exceptis ornamētis ecclesiæ) cum gratia offerentiū auferre pertentet. Si uerò minor rebus extiterit, dimidiam libram sibi scienter usurpet.

Ca.10. De filijs clericorum.

Cum multæ super incōtinentia ordinis clericorū hactenus emanauerint snīæ patrum, & nullatenus ipsorū reformari quiuerit correctio morum: Ideoq; qlibet ab Epō usq; ad subdiaconum deinceps, qui uel ex ancillæ, uel ex ingenuæ detestando cōnubio in honore cōstituti filios pcrearint, illi qdem, ex qbus geniti pbant, canonica censura damnent. Proles autē ex tali pollutione nata, non solum hæreditatē parentum nūq; accipiet, sed etiā in seruitutem eius ecclesiæ, de cuius sacerdotis uel ministri ignominia nati sunt, iure perēni manebunt. 15.q.8. Cum multæ. Nota pro filijs clericorū.

Ca.11. Serui ecclesiarum non ordinandi.

Serui ecclesiarū ordinari nō debēt, nisi prius libertatem ab epis cōsequantur. Et si honeste in clericatu uixerint, poterunt ad officia maiora promoueri. D.54. Qui ex familijs.

Canon.12.

Si seruis ecclesiæ à sacerdote libertas conferatur, tempus annorum à die mortis eius tantum computari debet.

Ca.13. Vt liberti ecclesiæ abstineāt à cōiugio Gotthorū.

Cunctis ecclesiarū libertis, tam uiris q̄ fœminis, eorūq; ppagini interdicit iudicio generali, ne deinceps causa cōnubij, aut Romanis ingenuis copulent, aut Gotthis. Quòd si hoc

factum qñq; patuerit, permistione tali genita proles nunq; merebitur ius debitę dignitatis; nec ecclesiæ unq; carebit obsequijs.

Canon.14.

Quòd si tales liberti ad ecclesiã reuerti noluerint, quęcunq; uel parentes eorum, uel ipsi ab ecclesia sunt adepti, insistente Pontifice, in ditionem ppriæ reducantur ecclesię. Canon.15.

In canone.15. tantum agitur de obsequio et disciplina libertorum ecclesiæ. Canon.16.

Libertis ecclesiæ, eorũq; ppagini ex oĩbus, quæ de iure ecclesiæ noscunt habere, nihil licebit in extraneum dñium transferre. Suis ergo filijs, uel ppinquis eiusdem ecclesiæ, uel seruitio, uel patrocinio subiugatis, quæcũq; donare, uel uendere uoluerint, poterunt.

Ca.17. Baptizati Iudæi cum Epis. celebrent dies festos.

Baptizati Iudæi quocũq; loco certo tpe cõuersentur. Festis tñ pręcipuis noui testamenti serie cõsecratis, ac diebus illis, quos olim sanctione ueteris legis sibimet censebãt esse solẽnes, in ciuitatibus publicisq; conuentibus cũ sũmis Dei sacerdotibus celebrare pcipimus; ut eorum conuersationem, & fidem & Pontifex approbet, & ueritas seruet. Huius uerò temerator edicti put Episcopus permiserit, aut flagris, aut abstinentiæ subiacebit.

Explicit concilium Toletanum.9.

Conci.toletanum.10. CONCILIVM TOLETANVM, decimũ anno octauo Reccesiunthi regis tempore Martini Papæ.

Ca.1. De celebritate annunciationis Dominicæ.

Quoniam die, qua inuenit angelus uirgini

uerbi conceptum, & nunciasse uerbis, & indi disse miraculis, eadem die festiuitas nō potest celebrari cōdigne, quod interdum quadragesima, uel paschale festum uideat̃ incumbere, in qbus nihil de sanctorũ solēnitatibus, sicut ex antiquitate regulari cautum est, cōuenit celebrari, cū secundum ipsam incarnatioñe uerbi non cōueniat tunc celebritatibus prædicari, qn̄ constat ipsum uerbū post mortem carnis gloria resurrectionis attolli. Ideo speciali constitutione sancit̃, ut ante octauum diem, quo natus est Dn̄s, genitricis quoq; eius dies habeat̃ celeberrimus, & pręclarus. Ex pari.n. honore cōstat, ut sicut natiuitatem filij sequētiū dierũ insequitur dignitas, ita festiuitatem matris tot dierũ sequat̃ sacra solēnitas. Nā quod festum matris est, nisi incarnatio uerbi? Cuius festum ita debet esse solēne, sicut est & eiusdē natiuitatis uerbi. In multis itaq; ecclesijs à nobis & spatio remotis, & terris, hic mos agnoscitur retineri. Solēnitas itaque Dn̄icę matris die .15. calen. Ianuariarũ oīmodo celebretur.

Hęc festiuitas in sola Hispania celebrat̃.

Canon. 2.

Qui contra salutem principum, gentis aut patriæ aliquid machinatur, ab Ep̄o usq; ad extremum ordinis clericorum, aut monachorũ mox omni dignitate & honore priuetur.

Ca. 3. Contra episcopos, qui monasterijs, uel ecclesijs consanguineos, uel sibi fauentes p̄ficiunt.

Agnouimus.n. quosdam Pontifices præcepti principis Apostolorũ, qui ait: Pascite, q in uobis est gregem; nō coacte, sed spōtanee, neq; ui dominantes in clero &c. ita esse imemores, I. Petri. 5. a.

ut qbusdam monasterijs, parochialibusq; ecclesijs, aut suæ cōsanguinitatis psonas, aut sui fauoris pticipes, iniquū sæpe statuāt in p̄latū, ita illis puidētes cōmoda ihonesta, ut aut eisdē deferant, q̄ pprio Ep̄o dari iust⁹ ordo deposcerit, aut q̄ rapere deputati exactoris uiolētia poterit. Proinde placuit nobis, et in p̄nti tale rescindere factū, et nō esse de cetero faciēdū. Nā qsqs Pōtificū deinceps, aut sanguine ppinqs, aut fauore psonis qbuscūq; sibi cōiūctis, talia cōmendare lucra tētauerit, ad suū nefandę pręsumptionis excidium, & quod iussum fuerit, deuocet in irritum, & qui ordinauit, annuę excōicationi subiaceat. Quæ uerò ablata fortasse fuerint, ab eo, q tulit, reddant i duplū.

D.89. Decētet omnibus placet.

Ca. 4. De professione & habitu uiduæ professæ.

2.q.1. Vidua', quæ sanctæ religionis.

Vidua, quæ sanctæ religionis obtinere ppositum uoluerit, sacerdoti uel ministro, ad quē aut ipsa uenerit, aut quem ad se uenire cōtigerit, scriptis pfessionem faciat à se aut signo, aut subscriptione notatā, cōtinentem se & religionis ppositum uelle, & hoc perēniter inuiolate seruare. Tūc accepta à sacerdote, uel ministro apta religionis huius ueste, seu lectulo quiescens, siue in quocūq; loco cōsistens incunctanter ea utatur. Nec diuersi coloris, aut diuersæ partis eadem sit notabilis uestis, sed religiosa & non suspecta, quæ careat uarietatibus colorum. Pallio purpureo, uel nigri coloris caput contegat ab initio susceptæ religionis; ut dum illic tulerit signū pbabilis sanctitatis, ubi nullius falli poterit uisio intuentis, nunq̄ ausus attentet detestandæ præsumptionis.

Ca.5. De fœminis quæ propositũ religionis abiecerũt.

Sanstimoniales fœminæ, quæ ꝓpositũ abiecerũt religionis, cõmoneant sacerdotis authoritate, ut redeant sponte. Quæ si redire noluerint, impulsu sacerdotis ad religionis cultum reducant, & in monasterijs redactę excõicationis sñia feriant. Hic idem quoq; ordo in illarũ cõdemnatione manebit, quæ quãlibet à sacerdote sanctimoniæ uestem nõ accepissent, ipsæ tñ aut indutæ sunt, aut in illo diu habitu consenserũt, qui religionis esse cultus ab intuentibus crederet, si coràm ecclesia, uel sacerdote, aut etiam cõpetentibus testibus, quandoq; indutę certis ĩdicijs, aut testimonijs approbant. 27.q.1.oẽs fœminę ueniẽtes

Ca.6. Quoto anno liceat parentibus, filios tradere religionis.

Si in qualibet minori ętate, uel religionis tõsuram, uel religionis debitã uestẽ in utroq; sexu filijs, aut unus, aut ambo parẽtes dederint, certè, aut nolentibus, uel nesciẽtibus sese susceptam, & nõ mox uisam in filijs abdicauerint, sed uel coràm se, uel coràm ecclesia paláq; in cõuentu eosdem filios talia habere ꝑmiserint, ad secularẽ reuerti habitũ, ipsis filijs qñq; penitus nõ licebit; sed coniuncti, ꝙ tõsuram, aut religiosam uestem aliqñ habuerint, mox ad religionis cultũ habitumq́; reuocent; & sub strenua districtione huiuscemodi obseruantiæ inseruire cogant. Parentibus sanè filios suos religioni cõtradere nõ amplius q̃ usq; ad quartũdecimũ ætatis eorũ annũ licẽtia poterit esse. 20.q.2. Si in qualibet minori. Et in decre. Iuo. lib.3. In decre. Iuo. habetur, usq; ad decimum.

Item decretum pro Potamio epõ. Confessio epi qui tactu fœmineo si polluerat.

Ecce.n. tractantibus nobis in pace de ecclesiasticis regulis, delatum est cõuentui nostro

epiſtolium confuſæ confeſſionis,& abolendæ ſubſcriptionis,quo Potamius Bracarenſis eccleſiæ Eṗs de factis ꝓprijs, ſuiſq́ uerbis anno taret articulis. Quo reſerato,q̄d obliterãda pagina,& abolenda literaꝝ pãderent elemẽta flec tibus potius q̃ ſermonibus lachrymoſa contio receſſuit. Tũc ſolitarie tm̄ ſecretiſq́ adunatis pontificibus Dei,prædictũ eṗm adeſſe coràm nobis fecimus. Quem ſingultis aggrediẽtes,amplius q̃ loquelis,reſeratam illi ſuæ deformitatis,& noſtræ cõfuſionis ſcripturã protulimus. Quam accipiens,ac recurrens ſciſcitantibus nobis, utꝝ ſui operis & ſuæ annotationis ĩtimatio eſſet. Ille ſuũ actum,ſuiq́ oris eloquium,ſuoꝝ quoq́ digitoꝝ eſſe robur aſſeruit;quod illic relegendo ꝓuidit. Rurſum diuini nõis conteſtatione hunc adiurãtes obteſtati ſumus,ut,an de ſe ſponte mendaciũ diceret, aut alicuius uiolentia ꝑmeretur,et perterritus talia narraret. Qui mox flebili uoce, luminibuſq́ ploratu madentibus, & fragore ſingultuum,cũ unius Dei nõis iuramẽto clamauit,

Nota ſe & uerè eadem mala de ſe cõfiteri;& ad hæc cõfitenda nulla ſe uiolentia pręgrauari. Vnde etiam per nouem menſes ſpõte deſeruiſſe regimẽ eccleſiæ ſuę,& ergaſtulo quodam,pro admiſſo flagitio acturus pœnitentiã ſe cõcluſiſſe edixit. Tunc per fidelem cõfeſſorẽ eius agnito,ꝙ tactu fœmineo ſorduiſſet, & declarato, licet hunc paterna antiq̄tas ſacris regulis deijcere ab honore decernat, nos tm̄ miſerationis iura ſeruantes,nõ abſtulimus nomẽ honoris, ſed ualida authoritate decreuimus, perpetua

pœnitentia hunc inseruire officijs, & ærūnis; ꝓuidentes, melius illum per asperā, & dumosam ire pœnitentię solitudinem, ut qñq; pueniret ad refrigerij māsionem, ꝙ relictum in uolūtatis suæ latitudine, ad pręcipitium deijci æterna dānatione. Tunc uenerabilem fructuosum ecclesiæ Dimiensis epm cōmuni oīum nostræ electione cōstituimus ecclesiæ Bracarensis gubernacula continere. Eugenius indignus Toletanę sedis Metropolitanus eps, hoc iudicij nostri decretum subscripsi. Similiter et alij epi subscripserunt numero decem & septem.

Explicit concilium Toletanum. 10.

Eugenius primus, septuagesimus quintus Papa sub Petro, natione Romanus, clericus à cunabulis, ex patre Rufiniano, sedit annos duos, menses nouem, dies uigintiquatuor. Benignus, mitis, mansuetus, oībus affabilis, & sanctitate pclarior Imperat. Constante. Eodē tpe Petrus in locū Pauli hęretici Constantinopoli sufficitur, quo Eugenius Romæ in locum Martini Papæ. Eugenius Papa. 75.

CABILONENSE CONCILIVM in Gallijs celebratum tempore Eugenij Papę. Est prouinciale. Cabilonense concilium.

Canon Primus.

Oēs inspirāte Dño uno aīo definimus, sicut ut fidei norma & in Niceno concilio pia est, pfessiōe firmata, uel à sanctis patribus tradita, atq; abi psis exposita, uel in postmodū à sctō etiā Chalcedonen. cōcilio firmata in oībus, & ab oībus conseruetur. D.

Canon. 2.

Canonū statuta ab oib⁹ ītemerata seruent.

Canon.3.

Siqs Eps̃,presbyter,aut diaconus, uel quicunq; ex sacerdotali catalogo, cum qualicũq; extranea muliere familiaritatem habuerit,quę dedecoris uel adulterij possit afferre suspitionem,ab ordine degradetur.

Canon.4.

Vt duo in una ciuitate penitus uno tp̄e,nec ordinentur,nec habentur Ep̄i. *Canon.5.*

Seculares uerò,qui necdum sunt ad clericatum conuersi, res parochiarũ, uel ipsas parochias ad regendum non habeant cõmissas.

Canon.6.

Nullus ante audientiam res quorumlibet inuadere,aut auferre pręsumat. Quod qui fecerit,ut necator pauperum habeatur.

Ca.7.Vt bona ecclesiarum integra maneant.

Defuncto presbytero,uel Abbate, nihil ab Ep̄o auferatur,uel à quocunq; de rebus parochiæ,uel xenodochij,uel monasterij aliquid debeat minuere.Quod qui fecerit, iuxta decreta canonum coerceatur.

Ca.8.Confitentibus propria peccata à sacerdote imponatur pœnitentia.

De pœnitentia uerò peccatorũ, quæ est medela animę,utilem omnibus hoībus esse censemus,& ut pœnitentibus à sacerdotibus facta confessione indicatur pœnitentia.

Canon.9.

Nullus mancipium extra fines, uel terminos,qui ad regnum Clodouei regis pertinẽt, penitus debeat uenundare;ne per tale cõmercium,aut captiuitatis uinculo uel iudaicę seruituti

uituti mācipia Christiana teneant implicita.

Canon.10. Ad quos pertineat electio episcoporum.

Siquis Episcopus de quacunque ciuitate fuerit defunctus, non ab alio, nisi à comprouincialibus, clero & ciuibus suis, alterius habeat electio. Sin autē, huius ordinatio irrita habeat.

Canon.11.

Statuimus, ut si iudices publici, p̄sumptione, uel potestate, qua pollent, clericos, uel abbates coràm se cōparere fecerint, à cōmunione oīum sacerdotum eos cōuenit sequestrari.

Canon.12.

Duo abbates in uno monasterio esse nō debēt, uerūtamē si qlibet Abbas sibi elegerit successorē, ipse, q sic elegit, de facultatibus ipsius monasterij ad regendum nullam habeat potestatem. *Canon.13.*

Nullus alterius clericū retinere presumat, nec ad sacrum ordinem sine uoluntate Epi penitus promouere. *Canon.14.*

Statuimus ut Epis cura & ptās sit tā de ordinatione clericorum, q̄ de facultatibus collatis oratorijs, quę per uillas fiunt, qualiter ad ipsa oratoria & officiū diuinum possit impleri, & sacra libamina cōsecrari. Qđ si aliqs etiā fundatores illorum, contradixerint, cōmunione priuentur. *Canon.15.*

Abbates, uel monachi, aut agētes monasteriorum, p̄rocinio seculari penitus non utant; nec ad principis p̄ntiā, sine Epi sui p̄missu ambulare audeāt. Alias excōicent. *Canon.16.*

Nullus Eps, nec presbyter, uel Abbas, seu diaconus per p̄miū ad sacrū ordinē accedat,

Si accesserit ipso honore priuet. Canon.17.

Nullus seculariũ nec in eccl'a, nec infra atriũ ipsius eccl'ę q̄lecũq; scandalũ, aut simultates excitare p̄sumat, nec arma trahere, aut quẽcũ que ad uulnerandũ, uel interficiendũ appetere. Qđ si fecerit, cõmunione priuetur. Ca.18.

Hic agit de obseruatione Dñici diei tm̃, secũ dũ statuta cõcilij Aurelianen. tertij. ca.27.

Can.19. Ne turpia cantica in ecclesijs cantentur.

Valde. n. oĩbus noscitur indecorũ, quod per dedicationes basilicarũ, aut festiuitates marty rum, ad ipsa solẽnia cõfluentes chorus fœmineus turpia q̄dem, & obscœna cantica decanre uident, dũ aut orare dẽant, aut clericos psal lentes audire. Vnde cõuenit, ut sacerdotes loci talia à septis basilicarũ, uel porticibus ipsarũ, ac etiam ab ipsis atrijs uetare debeãt. Et si uoluntarie noluerint emendare, aut excõicari de beãt, aut disciplinæ aculeum sustinere.

Explicit concilium Cabilonense.

Vitalianus. 76. pont.

Vitalianus Papa. 76. natione Signẽsis p̄uin ciæ Cãpaniæ, de patre Anastasio, sedit annos 14. menses. 6. Imperat. Cõstante. circa annum Dñi. 656. Hic regulã ecclesiasticã ac rigorem (ut mos erat) omnimode conseruauit.

Conci. Toletanum. 11.

CONCILIVM TOLETANVM undecimum anno quarto Bambæ regis septimo idus Nouẽbris circa tp̄a Vitaliani Papę.

Primum oĩum publice p̄nũciat fides catholica, & declarant uniuersa dogmata fidei; maxime q̃ ad incarnationis & Trinitatis mysteria pertinent. & hoc longa & elegantissima di sputatione. Ex quibus omnibus nõnullos ar-

ticulos hoc in loco censuimus annotandos.

Primus. De processione spiritus. S.

Spiritum quoq; sanctũ, qui est tertia in Trinitate p̱sona, unum, atq; æqualẽ cum Deo patre, & filio credimus esse Deum, unius substãtię, unius quoq; esse naturę; non tñ genitũ, uel creatũ, sed ab utrisq; p̱cedentem, amborꝫ esse spm̃. Hic ẽt spiritus sanctus, nec ĩgenitus, nec genitus credit̃, ne, aut si ĩgenitum dixerimus, duos p̃res dicamus, aut si genitũ, duos filios p̄dicare mostremur, qui tñ nec patris tm̃, nec filij tm̃, sed simul patris, & filij spiritus dicit̃. Nec.n. de patre p̱cedit in filiũ, uel de filio p̱cedit ad sc̃tificãdã creaturã, sed simul ab utrisq; p̱cessisse mõstrat̃; q̃a charitas siue sanctitas amborꝫ esse agnoscit̃. Hic ergo spũs sc̃tũs missus ab utrisq; credit̃; sed minor patre, & filio non habet̃, sicut filius p̱pter assumptã carnem minorẽ se patre, & spiritu sancto esse testat̃. Hæc est sanctę Trinitatis relata narratio, quę nõ triplex, sed Trinitas & dici, & credi debet. Nec recte dici põt, ut in uno Deo sit Trinitas, sed unus Deus trinitas. In relatiuis uerò p̱sonarꝫ noĩbus pater ad filiũ, filius ad p̃rem, spũs sanctus ad utrosq; refert̃. Quæ cũ relatiue tres p̱sonę dicant̃, una tñ naturalis substãtia credit̃.

In uno Deo nõ est Trinitas: sed vnus Deus est Trinitas.

Secũdus. Hęc ergo sancta Trinitas, q̃ unus et uerus ẽ De⁹, nec recedit à numero, nec capit̃ numero. In relatione.n. p̱sonarꝫ numerus cernit̃; in diuinitatis uerò substantia q̃d enumeratũ sit, nõ comp̃hendit̃. Ergo hoc solo numerũ insinuat, ꝙ adinuicẽ sunt; & in hoc numero carent, ꝙ in se sunt. Nã ita sanctæ huic Trinitati

Trinitas sancta nec capitur numero, nec recedit à numero.

unum naturale cõuenit nomen, ut tribus ꝑso nis non possit esse plurale. Ob hoc ergo credimus illud in sacris literis dictũ: Magnus Dominus noster; & magna uirtus eius; & sapientiæ eius non est numerus.

Psal. 146.

Tertius. Tres igĩ ꝑsonæ istæ dicunĩ, iuxta qđ maiores definiunt, ut agnoscanĩ. Nam et si attendamus illud, qđ scriptura sancta dicit de sapientia. Splẽdor est lucis æternæ, sicut splendorem luci uidemus inseparabiliter inhærere, sic cõfitemur filium à patre separari nõ posse. Tres ergo illas unius, atq; inseparabilis naturæ ꝑsonas sicut non cõfundimus, ita separabiles nullatenus ꝑ̃dicamus, qñquidem hoc nobis dignata est ipsa Trinitas euidenter ostẽdere; ut etiam in oĩbus, quibus uoluit sigillatim ꝑsonas agnosci, unam sine altera non ꝑmittat ĩtelligi. Nec. n. pater absq; filio cognoscitĩ, nec sine patre filius inuenitĩ. Relatio qppe ipsa uocabuli, personalis, ꝑsonas separari uetat.

Sapien. 7. d.

In sancta Trinitate una ꝑsona non intelligitur sine alia quicqd disputent aliqui recentiores.

Quartus. De his trib⁹ ꝑsonis solã filĳ personam pro liberatione humani generis, hominem uerũ sine peccato de sancta & ĩmaculata Maria uirgine credimus assũpsisse, de qua nouo ordine, nouaq; natiuitate est genitus. Nouo ordine, qa ĩuisibilis diuinitate, uisibilis mõstratur in carne. Noua aũt natiuitate est genitus, qa intacta uirginitas & uirilem coitũ nesciuit, & fœcundata per spiritũ sanctũ, carnis materiã ministrauit. Qui partus virginis nec rõne colligitur, nec exemplo mõstraĩ. Qđ si ratione colligiĩ, nõ erit mirabile; si exẽplo, nõ erit singulos dare. Nec tñ spũs sctũs pater eẽ cre-

Explicatur incarnationis filĳ Dei mysterium.

dendus est filij, pro eo, quod Maria, eodē spiritu sancto obūbrāte, cōcepit; ne duos patres filij uideamur asserere; quod utiq; nefas est dici. In quo mirabili cōceptu, ędificante sibi sapientia domū; uerbū caro factū est, & habitauit ī nobis.

Quintus. Nec tñ quia duas in filio diximus esse naturas, duas causabimur in eo esse personas, ne Trinitati (quod absit) accedere uideatur quaternitas. Deū.n. uerbū nō accepit psōnam hoīs, sed naturā; & in ęternū psona diuinitatis temporalem accepit substantiam carnis. Cum duabus naturis, nō sūt i Christo duæ admittēdę personæ.

Sextus. Item idē Christus in his duab9 naturis trib9 extat substātijs, uerbi, quod ad solius Dei essentiā referendū est; corporis, & aię, quod ad uerū hoīem pertinet. Habet ergo in se geminā substantiā, diuinitatis suæ, & humanitatis nostrę. Hic tñ per hoc, quod de Deo patre sine initio, pdijt, natus tm̃ (nā neq; fact9, nec pdestinatus accipit): p hoc tñ, quod de Maria uirgine natus est, & fact9, et pdestinatus eē credēdus est. Tres in Christo substātiæ.

Septimus. Exēplo ergo capitis nostri cōfitemur uera fide resurrectionē carnis oīum mortuorum, nec in aere, uel qualibet alia carne (ut quidam delirant) resurrecturos nos credimus; sed in ista qua uiuimus, cōsistimus, et mouemur. Peracto huius sanctæ Christi resurrectionis exēplo idē Dñs noster paternā ascēdendo sedē repetijt, de qua nunq; per diuinitatē discessit. Illic ad dexterā pr̄is sedens, expectatur in fine seculorum iudex oīum uiuorum & mortuorum. Inde cū sanctis oībus ueniet ad ferendum iudiciū, reddere unicuiq; mercedis pprię debitum, put quisq; gessit in corpore siue bonū, siue malū. Exponitur articulus resurrectionis.

Octauus. Hæc est cõfessionis nostræ fides exposita, per quã oĩum hęreticorꝫ dogma perimit; ꝑ quã oĩum fideliũ corda mũdantur, per quam & ad Deum gloriose acceditur.

In primo canone tantum decernitur ne tumultu concilium agitetur.

Canones conci. Toleta. II.

Can. 2. Quòd necesse sit, Episcopum prædicare, & ab alijs curis cessare.

Quantũ quis pręcelsi culminis obtinet locum, tantũ necesse est, pręcedat cæteros gratia meritorꝫ, ut in eo, ꝙ præsidet singulis, singulariter ornetur eminentia sanctitatis: hñs semꝑ & in ore gladium ueritatis, & in ope efficaciã luminis; ut iuxta Paulũ, potẽs sit exhortari in doctrina sana, et cõtradicentes reuincere. Nos proinde nostri ordinis gradũ, uel suscepti regiminis modũ magnope cogitare debemus; ut qui officium prędicationis suscepimus, nullis curis à diuina lectione priuemur. Nam quorũdam mentes Põtificum, ita torporis otio à lectionis gratia secludunt, ut q̃d doctrinæ gregibus subditis exhibeat, nõ inueniat p̃co mutus. Insistendum ergo semꝑ erit maioribus, ut quos sub regiminis cura tuentur, fame uerbi Dei perire non sinant.

Ad Tit. I.

In residuo canonis tractatur id quod habetur in concilio Toletano. 8. ca. 8.

Ca. 3. Quòd etiam ep̃i eũdem habeant modũ psallendi.

D. 12. De his, qui contra.

Pontifices, rectoresq́ꝫ ecclesiarꝫ, unum, eundemq́ꝫ in psallendo teneant modum, quem in metropolitata sede cognouerint institutum. Qui cõtrafecerit, sex mẽsibus cõmunione priuatus apud Metropolitanum sub pœnitentiæ

censura permaneat corrigendus.

Ca.4. De discordia sacerdotum componenda.

Relatum est nobis quosdam sacerdotes, in tantum obstinationis efferbuisse discordiam, ut non solum, illos ab ira occasus solis nō reuocet; sed nec annosa quidem transactio tēpo- rum ad bonū charitatis reclinet, qppe in quorum cordibus sol iustitię Christus occubuit, ut ad lumen charitatis redire uix possint. Horum ergo, & similium, discordātium fratrum oblationes nullo modo recipiendas censuimus. De psonis tamen discordantium id prę- cipimus, ut anteq̃ eos reconciliatio uera innectat, nullus eorum accedere ad altare Domini audeat, uel gratiam cōmunionis sanctæ percipiat. Quòd si unus eorum alio contemnente ad satisfactionem charitatis occurrerit, ex eo tempore, ut pacificus intra ecclesiam reputetur, ex quo ad concordiam festinasse conuincitur. Hoc tamen seruato, ut tempus, quod in ira expendit, geminatum in pœnitentiæ satisfactione persoluat. Ephe.4.f.

In canone qnto agit̃ de corrigēdis excessib9 sacerdotū. Nihil tm̄ hẽt annotatione dignum.

Ca.6. A clericis causa sanguinis non iudicatur.

His a qbus dn̄i sacr̃a tractāda sunt, iudiciū sanguinis agitare nō liceat. Alias uerò, & ordinis honore priuet̃, & loco sub ppetuo quoq; dānationis teneatur relegatus ergastulo. 23.q.8. His à qbus domini.

Canon.7.

Ecclesiarum rectoribus discretio esse debet, ne per inconditam et indiscretam disciplinam subeant homicidij notam.

Ca.8.Ne merces aliqua, pro diuinis sacramẽtis sumatur.

1.q.1. Quicqd inuisibilis.

Quicũq; in ecclesiastico ordine cõstitutus ꝓ baptizãdis, cõsignandisq; fidelibus, aut collatione chrismatis, uel ꝓmotionibus graduũ, ꝓtia quælibet, uel p̃mia, nisi uoluntarie oblata susceperit, si sciente loci Episcopo, hoc impune euaserit, idem Episcopus duobus mensibus excõicationi subiacet. Sin autẽ, patrator si presbyter est, trium mensium excõmunicatione plectatur; si diaconus, quatuor; subdiaconus, uel clericus, excommunicentur.

Ca.9.Quid custodiri debeat, si per præmiũ quis eps fiat.

Quisq; pontificale culmen ante Domini altare percepturus accesserit, sacramẽti exactione astringatur, q̃, pro cõferenda sibi consecratione honoris, nulli personę cuiuslibet pręmij collationem, uel aliquãdo dedisset, uel aliquãdo in futurum dare procuret. Sicq; aut mundus accedat, aut publicato hoc scelere, denudatus coràm ecclesia, ad talem honorẽ nõ accedat. Quos aũt post prælationem per p̃tium ordinatos fuisse patuerit, ut uerè simoniaci ab ecclesiá separentur; & duorũ annorũ spatio exilio relegentur, ut lachrymis & pœnitentia honorem cõquirere, & reparare intendant, quem p̃mijs emerant. Vnde si digna eos satisfactio commendauerit, peracto indictæ pœnitentiæ tempore, non tantum communioni, sed & loco, & totius ordinis officijs, à quibus separati fuerant, restaurandi sunt.

Ca.10.Quæ sint promittenda in ordinatione Pontificiũ.

Omnes Pontifices, rectoresq; ecclesiarũ tp̃e quo ordinandi sunt sub cautione promittant

ut fidẽ catholicã syncera cordis deuotione cu stodientes iustè, & piè uiuere debeant, atq; ut debitũ per omnia honorẽ, atq; obsequij reuerẽ tiam præeminenti sibi dependant.

Canon.11. Q̃uo puniendus, qui acceptam à sacer dote eucharistiam non sumpserit.

Quicunq; fidelis ineuitabili qualibet infirmitate coactus eucharistiã perceptã reiecerit, in nullo ecclesiasticę dãnationi subiaceat. Simi liter, nec illos cuiusq; punitionis cẽsura redarguet, qui talia, aut tẽpore infantiæ faciunt, aut in qualibet mẽtis alienatione positi, qui, quod fecerint, ignorare uidenẽ. Iã uerò, quicunq; aut de fidelium, aut infideliũ numero corpus Dñi absq; ineuitabili infirmitate proiecerit, si fidelis est, perpetua cõmunione priuetur; si infidelis, & uerberibus subdatur, & perpetuo exilio relegetur. Quòd si horum quilibet huiusmodi excessus digna pœnitentia satisfactione defleuerit, post quinquenium licebit illum cõmunioni pristinæ reformari.

Canon.12. Qualiter agendum cum pœnitente in mortis periculo.

Qui pœnitentiã in mortis agit periculo, nõ diutine à recõciliationis gratia differẽdus est. Sed si pręcincto mortis urgeatur periculo, pœnitẽtia per manus impositionẽ accepta, statim ei reconciliatio adhibenda est, ne prius ab humanis rebus ęger abscedat, q̃ donũ reconciliationis accipiat. Vnde iuxta papæ Leonis edictum his, qui in tẽpore necessitatis, & in periculi urgentis instantia p̃sidium pñiæ ex more recõciliationis implorant, neç satisfactio inter 26.q.6. His, q tpe. Et in epis. Leonis epistola.89.

dicenda est, nec recõciliatio denegãda; quia in misericordia Dei, nec mensuras possumus ponere, nec tẽpora definire. De his autẽ, qui accepta pœnitentia anteq̃ recõcilientur, ab hac uita recesserint, placuit nobis, ut & memoria talium in ecclesiis cõmendetur, & oblatio ꝓ eorum delicto à p̃sbyteris recipiatur.

Canon. 13. De sacerdotibus, qui uexantur ab spiritu.

Bene siquidẽ maiorꝝ regulis definitũ est, ut dæmoniis, aliisq; passionibus irretitis mysteria sacra tractare nõ liceat. Cui p̃cepto cõsensu rationis adhibito id cõmuniter definim⁹, ut nullus de his, qui in terrã arrepti à dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo uexationis incursibus efferunt̃, uel sacris audeant ministrare altaribus, uel indiscussi se diuinis ingerant sacramentis: exceptis illis, q uariis corporꝝ incõmoditatibus dediti, in huius modi passionib⁹ in terrã approbantur elisi. Qui tñ & ipsi tandiu erunt ab officii sui, & ordine, & loco suspensi, quo usq; unius anni spatio ꝑ discretionẽ Ep̃i inueniantur ab incursu dæmonũ alieni.

Canon. 14. Vt qui Domino sacrificant, secum semper habeant adiutoria constituta.

7. q. 1. Illud diuini oraculi.

Sũmopere cauendũ est, ne horis illis, atque tẽporibus, quib⁹ Dño psallitur, uel sacrificat̃, unicuiq; diuinis singulariter officiis insistenti ꝑniciosa passio, uel corporis q̃libet ualetudo occurat, q̃ aut corpus subito subrui faciat, aut mentem alienatione, uel terrore cõfundat. Ob hoc ergò instituimus, ut ubi tẽporis, uel loci, siue cleri copia suffragatur, habeat ille q̃squis canens Deo, atq; sacrificans, post se uicini sola

minis adiutorem, ut si aliquo casu ille, q offi-
cia impleturus accedet, turbatus fuerit, uel ad
terram elisus, à tergo semper habeat, qui eius
uicem exequatur intrepidus.

In Canone.15. habetur tantũ, ut omni anno
conueniant Epi ad celebrandũ conciliũ.

In Canone.16. agitur solũ de gratiarũ actio
ne Deo, & regi.

Subscripserunt p̃sentes Epi, & Abbates mo
nasteriorum, & Egila diaconus agens uicem
Episcopi Arcobricẽsis, & Liberatus diaconus
agens uicem Epi Segouiensis.

Explicit concilium Toletanum.11.

CONCILIVM BRACARENSE tertium tempore Vitaliani Papæ celebratum, & est prouinciale. Conciliũ Bracarense.3.

Can.1. Vt exclusis omnibus opinionibus, panis tantum, & uinũ aqua permistũ in sacrificio offerantur.

Audiuimus, quosdã schismatica ambitione De conse.d.2. cũ oẽ crimen.
detentos, contra diuinos ordines, & Apostoli-
cas institutiones, lac pro uino in diuinis sacri
ficĳs dedicare, alios quoq; intinctã eucharistiã
populis, pro cõplemento cõmunionis porrige
re; quosdã etiam expressum uinũ in sacramẽto
Dñici calicis offerre. Quod, q̃ sit euangelicæ,
atq; Apostolicæ doctrinæ contrariũ, & cõsue-
tudini ecclesiasticæ aduersum, non difficile ab
ipso fonte ueritatis probatur, à quo ordinata
ipsa sacramentorũ mysteria pcesserunt. Ait.n.
euangelista: Accepit Iesus panẽ, & calicẽ &c. Math.26.c.
Cesset ergo lac in sacrificio offerri, qa euidens
exemplũ euãgelicæ ueritatis aliud offerri non
sinit. Illud uerò, quod pro cõplemẽto cõionis

intinctam tradunt eucharistiam populis, nec hoc prolatum testimonium ex euangelio recipit, ubi Apostolis corpus suum & sanguinem cõmendauit. Nam q Dñs intinctam bucellã Iudæ dedit, id fecit, ut proditorẽ ostenderet, nõ tamẽ ut sacramẽti huius institutionẽ monstraret. Quod uerò de expresso botro, idest, de uuarum granis populus cõmunicatur, ualde est omnino confusum. Calix.n. Dñicus, uino & aqua permistus debet offerri, quia uidemus in aqua populũ intelligi: in uino uerò ostẽdi sanguinẽ Christi. Ergo quãdo in calice uino, aqua miscet, Christo populus adunatur. Non enim potest calix Dñi esse aqua sola, aut uinum solum nisi utrunq; simul misceatur.

Can.2. Ne uasa Domino sacrata, humanis usibus seruiant.

Siquis scienter diuina uasa, uel ministeria, aut in usus suos transtulerit, aut comedere in his, uel poculũ sibi sumendũ elegerit, gradus sui, uel officij periculum sustinebit. Si secularis fuerit, perpetua excõmunicatione damnetur, si religiosu s, ab officio deponatur. Sub hac sentẽtia tenebũtur, qui ecclesiastica ornamẽta, uela, uel alia qlibet indumẽta, atq; etiã utensilia scienter in suos, uel aliorũ usus transtulerint.

Can.3. Ne sacerdos sine orario, sacrificet.

21.d. Ecclesiastica instit. Quãdo sacerdos missam celebraturus accedit nõ aliter accedat, q̃ orario utroq; humero circũseptus, sicut & quãdo fuit cõsecratus; ita ut, de uno eodemq; orario ceruicem pariter & utrunq; humerum p̃mens, signũ in suo pectore pręparet crucis. Siquis aliter egerit, excõmunicationi subiaceat.

Canon.4. De uitanda extranearũ mulierũ familiaritate.

Nullus de clero, absq; honesto, & cõpetenti testimonio excepta sola matre, cũ quibuslibet fœminis secrete se p̃sumat adiungere. Et nõ solum cũ extraneis, sed nec cũ ipsis etiam sororibus, uel propinquis, ne licentia sororũ, uel propinquarũ mulierũ, quisq; solus familiarior habeatur ad perpetrandũ scelus. Huius p̃ceptionis transgressor sex mẽsibus pn̄iæ subiaceat.

Canon.5. A quibus & q̃uo gestandæ martyrum reliquiæ.

In festis quibusq; diebus arcam Dñi cũ reliquijs, nõ Ep̃i, sed leuitę in humeris gestent, quibus, & in ueteri lege onus idẽ impositũ nouimus esse p̃ceptũ. Quòd si Ep̃us p se reliquias deportare elegerit, nõ ipse à diaconibus ĩ sella uehatur, sed potius pedestri eo unà cũ populis progressione procedente ad ecclesias p eundẽ sanctæ Dei reliquiæ portabuntur. 1.Para.15.2.

Canon.6. Quomodo plectendi ecclesiastici ab Ep̃o.

Qui gradus iam ecclesiasticos meruerunt, idest, p̃sbyteri, abbates, & leuitę, exceptis grauioribus, & mortalibus culpis, nullis debent uerberibus subiacere. Nõ est dignũ, ut passim unusquisq; p̃latus honorabiliora mẽbra sua, prout uoluerit uerberib⁹ subijciat, & dolori; ne dum incaute subdita percutit membra, ipse quoq; debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat. D.15. Cũ beatus Paulus.

Canon septimus est secũdus Canon ĩ Chalcedoneñ. concilio. 11. q. 4. Quicũq; sub hoc.

In Canone octauo habet̃, ut rectores ecclesiarũ curent magis ecclesiastica iura, q̃ sua.

Explicit cõcilium Bracarense tertium.

Adeodatus, Pont.77.

Adeodatus septuagesimus septimus Papa sub Petro; anno Christi.671. Sedit annos quatuor, menses duos, dies quinque patria Romanus, ex monacho Pontifex creatur; uir religione, & omni comitate preditus, Constantino Pogonato Imperat.61.

Donus Ponti.78.

Donus.78. Papa natione Romanus, ex patre Mauricio; sedit annũ unũ, menses quinque, dies.6. Sub hoc cõuocata est synodus Cõstantinopolitana sexta, sub Agathone cœpta, sub Leone secundo absoluta est. Donus tantũ doctrina, & sanctitate uitę adeo floruit, ut Rauẽnatũ ecclesiã impridẽ à Romana segregatã, sedi apostolicæ obtemperantem reddiderit.

Agatho Ponti.79.

Agatho septuagesimus nonus Papa, natione Siculus, ex monacho Pontifex creatur; sedit annos duos, menses sex, dies quatuor. Vir fuit adeo benignus & mãsuetus, ut uniuersis hilaris, & iocundus cõprobaretur; & tantæ sanctitatis, ut leprosum obuium factum osculo suo statim liberauerit. Huius pontificis morte, uacat sedes annum unũ, menses quinque.

Leo.2. Ponti. 80. sub Petro.

Leo iunior, Papa octuagesimus sub Petro, natione Siculus ex patre Paulo; sedit mẽses.10 dies.17. Vir in humanis, & diuinis scripturis sufficienter instructus Gręca, & Latina lingua eruditus, paupertatis amator, erga inopũ prouisione, nõ solum mentis pietate, sed & studij sui labore solicitus. Hic excepit & probauit acta sextæ synodi in noua Roma celebratæ, residente magno principe Constantino, simulque cum eo legatis sedis Apostolicę, & duobus patriarchis Cõstantinopolitano, & Anthioche-

no,ac centũ quinquaginta Epis. In quã condẽnati sunt Cyrus, Sergius, Pyrrhus, Paulus, & Petrus, & Macarius cũ discipulo suo Stephano, qui unã uoluntatẽ, & unã operationem in Christo p̃dicauerant; sed & supra scriptos desensores hæreticos Macariũ, Stephanũ, Polycroniũ, & Anastasium, dum nollent à suo recedere proposito, p̱ diuersa monasteria retrusit. Mense decimo sui pontificatus prędictus Leo moritur, & sepelitur collachrymantib⁹ omnibus, tanq̃ publico parente orbatis. uacat sedes menses undecim, dies. 21.

SEXTA SYNODVS CONSTANTInopolitana, sub tribus supradictis pontificib⁹ aduersus Sergiũ, Paulũ, Pyrrhũ, Petrũ, Cyrũ, & Theodorũ, omnes Archiepiscopos Cõstantinopolitanos. Qui impiè docuerunt unã uoluntatẽ, & unã operationẽ in dispensatione incarnationis Dñi nostri Iesu Christi, pręsidente Constantino Imperatore, & legatis missis ab Agathone Papa, Theodoro, & Georgio p̃sbyteris & Ioanne diacono; qui p̃sentabant in cõcilio locũ Archiep̃i antiquę Romę Agathonis. 6. Synodus generalis.

Actio prima sub Agathone Papa.

In nomine Dei, & Saluatoris nr̃i Iesu Christi, pręsidente pijssimo, & Deo dilecto Magno Imperatore Cõstãtino in secretario sacri palatij, quod cognominatur Trullus &c. Conueniente quoq; sancta, & uniuersali synodo, quę secundũ imperialem sanctionẽ congregata est in hac regia urbe Theodoro, & Georgio p̃sbyteris, & Ioanne diacono uicem agentibus Archiep̃i antiquę Romæ, & Georgio Archiep̃o Cõsessus synodi in actio. 1.

magnæ Constantinopoleos nouæ Romæ, & Petro Deo amabili p̄sbytero, & monacho, & locū seruāte sedis magnę ciuitatis Alexādriæ, & Macario Archiepiscopo Theopoleos Antiochiæ, & Georgio religioso p̄sbytero monacho, & apocrisario Theodori uenerabilis uicarij sedis Hierosolymorum, Ioanne Ep̄o Portuēsi, Abondātio ep̄o ciuitatis Paternēsis, Ioāne ep̄o ciuitatis Rhegitanę, locū p̄sentantib⁹ cētū.25. Venerabilium Ep̄orum sancti cōcilij antiquę Romæ, residentib⁹ gloriosis patricijs, & cōsulib⁹ ex latere pijssimi nostri Imperatoris Cōstantini; & ex lęua quidē eius parte residentib⁹ uicarijs Agathonis Archiep̄i antiquę Romę, & qui ex persona synodi erant Deo amabiles Ep̄i. A dextera uerò eius parte residentibus Georgio Archiep̄o nouę Romæ &c. Propositis ī medio sacrosanctis euāgelijs Christi Dei nr̄i, Theodorus, & Georgius p̄sbyteri, & Ioānes diaconus Vicarij Apostolicæ sedis antiquę Romæ; nec nō & qui ex p̄sona synodi erant, dixerūt.

Benignissime Dn̄e secundū sacram à uestra fortitudine ad sanctissimū Papā demandati sumus ad pijssima uestigia uestrę serenitatis unà cū eius suggestione, quā & obtulimus coronatæ uestræ serenitati. Qm̄ igit̄ ante hos.46.plus minus annos quasdā nouitates uocū contrarias orthodoxæ fidei introduxerunt, q in illo tēpore fuerunt p̄sules huius regiæ uestræ ciuitatis, idest, Sergius, Paulus, Pyrrh⁹, & Petrus, nec nō & Cyrus quondā Alexandrinæ ciuitatis Antistes, & Theodorus Ep̄us ciuitatis Pharan, & alij quidā, qui eos secuti sunt, nō modi

ce (quæ per totũ orbem terrarum est) ecclesiam turbauerunt, unã uoluntatẽ in incarnationis dispensatione Dñi nostri Iesu Christi; unamq́; operationem dogmatizãtes, & docentes; q̃sumus à Deo coronatã uestrã fortitudinẽ, ut dicant, qui ex parte sunt sanctissimæ ecclesię Cõstantinopolitanæ, unde huiusmodi uocum ad inuenta est nouitas.

Cõstantinus pijssimus Imperator dixit. Audientes Georgius Archiep̃us nostræ huius ciuitatis, & Macarius Archiep̃us Antiochenæ ciuitatis, & ei adiacens synodus, quæ à parte Apostolicæ magnę Romę sedis dicta sunt, quę eis uidentur prosequantur.

Macarius Archiep̃us Antiochiæ, unà cũ Stephano p̃sbytero, & monacho eius discipulo, & alij Ep̃i Oriẽtis dixerunt. Hos quidẽ uocũ nouitates nõ edidimus; sed quicquid percepimus tam à sanctis uniuersalibus synodis, & sanctis, pbabilibus patribus, q̃que à præsulib9 hui9 regiæ urbis, idest, Sergio, Paulo, Pyrrho, & Petro, nec nõ & Honorio, qui fuit Papa antiquę Romæ, & Cyro, q fuit Papa Alexãdriæ, hoc est, de uoluntate, & operatione, sic & credimus, & p̃dicamus, & docemus, & parati sumus hoc ostẽdere. Et petentibus illis iussit Imperator proferri, & in medium legi gesta tertię synodi generalis Ephesinæ, & epistolam Cyrilli, & inter alia uerba eius epistolæ, habẽtur & ista Christus Iesus est, per quem reges regnant &c. & sequitur. Est enim eius omnipotens uoluntas &c. Quibus uerbis perperam intellectis, contendebat Macarius Archiep̃us Prouer. 8. b.

Antiochię probare unam uoluntatem in Christo. Et tandem consideratis & examinatis uerbis illis Cyrilli redargutus, & cõfusus est Macarius à Vicarijs Apostolicæ sedis, & ab alijs Episcopis Orientalibus, & pręcepto Imperatoris absoluta est prima actio.

Actio secunda.

Sessio. 2. Pręsidente eodem pijssimo & Magno Imperatore Constantino &c. & conueniente sancta, & uniuersali synodo &c. sicut in actione prima.

Prolata & lecta sunt acta quartæ synodi Chalcedonẽ. & cum legeretur epistola Leonis Papæ, & uentum est ad illud. Agit enim utraq; forma cum alterius cõmunione, quod proprium habuit, uerbo quidẽ operante quod uerbi est; carne autem exequente quod carnis est; & horum unum coruscat miraculis; aliud uerò sucumbit iniurijs, exurgentes, qui ex parte Apostolicæ sedis erant antiquæ Romæ clamauerunt. Ecce benignissime Domine, manifeste duas naturales operationes inconfuse, & indiuise in Domino nostro Iesu Christo. Et respondente Macario & qui cum eo erant, finita est actio secunda.

Actio tertia.

Sessio. 3. Pręsidente eodem pijssimo & Magno Imperatore Cõstantino &c. sicut in actione prima.

Præceptum est, ut legerentur acta in quinta synodo generali; & cum lector incepit legere initium libri, qui ita continebat. Sermo sanctæ memoriæ Mænæ Archiepiscopi Constantinopoleos, ad Vigilium beatissimum Papam Ro-

manum, de eo, quod una sit Christi uoluntas. Et exurgentes legati Apostolicæ sedis Romæ, exclamauerunt. Pijssime Domine, falsatus est præsens liber quintæ synodi. Nequaquam relegatur sermo, qui dicitur Mænæ ad Vigilium, qa fictus est: sed iube diligenter aduertere præsentem librum. Et inspicientes Imperator unà cum iudicibus, & quibusdã de sancta synodo Episcopis, inuenerunt tres quaterniones in principio libri additos non habentes subnotationem numeri; falsatus enim erat liber ab hæreticis in nonnullis locis. Lecta sunt reliqua gesta quintæ synodi, & absoluta lectione, sancta synodus & iudices dixerunt; Ex lectione summorum conciliorum (sicut audistis) non inuenimus in incarnationis dispensatione Domini nostri Iesu Christi unam uoluntatem, & unam operationem. Falsatus codex ab hæreticis.

Actio quarta.

Præsidente pijssimo Imperatore &c. sicut in actiõe prima. Prolata & lecta est epistola Agathonis Papæ ad Cæsarem, & synodum, cuius quidem epistolæ nonnulla duximus hic subijcienda, quæ sic habet. Sessio. 4.

Vt autem uestræ pietati, quid Apostolicæ nostræ fidei uigor contineat, breuiter intimemus, quam percepimus per Apostolicam, Apostolicorumque Pontificum traditionem, & sanctarum quinque generalium synodorum, per quas fundamenta catholicæ Christi ecclesiæ firmata sunt. Hic igitur status est euangelicæ, atque Apostolicæ fidei, regularisque traditio, ut confitentes sanctam & inseparabilem Trinitatem, Ep[i]s[tol]a Agathonis ad Cæsarẽ & synodum.

idest, patrem, & filium, & spiritum sanctum unius esse deitatis, unius naturæ, & substantiæ, siue essentiæ; unius eam prædicemus & naturalis uoluntatis, uirtutis, operationis, dominationis, & maiestatis, potestatis, & gloriæ. Et quicquid de eadem sancta Trinitate essentialiter dicitur singulari numero, tanquã de una natura trium consubstantialium personarum comprehendamus regulari ratione hoc institui. Cum uerò de uno earundem trium personarum ipsius sanctæ Trinitatis, filio Dei, Deo uerbo, & de mysterio admirandæ eius secundum carnem dispensationis cõfitemur, omnia duplicia unius eiusdemq; Domini saluatoris nostri Iesu Christi (secundum euãgelicam traditionem) asserimus, idest, duas eius naturas prædicamus, diuinam scilicet & humanam; ex quibus & in quibus etiam post admirabilem atq; inseparabilem unionem subsistit. Et unã quanq; eius naturam proprietatẽ naturalem habere confitemur, & habere diuinam omnia quæ diuina sunt, & humanam omnia quæ humana sunt, absque ullo peccato. Et utrasque unius eiusdem Dei uerbi incarnati, id est, humanati, inconfuse, inseparabiliter, immutabiliter esse cognoscimus, sola intelligentia quæ unita sunt discernentes propter confusionis duntaxat errorem. Æqualiter enim & diuisionis, & cõmistionis detestamur blasphemiam. Cum duas autem naturas duasq; naturales uoluntates, & duas naturales operationes cõfitemur in uno Domino nostro Iesu Christo, non contrarias eas, nec aduersas ad alterutrũ

Explicat̃ pluralitas uolũtatum & operationũ in Christo.

dicimus(sic ut à uia ueritatis errantes Aposto licam traditionem accusant, absit hæc impietas à fidelium cordibus) nec tanquam separatas in duabus personis, uel subsistentijs, sed duas dicimus unum eundemq; Dominum nostrum Iesum Christum, sicut naturas, ita & naturales in se uoluntates & operationes habere, diuinam scilicet, & humanam: diuinam quidem uoluntatem & operationem habere ex æterno cum coessentiali patre cõmunem: humanam, temporaliter ex nobis cum nostra natura susceptam. Hæc est Apostolica atque Euangelica traditio, quam tenet spiritalis uestri felicissimi Imperij mater Apostolica Christi ecclesia. Hęc est mera confessio pietatis. Hęc est enim ueræ fidei regula, quam & in prosperis, & aduersis uiuaciter tenuit Apostolica Christi ecclesia, quæ per Dei gratiam à tramite Apostolicæ traditionis nunquã errasse probabitur, nec hæreticis nouitatibus deprauata succubuit: quia dictum est Petro. Ego pro te Luc.22. c.
rogaui, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Hic Dominus fidem Petri non defuturam promisit; & confirmare eum fratres suos admonuit; qđ Apostolicos Pontifices meę exiguitatis prædecessores, confidenter fecisse semper, cunctis est cognitum: quorum & pusillitas mea licet impar & minima, pro susceptę tamẽ diuina dignatione ministerio pedissequa cupit existere.

Ibidem anathematizat hæreticos, qui contra prædicta senserunt, Theodorum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, qui fuerunt nouæ

Romæ antiſtites, & Honorium, qui fuit Papa antiquę Romę, & Cyrum Alexandrinum Epiſcopum, & Macarium, qui nuper fuerat Anthiochię præſul; & Stephanum eius diſcipulum. Inſuper & Arrianos, Apollinariſtas, Euthychianos, Thimoteranos, Acephalos, Theodoſianos, Sayanitas, & omnem deniq; furorē hæreticorum ſiue confundentium, ſeu diuidentium incarnationis Chriſti myſterium.

Probaĩ articulus de pluralitate uoluntatū operationum multipliciter.

Quòd autem duę ſint naturales uoluntates & operationes in Chriſto, probat prędictus Papa multifarie.

Primum quia Deus perfectus eſt, & homo perfectus eſt. Chriſtus Ieſus; ergo naturalibus proprietatibus utranq; naturam perfectam neceſſe eſt eſſe, & duas in eo operationes & uoluntates. Igitur ſicut in tribus perſonis Trinitatis tres perſonales uoluntates aſſerere abſurdum eſt, quoniam una natura eſt, quam ſequitur uoluntas una, ita in una Chriſti perſona, quæ duas naturas habet, duas uoluntates, & duas operationes naturales negare impiū eſt.

Secundo teſtimonijs ſcripturarū. Math. 26. Veruntamen non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu uis. Et alibi: Non mea uoluntas, ſed tua fiat. Et in alio loco dicit; Non ueni ut facerem uoluntatem meam, ſed eius qui miſit me patris. Et iterum; Surgens uenit in partes Tyri, & ingreſſus domum, noluit aliquem ſcire, & non potuit latere; cum tamen ille ſit de quo dicitur. Omnia quęcunq; uoluit Dominus, fecit in coelo, & in terra. Igitur hoc ad humanam eius uoluntatem redigi oportet. Et alibi etiam; Spiri-

Mar. 14. d.
Luc. 22. d.
Mar. 7. c.

tus quidem promptus est, caro autem infirma. Spiritum, uoluntatem intelligit diuinam; carnem uerò, uoluntatem humanam.

Tertio, ut synodus probet hæc pertinere ad fidem, iubatur expositione sanctorum doctorum Ambro. August. Chrysost. Athana. Cyrilli; utriusq; Gregorij, Leonis Pontificis, cuius testimonio multoties libenter utitur; præcipue cum scribit ad sanctum Fabianum Episcopum Constantino. ubi sic habet. Agit enim utraq; forma cum alterius cõmunione, quod proprium est, uerbo .s. operante quod uerbi est; & carne exequente quod carnis est &c. Et sicut uerbum ab æqualitate paternæ gloriæ nõ recedit, ita caro naturam nostri generis non relinquit. At uerò illa ad diuinam naturam pertinere dicũtur scilicet; Sicut pater suscitat mortuos, ita dedit & filio &c. Et illud: Nemo potest cognoscere patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Ad humanam tamẽ illa: Nolebat per Iudæam ambulare, quia quærebant Iudæi eum interficere. Et quæ supra citauimus ex euangelio. Illud etiam quod Dauid in persona Christi ait, Vt faciam uoluntatem tuam Deus meus &c. & illud uoluntarie sacrificabo tibi.

Synodus testimonijs patrũ ꝓbat ad fidẽ pertinentia.

Ioan. 5.

Math. 11. d.

Ioan. 7. a.

Psal. 142.

Psal. 53.

Solet hoc aliàs fieri in concilijs, etiam cum definiunt ad fidem pertinentia iuuari sententijs antiquorum patrum.

Postremo confirmantur omnia ista definitione sancti cõcilij Chalcedonẽ. actione quinta, ubi hæc fides asseritur. Etiam & ex concilio Constantinopolitano quinto cap. 7. Dein-

de refertur ex integro symbolum, quod publi ce in ecclesia cantatur, in quo obseruatur hæc forma loquendi.

Confitemur Trinitatem personarum, siue subsistentiarum, non trium nominũ subsisten tiam, sed bene trium personarum unam subsistentiam. Item cõfitemur & Christum ex duabus naturis compositum.

Autor. *Hæc fuit instructio legatorum, quorum superius fecimus mentionem.*

Quibus omnibus subscripserunt, primum Agatho Papa, deinde innumerabiles Episcopi occidentales, per quos delecti sunt tres prędicti legati, qui ad concilium generale Cõstan tinopolitanum mitterentur, ut hæc certa fidei confessio publice prędicaretur.

Habentur ibidem etiam argumenta hæreticorum Apollinaris, Seueri, Theodosii, Cyri Alexandrini, & Theodori Episcopi contra pluralitatem operationum in Christo Domino; quæ quoniam nihil habent nisi uerba, missa fecimus.

Actio quinta.

Sessio.5. Prędidente pijssimo, & Magno Imperatore Constantino &c. ut in actione prima.

In hac actione commonuit Imperator Macarium, & socios, ut proferrent testimonia sanctorum patrum demonstrantia unam uoluntatem, & unam operationem in Domino nostro Iesu Christo, sicut dudum promiserant; & protulerunt duos codices, quorũ prior in superscriptione ita continebat.

Testimonia sanctorum patrum, unam Do-

mini nostri Iesu Christi uoluntatem docentia, quæ est etiam patris, & spiritus sancti. Quib⁹ lectis absoluta est iussu principis actio quinta.

Actio sexta.

Præsidente piissimo & Magno Imperatore &c. sicut in actione prima.

In actione hac rursus cõmonitus est Macarius cum sociis si haberet alia testimonia de una uoluntate, & operatione Dñi nostri Iesu Christi, quæ pferret in cõcilio. At ille ptulit et aliũ codicẽ, qui in supscriptione cõtinebat sic. Sessio.6.

Sequentia testimoniorum de uoluntate.

Et lectus est coràm concilio. Quo lecto, & prędicto Macario cum sociis suis cõtentis & nolentibus alia testimonia pro se afferre, uicarii apostolicæ sedis Romanę, et qui cũ eis erãt Episcopi & clerici, et monachi dixerunt. Piissime dñe, adhuc aliqd de una uoluntate, & una operatione nõ ostenderunt Macarius amabilis Archieps, et eius socii per testimonia ab eis prolata; sed & ipsa, quæ ptulerunt detrũcauerunt, & quæ ad Trinitatis qdem attinẽt rationem de una uolũtate, p incarnationis dispensatione Dñi nostri Iesu Christi ptulerũt. Quæ uerò cõueniunt, & quæ pprie pro huiusmodi incarnationis dispensatione posita sunt, tã sensum qp uerba detruncauerunt. Vnde petimus uestram piissimã fortitudinem authenticos codices pferri ex uenerabili patriarchio huius regiæ ciuitatis, & cõferri cum codicibus ab eis oblatis &c. Piissimus Imperator præcepit, ut in sequenti actione fieret.

Testimonia plata ab hęreticis detrũcata.

Actio septima.

Conueniente sancta, & uniuersali synodo, quæ per Imperialem sanctionem congregata est &c. ut in actione prima.

Cōmoniti sunt uicarij sanctissimi Agathonis Papæ urbis Romæ, ut pferrent testimonia prędicantia duas uolūtates naturales, et duas operationes etiā naturales in dispēsatione incarnationis Dñi nostri Iesu Christi; et prophanorum hęreticorum similiter testimonia, manifestātia unam uoluntatem, & unā opationem. Et protulerunt codicem suprascriptum ita.

Testimonia sanctorum ac pbabilium patrum demonstrantia duas uoluntates & duas opetiones in Dño Deo & saluatore nro Iesu Christo. Quē Stephanus monachus relegit ab initio usq; ad finem, tam sanctorum ac pbabilium testimonia, q̃q; prophanorum hęreticorum. Et absoluta est actione septima.

Actio octaua.

cssio. 8. Præsidente eodem Magno Imperatore &c. sicut in actio prima.

Pijssimus Imperator præcepit, ut Georgius Archieps Constantinopo. & Macarius, & ei subiacens synodus edicat, si cōuenit ei sensus suggestionum directarum ab Agathone sanctissimo Papa Romæ, & eius synodo. Rñdit Georgius Archieps, suscipio, et sequor dñe directas suggestiones à sctissimo Agathone Papa Romæ, & credo, & sic pfiteor in uno sanctæ Trinitatis Dño nostro Iesu Christo uero Deo nostro duas naturales uoluntates, & duas operationes. Sic cæteri dixerunt. sic credimus, &

sequimur;& oẽs,q docuerunt, & dicũt unam uoluutatem,& unã operationẽ in duabus naturis unius Dñi nostri Iesu Christi ueri Dei nostri anathematizamus. Macarius protulit uoce & scripto suã fidem iuxta editionem sanctarũ et uniuersalium quinq; synodorũ. Rogatus uerò si cõfiteretur aperte duas naturales uoluntates, & duas opationes in Dño nostro Iesu Christo, rñdit. Non dico duas uoluntates, aut duas operationes in incarnationis dispensatione Dñi nostri Iesu Christi, sed unã uoluntatem, & Dei uirilem opationem: non tñ duas confiteor, etiam si mẽbratim incidar et mittat in mare. Tandem oẽs Epi consenserunt unanimes his, quæ per Agathonem Papã, & eius synodum antedicta sunt in epistola, & in legatorum suorũ instructione lecta actiõe quarta, exceptis Macario, & duobus, aut tribus eius discipulis, qui noluerunt cõsentire q̃ in Christo essent duæ naturales uoluntates, & duæ operatiões. Quos exilio relegatos coràm toto cõcilio denudauerunt pallio ẽpali, quo & nunc etiam utuntur Episcopi, alba. s. camisia.

Suscipit̃ à cõcilio epistola Agathonis Papæ.

In eadẽ actione examinant̃ testimonia, quibus inducunt̃ hæretici unam in Christo ponere uoluntatẽ, & operationem; & repertũ est illos multa cõsulto omisisse, alia deprauasse in codicibus, quæ possent suum errorem demõstrare. Tandem cõuicti sunt de errore suo per duos presbyteros legatos Epi Romani. Conuincunt̃ uerò primum ex Ambrosio ad Gratianum, deinde ex Athanasio in libro de incarnatione uerbi. Vltimo, & efficacissime cũ mi-

rabili eloquentia ex Chrysostomo in sermone illo. Pater si possibile est, trāseat à me calix iste.

Actio nona.

Sessio.9. Conueniente sancta & uniuersali synodo, quæ per Imperialem sanctionē congregata est in hac regia urbe &c. Sicut in actione prima.

Prolatus est codicillus testimonioꝝ, qui oblatus à Macario, & Stephano; & collatus est cum alijs codicibus authenticis, & inuentus est deprauatus, & corruptus, & ex Athanasio Alexādrino, & Gregorio Nazianzeno, & Cyrillo euidenter demōstratum est duas esse naturales uolūtates, & duas opationes in Christo Dño nostro; et sic absoluta est actio nona.

Actio decima.

Sessio.10. Præsidente eodem magno Imperatore Constantino &c. sicut in actione prima.

Rursus collata sunt testimonia aliquoꝝ patrum, nempe Leonis Papæ ex epistola secūda ad Leonem Imperatorē, & Ambrosij Mediolaneñ. epi ex. 2. libr. ad Gratianum Imperatorem, prolata à Macario, & Stephano cum codicibus authenticis ex patriarchio regiæ ciuitatis, et demōstratū est id, quod supra. Rursus idē demōstratū est ex testimonijs multis adductis Ioānis Chrysostomi, Athanasij, Gregorij Nezianzeni, & Gregorij Niseni, & Cyrilli.

Actio undecima.

Sessio.11. Tota hęc actio cōsumitur in ꝓpositione epistolę Sophronij Patriarchæ Hierosolymoꝝ ad cōcilium; quæ postea in actione tertiadecima à tota synodo ꝓbata est. In qua lōga admodū oratione, eloquentia, & Christiana sapientia

Epistola Sophronij p̄riarchę, eruditionis christianę plenissima.

plenissima, & oĩbus numeris absolutissima, disputat precipua mysteria fidei.

Primo sanctæ Trinitatis mysterium.

Secundo incarnationis Dñicæ sacramentũ, ꝓbans quod potissimum intenderat, unã esse in Christo ꝑsonam; sed duas distinctas naturas, humanam silicet, & diuinam, & duas distinctas operationes &c.

Tertio, ꝙ in ĩcarnatione uerbi nõ fuit Deitas copulata carni prius animatæ, aut prius præfactę, uel animæ præexistenti cõiuncta; sed tunc his, anima. s. & carne ad subsistendũ uenientibus, qñ eis ipsum uerbum & Deus naturaliter copulatus est, sed cũ ipso uerbo existentiã habuerũt; & nequaꝗ̃ in ictu oculi hãc illam priorem habentia (sicut Paulus Samosatenus perstrepit atq; Nestorius) simul quippe caro, simul Dei uerbi caro; simul caro animata rationalis, simul Dei uerbi caro animata rationalis. Cum cõceptu quippe uerbi hæc ad subsistendũ ꝓlata sunt, & secundum subsistẽtiam ei unita sunt, qñ ad subsistendum ꝓlata sunt, nullumq; prorsus tp̃s, ꝓpriæ constitutionis tulerunt, quod incõfusam atq; inseparabilem ad eum cõpositionem præcederet. Ex inuiolabili nanq; & uirginali sanguine sanctæ, & ĩmaculatæ uirginis Mariæ uerbum uerè factum est incarnatum, & ueraciter homo; & in utero uirgineo deportatus, & tp̃s expleuit legitimi puerperij, & per singula naturalia, & peccatũ non trahentia nobis oĩbus similis factus, nostramq; nõ dedignatus passibilem uilitatem. Nascit̃ Deus humano corpore, simi-

literq́; habitu aīam rōnalem & incorpoream hn̄s, & uirginem generantē conseruat θεοτόκον eam ꝓprie & ueraciter demōstrauit, q̄̃uis Nestorius uecors scindatur, & eius Deo rebellis exercitus lachrymet̃, lamentet̃, & exulet &c.

Hoc in loco singulariter, & deuotissime de hoc diuino mysterio disputat sc̄tūs iste Ep̄s, libenterq́; utitur testimonijs beati Dionysii desumptis ex libro de diuinis noībus; qm̄ ꝑsuasum habebat hūc librū esse Dionysii, & hunc esse illum Dionysium, quem Paulus ex Ariopago uocauit ad euangelium &c.

Christus homo creatus, et increatus, corporeus, & incorporeus.

Ibidem etiā, non abhorret hanc formam loquendi, ut Christum uocet hoiem creatum, et increatū, corporeum et incorporeū, per oīa nobis similem, excepto peccato, & oībus ipsum consequentibus; qm̄ Christus arbiter & Dn̄s erat motuum naturalium, & oīum suoꝝ affectuum, siue passionū; quæ nisi eo annuēte, non mouebantur; quod nos minime sumus.

Ibidem docet, angelos, & animas, & cæteras inuisibiles substantias nō corrumpi, sed oīa esse à Deo īmortalia creata. Qđ uerò ait, illa esse īmortalia, nō per naturā sicut Deus, sed per gratiam eas à morte coercentē, puto intelligit, ꝙ naturaliter à se nō habeant hanc īmortalitatem, sed ex generali dono Dei.

Explicat̃ mysterium Trinitatis.

Deinde explicat eleganter mysteriū sanctæ Trinitatis, docens in diuinis esse tres subsistētias, sic. Trinitatem itaq; in unitate credimus, & in unitate Trinitatem glorificamus. Trinitatem q̄dem pro tribus subsistētijs; unitatem aūt ꝑpter singularitatem Deitatis. Et iterum,

Seu igit̃ sancta Trinitas numerabilis pſonalibus facta est subsistentijs, siue sancta unitas, extra oẽm numerꝝ est, & hæc qdem indiuisibilem habet diuisionem, & incõfusam gerit cõiunctionem. Vnde collige subsistentiã in diuinis & personaliter, & essentialiter dici. Si pſonaliter accipias, tres subsistẽtiæ sunt, si essentialiter, unica est subsistentia.

Idem in eadem epistola. Suscipio aũt & ueneror post quinq; uniuersalia cõcilia, conscripta Cyrilli, prgsertim, quæ cõtra Nestorij insaniam facta sunt. Similiter & epistolã Orientalium Epoꝝ, quæ ad eũdem Cyrillum scripta est, quam et ipse orthodoxam esse testatus est; & quæcũq; Leo sanctissimæ Romanę ecclesię sanctissimus dispẽsator scribit; et maxime quę cõtra Eutychianam, & Nestorianam prophanationem scripsit: hæc qdem ut Petri, illa uerò ut Marci definitiones agnoscens.

Vltimo recẽset ferè oẽs herreticos à Simone mago ad illoꝝ usq; tempus, qui perperam de mysterio Trinitatis sunt locuti. Recenset inter cæteros Origenes, & huius discipuli Didymus, & Euagrius, qui aĩas ante corporꝝ constitutionẽ aiebant fuisse creatas; hoc dicit esse hęreticum & deliramentum impudens.

Finitis oĩbus, quæ in ista actione acta sunt. Constantinus pijssimus Imperator dixit. Sufficientia sunt etiam, quæ hodierna die sunt gesta. Quia uerò in Christo amabilis uestræ reipubli. causis occupamur, iubemus Constantinum, & Anastasium patritios, Polyeuctum quoq; & Petrũ excõsules ex pſona nostrę pie-

tatis cum ſancto & uniuerſali ueſtro concilio in reliquis conuentibus inueniri, poſtq́ʒ præſentis cauſæ plurima, & pręcipua capitula corám noſtra pietate iam peracta ſunt.

Actio duodecima.

Seſsio 12. Conueniente ſancto & uniuerſali concilio &c. ſicut in actione prima.

Rurſus diſputatũ eſt cũ hęreticis, ſi ex ſcripturis ſanctorũ patrum poſſent demonſtrare unam uoluntatem, & unã operationẽ in Dño noſtro Ieſu Chriſto; & nõ ualẽtibus illud oſtẽdere, plata eſt à catholicis et lecta ep̃ſa Leonis Papę decima, & luce clarius demõſtrauerunt duas uoluntates, & duas opationes in Chriſto Ieſu; et dixit ſancta ſynodus. Oĩno neceſſe eſt, non ſolum ſecundũ ſenſum ſequi ſanctorũ patrum dogmata, ſed & eiſdẽ uocibus uti cũ illis, nihilq́ʒ penitus innouari.

Sãctorum patrum dogmata non ſolum ſecundum ſenſum ſequẽda, ſed eiſdem uti cum illis uocibus.

Ibidem relectũ eſt reſcriptum epiſtolę Honorij Papę Romani ad Sergiũ Cõſtantinopo. in quo poſt explicatum ſatis late ſacramentũ dñicę incarnationis, ſubiungit. Quòd Dñs Ieſus Chriſtus filius, ac uerbũ Dei, ipſe ſit unus operator diuinitatis atq́ʒ humanitatis, plenæ ſunt ſacrę literę luculentius demõſtrãtes. Vtrũ autem ꝓpter opa diuinitatis, & humanitatis, geminę operationes debeant deriuate dici uel intelligi, ad nos iſta pertinere non debent, relinquentes ea grãmaticis, qui ſolent paruulis exquiſita deriuando noĩa uẽdicare. Nos. n. nõ unam opationem, uel duas Dñm Ieſum Chriſtum, eiuſq́ʒ ſanctum ſpiritũ, ſacris literis percepimus; ſed multiformiter cognouimus operatam,

ratum, iuxta illud. Diuisiones gratiarum sũt, idem autem spiritus &c. Si enim diuisiones operationum sunt multæ, et has omnes Deus in membris omnibus pleni corporis operatur, quanto magis capiti nostro Christo hæc possunt plenissime coaptari? ut caput & corpus unum sit perfectum &c. Et nos quidem secũdum sanctiones diuinorum eloquiorum oportet sapere, uel sperare; illa uidelicet refutantes, quæ quidem nouæ uoces noscunt sanctis Dei ecclesijs scandalum generare, ne aut duarum operationum uocabulo offensi, sectantes Nestorianos nos uesana sapere arbitrẽtur, aut certe, si rursus unam operationem Domini nostri Iesu Christi fatendam esse censuerimus, stultam Eutychianistarum attonitis auribus dementiam fateri putemur &c. 1. Cor. 12.

Relatum est & aliud rescriptum Sergij Patriarchæ Constantinopo. ad prædictum Honorium Papam; & collata sunt rescripta hæc cum exemplaribus authenticis, quæ producta sunt ex patriarchio regię urbis, & consistebant exemplaria. De quibus proferetur sententia in sequenti actione.

Ibidem confirmata est depositio Macarij, & sociorum eius; et petitum est à clericis Antiochiæ, ut alius pro Macario crearetur Archiẽp̃s: & sic absoluta est actio duodecima.

Actio tertiadecima.

Conueniẽte sancto & uniuersali concilio, quod per imperiale decretum in hac regia urbe &c. sicut in actione prima. Sessio. 13.

Postulatum est, ut pronunciaretur senten-

tia de epiſtolis Sergij, Honorij, & Sophronij, quæ in actione præcedenti lectæ ſunt. Sanctum concilium dixit. Secundum promiſſionem, quæ à nobis ad ueſtram gloriam facta eſt, retractantes dogmaticas epiſtolas, quæ à Sergio Patriarcha huius regiæ urbis ſcriptæ ſunt, tam ad Cyrum, qui tunc fuerat Epiſcopus Phaſidis, quàm ad Honorium Papã antiquæ Romæ: ſimiliter autem & epiſtolam ab illo, ideſt Honorio reſcriptam ad eundem Sergium: haſq; inuenientes omnino alienas exiſtere ab apoſtolicis dogmatibus, & à definitionibus ſanctorum conciliorum, & cunctorum probabilium patrum, ſequi uerò falſas doctrinas hæreticorum, eas omnimodo abijcimus; & tanquam animæ noxias execramur. Quorum autem, ideſt, eorundem impia execramur dogmata, horum & nomina à ſancta Dei eccleſia proijci iudicauimus, ideſt, Sergij preſulis huius urbis, qui aggreſſus eſt de huiuſmodi impio dogmate conſcribere, Cyri Alexandriȩ, Pyrrhi, Petri, & Pauli, preſulum huius etiã ciuitatis, qui et ſimilia eis ſenſerũt.

Hæreſeos dãnantur hoc loco ſeptem põtifices: Sergius, Cyrus, Pyrrhus, Petrus, Paulus, Honorius, Theodorus.

Ad hęc et Theodori epi Pharan, quarũ oĩum ſupraſcriptarũ perſonarũ mentionẽ fecit Agatho ſanctiſſi. Papa antiquæ Romæ in ſuggeſtione, quam fecit ad pijſſimum, & magnum Imperatorẽ nrũm; eoſq; abijcit, utpote cõtraria rectȩ fidei ſentiẽtes, quos, anathemati ſubmitti definimus. Cum his uerò ſimul proijci à ſancta Dei catholica eccleſia, ſimulq; anathematizari prȩuidimus & Honoriũ, qui fuerat Papa antiquæ Romæ, eo qđ inuenimus pſcri

pta, quæ ab eo facta sunt ad Sergium, quia in oībus mentem eius secutus est, & impia dogmata cōfirmauit. Pertractauimus aūt & synodica Sophronij Archiepi Hierosolymitani, & hæc reperiētes cum una fide cōuenientia, apostolicisq; & sanctor; patrum doctrinis paria, utpote, quæ sunt orthodoxa, recipimus; & ut salubria sanctæ Dei ecclesiæ suscipimus; & nomen eius inseri sanctis diptychis sanctarū ecclesiarum iustum esse iudicauimus.

Post hæc, pduxit Georgius diaconus chartophylax epistolas Cyri duas ad Sergiū Cōstantinopo. & unam Theodori ad eundē Sergium; & unam Pyrrhi; & unam Pauli; & unā Petri Constantinopoli, quondam antistitem; & unā Honorij Papæ totam hæreticā ad eundem Sergium; de quibus omnibus sanctū cōcilium dixit. Cognitionē accipientes prolatorum nobis à Georgio diacono libellor;, atq; chartarum, siue alior; opusculorum, comperimus in unam eandemq; impietatem cōcurrere, & præuidimus hæc tanq; prophana, & animæ pernitiosa continuo ob perfectum exterminium igne cōcremari; & combusta sunt; & sic præcepto iudicum, & sancti concilij absoluta est actio tertiadecima.

Actio quartadecima.

Conueniente sancto & uniuersali concilio &c. & residētibus gloriosissimis patricijs, & consulibus, & oībus Deo amabilibus episcopis per ordinem in eodem secretario Trulli, & propositis in medio sacrosanctis Christi Dei nostri euangelijs, Georgius diaconus Sessio.14.

produxit duos codices continentes acta sancti & uniuersalis quinti concilij, & Tomum septimæ actionis eiusdem concilij, & iussu cõcilij tangens præposita sacrosancta euangelia, dixit. Per istas sanctas uirtutes, & Deum, qui locutus est per eas, cum ueritate hi duo libri mẽbranacei sunt libri sancti quinti concilij, et uolumen septimę actionis eiusdem concilij iuxta quod iam excusi sunt, ita etiam nunc manifestati sunt, & pridem in bibliotheca inuenti atq; suscepti; & neq; additum est quicq; à me, nec subtractum per me, neq; cum cõscientia mea à quoq; omnium. Surgentes Episcopi concilij, & conferentes cum exemplaribus authenticis, inuenerũt ab hæreticis adiectos esse tres quaterniones in primo libro quinti concilij, & in secundo libro circa septimam actionem mutatum quidem fuisse quintumdecimum quaternionem, & adiectũ esse quadrifolium non superscriptum ante decimum sextum quaternionem. Quocirca acclamatum est à concilio. Anathema libello, qui dicitur Mænæ ad Vigilium. Anathema libellis, qui dicuntur facti fuisse à Vigilio ad Iustinianũ, & Theodorum diuæ memoriæ, Anathema simul, qui falsauerunt acta sancti & uniuersalis quinti concilij.

Falsati codices per hęreticos.

Introduxerunt Græci sub nominibus Vigilij Papæ, similiter & Mænæ, hos libellos continentes unam uoluntatem, & unam operationem in Christo, cum tamen, nullos tales scripsisset Vigilius, nec Mœna, & hac de causa acclamatum est à cõcilio, & anathema-

tizati sunt libelli illi.

Deinde productus et lectus est sermo Athanasij super uerbis illis Domini: Nunc anima mea turbata est, de quo sanctum concilium dixit aperte. Nunc in sermone, qui lectus est, duas naturales uoluntates in dispēsatione incarnationis unius de sancta Trinitate Domini nostri Iesu Christi ueri Dei laudabilis Athanasius declarauit; & pręcepto iudicum, & sancti concilij actio quartadecima absoluta est.

Sermo Athanasij de duabus uoluntatibus i Christo.

Actio quintadecima.

Conueniente sancto concilio &c. ut supra.

Sessio. 15.

Adductus est ad cōcilium Polychronius religiosus presbyter & monachus, & interrogatus, quæ esset fides eius in dispensatione incarnatiōis Domini nostri Iesu Christi. Polychronius monachus dixit. Ego expositionem fidei meæ do in opere mortui, rogans pro eo filium Dei, ut suscitet eum; sinautem non resurrexerit, ecce concilium, & Imperator, quæ eis placuerint in me faciant. Sanctum concilium dixit. Expositionem fidei tuæ profer, nam ecce mortuus præparatus est. Ille ait: In hoc est fides mea, & ita mihi ostendit Deus, ut ponam eam super mortuum, & si non surrexerit, ecce ut prædixi. Et protulit in medio unam chartulam propria scriptam manu, & ab Antiocho religioso lectore, & notario aperta et lecta est, habens his uerbis ita.

Insania Polychronij cōtendentis suscitare mortuū in hæreticorū ueritatis testimonium.

Constantino a Deo coronato ac mansuetissimo magno Principi, ego Polychronius tanquam pręsens, saluto, & adoro: & quia uidi multitudinem uirorum, & candidatorum, &

Chartula fidei Polychronij hæretici.

in medio uirum, cuius uirtutem narrare non ualeo, dicentem mihi. Quia nouam fidem cõponis, festina, & dic Imperatori Constantino. Non facias nouam fidem, neq; acquiescas. Et ueniẽte me ab Heraclea Chrysopolim, & stante me in solario, (hora erat quasi septima diei) uidi uirum terribilem candidatum ualde, & stetit coràm me dicens. Quia qui non confitetur unam uoluntatem, & Dei uirilem operationem, non est Christianus. Ego autem dixi. Hoc & Constantinus sapientissimus Imperator præfiniuit unam uoluntatem, & Dei uirilem operationem. Ille autem dixit. Multum bene & Deo placete. Sanctum concilium dixit, ut illa chartula ab eodem Polychronio iuxta ꝓpositionẽ suam poneretur sup̃ mortuũ iam ad hoc pręparatũ in loco publico in pręsentia concilij, & populi ad satisfactionem Christo amabilis plebis, qualiter Deus ueritatem demonstraret. Et congregato plurimo populo in atrio publici lauacri, quod dicitur Zeuxippus, idem Polychronius posuit super mortuum huiusmodi fidei suæ chartulam; perq; plures horas perseuerans, & insusurrãs ei, nihil horum, quæ ab eo stolide, ac blaspheme promissa fuerant ualens peragere, idem Polychronius dixit, nullatenus se posse mortuũ suscitare. Populus qui ibidem aderat, exclamauit dicens. Nouo Simoni anathema, Polychronio seductori populi anathema. Sancto concilio iterum interroganti, si adhuc perseueraret in illa sua fide, Polychronius respondit. Sicut continet chartula quam obtuli, & po-

ſui ſupra mortuum,ita credo unam uoluntatem,& Dei uirilem operationem , & alterum quid non dico. Et cum perſeueraret in proprio errore, per ſanctum concilium tanquam ſeductor populi & manifeſtus hæreticus, depoſitus eſt ab omni ordine & officio ſacerdotali. Glorioſiſſimi principes,& ſanctum concilium dixerunt. Sufficiunt, quæ hodierna die acta ſunt.

Actio ſextadecima.

Conueniente ſancto, & uniuerſali concilio &c. ut ſupra. Seſsio.16.

Adductus eſt Conſtantinus presbyter eccleſię, quæ eſt in Apamia ſecundæ Syriorum prouincię ad concilium, & examinatus eſt de ſua fide; qui rogatus à concilio, dixit ſe non cognoſcere niſi unam uoluntatem, & unam operationem in Chriſto, ſicut Macarius ſentiebat. Cui poſt longam diſputationem, ſanctum concilium dixit. Ita ſentis,& ita perſeueras uſq; ad finem in hac ſecta? Et Cōſtantinus dixit. Etiam Domini, ſic ſentio,& ſic credo,& non eſt poſſibile aliter. Sancta ſynodus exclamauit. Hęc ſecta Manichęorum eſt. Hęc eſt fides Apollinarij, Anathema illi cum dogmatibus ſuis. Anathema Theodoro hęretico Pharanitano, Sergio hęretico anathema, Pyrrho hęretico anathema, Paulo hęretico anathema, Petro hęretico anathema, Macario hęretico anathema, Polychronio hęretico anathema, Aſpergio Pergenſi anathema. Omnibus, qui ſuffragantur hęreticis, anathema. Sic abſoluta eſt actio ſextadecima.

Actio decimaseptima.

Sessio.17.

In hac actione profertur symbolum, quod dominicis diebus nũc publice in ecclesijs cantatur, à synodo Nicęna constitutum, ubi obiter condemnatur Arrius, qui aiebat de uerbo quod erat aliquando, quando non erat; & antequam nasceretur, non erat, & quia ex nihilo factus est, uel ex altera substantia, uel essentia, dicentes esse aut uertibilem, aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica synodus.

Ibidem longa oratione explicatur mysteriũ Dominicę incarnationis in unitate personę, & unius substantię duas concurrisse naturas, & duas naturales uoluntates, & duas naturales operationes indiuise, inseparabiliter, incõfuse, secundum sanctorum patrum doctrinã in Christo copulatas, non contrarias, iuxta quod impij asserunt hęretici; sed uoluntatẽ humanã nunquam reluctãtẽ, sed subiectã diuinę eius, atque oĩpotẽti uolũtati, iuxta sñiam sapiẽtissimi Athanasij.

Recipitur epistola Leonis Papæ ad Flauianum.

Idem recenset hęreticos, quos supra anathematizat; & recipit tomum sanctissimi Leonis Papę an sanctum Flauianũ, quem & titulum rectę fidei appellat sancta synodus.

Recipiunť epistolæ synodicæ Cyrilli aduersus Nestorium.

Item epistolas synodicas, quę scriptę sunt à beato Cyrillo aduersus impium Nestorium, & ad Orientales Episcopos.

Item etiam approbat & recipit quinque uniuersalia concilia, & sanctos & probabiles patres definiẽtes Dñm Iesum Christũ unum de sancta Trinitate. Et subscripserunt oẽs Epĩ, & absolutus est conuentus decimusseptimus.

Actio decimaoctaua.

Pręsidente pijssimo & magno Imperatore, conueniente quoq; sancto & uniuersali concilio, quod per Imperialem sanctionem congregatum est &c. ut supra. Sessio. 18.

In hac actione pręsente Imperatore cõfirmauerunt acta in actionibus p̃cedentibus, & subscripserunt omnes Epi p̃sentes, & uices gerentes absentium Epor̃. Deinde & Cõstantinus Imperator subscripsit. Post subscriptionẽ habentur explicatę hęreses, q̃ circa Christi humanitatẽ sunt exortæ. Quidã.n. personas in Christo diuidunt. Alij contra, naturas permiscent, & cõfundunt &c. Nos autẽ altrinsecus positã uoraginẽ, diuisionisq́ᵢ, & cõfusionis declinantes periculũ, tanq̃ iter regale pergentes, duas in Christo naturas, & harũ pari numero naturales operationes cõfitemur; & in unam indiuiduam concurrentes subsistentiam, & q̃ suæ sunt alterutrũ, in cõmune proprietates conferentes. Superfluas autẽ uocum nouitates, & earũ inuentores procul ab ecclesiasticis septis abijcimus; & anathemati merito subijcimus, id est Theodor̃ Pharanitanũ, Sergium, & Paulum, Pyrrhum simul, & Petrũ, Cyrũ, & Honorium, deponẽtes Macarium, qui fuerat Antiochensis Epus, & Stephanũ eius discipulum. Similiter & Polychroniũ infantilis intelligentiæ delirum senem, qui mortuos suscitare pollicitus, dum nõ suscitaret, derisus est, & omnes, q cõstituerunt, uel cõstituunt, cõstituere, uel pręsumpserint unã uoluntatẽ, & unã operationẽ in dispensatione humanitatis Christi.

Ad hæc accessit edictũ Cõstantini Imperatoris nõ minus Christiana eruditione, quàm pietate refertum. Datũ est autẽ ad populũ Occidentalem ad corroboranda, & firmanda omnia, quæ à præsenti synodo definita sunt. Amplectitur autem, & suscipit piissimus Imperator quinque uniuersales synodos, & hanc sextam cum eis, sub hac forma uerborum.

Quinque uniuersalia, & à Deo cõsita cõcilia, sicut quandã hæreditatẽ cœlestem in cordis cõclaui reponentes, tanquam intellectuales margaritas, ab eis thesaurisamus dogmata, & quos anathematizarunt, & quæ refutarunt anathematizamus atque refutamus; quosque susceperunt suscipimus patresque nostros scribimus. Anathematizamus omnẽ hæresim, quæ à Simone usque nunc in Dei ecclesiam introducta est adscindẽdam pacem & unitatem credẽtium. Super hæc omnia anathematizamus Theodorum, Sergium, Cyrum, Petrum &c. quos suprà pluries recensuimus.

Vltimo est epistola Leonis Papæ ad Constantinum Augustum habens sic.

Regi regũ in cuius potestate sunt regna mũdi magnas gratias agimus quod sancta uniuersalis & magna sexta synodus, quã nutu Dei uestra clementia, & sedule cõuocauit, & cui pro Dei ministerio præfuit, Apostolicam in omnibus regulam, & probabilium patrũ secuta fuerit. Et quia definitionem rectæ fidei plenissime prædicauerit, quã & Apostolica sedes beati Petri Apostoli (cuius licet ĩpares ministerio fungimur) ueneranter suscipit, idcirco & nos, &

per nostrũ officium hęc ueneranda sedes Apostolica concorditer, ac unanimiter his, q̃ definita sunt ab ea, cõsentit, & beati Petri authoritate confirmat, sicut supra solidatam petrã, qui Christus est, ab ipso Domino adeptus firmitatem. Propterea sicut suscepimus atq; firmiter p̃dicamus sancta quinq; uniuersalia concilia, Nicęnũ, Constantinopolitanũ, Ephesinũ primũ, Chalcedonense, & Constantinopolitanũ, & q̃ omnis Christi ecclesia approbat & sequitur: ita & quod nuper in regia urbe pio uestræ serenitatis adnisu celebratũ est sanctũ sextum concilium, ut eorũ pedissequi interpretes, pari ueneratione atq; cẽsura suscipimus, & hoc cũ eis digne cõnumerari, tanq̃ una & ęquali Dei gratia congregatũ, decernimus: & qui in eo fideliter cõuenerunt Christi ecclesiæ sacerdotes, inter sanctos ecclesię patres atq; doctores ascribendos ęque cẽsemus. Nã & istis sicut & illis, idẽ Dei spiritus salutẽ animarũ operatus est: & huius ímarcescibilis fructus imperiali pietati uestrę à Dño reputabitur, cuius & p̃ secula prędicando labore perfectum est.

Deinde anathematizat omnes hęreses & earum autores quos supra nominauimus.

CANONES SEXTAE SYNODI IN Trullo celebratæ ex Gręcis exẽplarib9 desumpti, interprete Gentiano Herueto Aurelianeñ.

In uolumine Conciliorũ excuso Coloniæ feruntur nouem Canones adscripti sextæ synodo, cũ tamen sciamus sextã synodum, quando primo sub Cõstantino congregata est, nullos edidisse Canones: sed post, sub Iustiniano conuenientes.227. patres in Trullo regiæ palatij Cõstantinopoli Canones ediderunt se- Autor.

quentes.113.Hoc ita tradunt patres, qui ad septimā synodū conuenerunt in Nicæa sub Cōstantino filio Leonis, & Irene eius matre in actione quinta: & explicatius in actione sexta, Tomo primo: in utroque loco citant Canonē octuagesimū secundum. Horū etiam Canonū meminit Nicolaus primus in epistola ad Michaelē Imperatorē. Itē & Anastasius Abbas Apostolicæ sedis Bibliothecarius in pfatione octauæ synodi, dicens. Cū sexta synodus nullā protulerit, præter fidē, regulā, sed quas eius asseuerant regulas, longe post sextam synodū ab ipsis constat esse penes se priuatimq; depromptas &c.

Item patres qui ex Oriente & Occidente conuenerunt ad synodū Florentinā, in sessione quinta citant hos.102. Canones sextæ synodi in Trullo.

Item Gratianus in Decreto citat aliquot Canones istorum (ut in proprijs locis indicabimus) et ascribit illos sextæ synodo. Propter hæc & alia uisum est nouem Canones pdictos, ut nothos & adulterinos reijcere, & istos.102. ex Græco Nomprocanono uetustissimo nondum excuso.

Præmittitur loco pfationis allocutoria oratio Patrum qui in Trullo conuenerunt ad Imperatorem Iustinianum, in qua ostenditur, quòd cum duæ uniuersales synodi, quinta scilicet, quæ fuit regnante Magno Iustiniano, & sexta quæ fuit regnante Constantino Pogonato, non fecerint Canones ad ecclesiarum constitutionem, sicut reliquæ quatuor sanctæ uniuersales synodi fecerunt, hæc facta est ad supplementum duarum. Propterea enim nec sexta proprie numeratur, sed πενθέκτη, idest, Quini sexta. Nam quod quintæ & sextæ synodo deerat, repleuit. Est autem etiam uniuersalis.

Canon primus.

In primo Canone proponitur fides tenēda, ut per Apostolos & sacra concilia tradita est: & explicatur ratio sex synodorū uniuersaliū, sicut in multis alijs concilijs explicata est. Sub

anathemate etiam decernitur tenēda uniuersa, quæ in eis sunt à patribus definita.

Canon.2. Vt tam synodorum generalium, quarundamq; prouincialium, Apostolorum, & aliorum Patrum Canones stabiles maneant, definitur.

Hoc quoque huic sanctæ synodo pulcherrime & honestissime placuit, ut ab hoc nunc tēpore deinceps ad animarum medelam, & perturbationū curationē firmi, stabilesq́; maneant, qui à sanctis patrib⁹, qui nos p̄cesserunt, suscepti ac confirmati sunt, atq; à Deo nobis etiam traditi sunt, sanctorꝝ Apostolorꝝ nomine. 85. Canones. Quoniam autem in his nobis Canonibus p̄ceptum est, ut eorundē sanctorꝝ Apostolorꝝ per Clementē constitutiones susciperemus, quib⁹ iam olim ab ĳs, qui à fide aliena sentiunt, adulterina quædā, & à pietate aliena introducta sunt, q̄ diuinorꝝ nobis decretorꝝ elegantem & uenustam speciem obscurarunt. Has constitutiones ad Christianissimi gregis ædificationē ac securitatem utiliter reiecimus, hæreticæ falsitatis fœtus nequaq̄; īmiscentes, & germane ac integre Apostolorꝝ doctrinæ inserentes. Obsignamus etiam reliquos omnes Canones, qui à sanctis & beatis nostris patribus expositi sunt, idest, à trecentis decē & octo diuis patribus, qui Nicæę cōuenerunt: ab ĳsq́; qui Ancyrę: etiam ab ĳs qui Neocæsareę, similiter & qui Gangris. Præterea & ab ĳs qui Antiochia Syriæ: ab ĳs etiam qui Laodicea Phrygiæ. Præterea aūt & a. 150. patribus, qui in hac Dei cultrice & regia ciuitate conuenerunt: & ducentis qui in Ephesiorum Metropoli prius

coacti sunt,& 630.sanctis patribus qui Chalcedone, similiter & ab ijs qui Sardicæ, & qui Carthagine,& qui rursus in hac regia urbe cõuenerunt sub Nectario,qui regiæ huic ciuitati pręsidebat,& Theophilo,qui fuit Alexandriæ Archiep̄s. Quin etiam Canones Dionysii Archiep̄i Alexādrinorum Megalopolis. Et Petri Alexādrię Archiep̄i & martyris Gregorij Neocęsareæ Ep̄i,qui θαυματουργὸς,id est,mirabiliũ operũ effector dictus est. Athanasii Alexandrini Archiep̄i,Basilij Archiep̄i Cęsareę Cappadociæ,Gregorij Ep̄i Nyssæ, Gregorij Theologi, Amphilochi Iconij, Timothei Archiep̄i Alexādrini,Cyrilli eiusdem Alexandriæ Archiep̄i. Et Gennadij Patriarchæ huius regię ciuitatis. Pręterea uero & à Cypriano Aphrorum regionis Archiep̄o & martyre, & synodo, q̃ sub ipso fuit emissum canonẽ, qui in p̄dictorum pręsulum locis, & solum,secundũ traditam eis consuetudinem seruatus est. Et nulli licere prius declaratos Canones adulterare, uel abolere,uel alios pręter prius hic propositos Canones admittere,à quibusdā falsa adiecta inscriptione cõpositos,qui ueritatem cauponari conati sunt. Si quis autem ꝙ p̄dictorum Canonũ aliquẽ innouare,uel subuertere conetur, conuictus fuerit, reus erit secundũ eum canonẽ, ut ipse pronunciat canon, pœnā luens, & per ipsum,in eo in quo offendit,medelam suscipiens.

Q̃uo hic canon Cypriani recipiatur explicat.95.ca.ifra, & 19.Nicę.synodi.

Canon.3. Qualiter puniendi clerici,qui præter canonicas sanctiones uxores duxerint.

Rex noster allocutus est, ut ministros ecclesię puros,& eo ministerio dignos exhiberet sy

nodus. At cum hi, qui ſunt Romanæ eccleſiæ canonis ſummũ ius ſeruare propoſuerint, huius autẽ ciuitatis ſedes benignitatẽ; nos uerò unum è duobus cõponentes (ut nec ex lenitate, diſſolutionẽ, nec ex rigore auſteritatem) ſancimus, ut qui ad ſecundas trãſierunt nuptias, nec à peccato, cui mãcipati ſunt, reſipiſcere uoluerint, depoſitioni canonicę ſubiacere. Qui uerò ad hanc ſecundarũ nuptiarum affectionem tranſierunt quidẽ, ſed ante noſtrã cognitionem procul peregrinã ſpuriamq́; coniunctionem abiecerunt, uel quorũ uxores ſecundæ obiere, uel ipſi ad conuerſionẽ prouidentes, in animũ ſobrietatẽ reuocarunt, & ſubito eorũ omnium quæ prius contra leges erant, obliti ſunt, ſiue pſbyteri, ſiue diaconi ſint, uiſum eſt eos ceſſare debere ab omni ſacro munere & actione, ĩ certum tẽpus damnatos; dũmodo honores quidẽ ſuę ſedis & ſtatũ retineant cõtenti primo accubitu: lachrymis à Dño efflagitantes, ut ſibi remittat illud ignorantiæ peccatũ: ineptũ. n. eſt, ut alĳs bene pcetur, qui neceſſe habet ſua curare uulnera. Cæterum qui uni quidẽ coniuncti ſunt uxori, ſed quæ uidua eſſet cũ aſcita fuit, ſimiliter & qui poſtq̃ fuere electi nuptĳs illegitimis adhæſere, hoc eſt presbyteri, diaconi, & hypodiaconi, ad breue aliqd' tẽpus dãnati, ſemotiq; à ſacra adminiſtratiõe, rurſus ad eoſdẽ reſtituantur gradus, dũmodo ad maiorem nõ procedant gradũ, latenter illegitimo contubernio ſoluto. Et hæc quidẽ ſolum in ſacerdotib⁹ diſpoſuimus, definientes ab hoc tẽpore, & reſtituentes Canonẽ illũ, qui prohibet, ut qui ad

Ca. Apoſt. 17. & 18.

fecundas nuptias transierit post baptismum, uel pellicē habuerit, non possit Eps, aut psbyter creari, uel diaconus, aut omnino ordinis sacri. Similiter & qui uiduam assumpserit, uel repudiatam, uel amicā, uel ancillam, uel meretricem esse nō potest Eps uel psbyter, uel diaconus, uel omnino ordinis sacri.

D.33. Siquis post.

D.34. Siquis uiduam.

Canon. 4. Clericus uitians monachū deponatur.

Siquis Epus, uel psbyter, uel diaconus, uel subdiaconus, uel lector, uel cantor, uel ostiarius cū muliere Deo dicata coierit, deponatur, ut qui Christi sponsam uiolauerit. Si autem laicus segregetur.

Ex 25. ca. Apostolorū, q qualemcūq; mulierem stuprauit clericus, deponitur.
27. q. 1. Siqs.

In. 5. ca. statuitur, nequis ex clero habeat secum mulierē extraneam, Canon repetitus in multis concilijs.

Canon. 6. Soli cantores & lectores possunt uxorem ducere.

Quoniam in Apostolicis Canonibus dictū est, eorum qui nō ducta uxore in clerū promouentur, solos lectores & cantores uxorē posse ducere: Et nos hoc seruātes decernimus, ut deinceps nulli penitus hypodiacono, uel diacono, uel psbytero post sui ordinationem coniugium cōtrahere liceat. Si autē hoc facere ausus fuerit, deponatur. Siquis autē eorꝝ qui in clerū accedunt, uelit lege matrimonij mulieri cōiungi, antequā hypodiaconus, uel diaconus, uel presbyter ordinetur, hoc faciat.

D.32. Siquis eorum.

Canon. 7. Diaconi non sedeant loco honoratiori, quàm presbyteri.

Quoniā in nōnullis ecclesijs diaconos officia ecclesiastica habere cognouimus, & ex hoc nō nullos eorum arrogantia & licentia fretos

D.93. Præcipimus.

ante

ante p̄sbyteros ſedere,ſtatuimus,ut diaconus etiam ſi in dignitate,ideſt,in quouis ſit officio eccleſiaſtico,ante p̄sbyterū nō ſedeat;pręterq̃ ſi proprij Patriarchę,uel Metropolitani uicem gerens,adſit in alia ciuitate ſuper aliquo capite. Tunc.n.ut locū illius implens honorabit. Siquis autem tyrānica adductus audacia tale quid efficere auſus fuerit, is ex proprio gradu deiectus, ſit omnium ultimus eius ordinis in cuius eſt catalogo in ſua eccleſia.

Hic canon erat renouandus, quoniam uidemus diaconos in dignitate conſtitutos ante presbyteros ſedere. Puto exemplū ab eccleſia Romana ſumentes in qua ante Epiſcopos etiam ſedent diaconi Cardinales. Autor.

In canone octauo ſtatuit,ut quotānis ſynodi prouinciales fiant,eſtq́ ca.5.Nic.& Chalcedo.19. Addit tamen, ut ſaltem ſemel in anno fiat ſynodus. Ca. Apoſtolicus.36.

Canon.9.

Nulli liceat clerico cauponariam habere tabernam. Canon Apoſtolicus in cauponam ingredi clericum non permittit. Ca.apoſt.54. & 44. d.c. Nulli.

Hic habere, pro eo quod eſt exercere, accipe. Autor.

Canon.10. Clerici uſuras non accipiant.

Epiſcopus,presbyter,aut diaconus qui uſuras uel centeſimas accipit, uel ceſſet, uel deponatur. Ca. Nic.cōcī. 18.Apoſt.44.

Canon.11. Nulli fidelium licet Iudæorū azyma comedere.

Nemo eorum qui in ſacro ordine cēſentur, aut laicus,Iudęorum azyma comedat,uel ullam cum eis familiaritatem ineat, uel in morbis accerſat,uel medicinas ab eis ſuſcipiat,uel unà cum eis in balneis lauetur. Siquis contra 28.q.1.Nullus

fecerit, si sit clericus deponatur; si laicus, excommunicetur.

Nemo putet quòd hic patres prohibuerint axymum panem comedere, sed per axyma, more Iudaico, festa celebrare.

Canon. 12. Post ordinationem suam, Episcopi à proprijs uxoribus secedant.

Iubet omnino antistites, postq̃ sunt ordinati à proprijs uxoribus secedere. Ne autẽ contra quintum apostolicum Canonem facere uideantur, qui Episcopis cum uxoribus suis habitare permittit, inferunt, ꝙ nõ diuinis apostolis aduersantes hæc decernunt, sed statũ ecclesiasticũ in pulchriorem ordinẽ prouehi uolentes, quoniam apostoli, cũ fides inciperet, ad fidelium imbecillitatem se magis demittebant, cum autem euangelij prędicatio sit magis ampliata, oportet & pontifices ad perfectam continentiam uitam suam dirigere: ne status ecclesiasticus ullo probro afficiatur.

Canon. 13. Subdiaconi, & supra uicis suæ tempore ab uxoribus separentur.

D. 31. Q. m̃ in.

Is mos seruatus est i Oriente, ut ex coniugio licite assumaẽ ad clerũ.

Hoc canone patres decernunt. Primo, eos q ut ordinentur hypodiaconi, diaconi, aut p̃sbyteri digni sunt, à priorib⁹ suis legitimis uxoribus nõ separari. Adijciunt autẽ, eos nõ cũ suis coniugibus coniunctionem indiscriminatim habituros, sed ab eis abstenturos uicis suę tẽpore, eo scilicet tempore quo sacrificant, sicut definit Carthagineñ. synodus secunda. ca. 2.

Secundo decernit, deponendos eos, qui audeant post ordinationem, diaconos & sacerdotes cum prioribus suis legitimis uxoribus cõsuetudine priuare: & ipsos qui ordinanẽ suas

uxores pietatis prętextu expellentes excõmunicandos statuit.

Tertio dicunt patres, se id facere cognoscentes Romanæ ecclesiæ pro canone traditũ esse, ut diaconi uel presbyteri in sua ordinatione profiteantur, se non amplius suis uxoribus coniungendos.

Canon.12. prohibuit Episcopos cum proprijs uxoribus post ordinationem habitare, hic autem Canon de diaconis & sacerdotibus subdistinguit, ueluti corrigens quod ea de re fit in ecclesia Romana: sed tu Lector intellige, si iusto prohibentur in Oriente sacris initiati, cum proprijs uxoribus manere uicis suæ tempore, ubi sacerdotes & reliqui non præfinitis uicißim hebdomadibus, sed ꝑpetuo sacrificant, ut fit in Occidente, nõ ne æqua erit ea constitutio? De hac constitutione latius Innocen. in epistola tertia ad Exuperium Thollo. epm. can. primo. habes supra fol. 106. Autor.

Ab hac constitutione excipit sacerdotes qui sunt in ecclesijs Barbaricis, Ca.30. huius sextæ synodi.

Ca.14. & 15. prohibet, ne diaconus ante.25. annum creetur, nec hypodiaconus ante 20. nec presbyter ante.30. nec diaconissa ante.40. D.77.c.subdiaconus.

Canon.16. De quibus diaconibus loquatur liber Actu. Apostolorum.

Quoniam actorum liber septem diacones ab Apostolis constitutos esse tradit, & Neocæsarieñ. synodus, in canonib⁹ suis sic aperte disseruit, quod septẽ debent esse diaconi &c. Nos cũ dicto Apostolico mentẽ patrum adaptassemus, inuenimus eos esse locutos non de uiris, qui ministrant mysterijs, sed de ministerio qđ in usu mensarum adhibebatur, cum liber actorum sic habeat. Cum discipulorum multitu- Ca.14. Neocęsa. synodi corrigitur ꝑ præsentẽ canonẽ.

do &c. Quod & accepimus à Ioanne Chryso stomo sic hæc uerba interpretante. in cõment. super acta Apostolorum. c. 6.

Canon. 17. Sine demissorijs Episcopi clerici à proprijs ecclesijs non recedant.

Excipe Cõstãtinop. & Carthagineñ. ecclesiam.

Statuimus, ut nullus omnino clericus possit sine proprij Episcopi scriptura dimissoria in alienæ ecclesiæ catalogum referri. Qui secus fecerit, deponatur.

Canon. 18. Cessante causa recessus, clericus ad propriam redeat ecclesiam.

Clericus qui propter Barbaricam incursionem, uel aliquo alio modo reliquit suam ecclesiam, cessante hac circunstãtia ꝓpter quã secessit, redeat statim ad ecclesiam.

Canon. 19. Episcopi diebus omnibus præcipue Dominicis docere populum debent.

Docere populũ solis Epis ex officio datum.

Quòd oportet eos, qui præsunt ecclesiis in omnibus quidem diebus, sed præcipue Dominicis omnem clerum & populum docere pietatis ac rectę religionis eloquia, ex diuina scriptura colligentes intelligentias, & iudicia ueritatis, & non transgredientes iam positos terminos, uel diuinorum patrum traditionẽ. Sed & si ad scripturam pertinens controuersia aliqua excitata fuerit, ne eam aliter interpretent, q̃ quomodo ecclesiæ luminaria & doctores suis scriptis exposuerunt: & maiorem ex ijs laudem assequantur, q̃ si quæ à se dicuntur cõponãt: ne, dum quandoq; ad id hęsitant, ab eo quod conuenit excidant. Per prædictorum. n. patrum doctrinam, populi ad eorum quę sunt bona & expetenda, & inutilia ac rejcienda co

De scriptura suborta cõtrouersia p patrũ interpretationẽ diluenda.

gnitionem uenientes, uitam in melius componunt, nec ignorantiæ uitij cõuincuntur, sed doctrinæ mentem adhibentes, se ipsos ad id ne mali quid eis accidat, excitant, & imminentium suppliciorum metu sibi salutẽ procurant.

Canon.20.Ne in alia ciuitate Episcopus doceat.

Non licet Episcopo in aliena ciuitate publice docere. Si hoc facere deprehensus fuerit, cesset ab Episcopatu; presbyteri autem munere fungantur.

Canon.21.

Clerici propter canonicum crimen depositi, si resipiscant, recipiantur ab ecclesia.

Canon.22.

Ob pecuniam promotos, siue Episcopos siue clericos deponi iubemus.

Canon.23.Pro eucharistiæ administratione nihil exigendum est.

Nullus Episcopus siue presbyter, siue diaconus purissimam præbens cõmunionem, ab eo qui cõmunicat eius participationis gratia, obolos uel quãuis aliam speciem exigat. Non est.n. uenalis gratia, nec pecunijs spiritus sanctificationem impartimur: sed ea ijs, qui digni sunt absque ulla fraude est cõmunicanda. Qui secus fecerit, deponatur. 1.q.1.Nullus Eps aut.

Ca.24.est.25.canon cõcilij Laodiceñ. &.11. ca.cõcilij Carthagineñ. tertij, ne clerici aut monachi intersint ludis theatricis. Ca.25.est can. 17.synodi Chalcedoneñ.

Canon.26.Ignorantia non impedit, quin ab illicitis nuptijs presbyter abstinere teneatur.

Presbyter, qui per ignorantiam illicitis nu- D.28.Presbyterum.

ptijs est implicatus, sit quidem cathedræ particeps: à reliquis autem operationib9 abstineat. Ei enim q talis est, satis est, si uenia detur. Nec ergo publice nec priuatim benedicat, nec Christi corpus alijs distribuat, nec aliquod aliud ministerium obeat: sed prima sede contentus, Domino defleat, ut illi ex ignorãtia peccatum condonetur. Manifestum est, qꝫ nefarium coniugium dissoluetur.

Canon.27.

Clericus uestem sibi conuenientem induat tam in urbe qꝫ in uia.

Canon.28. Vua non distribuatur simul cũ Eucharistia.

De consc.d.2. Didicimus.

Quoniam in diuersis ecclesiis intelleximus uuam ad altare allatam ministros cũ incruento illo oblationis sacrificio coniunctã, ex quadam, quæ inualuit consuetudine, utraqꝫ simul populo distribuere: decernimus, ut nullus sacerdos hoc amplius faciat, sed ad uiuificationem & peccatorum remissionem solam oblationem populo impertiat. Sacerdotes uerò has uuas allatas priuatim benedicentes, non secus ac primitias quasdam distribuant pœnitentibus ad laudem datoris fructuũ, per quas nostra corpora diuina dispositione augentur, & nutriuntur. Siquis secus fecerit, deponatur.

Can.29. Nec feria quinta in cœna Domini soluatur ieiunium, nec non ieiuni cõmunicent.

29. Ca. Carthaginẽ. 3.

Hoc Canone abrogatur synodi Carthaginẽ. tertię decretum, ut quinta feria in qua cœna Domini peragitur, fideles cœnati cõmunicent. Et renouatur Can. 50. synodi Laodiceñ. Ne ea die soluatur ieiunium.

Canon.30. Sacerdotes Barbarici cum ordinantur, uxores relinquere possunt.

Dispensat hic Canon cum sacerdotibus, q̃ sunt in Barbaricis ecclesiis, ut mutua consuetudine suarum uxorum abstineant. Sic tamẽ, ut cum illis nõ amplius cohabitare cõtingat. Hoc autẽ indulgetur propter externos ac non satis firmos, sed agrestes mores.

Canon.31. Sine Episcopi licentia clerici intra domos non baptizent.

Clericos, qui in oratorijs quæ sunt intra domos ministrant, uel baptizant, hoc illius loci Episcopi sentẽtia facere decernimus. Qui hoc sic nõ seruauerit, deponatur. De cõse. d.1. c.clericos. Infra Ca.59.

Canon.32. Vt in sacrificio uinum aqua mistũ offeratur.

Qm̃ nouimus in Armenioꝝ regione uinum tantũ in sacra mensa offerri, aquã illi nõ miscẽtes qui incruentũ sacrificiũ peragunt, p̃texentes ecclesiæ doctorẽ Ioannẽ Chrysost. in interpretatione Matthęi hoc asserentẽ. Vt iam nũc ab ignorãtia liberent, illius patris mentẽ orthodoxe aperimus. Cũ.n. antiquã Hydroparastarũ hęresim qui pro uino solã aquã in sacrificio usi sunt, subuerteret, illã orationẽ cõposuit, in qua aqua in sacrificio missæ adiunctionẽ amouere illi existimãt, cũ tamẽ nõ doceat sanctus per solũ uinum oblationẽ fieri, quandoquidẽ & suę ecclesię ubi est illi pastoralis administratio tradita, aquam uino miscendam tradidit, quando incruentũ peragi sacrificium oportet, ex pretioso & honorando nostri Redemptoris sanguine & aqua contẽperationem attendens, q̃ in totius mũdi uiuificatione effusa est Armenij male intellexerũt uerba Chrys.

& peccatorum redemptionẽ. Et in omni etiam ecclesia ubi spiritalia luminaria refulserunt, hic ordo diuinitus traditus seruatur. Nã & Iacobus Dñi nostri Iesu Christi, secundũ carnẽ, frater, & Basilius Cæsarieñ. Archiepiscopus, cuius gloria omnẽ terrarũ orbẽ peruasit, mystico nobis inscripto tradito sacrificio, ita per agendũ in sacro ministerio ex aqua & uino sacrũ poculũ ediderunt. Et qui Carthagine conuenerunt sancti patres ita aperte tradiderũt. Si quis ergo Eps uel psbyter nõ secundũ traditũ ab Apostolis ordinẽ facit, deponatur, ut imperfecte ac simpliciter mysteriũ enuncians, & quę tradita sunt innouans.

De cõse. d.1. Iacobus.

Autor.

Annota quòd à præsenti canone duæ hæreses subuertuntur Hydroparastarũ, & Armeniorum. Isti in solo uino, illi in sola aqua sacrificium peragebant. Secũdo apparet ex psenti canone ritum sacri mysterij à Iacobo fratre Domini, qui fuit primus Hierosolymorũ eps, fuisse traditũ, quæ quidẽ traditio apud nos nõ inuenitur, nec recognoscitur, ut quæ exoleuerit. Tertio apparet à sancto Basilio, & sancto Ioanne Chrysostomo traditos nobis mysterij ritus, quos nunc obseruant Græci.

Canon.33. Non attendatur genus, sed mores, ad manus impositionem.

Apud Iudæos lege sancitum erat, ut ex tribu Leuitica sola sacerdotes fierent.

Qm̃ cognouimus in Armenorũ regione eos solos ad clerũ admitti, q sunt ex genere sacerdotali: imo & nõnullos eorũ nõ attonsos cantores, & diuinæ legis lectores cõstitui; Decernimus, ut deinceps non liceat ad eius cui manus imponit, genus respicere, sed examinãtes an digni sint, expositis in sacris canonibus decretis, eos in cleri catalogũ referri, & ecclesiastice promoueri, siue sint ex maioribus suis sa

cerdotibus, siue non. Item ut nulli eorum liceat populo in suggestas diuinas scripturas explicare nisi is sacerdotali tõsura usus fuerit, & benedictionẽ à suo pastore canonice susceperit. Siquis secus fecerit, deponatur.

Canon.34.est ca.18.synodi Chalcedo. de coniurationibus.

Ca.35.Spolia Epi defuncti indiminuta futuro seruentur.

Nulli omniũ Metropolitarum liceat mortuo Epõ, qui eius throno subest, res eius uel ipsius ecclesię sibi uẽdicare; sed sint sub custodia cleri ecclesię, cui defunctus præfuit, usq; ad alterius Epi promotionem: pręterq̃ si in eadem ecclesia non relicti sint clerici; tunc enim Metropolitanus ea non diminuta seruabit, ordinando Episcopo omnia reddens. Ca.22. Chalcedo. Apost. ca.40.

Canon.36 Sedes Constantinopolitana æquatur Romanæ, dummodo sit secunda.

Renouantes quę à sanctis patribus.150.qui in hac regia urbe cõuenerunt, & à.630.q Chalcedone cõuenerũt, cõstituta sunt, decernimus, ut thronus Cõstantinopo. æqualia priuilegia cum antiquæ Romæ throno obtineat, & in ecclesiasticis negotijs ut illa emineat, secundus post illam existens. Post quem Alexandrinorum Metropolis numerat̃ thronus. Deinde Antiochię, & post eum Hierosolymitanę ciuitatis. D.22.Renouantes.& in ca.5. Constan.concilij. Ca. 28. Chalce.syno.iuxta editionẽ græcam: quoniã deest hic canõ in latinis exẽplaribus.

Ca.37 Episcopi si episcopali urbe priuentur, sua tamen priuilegia non amittunt.

Episcopo, qui propter Barbaricam incursionem ad suam ecclesiam uenire non potuit, suus honor deferat̃, ut in canone.18. Antioche. synodi decretum est.

Canon.38.Noua ciuitas nouam habeat dignitatem episcopalem,uel metropolitanam.

Chalcedo. synodi.c.12.

Canonē q à patribus factus est, nos quoq; obseruamus. Qui sic edicit.Siqua ciuitas à regia potestate innouata est, uel innouabitur,ciuilem ac publicam formam, ecclesiasticarum quoq; rerum ordo consequatur.

Canon.39.

Hic ca.confirmat canonē octauum Ephesi. synodi,quo cōcessum est Cypri ecclesiam esse principalem & primam. Et ꝓhibitum est Antiochenum Epm facere in ea ordinationes.

Ca.40. De ætate ingredientium monasteria.

Magnus Basilius in.18.suo canone eas,quę post sedecim annos se uirginitatem suscipere ꝓfitent̄,admittit;ut quæ bonū à malo possint secernere.Præsens aūt canon eum, qui decem annos natus est, si monachus esse elegerit, nō reijcit,Sed eum ad uitā monasticā nō aliter recipiendum decernit,q̄; si ab Epo ꝓbatus examinatusq; fuerit;ut sua prudētia admittat̄,uel repellatur, uel ꝓroget̄ tempus. Adijcit autem se hoc statuere, quoniā ecclesia, Dei gratia ad anteriora ꝓcedat,& ad diuinoꝝ mādatoꝝ obseruationem firmior & ualidior euadat.

Ca.41.Quomodo probandi qui profitemur monachatū.

Eos, qui in urbibus uel uillis uolunt secedere, ac sibi separatim attendere, prius qdem in monasteriū ingredi oportet, & anachoritiā (hoc est)ab alijs separatam ac semotā uiuendi rōnem exercere,& spatio triēnij ei,qui in mansione præest in Dei timore parere, & obedientiam in oībus (ut æquum est) implere. Et ita

huius uitę eligendę institutum ꝓfitētes, & ꝗ eam ex toto corde sua sponte amplectunt̃, ab eius loci præsule examinati approbent̃. Deinde sic alio anno extra clausurā fortiter se gerere debent, ut scopus eoꝝ magis manifestetur: tunc.n.plene ac perfecte significabunt, ꝗ non inanem gloriā captantes, sed ꝓpter ipsum pulchrum & honestū hoc silentium ꝓsequantur. Post tanti aūt tp̄is cōplementum, si in eodem eligendę uitę instituto permaneant, includi ipsos, & eis non amplius licere, qn̄ uoluerint, ex tali mansione egredi: prętereꝗ̃ si ꝓpter cōmunem utilitatē uel aliā necessitatem ad mortem urgentem ad id trahant̃, & ita cū benedictione eius loci ep̄i. Qui aūt exceptis his casibus exierint; primo ꝗdem, uel inuitos ipsos dicta clausura coerceri: Deinde ieiunijs & alijs afflictionibus ipsos curare; scientes qm̄ nemo, qui manum suam aratro immisit, & retro conuersus est, aptus est regno cœlorum.

Can. 42. Eremitæ habitū cæterorū monachorū sumāt.

De Eremitis, qui ꝗdem nigris uestibus induti & capite comati urbes obeunt, & cum uiris ac mulieribus uersant̃, & ꝓprię professioni faciunt iniuriam; statuimus, tonsis comis reliquoꝝ monachoꝝ amictū suscipere, eos in monasterio constitui. Quòd si hoc non elegerint, eos omnino ex urbibus expelli, et solitudines (quæ eremi dicuntur,) habitare, ex quibus sibi etiam denominationes contraxere.

Ca. 43. Propter nullū crimē arcendus aliquis à monachatu.

Liceat omni Christiano uitā exercitricē eligere, & reꝝ ad uitam ꝑtinentiū deposita tem-

pestate monasterium ingredi, atq; instar monachi tonderi, in quocũq; crimine deprehẽsus fuerit. Saluator.n.noster Deus inquit; Eũ qui ad me uenit, non eĳciam foras. Nam sicut collũna id, qđ in ea describit, exprimit, ita & monachica professio, monachi pœnitẽtiam describit. Ei ergo, q ad illud germane, ac syncere accedit, acquiescimus, ac fauemus, nec ulli ei mores impedimentum afferent, quominus proprium uotum adimpleat.

Nouatiana hęresis est, uenientes ad pœnitẽtiam nõ suscipere.

Autor.

Vt est uerisimile prohibebãtur quidã, qui tõderi uolebãt, uel pꝑter suam uitæ turpitudinẽ sordesq;, uel propter aliquod delictum. Præsens canon dicit, quòd nullum peccatum prohibet Christianũ uitã exercitatricem eligere, et per pœnitentiã Deũ placare, cum nullum sit peccatum quod Dei clementiã superet. Aliæ tamen sunt causæ, quæ tonderi prohibeant.

Ca.44. Monachus fornicator iure cõmuni punitur.

Monachus fornicator uel qui ad matrimonĳ cõmunionem uitęq; societatem uxorẽ duxerit, fornicatorum pœnis subĳciatur.

Can.45. Futuræ monastriæ non induantur sumptuosis uestibus eo die quo ingressuræ sunt monasterium.

Qm̃ intelleximus, in nõnullis mulierꝝ monasterĳs, mulieres, quę sacro illo amictu dignę habent, prius sericis, & oĩs generis uestibus, præterea aũt & mundis auro & gẽmis uarietatis, ab ĳs qui illas ducunt exornari, et sic ad altare accedentes exui tanto materiæ apparatu: et statim in illis fieri habitus benedictionẽ, illasq; nigro amictu indui: statuimus ne hoc deinceps fiat. Neq;.n.fas est, ut quæ iam propria uoluntate oẽm uitæ iocunditatem deposuit, & eam, quę est secundũ Deum, uitę agen-

de ratione amplexa est, et ita ad monasterium accessit, per eum qui interit, ac fluit mundum, & quorum iam oblita erat memoriā reuocet, & ex eo anceps reddat, & eius anima pturbet instar exundantiū fluctuū, hucq; & illuc uersantium, adeo ut aliquā nōnunq; lachrymā emittens cordis per corpus, cōpunctionem ostendat: sed & si exigua aliqua lachryma exilierit, non tam ꝓpter affectionem quam hñt ꝓpter exercitatorium certamē, q̄ ꝓpterea q mundū relinquant, & ea à uidentibus ꝓfluxisse putet.

Canon. 46. Monastriæ non exeant à monasterio nisi sub certa forma.

Quę uitā exercitatoriam eligūt, & in monasterijs sunt cōstitutæ, ne oīno progrediant. Si qua aūt inexorabilis necessitas ad hoc trahit, cum benedictione eius quæ prȩest, hoc agant. Tuncq; non solæ per se, sed cum aliq̄bus uetulis, & quæ in monasterio primæ sint, cum mādato eius quæ præfecta est. Eis aūt oīno extra cubare nō licet. Hoc idem & de uiris, qui monasticam uitam persequuntur statuimus.

Canon. 47. Vir in monasterio mulierum non dormiat, nec e diuersa.

Nec mulier in uirorum monasteriū, neq; uir in mulierum dormiat. Extra offēdiculū.n. & scādalū fideles esse dēnt. Qui secus fecerit, segreget.

Ca. 48. Vxor Episcopi reponatur in monasterio.

Vxor eius qui ad epalem dignitatem ꝓmotus est, cōmuni sui uiri cōsensu prius separata, postq; in Epm ordinatus est ac cōsecratus, monasteriū ingrediat ꝓcul ab Epi habitatiōe extractum, & Epi ꝓuidentia fruat. Sin autem Lege ca. 12. supra.

digna uisa fuerit, etiam ad diaconatus dignitatem prouehetur.

Ca.49.est ca.24.synodi Chalcedonẽ.

Ca.50.Aleæ clericis interdicuntur.

Nullum oĩno siue clericum, siue laicum ab hoc deinceps tempore alea ludere. Qui secus fecerit, excommunicetur.

Ca.51.Ne mimi aut uenationes spectentur.

Omnino ꝓhibet hæc sancta & uniuersalis synodus, eos qui dicuntur mimos, & eorꝫ spectacula, deinde uenationum quoqꝫ spectationes, easqꝫ quæ fiunt in scena, saltationes ꝑfici. Qui secus fecerit, si sit clericus, deponatur; si laicus segregetur.

Ca.52.Vt sabbato & Dominica in quadragesima consecratio tantum fiat.

In oĩbus sanctæ quadragesimæ ieiunĳ diebus, ꝑterqꝫ sabbato & Dñica, & Annũciationis die fiat sacrum prę́sanctificatorꝫ sacrificiũ.

Autor. *Sacrificium præsanctificatorũ, est oblatio sacrificĳ iam peracti & perfecti. Ieiuniorum aũt dies, luctus & cõpunctionis in expiationẽ peccatorum, & quia Deo sacrificium offerre est festum diem agere, statuerunt patres non fieri nouã consecrationem tota quadragesima nisi sabbato & Dominica &c. In his enim festum agere non lugere, nec ieiunare iussi sumus. Quod nunc obseruatur apud Latinos in die Parasceues. Hæc ex Theodoro Balsamon.*

Ca.53.Ordo cognationis spiritualis adseruetur.

Qm̃ spiritualis cognatio corporꝫ cõiunctione maior est, nouimus in ꝗbusdam locis exceptores puerorꝫ ex sancto & salutari baptismate, postea cũ matribus illorꝫ uiduis matrimonium cõtrahere: statuimus, ne in posterum ta-

le aliqd fiat. Si qui uerò secus fecerint, hi quidem primo ab illicito matrimonio separētur; deinde fornicatorum pœnis subijciantur.

Ca. 54. Nuptiæ prohibitæ.

Decernimus, ut qui deinceps cū fratris sui filia matrimonij societatē coierit, uel pater & filius, qui cum matre & sorore, uel cū duabus puellis sororibus pater & filius, uel cū duobus fratribus mater & filia, in septēnij canonem incidant, separatis ipsis publice à nefario contubernio.

Ca. 55. Ne sabbatis aut Dominicis diebus quadragesimæ ieiunetur.

Qm̄ intelleximus in Romanorū ciuitate in sanctis quadragesimę diebus, in eius sabbatis ieiunare præter ecclesiasticā traditam cōsuetudinem; sanctæ synodo uisum est, ut in Romanorū ecclesia canon incōcusse obtineat, qui dicit. Siqs clericus inuētus fuerit in sancto Dn̄ico, uel sabbato ieiunans, præter unum & solum, deponatur. Si autem laicus segregetur.

Propter hunc canonem aliqui Romani nō recipiebāt hāc synodum tanquam uniuersalem. Ca. apostol.

Canon. 56. Ne oua & caseus in quadragesima comedantur.

Accepimus in Armeniorū regione, et in alijs locis in sabbatis & Dn̄icis sanctę quadragesimæ quosdā oua & caseū comedere; uisum est ergo, ut oīs Dei ecclesia, quę est in uniuerso terrarū orbe, unum ordinem sequēs, ieiuniū perficiat: & abstineant sicut ab omni mactabili, sic & ab ouis & caseo: quæ quidem sunt fructus & fœtus eorum, à quibus abstinemus. Si autem hoc non seruauerit, si sint clerici, deponantur; si laici segregentur.

Canon.57.

Ca.apost.3.

Ad altare mel & lac offerre non oportet.

Ca.58.Ne laicus sacramenta sibi ministret.

Nemo eorum,qui sunt ex ordine laicorum, diuina sibi mysteria impartiat pręsente Episcopo,uel presbytero uel diacono. Qui secus fecerit,una septimana segregetur.

Ca.59.Baptismus in ecclesijs tantum celebretur.

Ca.31.permittit de uoluntate episcopi id fieri posse.

In oratorio priuato , qđ domi est , nullatenus baptismus peragat̃;sed qui digni habebũtur huius purissimi luminis,ad catholicas ecclesias accedant, & hoc illic munere perfruantur.Siquis contrafecerit,si clericus est,deponatur;si laicus,excõmunicętur.

Ca.60.De his qui se simulant dæmoniacos.

Eos, qui se Dęmone correptos esse simulãt, & moꝝ improbitate eoꝝ figuram et habitum simulate prę se ferunt,uisum est oĩmodo puniri, & eiusmodi afflictionib⁹ & laboribus eos subijci oportere , q̃bus, hi qui à Dęmone uere correpti sunt, ut à Dæmonis operatione liberentur,uere subijciantur.

Ca.61. De sortilegis damnandis.

De hoc lege Chrysosto. in epistolã Pauli ad Colo. home.
Et sextã eiusdem orationẽ aduersus Iudæos.
Legi sexẽnij subijci,est, sexẽnio excommunicari.

Qui se uatibus tradiderũt,uel ijs, qui Centuriones dicunt̃ , aut ijs similibus , ut ab illis discãt,siq̃d sibi reuelari uelint;secundũ ea,quę prius à patribus sancita , canoni qui est de sexẽnio subijciant̃. Eidem pœnę subijcere oportet eos,qui ursas,aut similes bestias ad lusum & pernitiẽ simplicioꝝ circũferunt: & eos, qui fortunam,fatũ,genealogiam, aut similiũ uerboꝝ turbam ad nugas deceptorias obloquuntur;eosq;,qui nubes fugare dicunt̃, & Imprecatores,

catores, & Amuletarios, & Vates. In his aũt perseuerantes, nec mutantes sniam, nec fugientes hęc pernitiosa & Ethnica ĩstituta oĩno eĳciendos ab ecclesia definimus, sicut sacri canones dicũt. Nã quæ luci cũ tenebris cõmunio? Aut quæ cõcordia Christi & Belial?

Præsens.ca.uniuersas Dæmoniacas operationes auertit. Vates, dicuntur palmæ inspectores, & qui in pelui diuinant, aut per sacrificia aliqua Sathanam interrogant, se Dæmoni addicentes. Centuriones dicebantur senes quidam, qui se reliquis cõsulere præseferentes, per eiusmodi execrabiles operationes simpliciores seducebant, & ut Psæudothei colebantur. Autor.

Vrsas trahere dicebantur, qui Vrsorũ altores appellabantur: qui quidem in capite et totius animalis corpore tincturas appendentes, & pilos tendentes, eos unà cum tincturis dabant, ut remedia & tanquã in morbis & fascinantibus oculis conferre posśint. Alĳ uerò serpentes in sinu gestantes, hunc quidem die maligno natum eſse, illum uerò felici sydere natum dicũt, & futuras felicitates & infelicitates annũciãt, et alia multa nugãtur. Nubiũ inspectores dicũtur qui, q̃ multis ignota sunt, ex nubibus significãt: maxime aũt si sole occidẽte inspiciantur. Impcatores sunt, qui diuina q̃dã cãtica dicũt, & noĩum martyrũ et sãctiśsimæ uirginis meminerũt. Quę omnia diuini patres & ecclesiæ doctores fugiẽda statuunt. & plusquã alĳ Chryso.

Ca.62. *Ne festa gentilium celebrentur.*

Calendas, & uota, & Brumalia quę uocantur, & qui in primo die Martĳ mensis fit conuentũ ex fideliũ ciuitate oĩno tolli uolumus: Sed & publicas mulierũ saltationes multã noxam exitiumq; afferentes. Pręterea & eas quę noĩe eorũ, qui falsò apud Gręcos Dĳ nominati sunt, uel noĩe uirorũ ac mulierũ fiũt saltationes, ac mysteria more antiquo, & à ritu Chri-

Brumalia, forte sunt saturnalię, q̃ Bruma mense scilicet, Decembri fiebant.

ſtianorum alieno, reijcimus: ſtatuentes, ut nullus uir deinceps muliebri ueſte ĩduat̃, nec mulier ueſte uiro conueniente. Sed nec Comicas nec Tragicas, nec Satyricas pſonas induant, nec execrandi Bacchi nomẽ, uuam in torcularibus exprimentes, inuocẽt; nec uinum in dolijs effundentes, riſum moueãt, ignorantia uel uanitate ea, quæ à Dęmonis impoſtura procedũt, exercẽtes. Qui ſecus fecerit, ſi clerici ſint, deponantur; ſi laici, ſegregentur.

Autor.

In menſe Martio fiebat Græca uniuerſalis contio propter tẽporum & aeris temperiem, in qua indecoræ ſaltationes à mulieribus uiriſq; fiebãt. Quas & indecora alia ſimilia patres nullo modo permittebant.

Ca. 63. Martyrum hiſtoriæ ab infidelibus ſcriptæ dãnantur.

Quæ à ueritatis hoſtibus falsò cõfictę ſunt Martyrum hiſtoriæ, ut Dei Martyres ignominia afficerent, & qui eas audituri eſſent, ad infidelitatem deducerentur, in eccleſia non publicari iubemus, ſed eas igni tradi. Eos autem qui eas admittunt, uel tanq̃ ueris eis mentem adhibent, anathematizamus.

Ca. 64. Prohibetur laico publice docere.

Greg. Naziã. late tractat de hoc ĩ lib. theolo. cuius teſtimo. utitur hic ſynodus.

Non oportet laicum publice diſputare, uel docere, ſed ordini à Dño tradito cedere, & aurem ijs, qui docendi grãm acceperint aperire, & diuina ab eis doceri. Qui hæc tranſgreſſus fuerit, quadraginta diebus excõmunicetur.

Ca. 65. Ne rogi in Nouilunij ritu Gentili accendantur.

Quos ĩ Nouilunijs qdã ante ſuas officinas & domos accẽdũt rogos, ſupra quos etiã antiqua quadã cõſuetudine ſalire inepte ac delire ſolẽt, deinceps ceſſare iubemus. Qui cõtrafece

rit, si clericus sit, deponat; si laicus, segregetur.

Ca.66. A die resurrectionis per integram hebdomadam fideles ferientur.

A sancta die resurrectionis usque ad nouam Dñicam tota septimana ecclesijs uacare fideles iugiter oportet; psalmis & hymnis et spũalibus canticis in Christo gaudentes, festumque celebrãtes, et diuinarum scripturarum lectioni mẽtem adhibentes, & sanctis mysterijs iocunde & laute fruentes. Sic ergo cum Christo exultabimus & unà resurgemus. Nequaquã ergo prædictis diebus equorũ cursus, uel aliquod publicum fiat spectaculum.

Qualiter à fidelibus festa celebranda.

Ca.67. Vt abstineãt à sanguine & suffocato.

Sacra scriptura nobis præcipit, ut abstineamus à sanguine & suffocato & fornicatione. Merito igitur dãnamus eos, qui cuiuscunque animalis sanguinem arte aliqua condiunt, & sic comedunt. Qui hoc fecerit clericus deponatur, laicus excommunicetur.

Apud latinos iam exoleuerat illa cõstitutio apostolorũ, ut referunt commentarij Græci.

Ca.68. Libri sacri cõi & pphano usu nõ consumãtur.

Nulli ex oĩbus licere ueteri & noui testamẽti librum, nec sanctorum nostrorum præconum ac doctorum corrumpere, uel cõscindere, uel librorum cauponatoribus, uel unguentarijs, uel alicui alij delendum tradere, nisi usque uel à tineis, uel ab aqua, uel aliquo alio modo redditus fuerit inutilis. Qui tale aliquid fecerit, uno anno excommunicetur.

Ca.69. Laicus non ingrediatur chorum excepto Cæsare.

Nulli omnium, qui sit in laicorum numero liceat intra sacrum altare ingredi. Ab eo tamẽ nequaquam prohibita potestate & autoritate re-

gia, quandoquidem uoluerit Creatori dona afferre ex antiquissima traditione.

Ca.70.Mulieres in ecclesia taceãt.

Ne liceat mulieribus in celebrationis tempore loqui, sed ut est uox Pauli, sileant. 1.Co.14.

Ca.71. A quibus cauere debeãt iuris professores.

Lege Gregor. Nazian. i oratione funebri magni Basilij.

Eos, qui docent legibus ciuilibus, Græcis moribus uti nõ oportere; & neq; in theatrũ induci, aut quæ uolutabra dicunt celebrare, uel prçter usum cõem sibi uestẽ induere, neq; quo tpe disciplinam aggrediunt, uel ad finem eius perueniunt. Qui secus fecerit, segregetur.

Ca.72.Ne orthodoxus Ethnicã ducat, aut contra.

Non licere uirum orthodoxum cum muliere hæretica, nec orthodoxam cum uiro hæretico copulari; sed siqd eiusmodi ab ullo ex omnibus factum apparuerit, irritas nuptias existimari, & nefarium cõiugium dissolui. Si aũt adhuc ĩfideles sunt inter se legitimo matrimonio cõiuncti, deinde alter eorũ conuertat ad fidem altero in infidelitate manente, si fideli placeat cum infideli habitare, non à se inuicem separentur, iuxta Pauli sententiam. 1.Corin.7.

Ca.73.Ne Crucis figura in pauimento fiat.

Cũ Crux uiuifica illud salutare nobis ostẽderit, nos omne studium adhibere oportet, ut ei per quam antiquo lapsu saluati sumus, eũ, qui par est, honorẽ habeamus. Vnde & mẽte & sermone & sensu adorationẽ ei tribuentes, Crucis figuras, q̃ à nõnullis ĩ solo ac pauimẽto fiũt, oĩno deleri iubemus, ne incedentiũ cõculcatione uictorię nobis tropheũ iniuria afficiat. Qui secus fecerit, excõicari decernimus.

Ca.74. Vt ne agapes fiant in ecclesia.

Non oportet in Dominicis locis uel ecclesijs, charitates quas uocant facere, & intus in æde comedere, & accubitus sternere. Qui hoc fecerint, cessent, uel excommunicentur.

Locos Dominicos uocat uestibula & porticus ecclesiæ.

Accubitus, lectulos molles, quos ad delicias sternebãt in templo.

Canon.75. Vt cãtores ecclesiastici non utãtur modulatione inordinata.

Eos, qui in ecclesijs ad psallendũ accedunt, uolumus nec inordinatis uociferationib⁹ uti, nec naturam ad clamorem urgere, nec aliquid eorum quæ ecclesię nõ cõueniunt, sed cũ magna attentione et compunctione psalmodias Deo, qui est occultorum inspector, offerre.

Lege Chryso. in oratiõe Panegyrica sup 6. c. Esai.

Canon.76. Ne intra ecclesiarum ambitum mercimonia uendantur.

Non oportet intra sacros ambitus, cauponam, uel aromatũ species proponere, uel alias uenditiones facere; suam uenerationem ecclesijs seruantes. Saluator noster nos instituit nõ facere domum Patris nostri, domum negociationis. Qui secus fecerit, segregetur.

Ca.77. Ne fideles cum mulieribus unà lauentur.

Nõ oportet sacris initiatos uel clericos, uel exercitatores siue monachos lauari cũ mulieribus, nec oẽm Christianum laicũ. Hęc est. n. prima cõdemnatio apud gentes. Qui hoc fecerit clericus, deponat; laicus excõmunicetur.

Ca.30. synodi Laudicẽ.

Cõiugibus prohibetur etiam unà lauari.

Ca.78. Vt fideles. 5. feria apud cathecistas fidẽ recitent.

Quòd oportet eos, qui illuminantur fidem adiscere, & quinta septimanæ feria Episcopo uel presbyteris renunciare.

Ca.46. synodo Laudicẽ.

Ca.79. Partus uirginis fuit citra illum dolorem.

Absq; ullo dolore uirginis partũ esse cõfi-

tētes (ut qui ſine ſemine cōſtitutus ſit) eos, qui ꝑpter ignorantiā aliqd indecēs faciūt, cor rectioni ſubījcimus. Vnde qn̄ aliq poſt diem natalis Chriſti Dei noſtri reperiunt coquētes ſimiliā, & ſe hac mutuo donantes prętextu. ſ. honoris ſecundinarū impollutæ Virginis matris; ſtatuimus ut deinceps nihil tale fiat à fidelibus. Nec enim hoc honor eſt virginis (quæ ſupra mentem & ſermonem quod comprehēdi non poteſt, uerbum peperit carne) ex communibus & ījs quæ in nobis fiunt, inenarrabilē eius partū metiri ac deſcribere. Si qs hoc fecerit clericus, deponat; laicus ſegregetur.

Canon. 80. Clericus uel laicus per tres hebdomadas abſens ab eccleſia punitur.

Siquis Epiſcopus uel eorū, qui in clero cenſentur, uel laicus nullam grauiorē habeat neceſſitatem uel negotiū difficile, ut à ſua eccleſia abſit frequentius, ſed in ciuitate agens, tribus diebus Dominicis unà non conueniat, ſi clericus eſt, deponat; ſi laicus, a cōione ſepet.

Ca. 81. In triſagio non apponendam crucem.

Petrus Fallo innouator huius hæreſis φ trinitas ſit crucifixa in. 5. ſynod. generali damnatur.

Quoniam nouimus in quibuſdam locis in triſagio acclamari poſt illud. Sanctus immortalis, ille crucifixus ꝑ nobis, miſerere nobis. Nos cum antiquis patribus ſtatuentes, anathematizamus eos, qui deinceps talem ſuſceperint uocem in eccleſia, uel aliàs ter ſancto hymno apponentes. Si trāſgreſſor fuerit ſacerdos, deponatur; ſi laicus, excōmunicetur.

Autor.

Triagiuni appellant Græci hymnum in quo Deus ter ſanctus nominatur, ut ibi. Sācte Deus. Sācte fortis. Sācte & immortalis. Anathematizant ergo patres illos, qui ſic acclamant

rint. Sancte Deus crucifixus &c. Sancte fortis crucifixus. Sancte & immortalis crucifixus &c.

Canon. 82. Vt Christus deinceps in figura humana pinguatur, non Agni.

Inter uenerabiliũ imaginũ picturas Agnus digito Præcursoris mõstratus depingitur, qui in figuram receptus est gratiæ, adumbrãs nobis uerum illum (per legem) agnũ Christum demõstratum. Antiquas ego illas figuras & umbras uelut quasdã ueritatis notas, adumbrationesq́; ecclesię traditas uendicantes, gratiam eisdem præponimus, & ueritatem hanc (ut legis cõplementum) suscipimus. Itaq; hoc iam qdẽ re pfectũ, pictorꝝ artibus ante oĩum oculos pręscribat; & picturã illius Agni Christi Dei nr̃i, qui tollit peccata mundi, ut humanus character ualet exprimere, & in imaginibus imposterũ p uetere Agno erigendã sancimus, p quã humilitatẽ Dei uerbi cõtẽplamur, & uelut manuducimur ad memoriã illius cõuersationis in carne, & passionis eiusq́; mortis salutaris, & redemptionis quæ huic pro mundo facta est.

Patres uoluerunt cessare typos præsente ueritate. Hinc phibuerunt spiritum sanctum sub columba figurari, et Magos sub stella, & Christum sub uetere agno, sed humana forma. Autor.

Ca. 83. Mortuis non danda eucharistia.

Nemo cadaueribus mortuorꝝ eucharistiam impartiat; scriptum est: Accipite & comedite. Cadauera nec accipere ualent, nec comedere. Hoc idem pręcipit. ca. 12. cõci. Antiliodoreñ. supra.

Canon. 84. est ca. 6. concilij Carthagi. 5. De baptizandis infantibus quando non est certum eos baptizatos.

Ca.85. Quomodo libertas donata seruis, ualeat.

Serui à pprijs dñis libertate donati coràm trib⁹ testib⁹ (ut hoc honore fruanť) sancimus.

Ca.86. Contra alentes scorta.

Qui scorta in pernitiem animarum congregant & alunt, si clerici fuerint, deponantur; si laici, segregentur.

Ca.87. Vir qui relicta uxore, aliam ducit, adulter est.

Quæ uirũ reliqt adultera, si ad alium se cõtulit (secundũ sacratũ Basiliũ, qui optime hoc ex ppheta Hieremia colligit &c.) & q relique rit legitimã uxorem et aliã duxerit, iuxta Dñi sníam, adulter est. Sancitum est, ut hi tales per annũ lugeãt, per biẽniũ sint audiẽtes, per triẽnium subiaceant: & tandẽ sexto anno congregenť cũ fidelibus, & ita demũ mensa Dñi digni habeanť, si cum lachrymis pœnituerit.

Hiere. 3.

Ca.88. Nequis iumentum in templum inducat.

Nemo in sacra tẽpla iumentũ inducat, præterq̃; siquis iter faciens maxima opprimať necessitate, & carens domuncula, aut diuersorio ad huiusmodi tẽplũ diuertit. Si. n. iumentũ nõ introduceret, forte illud periret, & ipse ob iumẽti iacturã, inops cõsilij, ad celeriter uiã capescendã mortis periculo obijcereť. Sabbatũ. n. ppter hoiem esse factum docemur. Quare præ oĩb⁹ ęstimãda ẽ hoĩs salus, & cõmoditas. Qui secus fecerit clericus, deponať, laicus segregeť.

Can.89. Dies passionis Domini nostri ieiunio celebretur usq; ad mediam noctem.

Qui dies salutaris passiõis in ieiunio et oratione & cõpunctione cordis peragũt, oportet circa horã mediæ noctis magni sabbati ieiu-

nos esse, cũ Euangelistæ Matthæus, & Lucas ille per dictionem, uespere autẽ sabbati; hic uero per profundũ diluculũ, tarditatẽ noctis nobis perscribant.

Canon. 90. Ne Dominicis diebus genua flectamus.

Ne Dominicis dieb9 genua flectamus, à diuinis patribus nostris canonice accepimus. Quare post uespertinũ ingressum sacerdotum in sabbato ad altare (ut more obseruatũ est) nemo genu flectit usq; ad sequentẽ uesperã post Dominicã: in qua post accessum ad candelabrum, rursus genua flectentes, sic preces Dño offerimus, si celebramus resurrectionem Domini nostri Iesu Christi.

Canon. 91. Contra fœminas quæ aborsus procurant.

Quæ pharmaca procurant abortus facientia, & quæ uenena suscipiunt partus perimentia, pœna occisoris accusentur.

Canon. 92. Puniantur raptores, & consciĳ.

Raptores fœminarum sub nomine cõsortĳ, siue patratores ipsi, sanciuit synodus sancta, ut clerici deponantur, laici anathematizentur.

Canon. 93. Ne quis ad secunda uota transeat, nisi certus de morte coniugis.

Mulier quæ uiro secedẽte & incõperto quo terrarũ agat, anteq; de morte certa sit, alteri si nupserit, mechatur. Similiter & militum uxores quæ nubunt ignorantes uirorum fata, eidẽ subiacent rationi; ut quę non expectant reditũ uiri peregrinantis. Quanq; in hac re, est quodã modo uenia digna, qa plerũq; mors p̃sumit.

Canon. 94. Ne quis ethnice iuret.

Iurantes iuramenta ethnica, nos huiusmodi

homines excõmunicandos decernimus.

Canon.95. Qualiter suscipiendi hæretici.

Ca.19.Cõcilij Nicę.& ca.7. & 8.Laod.& ca.7. synod.2. Iuxta editionẽ Græcã quæ deest i Latinis exẽplaribus.

Venientes ad ecclesiã hæreticos suscipimus secundũ morem & ordinẽ traditum. Arrianos quidẽ & Macedonianos & Nouatianos (qui se puros sinistrosq́ uocant) & Tetradistas, & Apollinaristas suscipimus, si libellos afferant, & execrentur quãlibet hæresim. De Paulianistis autẽ constitutio ab ecclesia catholica facta est, ut omnino rebaptizentur. Eunomianos uerò, qui una submersione baptizantur, & Mõtanistas, qui hic Phryges dicuntur, & Sabellianos, & reliquas omnes hæreses; pſertim qui à Galatarum regione sunt profecti, uenientes ad ecclesiam nõ secus ac gẽtes suscipimus. Et primo die ipsos Christianos facimus. Secũdo uero catechumenos. Tertio tamẽ ipsos auctoramus postq̃ ter insufflauimus in faciem & aures. Sic illos initiamus, facimusq́, ut in ecclesia numerentur, & audiant scripturas, & tunc illos baptizamus. Manichęos uerò & Valentinianos & Marcionistas, & huiusmodi hæresum libellos oportet facere, & execrari hæresim; & Nestorium, & Euthychea, & Dioscorū, & Seuerum; & reliquos huiusmodi hæresum principes, & oẽs prolatas hæreses: & sic participes esse sanctæ cõmunionis.

Can.96. Nequis calamistratis crinibus incedat.

Qui per baptismũ Christũ induerunt, conuersationem eius in carne imitaturos professi sunt. Qui igitur capillos in pernitiem intuentium excogitata quadam implicatione digerunt, intenteq́ ornant, ueluti quasdã escas in-

firmis animabus ex eo proponentes, ea ratione paterna pœna curamus, ut pędagogi ipſos inſtruentes, & modeſte uiuere docentes, ut cũ reliquerint deceptionẽ hanc, & ineptias, ad perpetuam beatamq́ꝫ uitam aſſidue mentem conuertant, & in timore pure & caſte conuerſentur, ad Deumq́ꝫ quantũ fieri poteſt, accedant; & interiorem potiuſq́ꝫ exteriorem hominem uirtutibus ornent, ut nullas ſecum reliquias ferant aduerſæ ſtoliditatis. Qui ſecus ſe geſſerit, excõmunicetur.

Canon. 97. Qui templa prophanant, reijciendi.

Qui cũ uxore habitant, uel temere aliàs ſacra loca prophanant, & ſic in ipſis diuerſant, eijciendos ſancimus à penetralibus ędium ſanctarum. Qui hoc nõ ſeruauerit, ſi clericus eſt, deponatur; ſi laicus, ſegregetur.

Canon. 98.

Qui mulierem alij deſponſatam uiuente adhuc ſponſo, in uxorem duxerit, iudicio adulterij ſubiaceat.

Canon. 99. Ne particulæ ſtatæ ſacerdotibus offerantur.

Et hoc in Armeniorũ regione fieri intelleximus, quoſdã intus in ſacris altaribus cum carnium portiones elixauerint, offerre particulas quaſdã ſacerdotibus, quæ ſolẽniter à uictimis abſcindebãtur, eas Iudaice diſtribuentes. Quare ſancimus, ne ſacerdotibus liceat pręcipua, certaq́ꝫ tornacula carnium ab offerentibus accipere; ſed illis contenti ſint, quæ offerenti placuerint; & huiuſmodi oblatio extra eccleſiam fiat. Qui ſecus fecerit, excõmunicetur.

Canon. 100. Ne turpes imagines pingere liceat.

Facile sensus corporei quæ sua sunt in animam deriuant. Picturas igitur oculorum prestigiatrices siue in tabulis, siue aliàs propositas & mentis corruptrices & sufflãmationum ad turpes uoluptates incitatrices, sancim9, ut nullatenus in posterum pingantur. Siquis autem hoc fecerit, excõmunicetur.

Canon.101. Quo gestu accedere oportet ad eucharistiam.

Hominem ad Dei imaginẽ factum Diuinus Apostolus uocat corpus Christi & templum. Cũ omnẽ ergo sensilẽ possessionẽ superet, qui salutari passione cœlestem assecutus est dignitatem manducans & bibens Christũ, omnino uitæ applicatur æternæ, anima & corpore sanctificatus particeps est Diuinę gratię. Quare si quis uoluerit sinaxis tempore cõmunicare purissimo Christi corpore, & corã ipso participatione esse, manus in formã crucis figurans, sic adeat; & suscipiat gratię cõmunionem. Eos.n. qui pro manu uascula quędã aurea, uel ex alia materia construunt ad susceptionẽ Diuini doni, & per illa ĩmaculatam cõmunionẽ uolunt, nullo modo admittimus; ut pferentes materiã inanimem, hominiq; obnoxiam, Dei imagini. Siquis sacerdos participes fecerit cõmunionis huiusmodi uascula admouentes, excõmunicetur: & qui hæc infert.

Canon.102. In absoluendis hominibus à peccatis quæ cura adhibenda.

Infra Ca.7. cõcilij Vormaciẽ.

Oportet, qui facultatem absoluendi & ligãdi à Deo receperunt, peccati qualitatem speculentur, & peccatoris promptitudinẽ ad reuersionem; ut sic medicamentũ admoueant ægri-

tudini aptum, ne si de peccato sine discrimine statuant, aberrent à salute ægrotantis. Non.n. simplex est peccati morbus, uerum uarius & multiformis plurimisq́; noxis propaginibus suppullulans; ob quas malũ longe lateq; diffundit, ac serpit quousq; tandem uirtuti medi cantis resistat. Igitur, qui ostendere uoluerit quantũ ualeat in spirituali medendi arte, opor tet attente rimari, qualiter affectus sit, qui peccauit, an ad salutẽ inclinet, an contra moribus quibus familiariter assueuit aduersus se ægritudinem prouocet inspicere: & quid ille secũ deliberet ad redeundũ ad meliorem frugẽ. An obtemperet magistro, an mentis ulcus per ad mota pharmaca crescat: & sic misericordiam æqua lance impartiri. Sũma.n. ratio & Deo & pręfecto huic pastorali curæ errantem ouem re ducere, & uulneratam ab angue curare; & nec per pręcipitia desperationis detrudere, nec habenas laxare ad uitæ dissolutionem & contẽptum, sed omnimodo qua pharmacis austerioribus, qua mollioribus & leuioribus morbo contraire pugnareq́;, ut ulcus cicatricem obducat, ut qui notos habeat pœnitẽtiæ fructus, & hominẽ (ad claritatẽ illam supernã uocatũ) prudenter gubernet. Vtraq; igitur scire oportet, & quę sunt rigoris, & quę cõmiserationis: sequi uerò nõ eos, qui superficiem traditarum figurarum suscepere, ut nos diuinus Basilius docuit. Imperator Iustinianus fidelis ĩ Deum Iesum Christum assistens omnib9 decretis & obtemperans, subscripsi: Sãctissimus Papa Romanus: Paulus Episcopus Cõstantinopo.no-

uę Romæ, definiens subscripsi. Similiter & reliqui Episcopi ex omni prouincia subscripsere. 227.

Expliciunt canones sextæ synodi in Trullo congregatæ. In Decreto Gratiani ascribunt aliquot decreta huic synodo, & septimę etiam generali, q̃ inter suprascriptos Canones nõ continentur. Ex quo certo apparet uitio typographorum id factum esse.

Conciliũ Toletanũ. 12.

CONCILIVM TOLETANVM XII. tempore Agathonis Papæ, uel Leonis Papæ anno primo Eringij regis.

Canon primus.

Rex Hispaniarum elegit sibi successorẽ.

Agnoscitur uerus Rex, & legitimus Bãbæ successor Eringius, quem & diuinũ iudicium in regno pręelegit, & decessor princeps successorem sibi instituit, & totius populi amabilitas exquisiuit, unde subiecit synodus sic. Dignum est, ut sacerdotũ ordo honorabiliter ueneretur & suscipiat in regẽ. Vnde non erit iam deinceps ab anathematis sententia alienus, qsquis contra salutem eius erexerit uocem.

Canon. 2. De his qui pœnitentiam nescientes accipiunt.

Multos sępe aspeximus ĩ salute positos, ultimũ desiderantes pœnitentię fructũ: & rursus nimietate ægritudinis ita loquẽdi & sentiendi naturale perdidisse officium, ut nulla illis cura salutis suæ uideretur inesse; nullo etiam pristinę deuotionis noscerentur desiderio anhelare: quorum tamẽ casibus fraternitas cõdolens ita talium necessitates in fide susceperit sua, ut ultimũ illis tribuatur uiaticũ, scilicet, ne sine fructu pœnitentiæ uideantur transire à seculo.

Quod si forsitā respiciente Dño, saluti pristinę reformentur, agunt cautionibus uanis & oppositionibus execrandis, qualiter à se tonsuræ uenerabile signū expellant, atque habitū religionis abijciant, impudentissime asserentes, ideo se nullis regulis ecclesiasticæ disciplinæ sub hoc uoto teneri, quia pœnitentiam nec ipsi petierunt, nec consentientes acceperunt: quorum impudentia diuinæ bonitatis, quę eos ad tam uenerabile ac fœcundi fructus uocauit sacramentū. turpiter immemor, & obstinata procacitas nō aliquando diceret talia, si qualiter ad uitam per sacrosancti lauacri gratiam ueniret, meminisset. Etenim paruulorũ infantium uita originali peccato obnoxia, quæ nulli propter ætatem discernendi, uel expetendi sensui aptior iudicetur, nisi ex sponsione fidelium baptismi accipiant sacramentū, nullo sensu, nulla etiam discretionis industria id appetere possunt. Vnde sicut baptisma, quod, nescientibus paruulis, sine ulla contentione in fide tantum proximorum accipitur, ita pœnitentiæ donū, quod nescientibus illabitur, alijsq; impugnantia uiolationis, hi, qui illud acceperint, obseruabunt. Siquis autē quolibet modo pœnitētiam accipiens, hoc uiolauerit synodale institutum, ut uere transgressor paternis regulis ferietur. Nec enim ista statuentes, sacerdotes quosq; ut passim & licenter donum pœnitentiæ non pœnitentib⁹ audeant prorogare, absoluimus; sed hos, qui qualiter forte pœnitentiam susceperint; ne ulterius ad militare cingulum redeant, religamus.

Canon.3. Vt quos regia admittit poteſtas, clerus non euitet.

Vidimus nõnullos & fleuimus, ex numero culpatorum, receptos in gratiam principũ, extorres extitiſſe à collegio ſacerdotũ, ab eis nulla ſe abſtinebit ſacerdotũ cõmunio, ſed quos regia poteſtas aut in gratiam benignitatis receperit, aut participes menſę ſuę effecerit, hos ſacerdotũ & populorũ conuentus ſuſcipere in eccleſiaſticam cõmunionem debebit, ut quod principalis pietas habet acceptũ, nõ à ſacerdotibus Dei debet eſſe extraneum.

Canon.4.

Vt in uillulis nullus ordinetur epiſcopus, in ſardiceñ. concilio. cap.26. in Laodiceno.57. In Carthagineñ.2.c.5. & Carthagineñ.3.c.42.

Canon.5. Contra ſacerdotes, qui non ſemper ſacrificantes communicant.

De conſe.d.2. Relatũ eſt nobis quoſdã.

Relatũ nobis eſt, quoſdam de ſacerdotibus nõ tot uicibus cõmunionis ſanctę gratiam ſumere, quot ſacrificia in una die uidentur offerre: ſed in uno die, ſi plurima per ſe Deo offerant ſacrificia, in omnibus ſe oblationibus à cõmunione ſuſpendunt, & in ſola tantũ extrema ſacrificij oblatione cõmunioni ſanctæ gratiã ſumunt; cũ dicat Apoſtolus: Nõne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? Certum eſt, quòd hi, qui ſacrificantes nõ edunt, rei ſunt Dominici ſacramenti. Quicũque ergo ſacerdotum deinceps, diuino altari ſacrificium oblaturus acceſſerit, & ſe à cõmunione ſuſpenderit, ab ipſa qua ſe indecenter priuauit, gratia cõmunionis anno uno repulſum ſe nouerit.

Sẽper in oblatione ſacrificij fiat cõmunio.

1. Cor. 10.

Canon. 6. De autoritate concessa Pontifici Toletano in promotione Episcoporum.

Illud quoq; decernendũ nobis occurrit, qđ in quibusdã ciuitatibus, decedentib9 Epis proprijs, dum differtur diu ordinatio successoris, nõ minima creatur officioꝝ diuinoꝝ offensio. Vnde placuit omnib9, (saluo priuilegio unius cuiusq; prouinciæ) ut licitũ maneat deinceps Toletano pontifici, quoscũq; regalis potestas elegerit, & iam dicti Toletani pontificis iudicium dignos esse ꝓbauerit, in quibuslibet prouincijs preficere presules; & decedẽtibus epis eligere successores. Sic tamen, ut quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tẽpus infra trium mẽsium spatium proprij metropolitani presentiã uisurus accedat, qualiter eius autoritate uel disciplina instructus, condigne suscepte sedis gubernacula teneat. Quòd si ꝑ desidiam aut neglectũ quilibet constituti temporis metas excesserit, excõmunicetur. Hanc quoq; definitionis formulam sicut de episcopis, ita de cæteris rectoribus placuit obseruandam.

D. 63. Cũ longe lateq;.

Toletanus põtifex ꝑficit nouos episcopos quos regia potestas prius elegit.

Canon. 7.

De recepto testimonio personarum, que per legem testificãdi licentiam perdiderunt. Nihil habet annotatione dignum.

Canon. 8. De his, qui uxores suas temere relinquunt.

Preceptum Domini est, ut excepta causa fornicationis, uxor à uiro dimitti non debeat. Et ideo quicunq; citra culpam criminis supradicti uxorem suam quacunq; occasione dimiserit, quia quos Deus iunxit, ille separare dispo-

32. q. 5. Præceptum: Dñi est. Et in Decreto Iuo. lib. 7. Matthæi. 5.

fuit; tandiu ab ecclesiastica cõmunione priuatus, & à cœtu omnium Christianorũ maneat alienus, quandiu societatem relictæ coniugis synceriter amplectatur & foueat. Ita tamen, ut qui iam admoniti à sacerdote semel, bis, terq́ꝫ, ut corrigerentur, ad thorùm suę coniugis noluerint redire, & à palatinę dignitatis officio ipsi se separabunt; & insuper generosę dignitatis testimonium, quandiu in culpa fuerint, amissuri sunt.

Canon. 9.

D. 54. etsi Iudæorũ serui.

De confirmatione legum, quę contra Iudęorum nequitiam promulgatæ sunt per Eringium regem.

Canon. 10.

17. q. 4. Definiuit sanctũ.

Consentiente pariter Domino nostro Eringio rege hoc sanctũ concilium definiuit, quòd nullus audeat eos, qui confugiunt ad ecclesiam metu uel terrore, uel qui ibi resident, inde ui abstrahere.

Canon. 11.

Contra cultores Idolorũ, ut per regiam potestatem puniantur. Exo. 22. Deute. 17.

Canon. 12.

Vt annis singulis in unaquaque prouincia concilium celebretur.

Canon. 13.

Totum consumitur in gratiarũ actionibus Deo, & Regi Eringio & subscriptionibus Episcoporum.

Explicit concilium Toletanum. 12.

Benedictus papa. 81.

Benedictus. 2. Papa. 81. sub Petro patria Romanus, diuinæ scripturæ ita operam dedit, ut

exercitatione, & doctrinę in rebus diuinis singularis tunc haberetur. Ad hunc Cōſtantinus Imperator. 61. (hominis ſanctitate permotus) ſanctionē miſſit, ut deinceps, quem clerus populus exercituſq́ Romanus, in Pontificem elegiſſet, eundem ſtatim uerum Chriſti uicarium eſſe omnes crederent nulla, aut Cōſtantinopo. Principis, aut Italiæ hexarchi expectata autoritate, ut antea fieri cōſueuerat, id enim ratum erat in creando Pontifice, quod princeps confirmaſſet, uel qui eius uices in Italia gerebat, ſedit annum unum.

Ioannes. 5. Antiochenus. 82. ſub Petro, ſedit annos duos, uir ſingularis religionis, & manſuetudinis. Conſtantino Pogonato Imperato. circa annum Domini. 685. Ioannes. 5. papa. 82.

Conon, Thacia oriundus. 83. ſub Petro ſedit annum unum. Conon pa. 83.

Sergius Antiochenus. 84. Papa ſub Petro, ſedit annos. 9. Hic tempore Deodati pontificis Romam ueniens in clerum Romanum aſciſcitur. Deinde uerò ob eius doctrinam, & diligentiam circa myſteria, & rem diuinam, per ordines conſcendens ſanctę Suſannæ presbyter cū titulo eius loci creatur. Nūc uocatur. Cardinalis eius tituli, inde aſſumptus eſt ad pontificatū, Iuſtiniano Imperatore. 62. Sergius papa 84. Huius tēporibus Beda uixit in Anglia.

Ioānes. 6. Grecus. 85. ſub Petro ſedit annos tres. Tempore huius Pontificis Sarraceni occupata Libya & Aphrica, tranſmiſſo Atlantico freto, omnes Hiſpanias præter Aſtures, & Cātabros occupant. ſub hoc floruit Beda, qui ob religionē, & modeſtiam Venerabilis nun- Ioānes. 6. ponti. 85.

cupat⁹ est, & Strabo, & Haymo Bedę fratres.

Ioãnes.7.ponti.86. Ioannes.7.papa.86. sub Petro natione Græcus, sedit annos.2.

Sisinius papa.87. Sisinius Syrus. 87. Papa sub Petro sedit dies. 20.

Constantinus papa.88. Constantinus Syrus.88. sub Petro sedit annos septem. Prędicti Pontifi. fuerunt sub Iustiniano.

Cõcilium Toletanũ.13. CONCILIVM TOLETANVM XIII. Anno quarto eiusdem Regis Eringĳ, nihil habet singulari annotatione dignum.

Gregorius.2. pont.89. Gregorius.2.Papa.89.natione Romanus ex patre Marcello, sedit annos.16.menses.9.dies 12. Leone Iconomacho Imperato.68. Fuit hic Pontifi. diuina scriptura eruditus, facũdus eloquentia, constans animo, ecclesiasticorũ dogmatum defensor, & contrariorum fortissimus impugnator. Eo tempore fluuius Tyberis alueum suum egressus se per campestria dedit, & intumuit inũdatione aquarum multarum, & transcedit aliquibus locis & muris urbis, & ultra basilicam sancti Marci per plateas se extendit, ita ut in uia lata ad unã & semis staturam aqua eiusdem fluminis excreuisset.

Similis inundatio fuit sub Clemente septimo anno Domini.1530.8.die Octobris.

Extant aliquot huius põtificis Epistolę, maxime ad Thuringos, & Saxones, & Germanos qui deserta fide ad idola colenda fuerant compulsi per Paganos, ad quos misit Bonifacium Episcopum, qui eos ad fidem Catholicam reuocaret.

Gregorius.3. pont.90. Gregorius tertius.90. Papa sub Petro natio

ne Syrus, ex patre Ioanne, sedit annos.10.menses.8.dies.25.uir mitissimus, & ualde sapiens, i diuinis scripturis sufficienter instructus, Græca latinaq; lingua eruditus, Psalmos omnes p ordinem retinens memoriter & in eorum sensib9 subtilissima exercitatione limatus, Leone.3. Iconomacho Imperato.circa annũ Dñi.731.

Extant decreta illius, quę in synodo quadã instituit obseruanda, in quibus cauetur, ne inter consanguineos celebrentur coniugia, quomodo nunc cautum est in iure.

Extat epistola eius ad Bonifaciũ apud Germaniam legatũ in qua consultus de duob9 articulis, respondet. Primo legebatur in tua epistola, ut quota progenies propinquorum matrimonio copuletur. Dicimus quòd oportuerat quidẽ quãdiu se agnoscunt affinitate propinquos, ad huius copulæ non accedere societatẽ; sed qa tẽperantia magis & pſertim in tã barbaram gentẽ plus placet q̃ districtio censuræ, concedendũ est, ut post quartã generationem iungãtur. Secundũ, quod quęris. Si mulier infirmitate correpta non ualuerit debitum uiro reddere, quid eius faciat iugalis. Respõdet. Bonum esset si sic permaneret, ut abstinentiæ uacaret; sed quia hoc magnorũ est, ille qui se non poterit continere, nubat magis; nõ tamen subsidij opera subtrahat ab illa, quã infirmitas ppedit, & non detestabilis culpa excludit.

Forsan ea infirmitas præcessit uinculũ matrimonij, & erat talis, quæ redderet illam incapacem coniugij: quoniam si subsecuta est infirmitas coniugium, non daretur ea uenia denuo nubendi. Autor.

Zacharias, pont.91.

Zacharias Papa.91.ſub Petro natione Græcus ex patre Polychronio ſedit annos.10. menſes.3.dies.14.uir mitiſſimus atq; ſuauis,amator cleri & totius populi Romani; tardus ad iraſcendũ,& uelox ad miſerendũ Cõſtantino & Irene eius matre imperantibus.Hic inuenit totam Italiam bellorũ turbatione cõmotam, quã ſuo prudentiſſimo ſtudio penè totã pacauit. Extat epiſtola Bonifacij apud Germanos legati ad Zachariam Papã,in qua requirit uoluntatem ſedis Romanæ in quibuſdam, quæ uiſa ſunt illi neceſſaria ad confirmandam fidẽ Germanorum.

Bonifacius petit confirmari p epm Roma. ſedes epiſcopales,quas erexerat in Germania.

Primũ.Neceſſe habemus indicare paternitati ueſtræ, quia per Dei gratiã Germaniæ populis aliquantulum correctis, tres ordinauimus Epiſcopos,& prouinciam ĩ tres parochias diſcreuimus,& in illas tres urbes in quibus cõſtituti,& ordinati ſunt, ſcriptis autoritatis ueſtræ cõfirmari & ſtabiliri p̃cantes deſideram⁹: ut(ſi Dñs uoluerit) per autoritatẽ & p̃ceptum ſanctiſq; iuſſionib⁹ apoſtolicis fundatæ,& ſtabilitæ ſint tres in Germania epiſcopales ſedes; & ut præſentes uel futuræ generationes nõ præſumant,uel parochias corrumpere,uel uiolare præceptum apoſtolicæ ſedis.

Requirit autoritatem pontificis Romani ad cõgregandam ſynodũ.

Secundũ. Notum ſit ſimiliter paternitati ueſtræ quòd Carlomagnus Rex Francorum me accerſitũ ad ſe rogauit, ut in parte regni Francorum,q̃ in ſua eſt poteſtate,ſynodũ inciperẽ cõgregare, & promiſit ſe de eccleſiaſtica religione quæ iam longo tẽpore, ideſt,nõ minus quã per.60. uel.70.annos calcata & diſſipata fuit,

aliquid corrigere & emendare uelle. Quapropter si hoc (Deo inspirante) ueraciter implere uoluerit, consilium & prçceptum sanctę uestrę autoritatis .i. apostolicæ sedis habere, & scire debeo.

Tertium. Deinde si inuenero apud illos diacones, & p̄sbyteros fornicarios, & adulteros, & sic pro populo sacras oblationes offerre, uolo habere p̄ceptum, & conscriptū autoritatis uestrę quid de talibus definiatis, & p responsum apostolicum conuincantur, & arguantur peccatores.

Quartū. Inueniuntur quidam inter eos Episcopi, qui licet dicant se fornicarios, uel adulteros nō esse, sed sunt ebriosi, & incuriosi, uel uenatores, & qui pugnant in exercitu armati, & effundunt propria manu sanguinē hominū paganorꝝ, siue christianorꝝ. Volo scire sententiam uestram, quia seruus legatus apostolicæ sedis esse dinoscor, & unum sit uerbum meum hic & uestrum ibi.

Quintū. De una re & consilium quærere & licentiam petere necesse habeo, eo quod uenerādę memorię p̄decessor uester, sicut audistis, in p̄sentia uestra mihi p̄cepit, ut presbyterum post obitum meum (Deo uolente) in ecclesiastico ministerio hæredem & successorem constituere deberem, & hęc mihi (si Dei uoluntas est) placet, sed modo dubito, & nescio si fieri possit, quia postea frater illius auunculum ducis regis Francorꝝ occidit, & adhuc ignoram⁹ qualiter ista discordia pacificari, & finiri ualeat. Ideo obsecro, ut autoritati uestrę licentia

Rogat Bonifacius si possit eligere successorē sedis suę.

ſit, ut cũ conſilio ſeruorꝶ Dei de iſta electione faciam quod nobis in communi pro Deo, & pro eccleſiæ utilitate, uel fructu ſpiritali, & defenſione religionis optimum eſſe uideatur, & mihi ſpirare dignetur Deus, quia hoc non uidetur poſſe fieri ſi cõtrarius Princeps fuerit.

Sextum. Quærere, & interrogare paternitati ueſtræ conſilium debeo de quadam confuſione, & ſcandalo prædicationis, quæ nuper ad nos ueniens, mentem noſtram conturbauit, & ſacerdotibus eccleſiarum uerecundiam incutiebat, quia laicus quidam dicebat ſibi ab apoſtolicæ ſedis pontifice ſanctę memoriæ Gregorio datam fuiſſe licentiã, ut in matrimonium acciperet uiduã Auunculi ſui, quæ & ipſa fuit uxor conſobrini; & illa eo uiuente diſceſſit ab eo, & iſti uiro in tertio gradu propinqua illius eſſe dignoſcitur; qui nunc eam accipere deſiderans affirmat ſibi licentiam datam, & deinde uotum uouit Deo caſtitatis, & uelata fuit; & iterum abiecto uelamine maritata: tale enim matrimonium ſupradictus homo ab apoſtolica ſede ſibi affirmat eſſe conceſſum, quod non æſtimamus uerum, quia ſynodus & eccleſia in qua natus, & nutritus fui, talem copulam & matrimonium maximum ſcelus, & inceſtum, & horribile flagitium, & damnabile piaculum fieri ex autoritate ſanctæ ſcripturæ iudicabant. Quapropter paternitas ueſtra huius rei ueritatem nobis indicare non dedignetur, ut eccleſiæ ſacerdotibus, uel populo Chriſtiano inde ſcandala, uel ſchiſmata, uel noui errores non oriantur & concreſcant.

De ſcãdalo orto ex diſpenſatione.

Septimũ. Quia carnales hoĩes idiotę Germani, uel Frãci, si iuxta Romanã urbem aliqd facere uiderint ex his peccatis, quæ nos ꝓhibemus, licitum, & cõcessum à sacerdotibus esse putant: & dum nobis improperiũ deputant, sibi scãdalum uitę accipiunt, sicut affirmãt se uidisse annis singulis ĩ Romana urbe, et iuxta ecclesiã sancti Petri in die, uel nocte quando Calendę Ianuarij intrant: Paganoꝝ cõsuetudine choros ducere per plateas, & acclamationes ritu gentiliũ, & cantationes sacrilegas celebrare, & mensas illa die uel nocte dapibus onerare. Quæ oĩa eo ꝙ ibi à carnalibus, & insipientibus ibi uident, nobis hic improperiũ, & ĩpedimentũ prędicationis & doctrinę perficiunt. Et si istas paganias paternitas uestra ibi in Romana urbe ꝓhibuerit, & sibi mercedem, & nobis maximũ ꝓfectum in doctrina ecclesiastica perficiet. Hæc omnia dñe charissime ꝓpterea uobis nota facimus, ut uestræ autoritatis responsum talibus dare possimus; & per cautelam uestrę doctrinę oues ecclesiæ nõ seducant, sed lupi rapaces superati pereãt.

Facile trahitur in exemplum, ꝙ Romæ peccatur.

Epistola Zachariæ Papę, ad Bonifacium Episcopum.

Suscepimus fraternitatis tuæ literas, & petis, ut per autoritatẽ nostræ sedis ẽpales ibidem sedes firmẽt. Sed tua sancta fraternitas pertractet mature, si expedit, aut si loca, uel populoꝝ turbæ talia esse ꝓbantur, ut ẽpos habere mereanẽ. Memineris quod in sacris Canonibus pręcipimur obseruare, ut minime in uillulas, uel in modicas ciuitates Ẽpos ordine-

Quomodo cõstituẽdæ sedes episcopales.

D. 80. per totum.

mus,ne uilescat nomen Epi.Sed nos tuis literis puocati,quæ proposuisti absq; mora concedi patimur,& statuimus per apostolicā autoritatem epales illic esse sedes, quæ per successionem Epos mereanť,& populis præsint, atq; in qbus uerbum prædicationis subiectis insinuetur. Et nulli post hæc liceat hæc, quæ à nobis sancita sūt,quoquomodo uiolare, q̄ autoritate beati Petri apłi firma esse decernimus.

De eo aūt quod itimasti q̄ Carlomagnus te rogauit,Respōdemus, q̄ dum iuuante Deo quæ à præfato filio nostro pmissa sūt,ad effectum perducta fuerint, tuaq; fraternitas memorato cōcilio cōsederit,si quos reperierit episcopos,presbyteros,aut diaconos contra canones,uel statuta patrū excessisse.i.in adulterio si uel plures uxores habuerunt, aut si sanguinem christianorum siue paganorum effuderunt &c.nulla rōne apostolica autoritate permittas sacerdotio fungi,qa tales à suo proprio ore falsi nominanť sacerdotes,et peiores,ac deteriqres secularibus esse noscunť;qui se neq; à fornicationib9,nec à nefariis matrimoniis abstinent,neq; ab hominum sanguinis effusione manus seruāt innoxias.Quales se esse sacerdotes existimant dicente Dño:Sacerdotes mei semel nubant, & Apostolus; unius uxoris uirum &c.Et hoc ante susceptū sacerdotiū uti licitum est, nam à die suscepti sacerdotii, etiam ab ipso pprio coniugio prohibendi sunt &c. Quomodo sacerdotio fungi confiderant, qui talibus sceleribus inuoluti esse mostrantur? Qui peiora secularium scelera cōmittunt, ut

Qualiter olim permissum est sacerdotibus coniugium. Titum.1.

plures uxores habere p̃ſumant, q̃bus nec unã cõceſſũ ẽ poſt ſuſceptũ ĩminiſteriũ attrectare? Iſti nãq; (ut p̃miſi) nec ſacerdotio fungi patiã-tur, nec diuia cõtigere myſteria cõmonemus.

Ad q̃ntũ. De eo aũt q̃ tibi ſucceſſorem cõ-ſtituere dixiſti, & te iubente in tuo loco eligat Ep̃m; hoc nulla ratione cõcedi patimur, q̃a cõ tra omnem eccleſiaſticã regulam, uel inſtituta patrum eſſe monſtratur. Sed uolumus, ut tibi miniſtret, & ſit in euãgeliũ Chriſti adiutor. Nimis enim reprehenſibile manifeſtũ eſt, ut te uiuente tibi alium ſubſtituamus. Sed hoc commonemus, ut quãdiu te diuina iuſſerit clemẽ-tia ſupeſſe, ſine intermiſſione orare nõ ceſſes, ut tibi Deus illum ſucceſſorẽ concedat, qui ei poſſit eſſe placabilis; & populum quẽ ad ſuã gratiam (per ueſtræ ſanctitatis induſtriam) uocare uoluit, irrep̃henſibiliter regere ualeat, atq; ad uiam uitę elaboret perducere. Si aũt cõtingat aliquem poſt tui tranſitus diem ſupeſſe, quem idoneũ cognoueris, & in tua uoluntate fuerit definitũ, ea hora qua te de pręſenti ſeculo migraturum cognoueris, pręſentibus cunctis, tibi ſucceſſorem deſigna, ut huc ueniat ordinandus. Hoc nulli aliĵ concedi patimur, q̃d tibi (charitate cogente) largiri cenſuimus.

Ad ſextũ. De illo aũt, qui uiduam auunculi ſui &c. Abſit hoc ut prędeceſſor noſter ita p̃ciperet. Nec enim ab apoſtolica ſede illa dirigunt, quæ cõtraria eſſe patrum ſiue canonum inſtitutis p̃hibent. Ideo admonere, adhortari, increpare eos frater ne ceſſes, q̃tenus à tali ſcelesto recedãt m̃rimonio, ut nõ ĩ æternũ pereãt.

7.q.i.c. de eo autem.

Non conceditur, ut ep̃o ſuperſtite alius ſucceſſorẽ ſubroget.

7.q.1.c. Petiſti ut cũ noſtro.

Cõceditur Bonifacio ut hora mortis ſibi ſucceſſorẽ deſignet.

Quantũ cauebat Bp̃s Romanus diſpenſare contra canones patrũ.

Ad septimũ. De Calendis uerò Ianuarijs, uel cæteris augurijs, uel alijs diuersis obserua tionibus, quæ gentili more obseruari dixisti apud beatũ Petrum Apostolũ, uel in urbe Roma; hoc à nobis, & oĩbus christianis detestabile & pnitiosum eẽ iudicamus, dicente Deo. Nõ augurabimini, neq; obseruabitis somnia. Ita & à nobis cauendũ esse censemus, ut nullis augurijs, uel obseruationibus attẽdemus; qa oĩa hæc abscisa esse à patribus sumus edocti. Et qa per fustigationem diaboli iterũ pullulabant à die, qua nos iussit diuina clementia apostoli uicem gerere, illico oĩa hæc amputauimus. Pari enim modo uolumus tuã sanctitatem populis tibi subditis prędicare, atq; ad uiam æternæ uitæ perducere &c. Deus te incolumẽ custodiat Reuerendissime frater.

Leuiti. 19. Nume. 23.

Extat altera epistola ad eũdẽ Bonifaciũ.

Reuerendissimo fratri Bonifacio Epõ &c. Retulerunt q fuerit in eadẽ puincia sacerdos, qui latinã linguam penitus ignorabat, & dũ baptizaret nesciens latinũ eloquiũ infringens linguam, diceret. Baptizo te in noĩe patria & filia & spiritu sancta: ac per hoc tua fraternitas considerauit rebaptizare. Sed sanctissime frater, si ille qui baptizauit nõ errorem introducens, aut hæresim, sed pro sola ignorantia Romanę locutionis infringendo linguã baptizans dixisset, nõ possumus consentire, ut denuo baptizẽt, qa quicũq; baptizatus fuerit ab hæreticis in noĩe patris & filij & spiritus sancti (ut tua fraternitas bene cõpertũ habet) nullo modo rebaptizari debet; sed per solam

Ignorãtia linguę latinę mutans uerba baptismi, uerum confert baptismum.

manus impositionem purgari. Vale frater.

SYNODVS SVB ZACHARIA Papa mandato apostolico à sancto Bonifacio & Francorum Episcopis sub Carlomagno duce, habita anno. 742.

In nomine Domini &c. Ego Carlomagnus dux &c. Anno ab incarnatione Christi. 742. 11. calendas Martij cum cōsilio seruorum Dei, & optimatū meorum, Epos, qui in regno meo sunt cum presbyteris ad cōcilium, & synodū pro timore Christi cōgregaui, Bonifacium Archiepm, ac reliquos Epos, cum presbyteris eorum, ut mihi consiliū darent, quomodo lex Dei, & ecclesiastica religio recuperetur quę in diebus præteritorum Principū dissipata corruit; & qualiter populus Christianus ad salutem animæ peruenire possit. Et ordinauimus cōsilio sacerdotū, & optimatū meorum per ciuitates Epos, & cōstituimus sup eos Archiepiscopum Bonifacium, qui est missus sancti Petri.

Canon. 1. Quæ sint prohibita ecclesiasticis.

Statuimusq; per annos singulos synodum cōgregari, & falsos presbyteros, et adulteros, uel fornicatores diacones, & clericos de peculijs ecclesiarum abstulimus, degradauimus, & ad pœnitentiam coegimus. Et seruis Dei per oía oíbus armaturā portare, uel pugnare, aut in exercitū, & in Hostem pergere oíno phibemus; nisi illi tantūmodo, qui ppter diuinū ministerium. i. missarum diuina adimplenda, & sanctorum patrocinia portanda ad hoc electi sunt. i. unum uel duos Epos cum capellanis presbyteris princeps secum habeat; & unusqsq; pse-

Permittit prīcipi ad sacra ministeria vnū aut duos epos secū habere.

ctus unum presbyterum, qui hoībus peccata cōfitentibus iudicare, & indicare pœnitentiā possit. Necnon & illas uenationes, & syluaticas uagationes cum canibus oībus serui Dei interdiximus. Similiter accipitres & falcones non habeant.

Can. 2. Vt singulis quadragesimis Episcopo presbyter rationem ministerij sui reddat.

Decreuimus quoq; iuxta sanctorū canones, ut unusquisq; presbyter in parochia habitās Epō illi subiectus sit, in cuius parochia habitat; & semp in quadragesima rationē, & ordinem ministerij sui, puta de baptismo, de fide catholica, de pcibus, & ordine missarū Episcopo reddat & ostendat. Et qñcunq; iure canonico Eps circuit parochiam ad populos cōfirmandos, presbyter semp paratus sit ad suscipiendū Epm cum collectione, et adiutorio populi qui ibi confirmari debet: & in cœna Dñi semper nouum chrisma ab Episcopo quærat, & Episcopo testis assistat castitatis & uitæ, & fidei, & doctrinæ illius.

Can. 3. Absq; probatione ignoti Episcopi, aut presbyteri non admittantur.

Statuimus etiā, ut secundum cautelam oēs undecūq; supuenictes ignotos Episcopos, uel presbyteros ante pbationem synodalem in ecclesiasticum ministerium non admittamus.

Ca. 4. Vt cum presbyteris uel diaconibus nulla mulier cohabitet.

Decreuimus quoq; ut presbyteri uel diaconi non sagis laicorum more, sed cassulis utantur ritu seruorum Dei, & nullus in domo sua

mulierem habitare permittat.

Ca.5. Epo sit cura spurcitias omnes gentilitatis abijcere.

Item decreuimus ut unusquisq; Eps in sua parochia solicitudinem habeat adiuuāte Graphione, qui defensor ecclesiæ est, ut populus Dei paganias nō faciat, sed ut omnes spurcitias gentilitatis abijciat.

Explicit synodus sub Carlomagno.

Stephanus secundus Papa, quia sub Petro sedit annos.5.dies. 28. uir singularis religionis & prudentiæ. Stephanus pōti.92.

Paulus primus, Papa. 93. sub Petro natione Romanus, Stephani secūdi frater, sedit annos.x.mēsem unum, uir tantæ pietatis & humanitatis, ut noctu cū duabus aut tribus familiaribus cubicula pauperū ægrotantiū circuiret uuumquēq; eorū & uerbis, et eleemosynis ad recuperandā ualetudinem cohortaret, & carcerem quoq; frequenter adibat. Paulus Papa. Nota.

Constantinus secundus, Papa.94. sedit annum unum. Constantinus Papa.

Stephanus tertius Siculus, Papa.95. sedit annos tres, menses quinq;. Stephanus Papa.

Adrianus primus Romanus.96. Papa sub Petro sedit.23. annos, menses.10. dies.17. nequaq; à pdecessoribus degenerauit, cū quouis optimo pontifice comparari potest. Adrianus Papa.

SYNODVS SECVNDA NICAENA, quam Græci septimā generalem appellāt Anno Dñi.781. imperātibus Cōstantino & Irene eius matre, sub Epo urbis Romę Adriano primo Papa, celebrata cōtra eos, qui imagines in ecclesijs dānant, & eijciunt; in qua imaginum

expreſſiones adorandas & amplectendas relatiue, decretū eſt, & honorādas relqas ſctōꝝ.

Actio prima.

Imperātibus pijſſimis Cōſtantino cum matre ſua Irene, cōueniente ſancta & œcumenica ſynodo in Nicæa Bithyniæ Petro archipresbytero Romanæ eccleſiæ, & Petro monacho uicarijs exiſtētibus apoſtolicę ſedis, pręſente Taraſio archiepō inclytę Conſtantipo. nouę Romæ & cæteris Epiſcopis &c.

Primo oīum uenerunt in cōcilium tres epī ex cōciliabulo Epheſino, in quo damnatæ fuerant imagines, reſipiſcentes, & attulerūt libellos cōfeſſionis ſuæ. Primus erat Baſilius Ancyræ epiſcopus. Secūdus Theodorus Cyrus epſ Myrôn, & tertius Theodoſius epſ Amorij. Baſilius epſ è libello ſic cœpit legere.

Confeſsio catholica.

Baſilij prius hæretici cōſeſio catholica.

Credo, & cōfiteor in Deum patrē oīpotentem, & in unicum Dn̄m Chriſtū filium eius unigenitū, & in ſanctū ſpiritum Dn̄m uiuificantem, & Trinitatē, cōſubſtantialem in throno eodem cōſedentem, in una Deitate, poteſtate & autoritate, adoratam & glorificatam, in unius ſanctę Trinitatis, & Dn̄i Dei noſtri Ieſu Chriſti œconomia, quēadmodum ſex ſacrę œcumenicę ſynodi tradiderunt. Hæc oīa ſic cōfiteor. Vniuerſam aūt hæreticoꝝ linguæ incōtinentiā abijciēs execror, quēadmodum ipſos ſe ſe reddiderunt execrabiles. Interpellans etiā ītemeratę uirginis noſtrę Deiparę, ſanctaꝝ cœleſtium poteſtatum, oīumq; ſanctoꝝ interceſſionem: hoꝝ etiam ſanctas reliquias cū omni honore

honore suscipiens,& amplectẽs honorifice ue
neror,firmiter credens me illorꝝ sanctitatis fie
ri posse participem.Eodem modo uenerandas
imagines,quæ œconomiam Iesu Christi Dñi
& Dei nostri, qui ꝑpter salutem nr̃am homo
factus est,& inuiolatę uirginis dñę nostrę Dei
parę,sanctorũq; apostolorꝝ, ꝓphetarꝝ, marty-
rum,& oium sanctorꝝ suscipio & amplector,
eisdemq; honorẽ debitum exhibeo. Abijciens
& execrans ex toto aío & corde cõgregatã ex
deprauata mente,& insania,& appellatã septi
mam synodum apud eos qui recte sapiũt, ni-
miũquã iuste et canonice ψευδοσύνοδον,hoc
est, falsum cõciliabulum appellatũ:utpote ab
omni pietate & religione alienã, & à Deo tra-
ditę ecclesiasticę legis lationi audẽter, & ꝑfra
cte, ne dicam impiè oblatrantẽ. Venerãdasq;
imagines cõtumelia afficiẽtem, iubentẽq; has
è medio sacrarꝝ ecclesiarꝝ tolli, cui ꝑfuit Theo
dosius falsò noiatus Ephesi Ep̃s. Sisinnius itẽ
Pergę cognomine Pastillas.

Anathematismi eiusdẽ Basilij Ancyrę epi.

Primus. Qui doctrinas sanctorꝝ patrum,
& traditionem catholicæ ecclesiæ contẽnunt:
quiq; causantur & uoces Arrij,Nestorij, Euty
chis,et Dioscori iactãt,dicentes ꝙ nisi satis ex
ueteri,& nouo testamento instructi essemus,
sanctorꝝ patrum, sacrarꝝ sex synodorꝝ doctri-
nas,& catholicæ ecclesię traditiones sequere-
mur,execratio.

Secundus. Qui inquiũt diabolicarꝝ insidia
rum inuentũ sacrarꝝ imaginum culturã & ędi
ficationem, nequaq; autẽ sanctorum patrum

noſtrorum traditionem, execratio.

Cęteri anathematiſmi eadem continent, quę & illi qui ſunt in fine ſeptimę actionis.

Hæc qdem ſic cõfiteor & approbo, & ex tota aía, corde & mente demõſtro. Quòd ſi autẽ ſiue ex calumnia, ſiue ex inſtinctu uolens nolens ullo tp̃e ab his diſciuero, alienus ſim & à ſancta Trinitate, & à catholica eccleſia.

Similiter & alıj duo ꝓduxerunt libellos cõfeſſionis ſuę ſequentes Baſilium Ancyrę ep̃m ex Chryſoſtomo, & ex Baſilio i orõne in quadraginta martyres, ꝓbãtes uenerationẽ imaginum, et cinerum ſanctoꝝ martyrum: quos benigne excepit ſacra ſynodus: ẽt reſtitutis eis ſuis ſedibus, in qb⁹ cõtinuo iuſſi ſũt reſidere.

1.q.7. Conuenientibus. Deinde adducti ſũt & alıj plures Ep̃i ex eadem hæreſi: & placuit ſanctę ſynodo, ſecundũ canonem octauum Nicęnæ ſynodi, & tertiũ Epheſinæ, & epiſtolã diui Baſilıj ad Amphilochium ſup ſimili negotio ſcriptam, eos ab hęreſi uenientes recipi cũ manuũ impoſitione.

Pręceſſit aũt longa diſputatio quomodo hęretici pœnitentes cum redeũt ad eccleſiam catholicam ſint recipiendi: ſed ex ſententıjs patrum Baſilıj, Athanaſıj, Cyrilli, Chryſoſtomi, & Sardiceñ. ſynodi deliberatum eſt, eos cum manuum impoſitione recipiendos: & ſic abſoluta eſt actio prima.

Actio ſecunda.

Imperãtibus Cõſtantino, & Irene eius matre &c. ut in actione prima.

Primo ꝓducta eſt in ſynodo epiſtola Adriani archiepiſcopi Romani ad Cõſtantinum &

Irenem Augustos; in qua hæc insunt.

Primo historia Syluestri, & Constantini, de lepra, & exilio mõtis Soracte, de uisione apostolorũ Petri et Pauli in somno, et de baptismo Cõstãtini: de qbus in pfatione cõcilij Niceni.

Secũdo Gregorij Nisseni locus pro ueneratione imaginum.

Tertio Basilij magni testimonium, in libro aduersus Iulianum de inuocatione sanctorum, & imaginum ueneratione.

Item Chrysostomi in eandem rem sentẽtia.

Item Cyrilli ad idem locus.

Item Athanasij, & Ambrosij ad Imperatorem Gratianum, sententiæ.

Itẽ Hieronymi locus de imaginibus hñdis.

Item Stephani episcopi Bostrorum sermo de imaginum ueneratione.

In eadem actione lecta est epistola synodica eiusdem Adriani Papæ ad Tarasiũ Patriarchã: in qua primo dicit, q pictura illa ueneranda, in qua agnus digito pręcursoris demõstratur, à sexta synodo pbata sit; unde usus inualuit eius frequentissimę picturæ.

Deinde tractat de autoritate Romani pontificis, & quòd ecclesia Romana sit caput omnium ecclesiarum.

Postremo adiectæ sunt sententiæ omnium Episcoporum, & synodi.

Petrus, & Petrus locũ tenentes sanctissimi papę ueteris Romæ Adriani dixerunt. Dicat nobis Tarasius Patriarcha regiæ urbis, cõsentit ne literis sanctissimi Papę, an minus?

Tarasius Patriarcha rñdit. Nos patrũ præ-

ceptis imbuti, sic cõfessi sumus, & cõfitemur, cõcordamus, & uim literarum lectarum confirmamus; & imaginũ picturas secũdum priscã patrũ traditionẽ recipimus, & has desiderio nostro adoramus, ut in noīe Christi Dei nostri, & intemeratę Deiparę virginis, sanctorum angelorum, & omniũ sanctorum factas: sed apertis uerbis testamur nos dũtaxat in unũ Deum uerum, latriam, hoc est, cultum & fidem nostram referre, & reponere.

Sancta synodus dixit. Vniuersa sancta synodus sic credit, & sic docet.

Petrus, et Petrus legati ap̄licę sedis dixerũt. Dicat nobis sacra synodus, num recipiat sanctissimi Papę ueteris Romę literas, an minus?

Sancta synodus respondit: Sequimur, recipimus, & probamus.

In eandem sententiã & reliqui Episcopi pronunciauerunt. Et sic absoluta est actio secũda.

Actio tertia.

In hoc secundo cõsessu, primo restitutus est Gregorius ep̄s Neocęsareę ex hæresi ueniẽs in priorem gradum dignitatis suæ.

Secundo, producta est ep̄la synodica Tarasij Archiepiscopi ad Episcopos Orientales; & alia eorundem episcoporum ad prædictum Tarasium in q̄bus explicantur per capita sex synodi generales, & quæ in eis gesta sunt.

Deinde adduntur sequentia.

His itaque sex sacris synodis, quas solas uniuersales agnoscimus, cõcorditer orthodoxa fides stabilita est, nec aliam præter has synodũ accipimus. Locales autem synodos non ad-

uersamur, sed magis amamus, amplectimur, & recipimus; earum etiam diuinitus inspiratas canonicas cõstitutiões, correctiones, & utiles earum legislationes summa obseruãtia colimus.

Apostolicas aũt ecclesiæ traditiones, qbus ueneratio culturaq́; sctõrum docet, recipimus, et ueneramur. Eos aũt ut ministros, amicos, et filios Dei existẽtes honoram⁹. Honor.n.q à cõseruis idẽ sentientibus inuicẽ exhibet, inditiũ est beneuolentię erga dñm. Sunt.n. promptuaria Dei et pura Christi habitacula, spũsq́; sancti imaculata specula. Sãcti.n.ĩ Dei manu sũt, ob idq́; pretiosa in cõspectu dñi mors sanctorum eius. Seruator noster Christus fontes salutares, sanctorum reliquias nobis reliquit, multis modis beneficia fundẽtes; martyrum.n. ossa uirtutes multas operant; atq; id per Christũ qui in ipsis habitat. Cum his etiã sanctas imagines reueremur, principio adorãtes Dei uerbi ꝓpter nos incarnati, Dñi nr̃i et seruatoris Iesu Christi, qui formã serui assumpsit, imaginẽ. Quãq; sciamus ipsam imaginẽ & typũ Deitatis, quæ cũ carne illius ĩmaculata incõuulsim unita est, minime posse figurã prętare. Inuisibilis.n. est diuina natura, nec depingi, nec figurari se ꝑmittit, Deũ.n. (ut ipse inquit) nemo uidit unq;: sed humanitatis illius imaginẽ coloribus ducentes adoramus. Veneramur etiã & adoramus imaginẽ Deiparæ & Dñę nr̃ę, irreprehensibilis, ĩmaculatæ, et inexplicitæ castitatis matris, quę illũ peperit. Quin etiã sanctorum apostolorum, prophetarum, & uictorum martyrum, sanctorũq; et beatorum, ueluti amicorum Dei ima-

Sancti ut filij Dei coluntur.

Reliquiæ sanctorum uirtute potentes.

Ioan. 1.

gines colimus; nõ in materiam, aut coloribus honorẽ cõstituẽtes, sed per hoc officiũ nostrꝝ, qđ ipsis à Deo quorꝝ typum imagines gestãt, debemus impartiẽtes; cum sciamus iuxta Basilij magni sententiam, ꝙ imagini honor exhibitus, ad ipsum prototypum referatur.

Omnia prædicta qui cõuenerãt episcopi receperũt & approbarũt, & subscripserunt oẽs epi numero.350.et sic absoluta est actio tertia,

Actio quarta.

Imperantibus Cõstantino et Irene eius matre, cõueniẽte sancta & uniuersali synodo &c. iuxta ordinem in prima actione pręscriptum.

In hac actione quarta multa ex scriptura, & sanctorum doctrinis afferuntur testimonia de usu pio & utili imaginum.

Exodi.25. Qđ in sacris scripturis imagines admittantur. Primo adducit locus ex lib. Exodi, ibi. Facies propitiatorium &c.

Scđo ex nũeris, ibi. Ipa ẽ đdicatio altaris etc.

Ezech.41. Tertio ex Ezechiele, introduxit me in templum, ut metiretur &c.

Hebr.9. Quarto ex epla ad Hebręos: habebat qdem etiã prius tabernaculum iustificationes &c.

Itẽ tpibus Chrysostomi sctõꝝ imagines pingebant, & ipse Chrys. habuit tabulã cõtinentẽ picturã cędis Assyrioꝝ ueteris testamenti.

Itẽ recenset Gregorij Nisseni pathetica oro de pictura, in q̃ à pre Isaac imolabat; in q̃ i hũc modũ loqt Gregorius. Vidi sępius iscriptiõis imaginẽ, & sine lachrymis trãsire nõ potui, cũ tã efficaciter ob oculos poneret historiã &c.

Quibus uerbis auditis aliqui pres dixerũt:

Si tanto doctori historia inspecta peperit utilitatẽ & lachrymas, quãto magis rudibus & idiotis utilitatẽ, & cõmoditatem afferet? Aliĳ uerò sic dixerũt. Si Gregorius uigilantissimus ad diuina oracula inspecta historia Habrae fleuit, quãto magis œconomia incarnati Dñi nr̃i Iesu Christi uerbi Dei nostri à nobis inspecta ad lachrymas, & utilitatẽ cõtẽplantes nos adhortabit? Et Cyrillus eandem picturã suo tpe extitisse ꝓbat in epistola ad Acatium Epm.

Extat adhuc sermo sancti Athanasĳ de imagine Dñi nr̃i Iesu Christi, et de miraculo in Beryto ciuitate ꝑdito cum imago cæsa est à perfidis Iudæis, & ꝑcusso latere sanctę imaginis continuo exiuit sanguis & aqua &c.

Hic sermo totus lectus est in cõcilio ad statuendam uenerationem imaginum.

Ibidẽ annotat à patribus ratio cur miracula à nr̃is imaginibus nunc nõ edant, nẽpe (ut dicit apostolus) qm̃ miracula nõ credentibus dara sunt, sed his, qui in incredulitate uersant. 1. Corin. 14.

Ibidẽ docet, & decernit à sanctis Epis, ꝙ tẽpla nõ nugatib⁹ & uanis picturis ornãda sũt, sed historĳs ueteris, & noui testamẽti parietes tẽpli replere cõuenit, ut hi, qui lr̃as nõ norũt, nec sacrã scripturã legere queũt, cõtẽplatione picturę in memoriam reducãt quinã germane uero illi Deo per fortia facta seruierũt, atq; in certamen excitentur laudatorum facinorꝝ, per quæ cum cœlo terram commutauerunt.

Ibidẽ lecta est docta disputatio Leontĳ epi Neapoleos Cypri cõtra Iudęos, ꝓ imaginibus sanctorꝝ cõseruãdis est dialogus, qdẽ satis ele-

gans lectione dignus, desũptus ex lib. 5. apologię eius; extabãt tũc et alia opa scti epi Leõtij.

Itẽ recensita sunt tria miracula ex libro miraculorum sanctorum martyrum Cosmę & Damiani pro statuẽda imaginũ ueneratione.

Item tradit, q̃ oĩs honor imagini exhibitus ad prototypum refert. Quod pbatur primo ex. 4. lib. contra Arrianos patris Athanasij.

Secũdo ex codice. 30. capitum ad Amphilochiũ de spiritu sctõ beati Basilij. ca. 7. Ex quo colligit falsum, & stultũ esse axioma, qđ falsa synodus sparserat, quicũq; imaginẽ adorat, in duo Christum diuidit; & quicũq; imaginem aspiciẽs dixerit, aut inscripserit ei, hic est Christus, Christum diuidit.

Deinde pduxerũt uicarij Adriani Papæ ueteris Romę ĩ codice paruo uerba Basilij ĩ epl'a ad Iulianũ apostatã, q̃ sic hñt. Cõfiteor ẽt filij incarnatã οἰκονομίαν. Deinde sanctã Mariã q̃ secundũ carnẽ illũ peperit (hãc Deiparã uocãs) suscipio. n. sanctos apl'os, pphetas, & martyres, q pro me apud Deũ supplicãt, quo p illoꝝ mediationẽ ppitius sit mihi Deus noster benignissimus, et remissionẽ peccatoꝝ mihi gratis largiat. Quã ob causam & historias imaginũ illoꝝ honoro, & palã adoro: hoc. n. nobis & à sanctis apl'is non est prohibitum, sed in omnibus ecclesijs nostris eorũ historias erigimus.

Postremo pductę et lectę sũt quatuor epl'æ, pría Gregorij papę Romani ad Germanũ Pr̃iarchã Cõstãtinopolitanũ. Alij tres Germani ad diuersos epos Oriẽtis p refellẽda hac ĩprobitate hęreticoꝝ, et statuẽda ueneratiõe imaginũ.

In confirmationem p̄dicti dogmatis adductus est ab Helia protopresbytero ecclesię Deiparę uirginis ĩ Blachernis sextę synodi can.82.

Recitato itaq; ab Helia p̄dicto canone Tarasius patriarcha dixit.

Quæ est hęc ignorãtia, quã pleriq; laborant circa hos canones, scandalum enim est dubitare num sint sextę synodi. Cognoscant igitur tales sextã synodũ tẽporibus Constantini fuisse congregatam, nimirum contra eos, qui tantũ modo unam actionẽ & uoluntatẽ in Christo collocant. Illi igitur hæreticos anathemate uerberantes, orthodoxamq; fidẽ cõfirmantes, sub annum decimũ quartum imperij Constantini domum redierunt, post annos tamẽ quatuor, aut quinq; ijdẽ illi patres sub Iustiniano Constantini filio congregati, p̄dictos canones ediderunt: neq; hac de re quisq; dubitet, nam qui tẽporibus Constantini subscripserunt, ijdẽ illi sub Iustiniano quoq; p̄sentem hanc chartam subsignarunt: quæ res satis clara est ex eorundem propriarum manuũ immutabili similitudine. Necessum autẽ erat post synodũ uniuersalem definitam, canones quoq; ecclesiasticos ederent. Igitur ad recordationẽ salutaris illius mortis in carne politię ex uenerandis imaginibus nos manuduci declararunt. Quòd si autẽ in dispensationem Christi uerbi Dei hoc modo manuducimur, quales eos esse arbitrandũ est, qui has subuertere conantur?

Sexta synodus.

Ex hac sententia apparet nouem canones, q̄ in exẽplaribus latinis sextæ synodi feribunt, falso ei synodo ascribi.

Petrus primas p̄sbyterorũ in sancta Romana ecclesia subscripsi: & cæteri Episcopi recipientes, & approbantes omnia prędicta sub-

ſcripſerunt,& abſoluta eſt actio quarta.

Actio quinta.

Imperantibus Conſtantino,& Irene matre eius, conueniente ſancta & uniuerſali ſynodo &c.

Productus & lectus eſt liber quidam beati Ioannis Epiſcopi Theſſalonicen͂. in quo diſputat cum gentili quodam de uſu imaginum, interroganti gentili, reſpõdente uero Ioãne, obiecit autem gentilis in hunc modum.

Sancto Deum uerbũ hominẽ factum icone exprimatis, quid ad angelos hoc facit, quos ut homines pingitis,& adoratis? Hi tamen homines non ſunt, ſed intellectuales,& incorporei,& ſimpliciter exiſtentes dicuntur. Sanè ea ratione & à nobis Deos uenerabiles exiſtima; non enim ſic quicq̄ abſurdi agimus, quemadmodũ nec uos cũ angelos adoratis.

Disputat̃ an Angeli ſint corporei.

Sanctus dixit, de Angelis & Archãgelis, & eorum poteſtatibus, quib⁹ & noſtras animas adiũgo, ipſa catholica eccleſia ſic ſentit, eſſe q̄dem intelligibiles, ſed nõ omnino corporis expertes & inuiſibiles, ut uos gentiles diciris, uerum tenui corpore p̄ditos & aereo, ſiue igneo, ut ſcriptũ eſt: qui facit angelos ſuos ſpiritus,& miniſtros eius ignem urentẽ. Sic autẽ multos ſanctoꝝ patrũ ſenſiſſe cognouimus; quoꝝ eſt Baſilius cognomento Magnus,& beatus Athanaſius,& Methodius,& q ſtant ab illis. Solũmodo autem Deus incorporeus,& informabilis: intelligibiles autem creaturę nequaq̄ ex toto ſunt incorporeæ,& imitabiles pictura exiſtunt, quare etiam in loco exiſtunt,& circũ

ferentiam habēt. Quanq; autē nō sunt, ut nos, corporei, utpote ex quatuor elemētis & crassa illa materia, nemo tamen uel angelos, uel dæmones, uel animas dixerit incorporeas, multoties.n.in proprio corpore uisi sunt, sed ab illis quib⁹ Dn̄s oculos aperuit. Nos igitur eos nō ut Deum, sed ut creaturas intelligibiles & ministros Dei, nō tamen ut uere incorporeos pingimus, & colimus. Quòd autem forma hominis pingātur, ĩ causa est, ꝙ in ea uisi sunt, siqn̄ ministerium Dei apud homines obierunt.

Autor. *Synodus non improbat, sed magis uisa est approbare hanc sententiam, dicente Tarasio Patriarcha. Ostendit autem pater quòd & angelos pingere oporteat, quando circūscribi possunt, & ut homines apparuerunt. Sacra synodus respondit. Etiam Domine. August. ad Nobridium epistola. 115. dicit Angelos aere aut ætherea animātia, & in lib. de ecclesi. dog. c. 11. dicit, Nihil incorporeum & inuisibili natura credendum, nisi Deum solū. Et. c. 12. creaturam omnem corpoream esse Angelos & omnes uirtutes cœlestes corporeas, licet nō carne subsistant. (addentes) Ex eo autem corporeas esse credimus, quòd localiter circunscribantur. sicut anima que carne clauditur. Et in. q. 67. dixerat infimos Angelos animaliter uiuere: quòd tamen in primo retractā. temperauit. Et nuper Cardi. Caie. in Cōmenta. ad Ephe. 2. dixit Dæmones esse aereos spiritus. Hæc dixerunt patres isti secuti Platonem. Econtra multi alij patres ecclesiæ sentiunt Angelos omnino incorporeos: quos, ut uidetur, secuti sunt patres concilij Lateranen. primi, dicentes. Deus ab initio utranq; de nihilo condidit creaturam corporalem & spiritualem. Angelicam. s. & mundanam. Hæc illi. Quibus uerbis spirituale opposuerint corporali. Sed hæc controuersia nondum ecclesiæ censura terminata est.*

Deinde productus est ab Epiphanio diaco-

no locū tenente Thomę episcopi Sardiniæ, codex quidam ex itinerarijs falsò inscriptis sanctorꝝ Apostolorꝝ, in quo multa indigna & ridicula de Christo Dño legebantur, ut illū nec bibisse, nec edisse, nec pedibus terrā calcasse, & his similia. Quo lecto sancta synodus dixit: Omnis hæresis ab hoc libro dependet.

Rursus sancta synodus dixit: Anathema sit illi libro à principio usq; ad calcem.

Deinde Cosmas cubiculari⁹ protulit ex patriarchio codicem ueteris testamenti cū scholijs suo loco appositis, in quo continebātur sequentia. Nō erunt tibi Dij alieni pręter me. Nō facies tibi idolum, nec alicuius similitudinem. Quęcunq; existunt in cœlo supra, aut q̄cunq; in terra infra, & q̄cūq; in aquis deorsum subter terram, non adorabis ea, nec seruies illis. Scholion. Et si facimus hominū piorum similitudines, nō tamen ea fiunt, ut adorētur ut Dij, sed ut eas uidentes ad imitationē facinorꝝ illorum irritemur. Si uero similitudines Christi facimus, sanè nō propter similitudinē adoram⁹, sed quo mens per ea quæ cōspexit, sursum uolet. Non. n. imaginē corruptibilē hominis corruptibilis adoramus, sed quia Deus homo in cōmutate dignatus est fieri, facimus illius imaginem uelut hominis, q̄uis sciamus eum natura Deum existentem. Non idē igitur Deum & imaginem dicimus, sed Deum cognoscentes similitudinē in imagine dispensationis illi⁹ humanæ figuramus. Gentiles autē errantes, similitudines Deos esse arbitrantur.

Exo. 20.

Leuit. 26.

Qualiter imagines adorant fideles.

Post hęc lectę sunt historię quędam sancto-

rum, cum miraculis quæ fiebant pro ueneratione imaginum.

Postremo lectis omnibus prędictis & alijs fragmentis scriptorum ecclesiasticorum, tota synodus proclamauit. Diuiniloquorum patrum doctrinę nos correxerũt: ex illis haurientes, fidem & ueritatem potati sumus, illos insequentes, mendacium persecuti sumus. Nos uenerandas imagines suscipimus. Nos ita nõ affectos anathemate deuouemus &c.

Actio sexta.

Hęc actio continet refutationem hęreticorum, qui in Constantinopolitano conciliabulo sub Leone hæretico Imperatore pręsidente Photio imagines dãnauerant; quorum dicta referunt per Gregorium Episcopũ, qui tunc fuerat conuersus ad meliorem mentẽ, & redarguuntur per Epiphanium. Distributa est hæc actio per sex tomos.

Tomus primus.

Quod non fuerit uera synodus sub Leone celebrata, quoniam non habuit cooperarium ut hęc, quę nunc celebratur, Romanum papã, nec illius sacerdotes, nec per uicarios, nec per prouinciales literas, quemadmodũ fieri in synodis debet. Quin etiam nec cõcordantes sibi habuit Orientis Patriarchas, Alexandrinum, Antiochenum, & urbis sanctæ summos pontifices.

Nõ est uera synodus, quę autoritate Papæ Romani caret.

Secundo ostendit quòd imagines ab Apostolorum temporibus in ecclesia fuerint. Quod potissimum probat ex Canone. 82. sextæ synodi, de qua dicit in hunc modum.

De canonibus sextæ synodi.

Sacra sexta & uniuersalis synodus posteaq̃ sententiam suam de una uolũtate Christi sub Cõstantino, qui per ea tempora imperium administrabat, cuiusq; nutu & uoluntate cõuentus is erat indictus, pronunciasset, contigit Imperatorem de uita decedere. Iustiniano autem eius filio Imperium adsumente, iterum unanimiter omnes diuina uoluntate post quatuor, aut quinq; annos cõgregati, de rebus ecclesiasticis, statusq́; earum correctione circiter duos & centũ canones edidere: in quorũ octuagesimo secundo de imaginibus sic tradiderunt.

In quibusdã uenerandarũ imaginũ picturis agnus digito præcursoris indicatus &c.

Videmus igitur omnes & intelligimus, q̃ & ante sacras sex synodos, & post has etiam sanctorum picturæ in ecclesia traditæ fuerint, nõ aliter ac sacra euangelij lectio. Nam quę leguntur ubi ad aures uenerint, ad animũ deinde legamus, & transmittimus: & quæ oculis uidemus in picturis, ea quoq; mente cõplectimur: atq; ita per duo ista inuicem consequentia, lectionẽ, & picturam, unam cognitionem acquirimus, qua ad recordationem rerum gestarum peruenitur. Vnde ex duobus istis sensibus in Canticis canticorũ inuenire licet efficacem coniunctionem. Sic.n. ibi dicitur. Ostende mihi faciem tuam, & audire fac mihi uocem tuam &c. Quibus & adiungimus illud: Sicut audiuimus, ita & uidimus.

Canti. 2.

Psal. 47.

Tomus secundus.

De sex synodis contra hæreticos celebratis, quas recensent hæretici Iconoclastæ. Deinde

Epiphanius oſtendit picturam neceſſariam & utilem, quæ uulgus erudiat. Nihil habet ſingulari annotatione dignum.

Idem proſequitur in tertio Tomo, tantũ eludit uerba hæreticorum.

Tomus quartus.

Conuenientes in ſceleſta ſynodo dixerunt.

Imaginum falſi nominis praua appellatio, nec Chriſti, nec Apoſtolorum, nec Patrum traditione cœpit &c.

Epiphanius reſpondet.

Quòd autẽ cum multis alijs, quæ in eccleſia obſeruantur ſine ſcriptura nobis imaginũ ueneratio tradita ſit, ab Apoſtolorũ temporibus latè per hiſtorias traditum eſt; de imagine maxime Hemorrhoiſſæ, quã multis ſcriptoribus confirmare poſſumus. Baſilius magnus in diuerſis opuſculis ſuis mentionẽ imaginũ facit. Gregorius etiam illius & carne, & ſpiritu frater Niſſenſium p̃ſul in ſermone in Abrahã idẽ ſentit. Itẽ alter Gregorius, qui à theologia nomen ſortitus eſt in uerſibus à ſe conditis, qui de uirtute inſcribũtur, aſſentit. Chryſoſ. etiam in oratione funebri in Meletium Epiſcopũ Antiochiæ; & in ſermone, qui inſcribitur, quòd ueteris & noui teſtamenti unus ſit legis lator, Cyrillus in epiſtola ad Acatium Epiſcopum Scythopoleos, Athanaſius Epiſcopus Theupoleos, Sophronius, Maximus. Sed quid hos nominatim citamus? Omnes.n. ſancti patres noſtri imagines receperunt. Quam ob cauſam mendaces deprehenduntur in hoc ꝙ dicunt, non eſſe patrum traditionem.

Pro ueneratione imaginũ recenſentur patres eccleſiæ.

Et post pauca idem Epiphanius subdidit.

Qui imaginē Imperatoris uidet, in ea ipsum Imperatorem contemplatur. Et qui imaginem eiusdem adorat, ipsum Imperatorē & adorat: huius enim forma & figura illius est imago. Et quemadmodum despiciens imaginem Imperatoris, non aliter castigatur, q̄ si ipsum Imperatorem contumelia affecisset (cum tamen illa ipsa imago præter lignum & colores nihil sit) eodem modo qui typum siue figuram alicuius ignominia afficit, in illum ipsum, quem typus repręsentat, iniurius est. Quodquidem ipsa rerum natura repręsentat. Hoc etiam uniuersi mortales agnoscunt, patresq́ꝫ sanctos ita tradidisse norunt: & eos qui aliter docent, ecclesiæ catholicæ, imo naturę rerum contradicunt.

Qui imagines reijciunt, etiā contra naturā agunt.

Heretici dixerunt.

Tam ex scriptura diuinitus afflata, q̄ ex patrum electorum testimonijs asserentibus piam nostram intentionem, exhibebimus nostram definitionem. Principio uerbum diuinę uocis, sic dicentis præmittimus. Deus est spiritus: Quicunqꝫ Deum adorauerit, in spiritu, & ueritate adoret. Et iterum: Deum nemo uidit unquam &c. nec formam eius uidistis. Beati sunt, qui non uiderunt, & crediderunt.

Ioan.4.

Ioan.1.

Ioan.20.

Epiphanius pro synodo.

Quoties recta dogmata homines iuxta suā opinionem subuertere conantur, non miretur aliquis si scripturæ uerba usurpent. Nam & omnes hæresiarchæ suorum errorum occasiones è diuina scriptura collegerunt: & quæ recte ab spiritu sancto dicta erant, peruersa ani-

mi sententia conuellunt. Atq; hoc Corypheus 2.Pet.3.
apostolorum Petrus olim prædixerat dicens: Quæ imperiti & minime constantes, secundum ꝑprias cupiditates peruertũt &c. Quãobrem nõ est mirãdum, si nouæ istius prauitatis hæretici nobis è diuina scriptura sumptiones quasdã adferunt. Et ideo quæ de inuisibili et incõprehẽsibili Deitate dicta sunt, in dispensationem Dñi nostri Iesu Christi secundũ carnem cõmutarunt, ut illud: Deum nemo uidit unq̃, qđ de diuina natura scriptum esse, nemo ignorat. Et illud: Nec uocem eius audistis, nec formã eius uidistis. Quòd si hæc secundũ hu- Deut.4.
manitatem q̃spiam intellexerit, totum euangelium subuertet. Item, cognouimus Deum esse spiritum, & qui adorãt eum, in spiritu & ueritate id facere debere, & quæ secũdum fidẽ est, adorationem & cultum illi soli (utpote oĩum Deo in Trinitate laudato, offerendũ. Nõ enim Christiani adorationem in spiritu & ueritate imaginibus exhibuerunt, nec etiã diuinæ crucis effigiei, nec etiã unq̃ inuisibilis & incomprehensibilis naturæ imaginẽ apparararunt. Nã cum diuinã crucis effigiem, & uenerãdas imagines amore & desiderio amplectimur, ad ipsum prototypum respicimus. Sed quẽadmodum uerbum caro factum est, ita quoq; humanam eius œconomiã describimus, & depingimus. Quã ob causam nugamenta illoꝝ uana, & nupera, item putrida et à ueritate exorbitãtia deprehenduntur.

Heretici dixerunt.

Ait Dñs ad Mosem & populum. Non fa- Leui.26.

cies tibi idolum, neq; oẽm similitudinẽ, quæcũq; sunt in cœlo supra, & in terra infra. Quã ob causam in monte in medio ignis, uocẽ uerborum uos audistis, similitudinem autem nõ uidistis, sed tantummodo uocem.

Epiphanius pro synodo.

Quę in ueteri lege cõtra eos, qui inter filios Israel uitulum adorabãt, & Ægypti abominationibus insistebant, dicuntur, in Christianos quoq; iactare nõ desinunt. Capiunt aũt labiis pprii oris. Vtinam aũt cogitassent, qa Dñs eã gentem ducturus erat in terrã pmissionis, in qua habitabant gentes, quæ adorabãt, & colebant idola, dæmonas, solem, lunam, et astra, reliquasq; creaturas, etiã uolucres, quadrupedes, et serpentes; Deum aũt uerum ignorabãt. Quare tam diligenter eis præcepit, ne facerent ullam similitudinem eorũ, quæ in cœlo, aut in terra sũt. Postq; aũt eos ab idolatria abduxisset, iussissetq; tabernaculum testimonii fabricari, Moses sensibilia Cherubin habentia hominum formã obumbrãtia ppitiatorium, quod Christum præfigurauit. (nam ipse propitiatio fuit pro peccatis nostris) formauit,

Heretici dixerunt.

Roma.1. Et mutauerũt gloriã imortalis Dei, per imaginem, nõ solum ad mortalis hoĩs similitudinem effectam, & uenerati sunt, & coluerũt ea, quę cõdita sunt, supra eum qui cõdidit. Et rursum: Si enim cognouimus Christum secundũ
2.Corin.5. carnẽ, iam nõ cognoscimus; per fidẽ enim ambulamus, nõ p spẽm. Et hoc qđ ab Apostolo
Roma.10. aperte dictum est: Igitur fides ex auditu, audi-

tus autem per uerbum Dei.

Epiphanius pro synodo.

Clarę enim oībus est, Apostolum gentes reprehendisse in eo qđ ait: cōmutauerunt gloriā incorruptibilis Dei, in similitudinē imaginis corruptibilis hoīs. Infert etiā, uolucrum, quadrupedum, & serpētium. Dolose tñ isti totam phrasim cōtaminauerūt, ut per eam īmutatā, simpliciores inescarent; quasi Apl's de imaginum in ecclesia pictura uerba faceret. Nā quæ ab Apostolo inferunt, apertam hñt manifestationem: uolatilium. n. quadrupedum, & serpētium mentionē facit. Item, ea & uenerati sunt, & coluerunt (creaturas scilicet) supra creatorē. Norunt. n. qui in historicis triti sunt, Ægyptios olim & boues, et reliqua aīalia coluisse, ut diuersa uolatilia, mures, uespas; item uilia alia & abiecta aīalium. Persæ uerò, ignem & solem adorabant. Græci præter ista, quamuis creaturā colebant. Quinetiam Hebræi qdam (ut testatur liber Regum) & pphetiçę enarrationes. Decepti deniq; sunt oēs & gentes uanitatem induerunt; quare obscuratum est stultū cor eorę, & ante Christi aduentū, & post Christum; maxime tamen omnium anteq̄ in Christum credidissent: clarum. n. est hoc. Roma. 1.

Ad illud uerò. (Si enim cognouimus Christum secūdum carnem &c.) adducemus insignes huius loci interpretes. Ioānes Chrysostomus interpretando sic ait: Neminèm fidelium iuxta carnē nouimus. Quid. n. si in carne fuerint, cum uita illa carnalis perierit: de supnis enim nati sumus in spiritu. Nouimus aliā ui-

iam, & statum, qui in cœlis est. Et mox eiusdem ducem Christũ existentem ostendit, qua propter etiã ĩduxit. (Si uerò iuxta carnẽ Christum nouimus) sed amplius iam nõ cognoscimus; qa si passibilem cognouimus Christum, at iam nõ amplius: non ꝙ reliquerit carnẽ, nã cum hac ueniet iudicaturus terrarꝫ orbẽ &c.

Cyrillus Alexãdrinus idẽ illud dictum explicans, ita cõmentaẽ. Qđ Paulus inquit, tale est. Verbum caro factum est, & pro oĩbus occubuit, atq; ita illum cognouimus secundum carnem, sed amodo non cognoscimus. Nam etsi nũc sit in carne (resurrexit enim tertia die, ascendit in cœlos.) Verꝫ hæc supra carnem cõsiderantur. Non.n. amplius moriẽ, nec ullam aliam carnis infirmitatem sustinet, omnibus enim his superior est.

Animaduertitis igiẽ qui aduersari sempꝫ didicistis, ꝙ non modo apl'icas sñias puertitis, sed & sanctis patribus cõtraria statuistis?

Ad alium etiã locum eiusdẽ apostoli (per fidem ambulamus & non per speciẽ, idẽ Chrysostomus enarrans ait: Porrò neqs audiẽs, (peregrinamur à Dño,) dicat (cur hęc dicis?) Alieni enim ab illo sumus, dum hic agimus, prius hæc corrigit dicẽs: Per fidem.n. ambulamus, non per speciem: & hic qdem ista scimus, uerꝫ haud ita aperte. Quod & alibi dicit (in speculo & ęnigmate, tunc autem facie ad faciem.)

1. Corin. 13.

Atq; hęc à diuinis istis patribus dicta sunt.

Tomus quintus.

Gregorius pro hæreticis.

Eadẽ etiã & apostolorꝫ discipuli, & succes-

ſores diuini patres noſtri tradiderunt. Epiphanius enim Cyprus inter anteſignanos pręclarus ſic inquit: Eſtote memores dilecti filij, ne in eccleſiã imagines īferatis, nec in ſanctorꝫ cemiterijs eas ſtatuatis, ſed perpetuo circũferte Deum in cordibus ueſtris. Quinetiam nec in domo cõmuni tolerent̃. Nõ enim fas eſt Chriſtianum per oculos ſuſpenſum teneri, ſed per occupationem mentis.

Epiphanius pro ſynodo.

Decet oẽm Chriſtianum cũ libros aliquos adulterinos audit, aut legit, reſpuere, nec oĩno aĩum adhibere. Nam & inter epiſtolas diuini Apl̃i q̃dam fert̃ ad Laodicenſes, quã p̃res noſtri, tanq̃ꝫ alienã reprobauerunt. Ad hæc Manichæi euangelium ſecũdum Thomã inuexerũt, qđ eccleſia catholica merito (ut impium) aduerſatur; quẽadmodum etiam id, quod nũc ẽ beato p̃re noſtro Epiphanio dictũ eſt, cum illius nequaq̃ꝫ exiſtat. Diuinus enim hic pater octoginta capitũ librum edidit, in quo oẽs hęreſes Gẽtiles, & Iudaicas; item quotquot poſt Chriſtianiſmũ ſuſceptum inuectę ſunt, dãnauit, in quo ꝓculdubio & eã poſuiſſet, quæ de imaginibus ab iſtis fert̃, ſi alienã à Chriſti religione hãc exiſtimaſſet. Ita & libros illos contra imagines nemo Chriſtianorꝫ (præter iſtos nouitatis magiſtros) recepit. Qđ ſi tãto tp̃e in eccleſia nõ ſunt recepti, quã ob rem nunc à nobis recipi debent? Attẽdamus aũt qui floruerint per tp̃a ſupradicti patris noſtri Epiphanij in eccleſia, quos tanq̃ꝫ glorioſos doctores & tuta monimẽta eccleſię dicere poſſumus. Pro-

fecto Basilius magnus, Gregorius cognomen to theologus, Gregorius Nissensiū Eps, quem oēs patrum patrē uocant, Chrysostomus. Prę ter hos etiā Ambrosius, Amphilochius, Cyril lus Hierosolymorꝛ eps. Quòd si is, qui hāc ex positionem doctorꝛ cōtra uenerandas imagines edidit, ait se à sanctis pr̄ibus, qui p ea tpa floruerunt, nō fuisse receptum, qūo ea, quę sancti patres nō pbauerunt, nos qui circa fines seculorꝛ occurrimus, & indigni sumus ut discipuli eorꝛ uocemur, recipiemus? Præsertim cū falsò cōtra ecclesiā edita sint. Apage cum ista impia et ītolerabili editione. Neqꝫ hic linguas suas acuant, & exerceāt uaniloqui isti accusatores recte sentientium, quasi illi, qui antiquā ecclesiæ traditionem recipiunt, beato Epiphanio aduersent̄, Nequaq̄. Cōmentarium enim illud reijcimus, beatum aūt patrem catholicæ ecclesiæ doctorem cognoscimus. Nam et diuini patres, qui in quarta uniuersali synodo fuerunt cōgregati, epl'am quæ noīe Ibæ episcopi Edessæ ad Marin Persam circūferebatur, anathemate dānauerunt, quasi Nestorio cōsentientem. Eodem etiā modo qui in sacra qnta synodo cōuenerunt: ipsum aūt Ibam nequaq̄ (non enim demōstrari poterat q̄ esset Ibæ) Quā ob rem in anathematismis nō ipsum Ibam deuouerunt, sed Ibę epl'am. Dicebat̄. n. Ibæ, cum tm̄ illius nequaq̄ esset. Iudicate ergo oēs qui auditis, et uerꝛ à falsò discernite, qa editiones istę nō sunt beati istius pr̄is, sed potius Manichęacę, quas ueluti amara bile plenas fugiam?: Manichęi. n. & qcūqꝫ cōfusionis fuerunt autores,

contemplationē iſtam nunq̄ ferre potuerunt.

Gregorius pro hæreticis.

Simil'r & Gregorius theologus in uerſibus ſuis dicit: Flagitiū eſt, fidē habere ī colorib9, & nō in corde. Ea.n.q̄ in coloribus exiſtit, facil'r eluit, q̄ uerò in pfundo mētis, illa mihi amica.

Epiphanius pro ſynodo.

Peruerſe rurſus cogitantes & aliud dictum Gregorij theologi ſubijciunt, qđ à dicto patre ſic editum eſt: Flagitium fidē habere in coloribus, nno in animis, quæ facile elui poteſt, ſed pfunditas mihi chara. Ab his aūt ſic falsò ſcribit. Flagitium eſt, fidē habere in coloribus, & nō in corde: ea.n.quæ in coloribus exiſtit, faciliter eluitur; quæ uerò in pfundo mentis, illa mihi amica. Beatus.n. Gregorius theologus in metricis ſuis opuſculis dictum illud qđ hi citant, ad moralem quendam ſenſum attulit. Corrigit.n.uitā nr̄am, ut abſtineamus à tpalibus & mundanis rebus, uoluptatibus.ſ.carnalibus; & ſpiritualem rurſus uitā (quę ad cœleſtia perducat) eligamus. Nec credamus mūdo huic, nec tpaneis, & nō manentibus adhæreamus (hæc.n.colores uocauit.) ſed potius ſpūalibus et ueris inſiſtamus, q̄ in corde ſtabilimentum habent, & in ęternum manent.

Gregorius pro hæreticis.

Chryſoſtomus ſic docet. Nos per ſcripta, ſanctoꝶ fruimur præſentia, non ſanè corpoꝶ ipſoꝶ, ſed animarum imagines habētes. Nam quæ ab ipſis dicta ſunt, animarum illoꝶ imagines ſūt. Maxima uerò recti inueſtigatio (inquit Magnus Baſilius) meditatio ſcripturarū

diuino afflatu nobis datarum. In his enim & rerum argumenta inueniuntur, et uitę beatorum uirorum prescriptę, ueluti imagines quędam aiatæ.

Epiphanius pro synodo.

Qui quicquam recte sapit, nequaquam hæc ad subuersionē sacrarū imaginum ptinere intellexerit. Omnibus.n. manifestū est, cū audimus uirilia & fortia sanctorum facta, cōstantiā firmitudinēque aīorum illorum nos beatificare, & laudare. Quinetiam cū in diuinis scripturis sanctorū uitas legimus, cūque in picturis easdem cōtemplamur, in memoriā reuocamus quantopere in Deum feruore fuerint accensi. Nā quę oratio per auditū exhibet: hęc scriptura tacēs per imitationē ostēdit, ut Magnus inqt Basilius.

Gregorius pro hæreticis.

Et Alexandriæ lumen Athanasius dixit: Quomodo non miseratione persequēdi sunt, qui creaturas adorant, quod illi qui uident, nō uidentibus cultum exhibent; & audientes non audientes orant, precanturque. Creatura enim à creatura nunquam seruabitur.

Epiphanius pro synodo.

Papę quāta insania. Nunc.n. nouam quandam blasphemię uiam excogitātes, planè à ueritate deuiāt. Nā ea quę diuinus uir cōtra idola locutus est, hęc isti homines etiā post cognitionem ueritatis & confessionis syncerę, & diuinæ regenerationis tribuunt, & pręter unum uniuersorum dominum, creaturis seruire Christianos & idolatriam commisisse asserunt.

Gregorius pro hæreticis.

Similiter Amphilochius Iconij eps ita inqt:

Non enim nobis sanctorum corporales uultus in tabulis coloribus effigiare curæ est, qm̃ his opus non habemus, sed politiæ illorum uirtutum memores esse debemus.

Epiphanius pro synodo.

Hæreticis proprium est mutilatas exquirere sentẽtias. Nã siquis studiose exquirat, haud facile hanc beati patris sententiã inuenerit contra uenerandarũ imaginũ repręsentationẽ: sed affectionis animę sanctorum uitilitatẽ & cõstantiam celebrans, & p̃dicans uirtutum efficaciã, hæc dicit beatus pater: maxime quo nos ad imitationẽ perducat. Non enim sanctos ꝓpter carnalem amorem laudamus, nec pingimus, sed quo uirtutum illorum simus memores. Et in libris quoq; uitas illorum describimus, in tabulisq; illos depingimus: non q̃ hoc à nobis postulent ipsi, uerum id nostra causa, & propter utilitatem nostram sancimus. Non enim solũ passiones martyrũ nos instituunt, sed & contextus, & scriptum de illorum passionib⁹, picturaq; idem indicans. Vnde (ut ueritatis uerbũ nos docet) hæc oportet facere, & illa nõ omittere. Hoc idẽ latè disputat magnus Basilius in suis moralibus sermonib⁹. Asterius etiã Amasię Episcopus similiter docet ueterẽ esse de imaginibus traditionem, ut patet pręter alia ex sermone, quem in Lazarum, & diuitem epulonem conscripsit. Math. 23.

Gregorius pro hæreticis.

Consentanea his etiam Theodotus Ancyrę Episcopus sic docet: Sãctorum formas & species ex materialibus coloribus formari mini-

me decorum putamus : horum autẽ uirtutes, quæ perſcripta traditę ſunt, ueluti uiuas quaſdam imagines reficere ſubinde oportet. Ex his enim ad ſimilium imitationem & zelũ peruenire poſſumus. Dicant enim nobis q illas erigunt ſtatuas, quęnã utilitas ex illis ad ſe redit? an quę qualiſcunq; recordatio eos habet ex tali ſpecie cõtemplatione? Sed manifeſtũ eſt, quę uana ſit eiuſcemodi cogitatio, & diabolicæ deceptionis inuentum.

Epiphanius pro ſynodo.

Multi noſtrum diligenter quærentes & indagãtes in ſermonibus huius Theodoti pſentẽ ſniam, nuſq; ſanè inuenimus. Ex quo cõuincitur ementita eſſe teſtimonia ab iſtis citata: ideoq; nec locũ ſermonis, nec librũ unde hæc ſententia deſcripta eſſet, deſignarunt.

Deinde adducunt & quædã alia teſtimonia ſimilia ex Euſebio Pãphili hæretico, q̃ Epiphanius contẽnens, refellit; qm̃ autor in reprobũ ſenſum traditus, Arrij placitis conſenſit, ut ex cunctis hiſtoricis ſuis libellis conſtat; in qbus filium & uerbũ Dei creaturã uocat, & ſecũdo adorandum loco. Huic opponit Epiphanius Athanaſiũ in dogmatica ad Euſichyum pſbyterum epiſtola cuius initium: in quibus exiſtimaſti nos &c. & Cyrillum in epiſtola ad Succenſum &c. contrarium docentes.

Tomus ſextus.

Continet tantum anathematiſmos. 19. cõciliabuli ſub Leone habiti: in quorũ ſeptẽ prioribus recte ſentiunt, & patrum traditionibus conuenientia dicunt, quippe qui miſteriũ ſan-

ctę Trinitatis, & incarnationis Dñicæ iuxta orthodoxas fidei regulas explicāt. In reliquis uero anathematismis abrogandum imaginū usum, & damnandum in ecclesia catholica definiunt.

Actio septima.

Conueniente sancta & uniuersali synodo, iuxta diuinum & pium Imperatorꝝ à Deo electorum decretum, congregata in Nicęa &c.

Definitio sanctæ magnæ & uniuersalis in Nicæa synodi secundæ.

In hac definitione primo approbant sex uniuersales synodos. Deinde pronuntiant profitenturq́ symbolū fidei. Tertio dānant omnes hæreticos, quos & sex uniuersales synodi dānauerant. Vltimo subijciunt sic.

Fatemur autem unanimiter nos ecclesiasticas traditiones, siue scripto, siue consuetudine ualentes & decretas retinere uelle: quarum de numero est imaginum effiguratio, ut quę historię euangelicę promissionis concinat ad credulitatem uerę & nō phantasticæ incarnationis Dei, & ad utilitatem similitudinis, quā nobis exhibet utiliter inuentam. His se sic habentib⁹ regiam uiam incedentes, & sanctorꝝ nostrorꝝ & diuinorꝝ patrum doctrinæ insistentes, & catholicę ecclesiæ in qua sanctus spiritus inhabitat, traditionē obseruantes, definimus cū omni diligentia & cura, uenerandas & sanctas imagines ad modum & formā uenerandæ & uiuificantis crucis è coloribus & tessellis, aut alia quauis materia cōmode paratas dedicādas; & in tēplis sanctis Dei collocandas habendasq́,

tum in sacris uasis & uestibus, tum in parieti bus, & tabulis, in ædibus priuatis, in uijs publicis: maxime autē imaginē Dñi & Dei seruatoris nostri Iesu Christi, deinde intemeratę Dominę nostrę Deiparę, uenerandorum angelorum, & omnium deinde sanctorum uirorum. Quo scilicet per hanc imaginū pictarū inspectionē omnes qui contēplantur, ad prototyporum memoriam & recordationē & desiderium ueniant; illisq; salutationem & honorariam adorationem exhibeant. Nō tamen secundū fidem nostrā ueram latriam, quę solum diuinæ naturæ cōpetit, sed quemadmodū typo uenerandæ & uiuificātis crucis, & sanctis euangelijs & reliquis sacris oblationibus suffitorum & luminarium reuerenter accedimus, quemadmodū ueteribus piè in consuetudinē hoc adductum est. Imaginis.n. honor in prototypū resultat, & q adorat imaginē, in ea adorat quoq; descriptū argumentū. Sic enim sanctorum nostrorum patrū obtinet disciplina, uel traditio catholicæ ecclesiæ, quę à finibus usq; ad fines euangelium suscepit. Igitur qui ausi fuerint aliud sentire, aut docere, aut more impiorum hęreticorum ecclesiasticas traditiones cōtaminare, aut nouā uaniloquentiam inducere, aut quicq; de consecratis in ecclesia abijcere, euangelij inquā, depictū codicē, aut figurā crucis, aut imaginis alicuius picturam, aut reliquias martyrū, quas sciuerit esse germanas & ueras, aut cōtra ista uafre & improbe aliquid cogitare, quod sit cōtra cōstitutionem ecclesiasticā, aut uti tanq; cōmunibus sacratis Deo, repositis pretiosis, aut monasterijs reuerendis, si

Reliquiæ sanctorum uenerandæ.

fuerint Episcopi,aut clerici,deponuntor;si mo nachi,aut laici,cõmunione priuantor.

Sancta synodus exclamauit. Omnes sic credimus,omnes idem sapimus,omnes approbãtes subscripsimus. Hæc est fides Apostolorũ. Hæc est fides patrũ,hęc est fides orthodoxorũ, hæc fides orbẽ terrarũ cõfirmauit. Credentes in unum Deum in Trinitate laudatũ,ueneran das imagines amplexamur. Qui secus agunt, anathemate percelluntor;qui sic non sentiunt, ab ecclesia depelluntor.

Quicũq; sententias sacrę scripturę de idolis cõtra uenerãdas imagines adducunt,anathe.

Qui uenerandas imagines idola appellant, anathema.

Qui dicunt,ꝙ Christiani imagines ut Deos adorent,anathema.

Qui scientes cõmunicant cũ illis,qui cõtra uenerandas imagines sentiunt,aut eas dehone stant,anathema.

Qui præter Christũ Dñm Deum nostrum dixerit alium nos à cultu idolorum liberasse, anathema.

Qui audent ecclesiam catholicã dicere idola aliquando suscepisse,anathema.

Siquis ex Iconoclastarũ hęresi aliquem existentem defenderit,anathema.

Siquis Deum secundũ humanitatem nõ circũscriptibilem confessus fuerit,anathema.

Siquis euangelicas narrationes per picturã repręsentatas nõ acceptauerit,anathema.

Siquis has non salutauerit in nomine Dñi, & sanctorum eius,anathema.

Siquis traditiones ecclesiæ siue scripto, siue consuetudine ualētes nō curauerit, anathema.

Ex hac septima synodo desumit argumenta Nicolaus primus in epistola ad Michaelem Imperatorem.

SEPTIMA SYNODVS, QVAE SEmel excusa est Coloniæ, non habet suos Canones Latinè excusos; nos autem ex Nomocano no Græco, ex quo & canones sextę synodi assumpsimus, eos partim integros, partim ī epitomen redactos, ne cresceret uolumē summę, hic adiecimus: interprete eodem Gentiano herbeto, Gallo.

In primo canone huius sanctæ synodi, hæc dicūt patres. A sanctis Apostolis prius editos canones, & à sanctis uniuersalibus, & localibus synodis amplectentes, eos anathematizamus, qui ab ipsis anathematizati fuere: deponimus, q depositi fuere; nihilq́; his adiicimus, nō inexplebiles ut auari existētes: sed his, quæ ab illis constituta sunt, contenti sumus. Atque hic est quidem scopus huius canonis.

Hic Ca. Apostolorum tantum & synodalium canonū meminit, secundus tamen Ca. synodi in Trullo aliorum quoq; sanctorū decreta, ut sacros canones, obseruari iubet.

Canon. 2. Non ordinandus quispiam nisi saltem bene norit Psalterium.

D. 38. c. omnes psallentes. Decernimus, quemlibet quidē, qui ad Epālem gradū est prouehendus, Psalterium omnino nosse, ut ex eo omnē quoq; suū clericū ita initiari moneat. A Metropolitano autem bene examinari, an ad sacros canones diligenter ac cū perscrutatione, nō autē cursim obiterq́; le-

gendos, prompto paratoq; sit animo, & sacrũ etiam euangeliũ, & librũ diuini apostoli, omnemq; diuinã scripturã & in diuinis preceptis uersari, & populũ docere. Nostræ enim hierarchię substantia, sunt eloquia diuinitus tradita diuinarũ. s. scripturarum uera scientia: sicut & Magnus Dionysius ostẽdit. Siquis autem dubius fuerit animi, & nõ lubenter hęc facere, & docere uoluerit, nõ ordinetur. Prophetice. n. dicit Deus. Tu repulisti scientiam, & ego te repellam, ne sis mihi sacerdos. Osee. 4.

Canon. 3. Electiones Episcoporum quę ui principum procedunt, infirmari debent.

Omnẽ electionẽ, quę fit à magistratib⁹ Epi, uel p̃sbyteri, uel diaconi irritã manere ex canone dicente. Siquis Ep̃s magistratib⁹ secularib⁹ usus, per eos ecclesiam obtinuerit, deponatur, & segregetᷣ, & omnes qui cũ eo cõmunicant. Oportet. n. eum, qui est promouendus ad Ep̃atum, ab Ep̃is eligi, quemadmodũ à sanctis patribus Nicææ decretum est, ca. 4. 31. ca. Aposto. 16. q. 7. Siquis Ep̃s. Et habetur ẽt. D. 63. omnis.

In Episcopo electio proprie dicta est, in presbytero autẽ & diacono abusiue, pro ordinatione, quod non infrequenter offendes in canonibus.

Canon. 4. Pœna Talionis puniendus Antistes, qui iniustè clericos arcet, uel templa claudit.

Pręco ueritatis Paulus, quendã ueluti canonẽ Ephesiorum p̃sbyteris imponens, uel uniuersę potius sacerdotali multitudini, sic libere dixit. Argentũ uel aurũ, uel uestẽ nullius cõcupiui, omnia uobis ostendi, qm̃ oportet sic laborãtes infirmos acquirere, & apprehendere, dare beatũ existimãtes. Quocirca nos ab eo edocti 16. q. 1. Prædicator. Actu. 20.

statuimus, ne turpis lucri grã Antistiti in men tẽ ueniat q̃renti excusationes in peccatis aurꝫ, uel argentũ, uel ullã aliã speciẽ ab ĳs, qui sibi subsunt epĩs, uel clericis, uel monachis exigere. Dicit.n. apostol⁹. Nõ debent liberi parẽtib⁹ thesaurũ parare, sed parẽtes liberis. Siqs ergo ꝑ auri exactionẽ, uel alicuius alius speciei, uel ꝓpter aliquã propriã affectionem à ministerio arcere inuentus fuerit, uel segregare suorũ clericorꝫ aliquẽ, uel uenerandũ tẽplum claudere, ne in eo fiant diuina ministeria, talionis erit legi obnoxius, ut qui sit mandati Dei trãsgressor. Præcipit.n. & Petrus apłorꝫ summus. Pascite gregem Dñi non coacte, sed spontanee &c.

2. Cor. 12.

1. Pet. 5.

In Ca. 5. definiunt patres seuere puniendos clericos, q ꝑ auri dationem primas sedes, priores q́ꝫ honores quærunt.

Ca. 30 aposto. & ca. 2. cõcil. Chalce.

Sexto canone definit, saltẽ semel in anno celebrari synodos ꝓuinciales, sicut patres sextæ synodi in Trullo statuerunt, ca. 8. Addit autẽ non licere Metropolitano ex his, q̃ secũ affert Eps uel iumentũ, uel aliquã rẽ aliã peter. Si uero hoc fecisse dep̃hẽsus fuerit, reddet q̃druplũ.

D. 18. c. Q m̃ quidem.

Can. 7. Vt templa sine reliquijs sanctorũ nõ consecrentur.

Qui uenerabilium imaginũ aspectũ ex ecclesia sustulerunt, alios quoqꝫ mores reliquerunt, quos quidem oporteat renouari, & tam ex iure scripto, q̃ꝫ nõ scripto sic obseruari. Quęcunqꝫ ergo templa consecrata sunt absqꝫ reliquĳs martyrum, in eis fieri statuimus reliquiarum depositionem cum consuetis precibus. Qui autem templum cõsecrauerit sine sanctis reliquĳs, deponatur.

Ecclesiasticus mos erat, templa ꝑ sanctas martyrum reliquias consecrare.

Iudæi

Iudæi cum quorundam criminum rei agerentur, uellent autem damnationem effugere, ad fidem Christiani ficte accedebant, quod cauetur in sequenti canone. Autor.

Canon.8.

Quoniam Hebræorum religionis, quidam errantes Christũ Deum nostrum subsannare uisi sũt, se se Christianos esse fingentes; ipsi aũt clanculum eũ negantes, sabbata obseruãtes, & multa alia Iudaica facientes: statuimus, ut nec ad cõmunionem, nec ad orationẽ, nec ad ecclesiã admittanť; sed aperte sint secundũ suam religionem Hebræi; & nec filios eorum baptizẽt, nec seruũ emant, uel possideant. Si aũt ex pura & syncera fide quis eorum conuertatur, & ex toto corde cõfessus fuerit, eum recipiant, & baptizent eorum filios. Et caueant ipsi se ab Hebræorum studijs, & institutis destituros. Si aũt non ita se gerant, eos nullo admittant modo.

Ca.9. Hereticorum scripta uulgo non permittuntur.

Puerilia oĩa ludibria, furiosaq́ dicta ac scripta, quæ aduersus sanctas imagines edita sũt, oportet dari Epõ Constantinopolitano, ut cũ reliquis hæreticis libris reponanť. Siquis autẽ hæc celare inuẽtus fuerit, si sit Epš, uel presbyter, uel diaconus, deponať; si autem laicus aut monachus, segregetur. Scripta hæreticorum, puerilia ludibria, quia sunt solutu facilia, ut puerorũ ludibria.

Canon. 10. est ca.17. & 18. sextæ synodi in Trullo, etiam. 13. & 23. Chalcedonẽ. 21.q.2 qm̃ diuersorum.

Canon. 11. est ca.26. cõcilij Chalcedonẽsi. 9.q.3. cũ sing.

Canõ. 12. est ca.39. Aposto. Cauit synodus alienãdas res ecclesiæ, aut monasterij.

Canon. 13. est ca.24. in concilio Chalce. & 49. ca. sextæ synodi in Trullo. 19.q.3. qm̃ à quibusdam.

Ca.14. Absq; Epi manus impositione nullus fiat lector.

D.69.c.qm ui demus.

Nullus efficiat lector absq; Epi manus impositione. Hoc ipsum etiam in monacho seruetur. Lectoris aũt manuũ impositionẽ licet in proprio monasterio; etiam soli monasterij prefecto facere, si ipsi prefecto ab Epo manus est imposita. Similiter & ex antiqua cõsuetudine Chorepos, Epi permissu oportet per manuũ impositionem lectores creare.

Abbates nũc in ,pprijs monasterijs possunt etiam lectores creare.

Ca.15. Ne aliquis clericus in duabus collocetur ecclesijs.

21. q.1. Clericus.

Clericus ab hoc deinceps tpe in duabus ecclesijs non collocet: hoc.n.est negotiationis et turpis lucri ,pprium, & ab ecclesiastica cõsuetudine alienum. Ab ipsa.n. Dñi uoce audiuimus nõ posse quẽq; duobus dñis seruire, aut unum amplectet, & alterũ negliget. Vnusquisq; ergo (ut uox est apostolica) in eo in quo uocatus est, debet manere, & in una ecclesia assidere. Quæ.n.,ppter turpe lucrum fiunt in ecclesiasticis negotijs, ea à Deo sunt aliena. Ad huius aũt uitæ usum sunt diuersa studia: ex his ergo siquis uelit ea, quæ sunt corpori ad usum necessaria, compareт. Dixit Apls. Vsui meo, et his, qui mecum sunt, subministrauerunt manus meæ. Et hæc qdem in hac regia ciuitate. in his autem qui extra sunt locis, propter hominum inopiam permittitur.

Matth.5.

1.Cor.7.

Malũt patres, ut clericus artificio pater uictum, q̃ ut in duabus collocet ecclesijs.

Actu.20.

Ca.16. Ne insignem uestem induat clericus.

21. q. 4. Omnis iactura.

Omnis ornatus corporeus est à sacerdotali ordine alienus. Epos ergo uel clericos, qui se splendidis & insignibus uestibus exornãt, se corrigere oportet. Sin aũt permaneant, supplicio tradi: similiter & eos, qui sunt unguen-

tis delibuti. Et si inuēti fuerint aliqui, qui eos, qui uilem & modestū amictum induti sunt, irrideant, pœna corrigantur: à superioribus. n. usq; temporibus, oĩs uir sacerdotalis cũ moderato & honesto indumento uersabatur.

Hostes imaginũ irridebant eos, qui uilioribus utebantur uestibus propter humilitatem.

In ca. 17. prohibetur, ne alicui monacho permittatur oratorium extra monasterium ædificare, si non habeat ea, quæ ad perfectionem domus pertinent.

In ca. 18. cauet, ne ulla ratione in epātu aut monasterio mulier aliqua, ancilla uel libera uersetur ad aliquod ministerium. Si secus fiat, Episcopus aut præfectus deponatur.

Ca. 19. est ca. 2. synodi Chalcedo. Addit ad illud, neq; admittat in monasterio p largitionē pecuniæ, excepta ea, quæ dat liberis à parētibus instar dotis, uel cum sponte offertur.

Ca. 20. Ne fiant duplicia monasteria.

Statuimus, non fieri duplex monasterium, qm̃ hoc fit multis scandalũ & offensio. Si quę aũt sunt duplicia, seruet secundũ cõstitutionē patris Basilij, quæ sic definit. In uno monasterio ne uersent monachi & monachę: nec monachus libere cum monacha loquat &c. Si autē eueniat ut aliquam cognatam monachus aspicere, pręsente perfecta cũ ea colloquat exiguo, & breui sermone: mox ab ea recedat.

Duplicia uocant monasteria, qa in uno & eodem uiri et mulieres habitabant. 18. q. 2. Diffinimus.

Canon. 21.

Nõ oportet monachũ, uel monachã ppriũ relinquere monasteriũ, & ad aliud se cõferre. Si aũt hoc cõtigerit, ipsum in hospitem accipi est necessarium.

Canon. 22.

Præsens canon phibet laicis, ne cũ scenicis

Habetur etiã in.53.ca. Aposto. et in.c.62. sextæ synodi in Trullo.

ludicris, & saltationibus, aut meretricis uocibus comedãt, sed ei, qui nutrimentũ dat, gratias agant. Porrò monachis & sacerdotibus pręcipit, ne seorsum cũ mulieribus comedãt, etiam si cognatę fuerint; nisi peregre uersent, et non habeant ea, quæ sunt ad usum necessaria. Hic est huius canonis scopus.

Explicit septima synodus generalis cum suis canonibus.

Leo.3.põ.97.

Leo.3. Papa.97. natione Romanus, patre Azzupio, uir castus & integer; doctorꝶ uirorꝶ ita amator, ut eos undequaꝗ præmijs alliceret, eorũq; cõsuetudine mirum in modũ delectaret. Præterea uerò ægrotos uisere, eosq; ad patientiã adhortari; eleemosynas indigẽtibus prębere: prędicationibus & admonitionibus (qbus plurimum ob eloquẽtiã & doctrinam ualebat) ĩcumbere ei peculiare fuit. Morit anno.21. põtificatus sui. Quo etiã cometes apparuit (ut nõnulli putãt) tãtę calamitatis ĩdiciũ.

Prędicti pontifi. fuerunt sub Cõstantino & Irene eius matre. Sub hoc pontifice translatum est Imperium ad Germanos. Hic coronauit Carolum magnum.

CONCILIVM MAGVNTIACVM celebratum anno salutis.813. qnto idus Iunij.

Conciliũ Maguntiacum.

Congregati sunt ad cõcilium celebrãdum Episcopi, presbyteri, & monachi iussione Caroli Imperatoris, qui inchoãtes tractare de statu uerę religionis & ꝑfectu Christianę plebis.

In tres turmas distingui tur cõcilium, ad instaurandã collapsam ecclesiam.

Primo statuerũt de toto collegio clericorꝶ siue laicorꝶ per tres turmas fieri in hunc modũ. In prima turma consederũt Epi cum qbusdã

notarijs legẽtes, ac tractãtes sanctũ euangeliũ et epistolas, et actus ap'lorum; canones quoq; ac diuersa sanctorum patrum opuscula, & pastoralem librũ Gregorij, cũ cæteris sanctis dogmatibus, diligenti studio perquirentes qbus modis statũ ecclesię Dei & Christianę plebis perfectum sana doctrina & exemplis iustitię in conuulsum (largiente gratia Dei) perficere & conseruare potuissent.

In secũda turma cõsederũt Abbates ac probati monachi regulã sancti Benedicti legẽtes, ac tractantes diligẽter qualiter monachorum uitam in meliorẽ statũ atq; augmentũ cum Dei gratia perducere potuissent. Secunda turma.

In tertia turma sederunt Comites & Iudices in mundanis legibus decertantes, uulgi iustitias perquirentes, oĩumq; aduenientiũ causas diligenter examinantes, quibus modis poterant iustitias terminantes. Tertia turma.

Statuta concilij Maguntiaci.

Ca.1. Sine operibus fides mortua est.

Initium actionis nostrę de fide esse decreuimus, quæ bonorum oĩum est fundamentũ, quia sine fide Deo placere non possumus: fides tamẽ indiget opere, qa fides sine operibus mortua est. Vnde Grego. Ille uere credit, qui exercet operando quod credit.

Canon. 2. & 3. & 4.

Cõmendant fidem, spem, charitatem, & sacramenta Christiana secundum Romanũ ordinem celebranda. *Canon. 5.*

Cõmendatur pax & concordia in populo Christiano: quoniam ad unam & ueram hæ-

reditatē regni cœlestis uocati sumus, ad quā cupimus peruenire.

Canon.6.&.7.

Commendantur Episcopis res pauperum.

Canon.8.

De conuenientia episcoporum cum laicis.

Ca.9.De regulari obseruantia canonicorum.

Decreuimus, ut canonici clerici canonice uiuant, obseruantes diuinam scripturā & doctrinam, & documēta sanctorum patrum, & nihil sine licentia Episcopi sui, uel magistri eorum agere pręsumant: & ut simul manducēt, & dormiant, ubi his facultas id faciendi suppetit, uel qui de rebus ecclesiasticis stipendia accipiunt, & in suo claustro maneant, & singulis diebus mane prima ad lectionē ueniant & audiant quod eis imperatur. Ad mēsam uerò similiter lectionem audiāt, & obedientiam secundum canones suis magistris exhibeant.

Ca.10.De uita clericorum.

Placuit sancto concilio, ut qui dicunt seculum reliquisse, & qui adhuc seculum sectantur, ita discernātur sicut in regula clericorum dictum est. His igitur lege patrum cauetur, ut uulgari uita seclusi, à mundi uoluptatibus se se abstineant. Nō spectaculis, non pompis intersint. Conuiuia inhonesta turpia fugiant. Hieronymus ad Nepotianum dicit: Omnium Christianorum domos quasi proprias amare debemus, ut consolatores nos in mœroribus suis, potius, q̃ conuiuas in prosperis nouerint. Et Isidorus. Clerici tamen cōuiuia priuata, non tantum pudica, sed & sobria colāt.

usuris nequaquam incumbant; nec turpium occupationes lucrorũ, fraudisq́ alicuius studium non appetant. Amorem pecuniæ quasi matrem cunctorum criminum fugiant: secularia officia negotiaq́ abiiciant. Honorũ gradus per ambitionem non subeant; non uagis oculis; non infræni lingua aut petulanti, tumidoq́ gestu incedant, sed pudorem ac uerecundiam mentis, simplici habitu & incessu ostendant; obscœnitatem etiam uerborum, sicut & operum, penitus execrentur, uiduarum ac uirginum uisitationes frequentissimas fugiant; contubernia fœminarum nullatenus appetãt; castimoniam quoq; inuiolati corporis perpetuo conseruare studeãt; senioribus quoq; debitam præbeant obedientiã, neq; ullo iactantiæ studio se attollant. Postremo in doctrina & lectionibus, psalmis, & hymnis, & canticis exercitio iugi incumbant. Tales enim debent esse, qui diuinis cultibus se mancipandos student exhibere, scilicet ut dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent.

Ca.11. De uita monachorum.

Abbates autem censuimus, cum monachis suis pleniter uiuere, secundum doctrinam regulæ sancti Benedicti quantum humana permittit fragilitas.

Canon.12. Ne monachi ad placita secularia ueniant.

Hoc tamen omnino uolumus, ut monachi ad secularia placita nullatenus ueniãt, nec ipse Abbas sine consensu Episcopi sui & cũ ne-

cessitas exigit, tunc per iussionem & cõsilium Episcopi illuc uadat: nequaq; tñ contentiones, aut lites aliquas ibi mouere p̃sumat; sed quicquid quærendum uel respondendum sit, per aduocatos suos hoc faciat.

Canon. 13.

Abbatissę cũ monialibus regulariter uiuant.

Canon. 14.

Ministri altaris clerici, uel monachi à negotijs secularibus omnino abstineant.

Canon. 15.

Interpretatus est hic locus Pauli Philip. 3. Imitatores mei estote &c. ex Hierony. in Cõment. ad Galat. & Augusti. in primo libro de agone Christianorum.

Canon. 16. & 17.

Quòd clericos conueniat mundum & arma relinquere.

Canon. 18.

De fictis uirtutibus, & ueris uitijs discernendis. *Canon. 19.*

Vt plus non mittantur in monasteria canonicorũ uel monachorum aut puellarũ quàm sufferri possit.

Ca. 20. De locis monasteriorum prouidendis.

Deinde dignũ ac necessariũ est, ut missi per quęq; loca directi simul cũ ep̃is uniuscuiusq; diœcesis perspiciãt loca monasterioꝝ canonicoꝝ pariter et monachoꝝ, similiterq; puellaꝝ; si in apto et cõgruo loco sint posita, ubi cõmodũ necessarium possit acq̃ri, qđ ad utilitatem ꝑtinet monasterij, sicut in sancta regula dicit. Monasteriũ aũt ita debet constitui, ut omnia

Prospiciendũ monasterijs, ut nulla sit necessitas monachis uagandi.

necessaria infra monasteriũ exerceantur, ut nõ sit necessitas monachis uel clericis, uel puellis uagandi foras, quia omnino non expedit animabus eorꝫ. Similiter quoq; ædificia monasteriorꝫ supradicti missi & cum eis Episcopi, per diuersa loca ꝓuideant, si apta sint, & cõgruenter sanctę professioni cõposita: uel si claustrũ firmũ habeant, in quo saluari possint animæ in eis cõmorantium sub disciplina canonica, uel regulari. Vbi autem aliter inuẽtum fuerit, hoc omnimodo Episcopus loci ipsius faciat emendari, ita ut cõdignam professioni eorum custodiã habeant Canonici uel monachi atq; nonnanes, ne detur eis occasio male faciendi, quod absit.

Canon. 21.

Sciant Epĩ qualiter Canonici uiuant.

Ca. 22. De clericis uagis.

De clericis uagis seu de acephalis, idest, de his q sunt sine capite, neq; in seruitio Dñi nostri, neq; sub Epõ, neq; sub abbate, sed sine Canonica uel regulari uita degẽtes, ut in libro officiorꝫ secundũ capitulum, & tertium de eis dicit. Hos neq; inter laicos aut secularium officiorꝫ studia, neq; inter clericos religio tenet diuina, sed soliuagos, atq; oberrantes sola turpis uita cõplectitur, & uaga: quiq; dum nullũ metuunt, explendę uoluptatis suæ licentiã sectantur, quasi animalia bruta, libertate ac desiderio suo feruntur, habentes signũ religionis, nõ religionis officium, hippocẽtauris similes, nec equi, nec homines. Tales omnino ubicunq; inuenti fuerint, ꝑcipimus ut Epĩ, sine ulla mora

Hos poteš nũc diceř exẽptos ab obedĩtia suorum prẽlatorum.

eos ſub cuſtodia cõſtringant canonica; & nullatenus eos amplius ita errabundos & uagos ſecundũ deſideria uoluptatũ ſuarũ uiuere permittant. Sin autẽ Epiſcopis ſuis canonice obedire noluerint, excõmunicentur, uſq; ad iudicium Archiepiſcopi regionis illi⁹. Et ſi ille eos corrigere nõ ualuerit, tunc omnino ſub uinculis conſtringantur uſq; ad ſynodum, ut ibi eis indicetur, uerũ ad iudicium Dñi noſtri, aut ad iſtam magnam ſynodum afferantur ſub cuſtodia publica.

Canon. 23. De clericis iniuſte tonſuratis.

De clericis uero hoc ſtatuimus, ut hi, q hactenus inuenti ſunt, ſiue ĩ canonico, ſiue in monachico ordine tonſurati ſine eorum uoluntate, ſi liberi ſunt, ut ita permaneant: & deinceps cauendum, ut nullus tondeatur ſine legitima ætate, & ſpontanea uoluntate, uel cum licentia Domini ſui.

Canon. 24.

De clericis adeuntibus Imperatorẽ, hoc placet omnibus modis obſeruare, quod de eis in ſacris canonibus conſtitutum eſt.

Canon. 25.

Diebus Dñicis, & alijs feſtiuitatib⁹ uerbum Dei p̃dicandum.

De officio p̃dicationis ſi forte Ep̃s nõ fuerit in domo ſua, aut infirmus eſt, aut aliqua cauſa exigente nõ ualuerit, nunq̃ tamen deſit dieb⁹ Dñicis aut feſtiuitatib⁹, qui uerbũ Dei p̃dicet, & iuxta quod intelligere uulgus poteſt.

Canon. 26.

Vt p̃sbyteris per monaſteria puellarum opportuno tẽpore liceat miſſarũ ſolẽnia celebrare, & iterum ad proprias eccleſias redire.

Canon.27. Diligenter Chrisma custodiendum.

Presbyteri sub sigillo custodiant Chrisma; & nulli sub prætextu medicinæ uel maleficij, donare inde presumant. quod si fecerint, honore priuentur.

Canon.28.

Presbyteri sine intermissione utãtur orarijs propter differentiam sacerdotij dignitatis.

Canon.29.

Vt laici presbyteros nõ eijciant de ecclesiis, neque constituant sine consensu Episcoporum suorum.

Canon.30.

Vt laici omnino munera iniusta nõ exigant à presbyteris propter cõmendationem ecclesiæ cuiquam presbytero.

Canon.31. De clericis fugitiuis.

Vt unusquisq; Episcopus ĩ sua parochia diligenter presbyteros uel clericos inquirat, unde sint: & si aliquem fugitiuũ inuenerit, ad suũ Episcopum redire faciat.

Canon.32. Quid sit Letania.

Letaniæ autem Græco nomine appellãtur, quæ Latinè dicuntur rogationes. Inter λιτανειας autem & ἐξομολογήσεις hoc differt, quod exomologeses pro sola peccatorum confessione agantur: Letaniæ uerò, quæ indicantur propter rogandum Deum, & impetrandum in aliquo misericordiã eius. Sed nunc iam utrunq; uocabulum sub una dignatione habetur.

Canon.33. De Letania maiore.

Placuit nobis, ut Letania maior obseruanda sit à cunctis Christianis diebus trib9, sicut

legēdo reperimus; & ſicut ſancti patres noſtri inſtituerunt, nō equitando, nec pretioſis ueſti bus induti, ſed diſcalciati, cinere & cilicio induti, niſi infirmitas impedierit.

Canon. 34. De quatuor temporibus obſeruandis.

Conſtituimus ut quatuor tempora anni ab omnibus cum ieiunio obſeruentur, ideſt, menſe Martio hebdomada prima; & feria quarta & ſexta & ſabbato ueniant omnes ad eccleſiā hora nona cū lętanijs ad miſſarum ſolennia. Similiter in menſe Iunio, hebdomada ſecūda, feria quarta & ſexta & ſabbato ieiunetur uſq; ad horam nonam & à carne ab omnibus abſtineatur. Similiter in mēſe Septembri, hebdomada tertia; & in menſe Decembri, hebdomada quæ fuerit plena ante uigiliam Natalis Domini, ſicut eſt in Romana eccleſia traditum.

Canon. 35. De indicto ieiunio.

Siquis indictum ieiunium ſuperbiendo cōtempſerit, & obſeruare cum cæteris Chriſtianis noluerit, in Gangrenſi concilio pręcipitur, ut anathematizetur, niſi emēdare ſe ſtudeat.

Canon. 36. De feſtiuitatibus.

Feſtos dies in anno celebrare ſancimus, hoc eſt, diem Dominicam Paſchæ, cū omni honore & ſobrietate uenerari. Similiter feriam ſecūdam, tertiam, & quartam, à feria quinta ante miſſam, licentia ſit arādi, uel ſeminādi, & hortum & uineam excolendi, & ſępem circūcludendi, ab alio uero opere ceſſare decreuimus. Poſt miſſam autē ab opere uacare. Diem Aſcēſionis Domini pleniter celebrare. Item Pentecoſten ſimiliter ut in Paſcha. In Natali Apo-

ſtolorum Petri & Pauli, diem unum, Natiuitatem ſancti Ioannis Baptiſtæ, Aſſumptionem ſanctæ Mariæ, Dedicationem ſancti Michaelis, Natiuitatem ſancti Remigij, ſancti Martini, ſancti Andreæ. In natali Domini dies quatuor, Octauas Domini, Epiphaniam Domini, Purificationem ſanctæ Mariæ: & illas feſtiuitates Martyrum, uel Confeſſorum obſeruare decreuimus, quorũ in unaquaq; parochia ſancta corpora requieſcunt. Similiter etiam dedicationem templi.

Canon.37. De Dominicis diebus.

Omnes dies Dominicos cum omni ueneratione decreuimus obſeruare, & à ſeruili opere abſtinere, & ut mercatus in eis minime ſit, nec placitum, ubi aliquis ad mortem, uel ad pœnam iudicetur.

Canon.38. De decimis.

Admonemus uel pręcipimus, ut decima de omnibus dari non negligatur, quia Deus ipſe ſibi dari conſtituit. Quia timendũ eſt, ut quiſquis Deo debitum ſuum abſtrahit, ne forte Deus per peccatum ſuum auferat ei neceſſaria ſua.

Canon.39. De fugientibus ad eccleſiam.

Reum cõfugientem ad eccleſiam nemo abſtrahere audeat, nec inde donare ad pœnã, uel ad mortem, ut honor Dei & ſanctorum eius cõſeruetur: ſed rectores eccleſiarum, pacem & uitam ac mẽbra eius obtinere ſtudeant, tamen legitime componant, quod inique fecit.

Canon.40.

Pręcipimus, ut in eccleſiis, aut in domibus

ecclesiarum uel atrijs placita secularia minime fiant.

Canon. 41.

Ecclesię antiquitus constitutæ, nec decimis, nec alijs possessionib9 priuentur. Ita ut nouis oratorijs tribuatur.

Canon. 42.

Quicunq; beneficium ecclesiasticũ habent, ad tecta ecclesiæ restauranda, uel ipsas ecclesias emendandas, omnino adiuuent, & nouã decimam reddant.

Canon. 43. *Ne solus presbyter peragat sacrificium.*

Nullus presbyter, ut nobis uidetur, solus missam cãtare ualet recte. Quomodo enim dicet, Dominus uobiscum, uel sursum corda admonebit habere; & alia multa his similia, cum alius nemo cum eo sit?

Canon. 44.

Oblationem quoq; & pacem in ecclesia facere iugiter admoneatur populus Christian9, quia ipsa oblatio sibi & suis magnum remedium est animarum, & in ipsa pace uera unanimitas, & concordia demonstratur.

Canon. 45. *De symbolo & oratione Dominica.*

Symbolum quod est signaculum fidei, & orationem Dominicam discere, semper admoneant sacerdotes populum Christianum. Volumusq́; ut disciplinam condignam habeant, qui hæc discere negligunt, siue in ieiunio, siue in alia castigatione emendentur. Propterea dignum est, ut filios suos donent ad scholam, siue ad monasteria, siue foras presbyteris, ut fidem catholicam recte discant, & orationem

Nota.

Dominicam, ut domi alios edocere ualeant. Et qui aliter non potuerit, uel in ſua lingua hoc diſcat.

Canon. 46. De malo ebrietatis.

Magnum malum ebrietatis, unde omnia uitia pullulant, modis omnibus pręcipimus cauere; & qui hoc cauere noluerit, excōmunicandum eum eſſe decreuimus, uſq; ad emendationem congruam.

Canon. 47.

Deinde pręcipimus, ut unuſquiſque compater, ſpirituales filiolos ſuos catholice inſtruat.

Canon. 48.

Canticum turpe, atq; luxurioſum circa eccleſias agere omnino contradicimus, quod ubiq; uitandum eſt.

Canon. 49. De ſub introductis mulieribus.

Omnibus igitur clericis fœminas ſecum in domibus ſuis habere ultra licentiam canonū, firmiter ſit contradictum.

Canon. 50. Quales debeant eſſe miniſtri Epiſcoporum.

Omnibus igitur Epiſcopis, Abbatibus cuncto clero omnino pręcipimus, uicedominos, prępoſitos, aduocatos, ſiue defenſores bonos habere, non malos, non crudeles, non cupidos, non periuros, non falſitatem amantes, ſed Deum timentes, & in omnibus iuſtitiam diligentes. De iudicibus autem uel cētenarijs, atq; tribunis ſeu uicarijs, dignum eſſe cenſemus, ut ſi mali reperti fuerint, de miniſterio ſuo abijciantur.

Canon.51. Corpora sanctorum de loco ad locum non transferantur.

Deinceps uero corpora sanctorum de loco ad locum nullus pręsumat transferre, sine consilio Principis, uel Episcopi, & sanctę synodi licentia.

Canon.52. Qui mortui possunt in ecclesia sepeliri.

Nullus mortuus infra ecclesiam sepeliatur, nisi Episcopi, aut Abbates, aut digni presbyteri, aut fideles laici.

Canon.53. De Incestuosis.

Vt Episcopi incestuosos pariter inuestigari studeant, omnino pręcipimus. Et si pœnitere noluerint, de ecclesia expellantur, donec ad pœnitentiam reuertantur.

Canon.54.

Contradicimus quoque, ut in quarta generatione nullus amplius coniugio copuletur; & si post interdictum inuentũ fuerit, separetur.

Canon.55. Ne proprium filium de baptismo quis suscipiat.

Nullus igitur proprium filium, uel filiam de fonte baptismatis suscipiat, nec filiolam, nec cõmatrem ducat uxorem; nec illam, cuius filium aut filiam ad confirmationem duxerit. Vbi autem factum fuerit, separentur.

Canon.56. De damnatis nuptijs.

Siquis uxorẽ uiduam duxerit, & postea cũ filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupserit, seu cum patre & filio, tales copulationes anathematizari, & disiungi pręcipimus; nec unquam amplius coniugio copulari, sed magna districtione fieri.

Canon.

Ca.57. Clerici horis matutinis intersint.

Clericus, quem intra muros ciuitatis suæ manere constiterit, & matutinis hymnis sine ꝓbabili excusatione ęgritudinis inuentus fuerit defuisse septē diebus, à cōmunione habeať extraneus; qa ministrū sacroꝝ eo tp̄e quo non pōt ab officio suo ulla honesta necessitas occupare, fas non est à salubri cessare. In conci. Veneto. ca. 14.

CONCILIVM VORMACIENSE, est Prouinciale.

Primo ꝓnunciatur ꝓfessio fidei Christianæ, in qua fusius, quæ hn̄tur in symbolo explicātur: maxime illud de incarnatione Christi in hunc modū. Dei filius non ꝑsonam hoīs acce pit, sed naturā. Naturam qppe nr̄am in unitatem suę ꝑsonę assumpsit: & idcirco filius Dei, et filius hoīs unus est Christus. In eo nāq; qđ filius est Dei, æqualis est patri, & in eo quod est filius hominis, minor est patre.

Quid in sacrificio altaris offerri debeat &c. nihil additur ad ea, quę in concilio Bracareň. tertio, ca. 1. Estq; ca. 3. Aposto. Cap. 1. De consecra. D. 2. cum omne.

Ca. 2. Ep̄s pro paruis causis neminem excōmunicet.

Mandamus, ꝙ nullus sacerdotum quēq; rectę fidei hominē pro paruis & leuibus causis à communione suspendat. præter eas culpas, pro quibus antiqui patres arceri iusserūt aliquid committentes. Nota.

Ca. 3. Qualiter se expurgare debeant fratres à furtis.

Sępe cōtingit, ut in monasterijs furta perpetrenť, & qui hęc cōmittat ignoreť. Idcirco statuimus, ut qn̄ ipsi fratres de talibus se expurgare debeant, missa ab Abbate celebretur, uel

ab aliquo, cui ipse Abbas pręceperit pręsentibus fratribus: & sic in ultima missæ celebratione pro expurgatione sua, corpus & sanguinem Dñi nñi Iesu Christi percipiãt, quatenus ita inde innocẽtes se esse ostendant. Vbi additur ad hæc, ut communicantibus dicatur corpus Domini sit tibi hodie in probationem.

2. q. 4. Sæpe contingit.

Autor.

Est derogatus hic canon de cõsecra. dist. 2. c. tribus, & alijs locis prohibetur, ne suspectis detur eucharistia. Et per beatum Stephanum Papã, ut s. Tho. uult in. 3. p. q. 8. oar. 6. ad tertium.

Ca. 4. *De clericis iter agentibus sine epistola Epi.*

Presbytero, aut diacono, aut clerico sine Antistitis sui epistola ambulanti, communionem in officio celebrando nullus impendat.

Ca. 5. *De paruulis, à parentibus traditis monasterijs.*

Si pater filium filiamq; intra septa monasterij in infantię annis sub regulari tradiderint disciplina, nõ liceat eis postq; ad pubertatis peruenerint annos egredi, & matrimonio copulari; qa nefas est, ut oblatis à parentibus Deo filijs uoluptatum fręna laxent. Igitur, ut prędiximus, non liceat eis susceptum habitũ unq; deserere, sed conuicti q; tõsurã, aut religiosam uestem aliqñ habuerint, in religionis cultu habituq; uelint nolint permanere cogantur.

Ca. 6. *De professione monachorum.*

Monachum ergo aut paterna deuotio, aut professio facit. Quicquid horum fuerit allegatum, tenebit. Proinde huic ad mundum reuerti intercludimus aditum, & omnes ad seculũ interdicimus regressus.

De hoc supra ca. 102. sextæ synodi.

Ca. 7. *Cautus sit sacerdos erga pœnitentes.*

Pœnitentibus secundũ differentiã peccatorũ

sacerdotis arbitrio pœnitentię decernanť. Debet itaq; sacerdos in pœnitentia danda singulorꝝ causas singulatin considerare: originem quoq; modũq; culparꝝ, & affectus gemitusq; delinquentium diligenter examinare, manifesteq; cognoscere: temporꝝ etiam & pſonarꝝ, locorꝝ quoq; & ætatum qualitates inspicere, ut etiam pro cõsideratione locorum ætatum uel temporum, seu pro qualitate delictorum atq; gemituum uniuscuiusq; delinquentis, à sacris regulis oculos non reflectat.

Ca. 8. De his, qui sacerdotem sponte occiderint.

Qui sacerdotem morti uolũtate tradiderit, carnem nõ comedat, nec uinũ bibere p̃sumat: & ieiunet usq; ad uespam, exceptis festis diebus, atq; Dñicis; Arma nõ sumat, & ubicũq; ire maluerit, nullo uehiculo deducať: sed proprĳs pedibus ꝓficiscatur. Ecclesiam per quinquẽnĳ tp̃s non ingrediať, sed cum sacrarꝝ orationum officia, aut missarꝝ solẽnia celebranť, ante fores basilicę pseueret orans, ac deprecãs Dñm, ut tanto crimine abluať. Post expletum uerò quinquennium ingrediať ecclesiam, non dum uerò cõmunicet, sed inter audientes tantũmodo stet, uel dum facultas cõcediť, sedeat. Et cum decimus anni cursus fuerit finitus, cõmunicandi ei licentia concedať, & equitãdi tribuať medela; maneatq; in reliquis obseruationibus, & tres dies per hebdomadam ieiunet, ut perfectius ad culmen purificationis peruenire mereatur.

Canon. 9. De adulteris.

Si cuius uxor adulterium fecerit, aut uir in

alienam uxorem irruerit, septem annis pœnitentiam agat. Canon.10.

De his qui suspenduntur in patibulis ne denegentur sepulturæ, & q̃ oblationes pro eis fiant, & missę celebrentur.

Reliq̃ decreta hui⁹ cõcilij sũt ex Carthaginẽsi cõcilio.2.3.et.5.desũpta ideo missa ferimus.

Rhemensis synodus sub Leone tertio, anno Dñi.813. Congregata per pĳssimum Carolum Cæsarem more priscorum Imperatorum.

Capitula in hoc concilio ordinata uniuersa tractant de institutione clericorum, aliqua duximus annotanda.

Cap.10. Lectę sunt sñiæ libri pastoralis beati Gregorĳ in præsentia omniũ, ut pastores ecclesiæ intelligerẽt, qũo ipsi uiuerent, qualr sibi subiectos deberẽt admonere, qm̃ teste eodẽ btõ Gregorio, alr admonẽdi sunt p̃lati, aliter subditi.

Cap.12. Ventilata est ratio pœnitentiæ, ut sacerdotes certius intelligerent, qũo confessiones recipere & pœnitentiã secundũ canonicã institutionem pœnitentibus deberent indicare.

Cap.13. Ventilata est ratio octo principaliũ uitiorꝝ, ut unusquisq; diuersitatem illorꝝ sciret, & ab alĳs Dño auxiliante se intelligerent custodire, & alĳs prædicare.

Ca.14. Cui lectioni Episcopi incumbere debeant.

Ep̃i diligentius opam dent, lectioniq; diuinę incũbãt.i.canonicis libris & opusculis patrum, & uerbum Dei omnibus prædicent.

Ca.15. Quid Episcopi prædicare habeant.

Ep̃i sermones & homelias sanctorꝝ patrũ, ꝑut oẽs intelligere possint, secũdum proprie-

ratem linguę prædicare studeant.

Vt Episcopi, & presbyteri examinent qualiter confitentibus peccata diiudicent, & tempus pœnitentiæ constituant. Cap.16.

Ca. Qualis debet esse mensa Eporum & Abbatum.

Epi & Abbates ante se ioca turpia facere nõ pmittant, sed paupes & indigẽtes secũ ad mẽsam habeãt, & lectio diuina, ibi personet, et sumant cibum cũ benedictione & laude Dñi, secundum Aplm, siue manducent, siue bibant 1.Cor.10. omnia in laudem Dei faciant.

Ca.18. Vt ministri Dei sobrij sint.

Epi & Dei ministri, nõ debent comessationibus & uinolẽtijs nimis incumbere, sed cõsiderent sniam Dñi. Attendite, ne grauentur cor Luc.21. da uestra crapula &c. Moderate. n. cibũ & necessarium potum sumant, ut iuxta Aposto. sobrij sint parati ad seruitium Domini. 1.Petr.5.

Ca.19. Non omnia delicta ab hominibus punienda.

Epi et iudices iudicia discernãt, qa sũt quędam iudicãda modo, q̃dam Dei iudicio reseruãda scriptũ est. Nolite ante tps iudicare quo 1.Cor.4. adusq; ueniat Dominus &c. Et illius memores sint. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis. Matth.7.

Vt monachi ad placita secularia nullatenus uadant. Cap.29.

Reliqua capitula in Laodicen. & Carthaginen.3. & 6. require.

Stephanus Papa quartus sub Petro. 98. uir sanctus, sedit menses septem, sub Ludouico Pio secundo Germano Cæsare. Stephanus põtif.98.

Paschalis Romanus sedit annos septem. 99. Paschalis pontif, 99.

Papa ſub Petro.

Eugenius ſecundus Papa.100.ſub Petro.

Eugenius põtif. 100. Eugenius ſecũdus patria Roman⁹ ſedit annos quatuor, mẽſes ſex, dies.24. Sub hoc Eugenio celebrata eſt ſynodus apud uillã Theodonis, per Carolum Magnũ cõgregata, ad cohibẽdam p̃ſumptionẽ quorũdã tyrãnorꝫ in ſacerdotes Dñi uacantiũ. Nihil habet præterea.

Valentinus pontif. 101. Valentinus Papa.101.tãtę ſanctitatis ut nõ dum presbyter, ſed diaconus ſũmum Pontificatus gradum aſcẽdere meruit. ſedit dies.40.

Gregorius põtif.102. Gregorius quartus.102.Papa ſub Petro ſedit annos.16.Sunt qui uelint poſt mortẽ eius annis.8. mẽſibus.7.diebus.9. ſedem uacaſſe. Prædicti Ponti. fuerunt ſub Ludouico Pio ſecundo Germano Cęſare, à quo eorꝫ qlibet ſui pontificatus cõfirmationem petijt, adeo tunc premebatᷣ eccleſia Chriſti, ut recuſaret electus põtificatũ recipe priuſq̃ à Cęſare cõfirmaretᷣ.

Sub hoc corpus ſancti Marci ab Alexãdria à mercatoribus Venetis in patriã delatũ eſt, ubi nunc maxima ueneratione habetur extructo templo in celebriore urbis loco.

Sergius pontif. 103. Sergius ſecundus Papa.103.ſub Petro ſedit annos duos, mẽſem unũ, dies.3.ſub Lothario primo Germano Cęſare.3. Is Ponti. primum mutauit ſuum nomen, nam antea os porci fuit appellatus.

Leo põt.104. Leo quartus Papa.104.ſub Petro.

Ioãnes octauus põtif.105. Ioannes octauus Papa.105. ſub Petro ſedit annos.2.mẽſem.1.dies.4.De hoc ferũt qđ malis artibus Pontificatũ adeptus eſt, qm̃ cum eſſet fœmina, ſexũ mẽtitus eſt, & poſtea à ſer-

uo compressa, doloribus circũuenta mortua est. Hæc uulgo feruntur incertis tamen & obscuris autoribus.

Benedictus tertius Papa.106. sub Petro, diu reluctatus & inuitus Pontificũ munus susce pit. Sedit annos.2. menses.5. sub hoc tps magnæ cõtẽtiones & tumultus exorti sũt ꝓpter electionẽ: sed hos sedauit Lotharius Imꝑator. Benedictus pontif.106.

Nicolaus primus papa.107. Papa natione Romanus sedit annos.9. mẽses.6. dies.21. sub Ludouico.2. Germano Cæsare quarto, circa annũ Dñi.858. Scripsit plures decretales episto las, patet ex uolumine per Gratianũ collecto. Nicolaus põtif.107.

Extat Nicolai Papæ antiqua & insignis epistola, ad Michaelem Imperatorẽ Cõstantinopolitanũ super depositione Ignatij Patriarchę Cõstantinopolitani, quem ꝗdam Epi, ab ecclesia, cui iure pręsidebat, tyrãnice ꝓiecerunt, & Phociũ quendã ex foro ac seculari militia eductum ac subito tõsuratum eidem ecclesiæ, contra sacros canones, præfecerunt.

Tractat multa in epistola. Primũ inuehitur acriter in Imperatorem (seruata tñ modestia Christi uicario digna) ꝓpter epłam quã ab eo acceperat, irreuerentem admodũ, blasphemijs undiqꝫ & iniurijs plenam. Docet ibidẽ, quanta secundũ Deũ sacerdotibus reuerẽtia debeatur, & quãta religione, uenerati sint apostolicam sedem catholici Imperatores, ut ex histo ria ecclesiastica lib.10. cap.28. di.97. cap. uitor, facile constare potest.

Secundo Demonstrat quomodo inimici & suspecti, Iudices esse non possunt.

Hæretici, iudices esse non possunt.

Tertio. Idē de hęreticis & excōicatis demōstrat; qa neminē deijcere pōt ipse prio ꝓstrat⁹.

Subditi nec leuiter reprehendere pręlatos suos dēnt.

Quarto. Elegāter & erudite differit, ꝙ subditi prælatos suos aut iudicare, aut accusare, aut leuiter etiā reprehēdere nec debent, nec possunt. In quod ꝓbandum inter cætera habet argumentū ex facto Dauid primi Regū cap. 24. ubi legimus ꝙ Dauid percussit cor suum, eo ꝙ orā chlamydis Saulis abcidisset &c. Sic (inquit) faciunt pię subditorꝝ mentes siquando contra prælatos suos uix se se pro infirmitate sua cōtinere ualentes, leuia quædam loquunť eorꝝ manifesta mala tenuiter mordentes. utiqꝫ ad semetipsos redeunt, seqꝫ uehemētissime, uel de tenuissima uerbi laceratione reprehendūt. Facta quippe præpositorꝝ oris gladio feriēda non sunt. Secūdo addit & aliud argumentū, quo & tpe eius Pōtificis adhuc ea seruaretur cōsuetudo in ecclesijs, ut nullus sacerdos maiore suo consacerdote non innuēte, cuilibet rei benedicere sit ausus. Sed & anterior sacerdos stans ad ꝓnunciandum aliquā lectionem, benedictionem qdem postulat. Sed ei qlibet inferior nō audet penitus benedicere, quia ad Hebręos legimus ꝙ minor à maiore benediciť: per quod innuiť quantę censurę fręno inferiores quiqꝫ ad suos iudicandos prępositos coercendi sunt, si his nec benedicendum ius ullū penitus obtineant, ut re uera appareat, ꝙ non est discipulus supra magistrum. Et si ad benedicendum non est ius, quanto minus ad male dicendum? Quocirca minor non accuset, nec maledicat maiorem sacerdotem.

Quanta reuerentia à minoribus suos circa maiores cōsacerdotes.

Quinto.

Quinto. Quòd Romana sedes à nemine iudicari potest: quod inter cætera duob⁹ demonstratur exẽplis Primo Concilij Chalcedonensis, in quo Sãcti patres Dioscorũ Alexandrinũ Antistitem inter cętera idcirco potissimum, & sine ulla restitutione damnauerunt, ut ponens in cœlum os suũ, lingua eius transeunte super terram excõmunicationem in sanctũ Leonem Papam dictauit. Secũdo exẽplo cõcilij Romani, in quo habetur sic. Vnde factũ est, ut in concilio Epõrũ nullus in Marcellinũ Papam, qui tẽpore Diocletiani & Maximiani Augustorũ idolis cõpulsus sacrificauerat (sed postea insignis martyr effectus est) sententiam proferre ausus fuerit; dum ei sępissime omnes dicerent. Tuo ore iudica causam tuam, nõ nostro iudicio. Et iterũ: Noli audiri in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam, ex te iustificaueris, & ex ore tuo condemnaberis. Et rursus: Prima sedes nõ iudicatur à quoq; &c.

D.21. In tantũ

Sedes Romana à nemine iudicatur.

D.21. c. nunc autem.

Vltimo disseruntur multa de primatu Ro. sedis: maxima pars epistolę in hoc insumitur, ut demonstret hanc primã esse inter omnes, superq; omnes potestatẽ habere, utpote, quę sola à Dño immediate super Petrũ fundata fuerit. Ibidem, quòd synodus absq; autoritate Rom. Pont. nõ ualet. Deinde q̄ ecclesiæ Romanæ nõ Nicęna, nec ulla alia synodus priuilegium aliquod cõtulit, quę in Petro nouerat eam totius potestatis iura pleniter meruisse, & cũctarum Christi ouium regimen accepisse, cum cæteras alias Episcopatuum cathedras instituerit ecclesia Romana.

Ecclesiæ Romanę nulla synodus priuilegium aliquod contulit.

D.22. c.1.

Decreta eiusdem Nicolai ex Gratiani uolumine in unum collecta, & in aliquot titulos distributa.

De sede Apostolica titulus primus.

D.79.c.1. & c.Siquis.

Nõ Papa, sed apostata q̃ sine canonica electione cardinaliũ eligit.

Siquis pecunia uel gratia humana, aut populari seu militari tumultu, Apostolicæ sedi sine concordi & canonica electione Cardinaliũ eius ecclesię, & sequentium clericorum religiosorũ inthronizatur, nõ Papa uel Apostolicus, sed apostaticus habeatur.

Contra contemnentes mãdata Apostolica.

25.q.7. Siquis

Siquis dogmata, mãdata, interdicta, sanctiones, uel decreta pro catholica fide, uel ecclesiastica disciplina, ꝓ correctione iminentium & futuroꝝ maloꝝ à sedis Apostolicæ p̃sule salubriter promulgata contẽpserit, anathema sit.

Quanti facienda decreta Apostolica in his, quæ ad fidem spectant.

D.19. Si Romanorum.

Si Romanoꝝ Pontificũ decreto, cæterorum opuscula tractatoꝝ approbantur, uel reprobãtur, ita ut quod uere sedes Apostolica probarit, hodie teneatur acceptũ, & quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur; quãto potius ea, quæ ipsa pro catholica fide, ꝓ sanis dogmatibus, & multifarijs ecclesiæ necessitatibus, & fidelium morib⁹ diuerso tẽpore scripsit omni honore debet p̃ferri, & ab omnib⁹ prorsus in quibuslibet necessitatib⁹, uel opportunitatib⁹ discretione, uel dispensatione magistra reuerenter assumi?

De Imperatoribus titulus secundus.

D.96. Vbinã. Imperator

Vbinã legistis Imperatores antecessores uestros synodalibus cõuentibus interfuisse, nisi

forte inquibusdã, ubi de fide tractatũ est, quæ uniuersalis est, quæ omnium cõmunis, q̃ non solum ad clericos, uerũ etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet Christianos? uniuersalibus dũtaxat synodis interesse possunt.

Quæ spiritualia sunt non ad Imperatores attinent.

Mediator Dei & hominũ Christ⁹ Iesus, idẽ Rex & Pontifex, actibus proprijs, & dignitatibus distinctis, officia potestatis utriusq; discreuit, ut Christiani Imperatores, pro æterna uita Pontificibus indigerent, & Põtifices pro cursu tẽporalium tantũmodo rerum imperialib⁹ legibus uterentur, quatenus spiritualis actio, à carnalibus distaret incursibus, & Deo militans, minime se negocijs secularibus implicaret, ac uicissim, non ille rebus diuinis præsidere uideretur, qui esset secularibus negocijs implicatus. D.96. Cũ ad uerum.

Non uita, sed dignitas in sacerdotibus consideranda.

Nõ quales sacerdotes Dñi sunt, sed quid de Dño loquantur, est uobis magnopere prouidendũ, nec in uicarijs beati Petri Apostoli uobis est attendendũ, quid sint, sed quid pro correctione ecclesiarũ, quid pro salute uestra satagant. Nec enim illos dicetis inferiores scribis & pharisæis sedentibus super cathedrã Moysi, de quibus Dñs p̃cepit dicens. Quæcunq; dixerint uobis, facite &c. 1.q.1. Nõ quales. Malus p̃latus nõ amittit potestatem. Math. 23.

De dignitate sacerdotali idem Nicolaus in epistola ad Michaelem Imperatorem quæ incipit: Proposueramus &c. in. 2. to. conci. multa dicit.

An nõ districta ultione feriendus est, qui in duabus uxoribus adulterium Lamech & flagitium imitatus esse dignoscitur? Quod Dñs 24.q.3. An nõ

nõ nisi post septuagintaseptem generationes, suo salutifero aduentu deleuit, cum Caym fratricidium septima generatione, aquis abolitũ sit cataclysmi.i.diluuij.

De Episcopis titulus tertius.

D.34.c.1. Episcopi ab omnium bestiarũ uel uolucrũ uenatione penitus alieni existere, & ab immoderata filiarũ suarum familiaritate, unde mala oriatur fama, abstinere debent. Nullũ enim sanctum (ut ait Beatus Hieronymus) uenatorem legimus.

D.43.c.fina. Episcopis dispensatio celestis seminis iniuncta est, uę si non sparserint, uę si tacuerint, sicut
1.Cor.9. uas electionis formidat & clamat.

Propter infirmitatem impediti Pontifices abijciendi non sunt.

7.q.1.Pontifices. Pontifices qui aliqua occupantur infirmitate abijciendi nõ sunt, nec alij in loco eorũ consecrãdi sunt; nisi ex hac fuerint luce subtracti. Quòd si de ministerio sibi concesso cõqueruntur, quæ licita sunt, sacerdotes expleant. In ijs uerò, quæ his pręsumere nõ licet, uicinorum episcoporum usque ad recipiendam sanitatem, auxilia subrogentur.

Vt soliciti sint prælati ne uel coronam amittant.

Ibidem. Episcopos uerò, qui Dñici gregis suscipiunt curam atque solicitudinem, ab administratione eorum discedere nõ oportet; ut accepti talenti pulchritudo nõ deleatur, sed certamen eorũ salubriter augeatur, & triplicetur fructus.

In persecutionibus Episcopus oues suas non deserat

Ibidẽ.Scíscitaris. Scíscitaris, utrum cũ à Normanis ab episcopio depellaris, debeas de cætero in monasterio

conuersari. In quo scias charissime frater ꝙ si perniciosum est proreptã in tranquillitate nauim deserere, quãto magis in fluctibus? ubi nõ dicimus ꝙ persecutorũ nõ fugiamus insidias (maximeq; paganorũ) cũ ad tẽpus seuiunt, & ob multitudinẽ delictorũ nostrorũ nocendi facultatem diuinitus assequuntur, ꝑsertim cũ eis prodire ultro nõ debeamus, & multos ꝓphetas & apostolos, ipsum quoq; Dñm huiusmodi fugisse insecutores luce clarius constet, sed ꝙ ꝑcipue nos, qui tanq̃ arietes ducatũ gregibus ꝑbemus, imo qui, & horum pastores sumus, Deo autore, cũ eis in periculis pro uirib9 persistere pro cætero conueniat. Et cũ tranquillitas redita diuina fuerit pietate sopitaq; furentium infestatio, mox gregem perquirere, & in unũ colligere, & eius animos cœlesti patrię pace ac securitate ꝑdicata, erigere debemus.

Nõ licet Episcopis secularibus implicari negocijs. Quid enim ad Epos & milites Christi pertinet, nisi ut uacent orationibus? 23.q.8. Reprehensibile.

De Presbyteris titulus quartus.

Nullus Missam audiat ꝑsbyteri, quem scit concubinã indubitanter habere, aut subintroductam mulierem. D.32. Nullus

De sacerdote fornicario.

Sacerdotes si in fornicationis ceciderint laqueum, & criminis manifestus sit actus, sacerdotij honorem habere nõ possunt secundũ canonicę institutionis autoritatem. D.50. Sacerdotes.

Etiam à sacerdote manifeste malo licite sacramenta sumuntur.

Ab omni sacerdote & manifeste malo pos- 15.q.8. ca. fin.

ſunt fideles ſacramenta percipere; qm̃ mali bona adminiſtrando ſe tantũmodo lædunt. Fax accenſa ſibi quidẽ detrimentũ p̃ſtat, aliȷ̃s uero lumẽ in tenebris adminiſtrat; & unde aliȷ̃s cõmodũ exhibet, inde ſibi diſpendium p̃bet. Sumite ergo &c. qualiſcunq; enim ſacerdos ſit, q̃ ſancta ſunt, coinquinari non poſſunt.

De clericis titulus quintus.

32. De illo. Clericus qui uſq; ad ſubdiaconatũ caſte uixit, uxorem ducere nõ poteſt.

D. 50. clericus Clericus qui Paganũ occiderit, erit irregularis: nã diſcreti ſunt milites ſeculi à militib⁹ eccleſiæ, quibus militare ſeculo nõ conuenit.

De uotis monaſticis titulus ſextus.

20. q. 3. p̃ſens. Non debet quiſpiam ad regularẽ diſciplinã inuitus cogi, idcirco Dñs nõ ferendam in uia uirgam, per quã uiolentiam ulli inferatur, p̃cepit &c. Nullũ enim bonũ niſi uoluntarium.

De Laicis titulus ſeptimus,

D. 28. c. fina. Nõ debent laici p̃sbyterum iudicare, nec de uita eius quicq̃ inueſtigare; ſed Epoꝝ iudicio quicquid id ſit, eſt reſeruandum.

Facta Pontificum Imperator iudicare non debet.

D. 96. In ſcripturis. Nõ debet Princeps ſecularis, facta Pontificum quorumcunq; p̃sbyterorumq́ iudicare, exẽplo Cõſtantini Imperatoris, quẽ ſcripturę narrant dixiſſe; Verè ſi ꝓpriȷ̃s oculis uidiſſem ſacerdotẽ Dei, aut aliquẽ eoꝝ qui in monachali habitu amicti ſunt, peccantẽ, chlamydẽ meã expoliarẽ, & cooperirẽ eum; ne ab aliquib⁹ uideretur. Hoc dicimus cautos uos reddere cupientes, ut ſi de Dñi ſacerdotibus (qui iure patres animarũ dicuntur) aliquid contigerit uos

audire,quod confusionē pijs mētibus ingerat, nō infrunitos,sed pudoratos filios Noe imitātes patriam uerecundiam cōtegatis,ut affluenti benedictione repleri (sicut & illi)moderante Domino mereamini.

De Ecclesijs titulus octauus.

Sicut antiquitus à sanctis patribus statutū est,statuimus,ut maior ecclesia per circuitum quadraginta passus habeat; Capellę uerò uel minores ecclesiæ triginta.Qui autem confinia eorum cōfringere tentauerit, aut personam hominis,aut bona eius inde subtraxerit(nisi publicus latro erit)quousq; emēdet, & nisi quod rapuerit reddat,excōmunicetur. 17.q.4.Sicut.

De Baptismo titulus nonus.

A quodā Iudæo nescitis,utrum Christiano an Pagano multos in patria uestra baptizatos asseritis,& quod inde sit agendū consulitis. Ii profecto si in nomine Trinitatis, uel tantū in nomine Christi (sicut in actis Apostolorū legitur)baptizati sunt,rebaptizari nō debent. D.4. A quodā Iudæo.

De Pœnitentia titulus decimus.

De publica pœnitentia, qua inuasores & grassatores itinerū pœnitere debent,habes.12.q.2.c.de uiro.

De pœnitentia publica interfectorū suarum coniugum &c.33.q.2.c.Interfectores.

Statuitur pœna pro matricidis.

Matricida, sic pœniteat, per unum annum integrum ecclesiā non ingrediatur,sed ante fores basilicę stāns orans & deprecans Deum,ꝑseueret,qualiter tanto eripiatur piaculo. Completo anno introeundi in ecclesiam licentiam 33.q.2.Latorē

habeat, tantũ inter audientes stet, sed nõ dum cõmunicet. Completis tribus annis sacræ cõmunionis ei gratia concedatur; oblationes uero nõ offerat, nisi prius aliorũ septem annorũ curricula expleãtur. His autẽ omnibus annis carnem nõ manducet, nec uinum bibere p̃sumat, exceptis festis diebus, atque Dñicis; & à Pascha usq; ad Pentecostẽ. Et quocũq; ire uoluerit, nullo uehiculo deducat̃, sed pedes proficiscatur. Arma non sumat, nisi cõtra Paganos. Ieiunet autẽ tribus diebus per hebdomadam usq; ad uesperam, & à propria & legitima con iuge nõ separetur, ne infornicationis uoraginẽ corruat. Si autem ante annorũ trium cursum finis uitæ illius appropinquauerit, corporis & sanguinis Dñi nostri particeps fiat. Sin autẽ, ut supra statuimus. Efficiatur tamen si illius conuersionẽ & lachrymarũ fontẽ, in omnib⁹ uideritis floridis actionibus & optimis operibus pullulare, humanius circa eum solicitudo peruigil appareat, mitisq; in omnibus demonstretur.

De Matrimonio titulus undecimus.

27.q.2.Sufficiat. Sufficiat solus, secundũ leges, consensus ad coniugium: qui solus si defuerit, cætera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur.

33.q.5.Ne uxorem. Nec uxorẽ ducere, nec cõuiuia facere in quadragesima, cõuenir̃ posse, ullo modo arbitror.

Reliqua cap. huius tituli explicant impedimenta matrimonij. Quę quia circũferuntur in iure canonico, missa fecimus.

De Bellis titulus duodecimus.

2.q.4. Monomachiam. Monomachiam in lege nõ assumimus. Quã

prę ceptam

præceptam fuiſſe non reperimus, cum hæc & huiuſmodi ſectantes Deum ſolummodo tentare uideantur.

Quòd omni tempore ſit à prælijs abſtinendum.

Si nulla urget neceſſitas, nõ ſolum quadrageſimali tpe, ſed etiã omni tpe eſt à prælijs abſtinendum. Si aũt ineuitabilis urget importunitas nec quadrageſimali tpe p defenſione tã ſua, q̃ patriæ, ſeu legũ paternaꝝ, eſt bello præparationi pculdubio parcẽdum, ne Deum uideatur homo tentare, ſi habet qđ faciat, & ſuę ac alioꝝ ſaluti cõſulere non pcurat, & ſanctæ religionis detrimenta non præcauet. 23.q.8. Si nulla.

Omiſimus aliqua capitula Nicolai Papę, ne eadem uel cõmunia toties repeteremus.

Adrianus.2.Papa.107. ſedit annos.5.menſes.9.dies.12. ſub Ludouico.2. Germano Cæſare quarto, à clero & populo electus eſt. Adrianus põtif.

SYNODVS VNIVERSALIS OCTAua Conſtantinopoli anno Baſilij Imperatoris tertio celebrata ſub Adriano Papa ſecundo.

De origine huius ſynodi dixi in controuerſia quarta, & etiã cum ageremus de Nicolao primo. Tota ſynodus conſumit in depoſitione Photij & reſtitutione Ignatij Archiepiſcopi Conſtantinopolitani.

Actio prima.

Anno tertio pijſſimorum Imperatoꝝ Baſilij & Conſtantini, cõuenientibus Donato & Stephano Epiſcopis & Marino diacono & locumtenentibus Adriani ſanctiſſimi Archiepiſcopi ſenioris Romæ & Ignatio Archiepiſcopo Conſtantinopolitano nouę Romæ &c.

Hic primo synodus exegit à legatis Romanæ sedis literas, q̃bus notam facerent potestatem suam, ut præsiderẽt in synodo. At illi produxerunt epistolam Adriani Papę ad Basiliũ Imperatorem, cuius titulus est.

Adrianus Ep̃s seruus seruorꝝ Dei, pĳssimo Imperatori Basilio Augusto Christianissimo & desiderabilissimo filio. Legationis excellentię tuę &c. Et post pauca subiũgit. Volumus per uestrę pietatis industriam Cõstantinopoli numerosum celebrare conciliũ, cui nostri quoq; missi pręsidentes, & culparꝝ ꝑsonarũq́; differentias liquido cognoscentes (iuxta quod in mandatis acceperunt) singulorꝝ libere discretiones exerceant: in quo sacrato cœtu execrandi uanitatis cõcilĳ, qđ aduersum hanc sedem actum est, cuncta decernimus exẽplaria à possessoribus suis ablata (cõtemplãtibus cũctis) igne cremari; nec superesse apud quemlibet ex his oĩbus, saltem unum iota uel unum apicẽ, nisi q̃s totius clericatus, imo totius noĩs christiani (anathemate perculsus) carere uoluerit. Non. n. tam detestandum collegium nisi Ariminẽsi sub Cõstantio, uel Ephesino à Dioscoro congregato latrocinio cõparandum decernimus. Et dilectos fratres meos Donatũ sanctę ecclesię Hostiensis, & Stephanum ecclesiæ Repesinæ reuerẽdissimos Ep̃os, atq; filiũ meũ Marinum apostolicæ sedis diaconũ consiliarios nostros tuę cõmendamus pietati. Precamur, ut eos ob amorem p̃cipuorꝝ apostolorꝝ Petri & Pauli (à quorum sede mittuntur) benigne suscipias, & tãquam nobismetipsis au-

res credulitatis accommodes.

Deinde productus est libellus à sancta Romanorum ecclesia missus, & lectus audiente tota synodo. Cuius summa est.

Anathematizamus omnes hæreses simul cum Iconomachis. Anathematizamus etiam Photium, qui cõtra sacras regulas, & sanctorum pontificum Romanorum ueneranda decreta repente de curiali administratione, seculariq; militia sublatus (superstite Ignatio Patriarcha) in Cõstantinopoli est persuasorie, imo tyrãnice à quibusdam schismaticis, uel anathematizatis atq; depositis institutus ecclesia; donec sedis apostolicæ sanctionibus inobediẽs perseuerans, eius sniam tam de se, quam de Patriarcha nro Ignatio spreuerit, & cõciliabuli acta, quod se autore, contra sedis apostolicæ cõgregatum est, anathematizare distulerit. Sequimur autem sanctam synodum, & amplectimur, quam beatæ recordationis Papa Nicolaus (cui et ipse domine coangelice summe põtifex Adriane subscripsisti) ante sacratissimũ Petri & Pauli (apostolorum eximij) corpus celebrauit. Simul & quam tu ipse nuper egisti, & omnia, quæ in his statuta sunt, secundum decreti uestri moderationem uenerabiliter conseruabimus, recipientes quos recipiunt, & damnantes omnes, qui in illis damnati sunt, & præcipue iam dictum Photiũ & Gregorium Syracusanum patricidas uidelicet, qui contra spiritalem patrem suum linguas eximere minime formidarunt; atque perseuerantes in schismate sequaces eorum, necnõ & qui in illo-

Definitio synodi Romanæ celebratæ sub Nicolao.

rum communionis societate permanserint.

Sancta synodus dixit: Omnibus placet libellus à sancta Romanorum ecclesia expositus.

Deinde lecta est definitio episcoporum Orientis super depositione Ignatij, quæ facta fuerat priusquam uicarij senioris Romæ uenissent, quæ conueniebat cum ea, quæ facta fuerat à synodo Romana presente Nicolao Papa. Et sic absoluta est actio prima.

Actio secunda.

Ad hanc sessionem uenerunt, qui ceciderãt cum Photio, Episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi: & proferentes libellos pœnitentiæ coràm synodo, recepti sunt ab ea cum sola manus impositione. Et absolutus est conuentus secundus.

Actio tertia.

In hoc conuentu lecta est epistola Imperatoris Basilij, & epistola Ignatij Patriarchæ ad Nicolaum Papam: & deinde epistola Adriani Papæ ad Ignatium Patriarchã super damnatione Photij, & suorum sectatorum.

Actio quarta.

In hac sessione primo legit epistola Nicolai ad Michaelem Impatorẽ, missa per Rhodoaldum & Zachariam olim Epos: in qua ostẽdit Di. 63. c. adrianus. Cesari, hoĩem laicum nõ pmouendum ad sacerdotium subito, sed per suos gradus, sicut Sardicense conciliũ (ut de laicis nõ eligerentur antistites) in cap. 13. per oĩa phibuit. Itẽ & Coelestinus Papa in decreto suę sanctionis. ca. 21. & Leo Romanæ sedis pontifex hoc ipsum in decretalibus suis phibuit. ca. 33. Item et Gela-

ſius non ſolum Ep̄os de laicis fieri prohibuit, ſed etiã presbyteros ne talia pręſumerent, uetuit in decretorum ſuorum cap. 3.

Accedit, ꝙ prędeceſſor noſter Adrianus primus in epiſtola quam Cõſtantinopolim pro uenerandis imaginibus deſtinauerat, ita inſtituit, ut amplius de laicis nullatenus ordinarẽtur antiſtites. Hęc Nicolaus. Subinde uerò cõmendat uenerationem ſanctarum imaginum.

Secũdo, legit altera eiuſdem Nicolai ad Photiũ ep̃la; in qua ĩuehit̃ in illum ꝓpter uſurpatũ ſacerdotium contra ordinem ſacroꝝ canonũ. Deinde ad illud qđ ſcripſerat ad Nicolaũ Papam, ꝙ exemplo alioꝝ patrum fecerat, rñdet.

Temere et imprudenter ad tanti honoris culmen aſcendere præſumpſiſti, aſſumens tibi quaſi à ſanctiſſimo uiro Nectario occaſionẽ, quem ſancta ſecunda ſynodus non ob aliud ad ſacerdotalem eligere, atque ordinare ex laicali ordine uoluit dignitatem, niſi quia magnæ neceſſitatis contritione anxiabatur, eo quòd in Conſtantinopolitana eccleſia nullus clericorum inueniri poterat, qui peſſimæ hæreſeos nimboſa caligine nõ fuerat impeditus. Et ob hoc ne diu iam dicta eccleſia ſub diſtitutione paſtoris quaſi uiduata maneret, prædictum Nectarium expugnatorem hæreticorũ, & defenſorem eccleſiarum ad eccleſiaſticã curam & dignitatem ſacerdotalem ſecunda ſancta ſynodus elegit. Sed ut hoc iterum fieret, non confirmauit, nec inſtituit. Et ideo licet cõtra patrum, atq; canonicas inſtitutiones, qđ per neceſſitatis fieri euentus cõprobat̃, non in

Nectarius ex prætore urbano catechumenus ſacerdotiũ ſuſcepit in ſecunda ſynodo generali, cui et pręfuit, ut refert hiſtori. eccl. lib. 11. cap. 21. & Tripar. hiſt. li. 9. cap. 13.

autoritate tenendū est: sed ne iterum talis pro ueniat necessitas, magis magisq; cauendum.

Tarasius ex laico ordine assumitur ad archiepiscopatum.

De Tharasij quidem promotione, qui similiter ex laicali cœtu ad Patriarchatus extēplo culmen promotus est, quam & uos quasi in autoritate uestræ defensionis assumere uultis, si sanctā (quæ apud uos tempore sanctissimi uiri Adriani Papæ celebrata est) synodū diligētius scrutati fueritis, inuenietis quod in eadē sanctissimus uir cōsultus decreuit: & quod dum eius cōsecrationis reprehēderet actus, & mœrorē se pro tam præsumptiua factiōe minimū sustinere profiteret. Dicit enim, quod nisi in erigendis imaginibus feruentius contra illarum depositores, atque cōculcatores ut uerus miles Christi resisteres, nequaquam uestræ cōsecrationi assensum præberemus, aut in ordine Patriarchatus uestram dilectionem susciperemus, quæ tātum declarat inordinate promota, quantum cōprobatur contra apostolica decreta enormiter præsumpta.

Histor. eccle. lib. 11. c. 11.
Ambrosius cathecumenus assumitur ad episcopatum.

Beatissimum quoque Ambrosium splēdidissimā lucernā ecclesię, qui ex cathecumeno (diuino præsagio) ad Episcopalem per cōtinuos gradus promotus est dignitatem, cur nobis pro uestro tutamine opponitis? Qui nō instinctu hominum, sed diuina uocatione per miraculorum prodigia electus est.

Tertio, legit & alia epistola Nicolai ad Imperatorem; quæ idem tractat argumentum.

Actio quinta.

Ad sessionem uenit Photius, & stantem in præsentia patrū interrogauerūt eum ter legati, si susciperet cōstituta sanctorum patrū. At Pho-

tius non r̄ndit uerbum. Sed tñ urgentibus ui carijs senioris Romæ, tādem dixit. Vocē meā etiam me tacente Deus audit.

Pręsidentes synodi dixerunt: Per silentiū nō effugies manifestiorem dānationem. Et eo pręsente fecerunt, ut legerentur epistolæ, quæ in actione quarta fuerant lectæ. Quibus lectis, uicarij senioris Romæ dixerūt. Nos ergo non nouum aliquod uel recens iudicium iudicabimus, aut introducemus, sed uetus ex multo tpe iudicatum à beatissimo Papa Nicolao: firmatum autem à sanctissimo Papa Adriano, et nos non possumus cōmoueri à paternis definitionibus & legibus. Quem ergo nec sedes nostra apostolica, nec sedes receperunt Orientalium, qs de cætero (Christianus esse uolens) ulterius suscipiet? Sed talem conatum abijcimus, & anathematizamus, ne ulterius cōtra ecclesiam talis quælibet alia forte in omne seculum maligna introducatur actio, nec temere à mundana potestate eijciatur legitimus pontifex, & pro eo subrogetur alter inique et illegaliter.

Sancta & uniuersalis synodus exclamauit. Recipimus hæc omnia; ualde quippe sunt discreta, & congrua ecclesiasticis regulis, atque legibus. Et sic commonitus est ad pœnitentiam Photius & dimissus, & absoluta est actio quinta.

Actio sexta.

Vocati sunt ad synodum Episcopi Photij, ante quos lectę sunt epistolæ Nicolai Papæ ad Michaelem Imperatorem & Photium per

Leonem à secretis missæ (quasq; quarta cõtinet actio) & cum nollent resipiscere, commonuit eos coràm synodo Basilius Imperator. Et cum nec sic agnoscerent errorem suum denuo commonuit eos Imperator dicens. Ecce qualiter & quoties admonuimus uos, & audistis, & nõ est uobis rationis sermo. Si enim uultis subijci admonitionibus omnium nostrum, ecce potus & medicina: quòd si non, Imperium nostrum præbet uobis inducias septem dierum, ut si quidem curam gesseritis salutis uestræ, bene & optime, si uerò minime, uentura sexta feria in sancta & uniuersali synodo state omnes, & quicquid definierit uniuersalis synodus, fiet. Et absoluta est actio sexta.

Actio septima.

Ingressus est Photius ad synodum baculo innixus, quem ab eo Marinus uicarius Romanus iussit auferri dicens, Baculus signum est dignitatis pastoralis, quod hic habere nullatenus debet, quia lupus est, non pastor. Et hortabantur illum uicarij senioris Romæ ad faciendum libellum pœnitentiæ: & tota synodus prouocabat illum ad pœnitentiam; sed ille eos econtrario cum suis Episcopis ad pœnitentiam magis impellebat.

Lecta epistola Nicolai Papæ ad clerũ Constantinopoli. in qua late tractat hoc argumentum de scelesta depositione Ignatij, & introductione Photij.

Mox recitata sũt gesta synodi, q̃ facta est ab Adriano romanorũ papa sup pmotiõe Photij.

In tertia autē allocutione Adriani ad synodū sic habetur. Romanū pontificem de omniū ecclesiarum p̃sulibus iudicasse legimus: de eo uero quenq; iudicasse non legimus. Licet enim Honorio ab Orientalibus post mortē anathema sit dictum, sciendū tamē est, quia fuerat super hæresi accusatus propter quā solū licitum est minoribus, maiorū suorū motibus resistere, uel prauos suos sensus liberē respuere, q̃uis & ibi nec patriarcharū, nec cæterorū antistitū cuipiam de eo quālibet fas fuerit proferre sententiam, nisi eiusdem primæ sedis pontificis consensus præcessisset.

Eps romanus non iudicat à quoq; nisi i casu hæresis.

Adrianus papa de profano cōciliabulo Cōstantinopoli congregato penitus abolendo.

Cōciliabulum uanitatis à Photio, & huius fautore Michaele uidelicet tyrānice imperāte Cōstantinopoli nuper aduersus Apostolicę sedis reuerentiam, & priuilegium cōgregatū, ut pote ueritatis inimicū, & omni falsitate replentum: quū & sibi consentientium animas interficiens Ephesino latrocinio cōparandum fore statuimus, & ipsius execranda gesta (quibuscunq; habeantur monumentis inserta) summi iudicis Dñi nostri Iesu Christi, sanctorū Apostolorū principū Petri & Pauli, nostręq; mediocritatis autoritate penitus abolenda decernimus; ita ut igni tradantur, & anathemate perpetuo percellantur. Similiter & de cæteris scripturis, quę (uiris iam nominatis autorib⁹) cōtra eandem sedem tempore diuerso sunt editę, gerendum definimus.

Hic dānat synodus i tēplo aplorū celebrata Constanti. p Photium q̃ habet. 17. canones.

Pari etiam modo de conuenticulis ab eisdē

De conuenti-

culis contra Ignatiũ collectis similiter abolendis.

uiris Michaele scilicet imperante, seu Photio Constantinopolitano inuasore bis aduersum fratrem & coepiscopũ nostrum Ignatium factiose collectis, deliberamus.

De Photio inuasore iterato damnato.

Photium, qui licet sit à decessore meo & à nobis pro criminibus ante patratis iure dãnatus & anathematizatus, nunc tamẽ quia recẽtioribus excessibus priores iniquitates transcendit, & ponens in cœlũ os suũ aduersus uenerãda sedis Apostolicæ priuilegia noua temeritate prorupit, cui resistere minime formidauit, apostolicæ autoritatis cẽsura iterato dãnamus, & anathematis nexibus innodamus. Si tamẽ uiua uoce ac ꝓprio scripto apostolicæ sedi in omnibus obedire spopõderit, & prophanũ conciliabulũ à se Constantinopoli celebratũ dãnauerit, laicę cõionis grãm nõ negamus.

Dãnatur & altera synodus Photij in templo Sophię celebrata habet tres canones.

His sententijs subscripsit Adrianus papa, etiam & alij Episcopi.

Post hęc uero Stephanus diaconus fecit anathematismum Photij, & sequacium, & cooperatorꝝ eius, in quo ipsum Photium ut secularẽ & tyrãnũ, ut schismaticũ & damnatũ, ut mœchum, & parricidam, ut fabricatorẽ mendacij, & ut nouũ Dioscorũ anathematizat cũ omnibus sequacibus & fautoribus eius.

Actio octaua.

In conuentu octauo tractatũ est de abolendis chirographis iniustis, & uniuersis actis cõciliabulorꝝ, quæ à Photio contra Papã Nicolaum, & Patriarchã Ignatium celebrata sunt. Quæ uniuersa pręcepto Imperatoris & synodi combusta sunt.

Deinde uenerunt ad ſynodũ aliqui ſacerdo tes Iconomachi, & monitis ſanctę ſynodi & Imperatoris conuerſi recepti ſunt cũ ſola manus impoſitione.

Poſtremo Stephanꝰ diaconꝰ è ſuggeſtu anathematizauit Iconomachos & Photium ĩ hac forma. Concilio quod adhuc fremit contra uenerabiles imagines, anathema.

His, qui ſumunt diuinę ſcripturę dicta, quæ ſunt aduerſus idola contra uenerandas imagines, anathema. Cętera ſicut in ſynodo ſeptima & uniuerſali actione.7.in fine.

Actio nona.

Quæ nona continentur actione. Nũciatur ſynodo ueniſſe Ioſeph uicarium Alexandrinæ ſedis: huius hortante ſynodo, epiſtola cõmendatitia legitur, & ipſe receptus, quæ acta ſunt in octo actionibus prędictis approbat.

Mox examinãtur falſi teſtes, qui cõtra Ignatium iurauerant, & cum pſcripta à ſynodo ſatisfactione pœnitentiæ recepti ſunt ad cõmunionem eccleſiæ. Sic recepti ſunt & cæteri, qui defecerant ad Photium deſerto legitimo antiſtite Ignatio.

Actio decima.

In poſtrema ſeſſione annuente tota ſynodo pręceperunt uicarij ſenioris Romæ, ut legerentur canones, quos ſtatuerat ſancta ſynodus: quos integros nec libuit, nec licuit tranſcribere propter intolerabilem codicum deprauationem. Nactus ſum exẽplar quoddã latinum & per Amanuẽſem ſcriptum inſigniter deprauatum. Græcum aliquod exẽplar cum quo con-

ferrem latinum nunquam potui uidere; ideo plerosque canones in epitomen redegi.

Canon.1. De obseruatione canonum uniuersalium & localium synodorum.

Regulas, quę sanctę, catholicæ & apostolicæ, tam à sanctis apostolis, quam ab orthodoxorum uniuersalibus, nec nõ & localibus cõciliis, uel etiam à quolibet deiloquo patre ac magistro ecclesiæ, traditę sunt, seruare ac custodire profitemur: quibus & propriam uitam & mores, & omne sacerdotii catalogum regamus. Sed & omnes qui Christiano censentur uocabulo, dãnationibus & iustificationibus, q̃ per illas prolatæ sunt, canonice subiici decernimus. Tenere quippe traditiones quas accepimus siue per sermonẽ, siue per epistolam sanctorum, qui ante fuerunt Paulus aperte admonet.

2. Thessa. 2.

Canon.2. Vt seruentur definitiones Nicolai & Adriani Papæ.

D. 63. c. Adrianus.

Secundus canon habet, ut conseruentur definitiones synodicæ à beatissimo Nicolao Papa & Adriano Romanis Patriarchis pro defensione ecclesiæ Constantinopo. ac restitutione Ignatii, atque Photii neophyti expulsione, ac cõdẽnatione eiusdem Photii. De quibus in actione quarta.

Canon.3. Vt uenerentur imagines.

De obseruatione imaginũ.

Sacram imaginem Dñi nostri Iesu Christi & omnium saluatoris æquo honore cũ libro sanctorum euangeliorum adorari decernimus. Sicut enim per syllabarum eloquia, q̃ in libro feruntur, salutẽ consequunť omnes, ita per colorum imaginariam operationẽ & sapientes &

idiotæ cuncti, ex eo quod in prõptum est, perfruũtur utilitate. Quæ enim in syllabis sermo, hæc & scriptura q̇ in coloribus p̃dicat, & cõmendat. Dignũ est enim, ut secundũ congruentiam rationis, & antiquissimã traditionẽ propter honorem, quia ad principalia ipsa refertur, etiam deriuatiuę imagines honorentur, & adorentur ut sanctorum euangeliorum sacer liber, atq; typus pretiosę crucis.

Quartus canon declarat, q; neophytus Photius nunq; fuerit Episcopus, nec illi, qui in sacerdotali gradu cõsecrati sunt ab eo, putentur esse sacerdotes: sed subuertẽda esse omnia quæcunq; ille ad dandum alijs gradum sacerdotij operatus est.

Canon.5. Nullus ex laico ordine assumatur Episcopus.

Nullus de Senatoria dignitate, uel de aliquo laicor⁊ ordine nuper tonsus eligatur, uel suscipiatur Patriarcha, nisi secundũ definitionẽ quę prolata est ab hac sancta & magna synodo, scilicet, si omnem gradũ ecclesiasticũ transigens per definita nunc tẽpora irreprehensibilis inuẽtus extiterit, & probatus; ita ut in gradu lectorum annũ cõpleat; in subdiacono uero duos, sitq; diaconus tribus, & presbyter quatuor annis: bene placuit huic sanctæ & uniuersali synodo eligi hunc, & admitti. Hoc idẽ de sacerdotali dignitate statuĩt in ca.38. Cõcil. Bracareñ.2.

Canon.6. Anathematizatur Photius.

Anathematizamus Photium. Primo, ꝓpter nequissimam inuasionem ecclesię Cõstantinopo. cũ alijs malis operibus suis. Secũdo, ꝓpter inuentionem falsorum uicarior⁊. Tertio, ꝓpter concilium uanitatis quod celebrare tentauit.

Quarto,propter crimina quæ falsò contra sanctissimum papam Nicolaum in suo conciliabulo proposuit.

Canon.7.De nõ admittendis hostibus imaginum.

Valde proficuum est & uenerabiles imagines pingere,sed & proximo disciplinas diuinę ac humanæ sapientiæ docere.Nõ autẽ bonum est, nec omnino proficuum ab indignis horũ aliquid fieri hui⁹ rei gratia, nequaquam imagines operari in sacris tẽplis:sed neque in quouis loco docere anathematizatos ab hac sancta & uniuersali synodo, definimus & promulgamus, usque à propria seductione ac malitia cõuertantur.Quisquis ergo post hanc definitionem ad picturę sanctarum imaginũ in ecclesiis,aut doctrinæ actionẽ quoquo modo eos admiserit,si quidẽ clericus fuerit,proprio gradu periclitetur: si laicus cõmunione priuetur.

Canon.8. & 9.

Apparet ex actis octauæ sessionis huius synodi solitũ fuisse Photium, quũ eius uigebat hæresis, extorquere chirographas tum à quouis ordine clericorum,tum etiam à laicis nobilibus & ignobilibus usque ad cerdones,& pelliones,& reliquam plebis fęcem, quibus promittebant, se illi adhæsuros pugnaturosque pro eius opinione. Ipse præterea Photius solebat aliàs uicissim chirographas dare, quibus facultatẽ dabat ad docendũ,uel discendũ.Ex hoc improbo more arripuere ansam & catholici, ut uellent à piis sacerdotibus habere syngraphas,ut discerent,& docerent, essentque tuti & securi talibus muniti scripturis.Ob hoc sancitũ est his

duobus canonib⁹ octauo & nono, ut q creantur Epi, uel Patriarchæ nullas chirographas à catalogo clericorum expostulent, sed tantũ fiant solẽnitates de more: & ut liceat omnibus idoneis discere, uel docere libere sine facultate per chirographas data.

Canon.10. Nequis uitet superiorem præsulem ante sententiam.

Nullus clericus ante diligentẽ examinationem & synodicã sententiam à cõmunione proprij Patriarchę se separet, licet criminalem quãlibet causam eius se nosse ptendat; nec recuset nomẽ ipsius referre inter diuina mysteria. Idẽ statuimus de Episcopis erga proprios Metropolitas: similiter & de Metropolitis circa Patriarcham suum. Qui uerò contra fecerit, ab omni sacerdotali operatione & honorẽ decidat.

Canon.11. Quod unica sit hominis anima.

Apparet quosdã id temporis in tantũ impietatis uenisse, ut hominẽ duas animas habere impudenter dogmatizent. Tales igitur impietatis inuẽtores & similia sentientes, quũ uetus & nouũ testamentũ, omnesq́ ecclesiæ patres unam animã rationalem habere hominem asseuerent, sancta & uniuersalis synodus anathematizat.

Canon.12. Nequis potentia principum fretus assumat dignitatem Episcopi.

Siquis Episcopus per uersutiam uel tyrãnidem principũ suæ dignitatis consecrationẽ susceperit, deponatur, utpote qui nõ ex uoluntate Dei & ritu ac decreto ecclesiastico, sed ex uoluntate carnalis sensus ex hominibus & per

homines Dei donum possidere uoluit, uel consensit.

Ca.13. Ex minoribus ordinibus assumantur ad maiores.

Decernimus, ut soli clerici magnæ ecclesiæ qui in minorib9 ordinibus morati sunt ad maiores gradus & honores ecclesiasticos (si digni inueniantur) ascendere debeant. Nullo tamē modo hi qui foris sunt ad tales dignitates uel honores admittantur.

Canon.14. In quanto honore habendi sunt Episcopi à principibus secularibus.

Qui diuina gratia Episcopalem sortiuntur dignitatem, ordinem cœlestis hierarchiæ referunt in terris. Quare merito sancimus, ut digno in honore tam à principibus, q̄ à cæteris omnibus habeantur. Nō oportet itaq;, ut principib9 uel uiris militari dignitate prẹditis obuiam lōgissime procedant ab eorum ecclesiis: nec à mulis equis'ue descēdant in occursu, aut timide abiecteq; ante genua procidant, uel ut adoraturi. Immo uerò non accedant ad mēsas secularium principum, sed cū omni modestia quæ spiritalē deceat dignitatē, officia omnib9 & debita tribuant, cui uectigal, uectigal, cui honorē, honorē. Dūmodo principes, & pn̄ Imperatores agnoscant sibi ẹquales Episcopos; ut libere audeant reprehendere, increpareq; & principes & cẹteros, qui militari honore fruuntur, siquid peccauerint. Siquis uerò Ep̄s post hanc sanctionem suam dehonestauerit dignitatē cadens ab honore sibi per canonas debito, uixeritq; abiecte secundū ueterē & agrestem cōsuetudinem, amoueatur per annum, & princeps

qui

qui in causa fuerit excōmunicetur per biēniū.

Ca.15. In quē usum ecclesiæ possessiones seruari debeāt.

Decernimus, ut Epō uendere uel utcunq; alienare uasa aut uestes sanctas, nec alias rusticas possessiones uenūdare nō liceat, ne propter hoc ecclesiastici redditus lędant, quos ad ꝓpriam utilitatem & ob escam pauperoꝝ & peregrinoꝝ sustentationē esse definimus. Nec etiā per emphiteosim salaria ecclesiaꝝ tribuere possit; excepta causa olim ab antiquis canonibus ordinata, uidelicet, in redēptionē captiuorum. *Canon. 16.* 12. q. 2. Apostolicos.

Colligere licet solēne fuisse in aulis principum statis qbusdam diebus, componere aliquem laicū insignibus epalibus, qui & tonsura & cæteris ornamentis ꝑsonatum Epm ageret: et creasse etiā ridiculum Patriarchā, quo se oblectarent. Quę oīa ut in dedecus ecclesię accersita prohibentur sub grauibus censuris.

Canon. 17.

Quia depranata exemplaria reddunt hunc canonem insigniter obscurum, uisum est hac summa illum complecti, & non integrum transcribere. triaq; continet canon præsens. Autor.

Primum, q̄ Metropolitani super uniuersos Epos, qui ab ipsis ꝓmouent; et siue per manus impositionē, siue per paludationem epalis dignitatis firmitatem accipiūt, habeant potestatem, uidelicet, ad cōuocandum eos (urgēte necessitate) ad synodalem cōuentum: uel etiā ad coercendum illos, & corrigendum, cum fama eos sup qbusdam delictis forsitā accusauerit. Hoc primū est ex canone sexto Nicęni cōcilij dęsumptū, quē refert in hac forma: Quia & in

Romanorum ciuitate huiusmodi mos p̄ualuit.

De Ep̄is, qui causant se impeditos à mūdi pricipibus, ne ueniant ad synodos.

Secundū. Q̄m sunt q̄dam Ep̄orum, qui ne secundū uocationem apostolici præsulis occurrant, se à mundi principibus impeditos causant. Placuit talem excusationē oīmodo esse inualidam. Cum.n.principes pro suis causis frequenter cōuentū agāt, impium est ut summos pręsules ad synodos pro ecclesiasticis negotijs celebrandas impediāt, uel quosdā à cōcilijs eorum prohibeant, licet tale impedimētum & fictam prohibitionem Episcoporum suggestione diuersis modis fieri didicerimus.

Quòd ad principes seculares non pertineat synodis interesse.

Tertium est. Illud aūt tanq̄ perosum q̄ddā ab auribus nr̄is repulimus, quod à q̄busdam imperitis dicit, nō posse synodum absq̄ principali præsentia celebrari, cum nusq̄ sacri canones cōuenire seculares principes in cōcilijs sanxerint, sed solos antistites. Vnde nec interfuisse illos synodibus exceptis concilijs uniuersalibus inuenimus. Nec enim fas est seculares principes spectatores fieri rerum, quæ sacerdotibus Dei nōnunq̄ eueniunt.

Ca.18. Vt in ecclesijs antiqua conseruentur priuilegia.

Placuit huic sanctę & magnę synodo, ut res uel priuilegia quæ Dei ecclesijs ex longa consuetudine p̄tinent, & siue à diuæ recordationis Imp̄atoribus, siue ab alijs Dei cultoribus in scriptis donata, & ab eis per annos triginta possessa sunt, nequaq̄ à potestate præsulis quęcūq̄ persona secularis per potestatem subtrahat, aut per argumēta quælibet auferat; sed sint oīa in potestate, ac usu præsulis ecclesiæ quæcunq̄ intra triginta spatiū annorum ab ec-

clesĳs possessa fuisse noscunt. Qui cõtra fecerit ut sacrilegus iudicet, & donec talia priuilegia, seu res restituerit, anathema sit.

Ca.19. Ne Metropolitanus grauet subiectos Epos.

Definiuit sancta hæc & uniuersalis synodus nullum Archiepoꝝ, aut Metrapolitanoꝝ relinquere ꝓpriam ecclesiam, & sub occasione quasi uisitationis ad alias accedere, & consumere redditus, qui apud illos inueniunt ad ecclesiasticam dispositionẽ & alimẽta pauperũ. Sed tñ si cõtingat aliquò per illas ecclesias necessario iter agere, tunc nõ alia nisi ex his, quę ad pręsens de cõpendio ꝑparata inueniunt, cũ reuerentia, & cum timore Dei dignanter accipiat, & maturius ꝓpositum iter perambulet. Si.n. nnumquẽq; Epoꝝ ecclesiæ ꝓpriæ rebus cum multa parcitate uti, & nullatenus in proprias utilitates importune, ac sine ratione cõsumere redditus ecclesiasticos sacri canones decernunt, qua putas impietate iudicabit dignus, qui alĳs Epis cõmissas ecclesias grauare non formidat? Qui cõtra fecerit, deponat, et sequestretur ut sacrilegus, & alter idolatra factus iuxta magnum apostolum.

Canon. 20.

Hoc canone sancitum est, ut possessiones in emphiteosim datas ab ecclesia, nõ liceat emphiteotam spoliare pretextu nõ seruati pacti. Verum si per tres annos cõtinuos pensionem non soluerit, liceat tũc ecclesiæ uindicare suas possessiones; dũmodo id fiat ordine iudiciali coràm cõpetente iudice. Qui secus fecerit, cogetur ad restitutionem in integrum. Quòd si

noluerit parere, deponitur.

Ca. 21. Quanta reuerentia agendum est contra Episcopum Romanum.

22. di. c. definimus.

Definimus neminem prorsus mũdi potentium quẽcꝫ corꝫ qui Patriarchalibus sedibus præsunt inhonorare, aut mouere à ꝓprio throno tentare, sed omni reuerentia & honore dignos judicare; ꝑcipue qdem sanctissimum Papam senioris Romæ: deinceps aũt Constantinopoleos Patriarcham. Deinde uerò Alexandriæ, ac Antiochiæ, atcꝫ Hierosolymorꝫ. Sed nec alium quẽcꝫ conscriptiones cõtra sanctissimum Papam senioris Romæ, ac uerba complicare, uel componere liceat, sub occasione quasi diffamatorꝫ quorũdam criminũ; quod & nuper Photius fecit, & multo ante Dioscorus. Quisquis autem tale facinus cõtra sedem Petri principis apostolorꝫ ausus fuerit intentare, æqualem & eandem quam illi cõdemnationem recipiat. Porrò si synodus uniuersalis fuerit cõgregata, & facta fuerit etiam de sancta Romanorꝫ ecclesia quæuis ambiguitas & cõtrouersia, oportet uenerabiliter, & cũ cõuenienti reuerẽtia de proposita quæstione sciscitari, & solutionẽ accipere, aut ꝓficere aut profectũ facere: non tñ audacter sñiam dicere contra summos senioris Romæ pontifices.

Canon. 22. Ne princeps secularis se immisceat promotioni Episcoporum.

Sancta et uniuersalis synodus definit, neminem laicorꝫ principum uel potẽtum semet inserere electioni uel promotioni Patriarchę, uel Metropolitæ, aut cuiuslibet Epi, ne uidelicet

inordinata hinc & incongrua fiat cõfusio uel contentio: præsertim cum nullã in talibus potestatem quẽcq̃ potestatiuorum, uel cæterorum laicorum habere conueniat; sed potius silere, ac attendere sibi usq; quo regulariter à collegio ecclesiæ suscipiat finem electio futuri põtificis. Quisquis autem secularium principũ & potentum, uel alterius dignitatis laicæ aduersus communem ac consentaneam, atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentauerit, anathema sit.

Ca.23. Ne quid præsumat agere Eps in aliena ecclesia.

Nullus Episcoporum possessionum aliarum ecclesiarum locationem sibi fieri ab alio Episcopo rogare audeat: nec ipse rogatus suæ ecclesiæ possessiones alicui conferat: nec etiam constituat presbyteros, aut quemlibet alium clericũ in ecclesijs, quæ sibi subiectæ non sunt præter uoluntatem Episcopi.

Ca.24. Ne Metropolitæ exerceant ministeria episcopalia per subiectos Episcopos.

Diuina scriptura dicẽte, maledictus homo qui facit opus Domini negligenter: q̃dam Metropolitanorum extrema negligentia & desidia delapsi p̃ceptionibus suis subiectos ad se adducunt Episcopos, & cõmittunt eis ecclesiæ propriæ diuina officia & lætanias, & cuncta omnino sacra, quæ ad se pertinent mysteria, ut per illos celebrent omnia, quæ per semetipsos alacriter agere debuerunt: ac per id eos, qui Episcopalem dignitatem meruerũt, quodãmodo clericos sibi subiectos exhibeãt. Vacant ijdem præter ecclesiasticas leges seculari- Ecclesiastici p̃sules abstinẽt à curis secularibus, & uacant orationi & lectioni.

bus curis, atque dispositionibus, dimittentes perseuerare in orationibus et obsecrationibus pro suis delictis, ac populi ignorantijs : quod nusquam apud aliquos penitus iuenitur, cum sit canonicis nimirum cõtrarium omnino praecep ptis. Haec autem omnia magnis & multis, ac uehemẽtissimis dãnationibus dignos huiusmodi statuũt. Probant enim tales per hęc quę faciunt, etiam sathanica iactantia & superbia lãguere. Quisquis ergo Metropolitanorum post hanc sanctę ac uniuersalis synodi definitionem eadem audacia, uel superbia & contemptu abusus non per se cum timore & alacritate, seu cõsciẽtia bona debita ministeria in propria ciuitate, sed per suffraganeos Epõs suos efficere tẽtauerit, pœnas exsoluat coràm proprio Patriarcha; & aut corrigat, aut deponatur.

Ca. 25. Ut deponantur clerici qui defecerunt ad Photiũ.

Definimus, ut clerici rite prius ordinati à Methodio, uel Ignatio, & resiluerunt à cõsortio fidelium ut adhęrerent Photionis hęresi, & obdurati exemplo Pharaonis nolunt resipiscere, deponant oĩno: nec postea recipiant in ordinem claricorum, imo semper exosi sint, ut Esau. Ni forte ob magnam pœnitentiam à misericordia ecclesiae admissi fuerint.

Ca. 26. De ordine appellationis.

Ordo prouocationis datur in hoc canone, ut qui se lęsum arbitrabit à proprio Epõ, possit Metropolitanum appellare; qui datis dimissorijs ad se causam aduocet. Liceat tamen Episcopis prouocare ad Patriarcham, si crediderint se iniustitiam pati à Metropolitano, à

quo litibus finis imponatˀ;ut nullatenus Metropolita in Metropolitam,aut Episcopus in Episcopum uicinum ius habeat.

Canon.27.

Hic canō decernit qualiter oporteat uti pallio;ut scilicet Epi non ultra stata tempora, & loca eo utanˀ, ne signum sit superbiæ, aut arrogantiæ.Pręterea monachi qui uita & doctrina,ut Episcopi creenˀ meruerint, non mutent habitus, uestisq́; rationem ob nouam dignitatem:nō minus enim hoc arrogans esset,q̃ pallio inepte uti.Quisquis ergo Eṗs præter definita sibi tempora se pallio induerit, aut monasticam uestem deposuerit, aut corrigatur, aut à Patriarcha proprio deponatur.

Mōachi creati Eṗi nō mutant uestis rationem.

Postremo iussu uicarioꝝ senioris Romę prolatus est, & lectus terminus(ut illi uocant)in quo ad modum epilogi cōtinenˀ oĩa,quę acta sũt in hac sancta synodo. Primo ibi paucis explicanˀ, mysteria sanctę Trinitatis, & Dñicæ incarnationis. Mox explicaˀ ratio septem synodoꝝ generaliũ,& ꝓbanˀ à tota synodo pręsenti.Deinde explicaˀ etiã intentio huius octauę synodi,& q̃ acta sunt ꝑ Ignatio Patriarcha acōtra Photiũ: & ultima Eṗoꝝ uniuersoꝝ acclamatione recepta sunt & ꝓbata subscribẽtibus uniuersis. Primo uicarij senioris Romæ. Secũdo,Ignatio Patriarcha Cōstãtinopo. Tertio,uicarijs ecclesiaꝝ Oriẽtis. Quarto,Imperatoribus Basilio,Cōstãtino,& Leone, q noluerũt ante uicarios subscribere. Postremo reliq̃s eṗis.Et absoluta est octaua synodus gñalis.

Extat allocutio quędam Basilij Imperato-

ris ad totam synodum; in qua post alia amica & gratulatoria uerba subiungit. Quisquis habet aliqd contra hanc sanctã & uniuersalem synodum, aut eius canones, stet in medio, & quę sibi uidentur dicat, siue sit de ecclesiastico clero, siue etiã laicus sit, aut ex his qui ciuilibus officijs mancipant. Quãq; non datum sit istis secundũ canonem dicendi qcq; penitus de ecclesiasticis causis. Opus.n.hoc pontificũ & sacerdotũ est. Sed ex abundãti omne os iniquũ obstruere uolentes, licentiã pstamus omnibus ut q in mẽte habet qd ambiguũ, de his quę decreta sunt ab hac sancta synodo, hoc in mediũ exhibeat, & suscipiat satisfactionis salubre remediũ. Nam soluta sancta & uniuersali synodo, qui apparuerit ecclesię Dei cõtradicẽs, aut nõ cõmunicãs ei (quicũq; ille sit) ueniã ab imperio nr̃o minime cõsequetur, sed iuste condẽnabitur, & à ciuitate nostra pelleť ut pestilens & corruptor, & mẽbrum putridum & inutile & cõmune corpus ecclesię uiolans.

Explicit octaua synodus uniuersalis Constantinopoli celebrata.

In decreto Gratiani ascribuntur multa decreta huic octauę synodo, quę in exemplaribus latinis nõ inuenimus. Vnde uel falsò illi ascribuntur, uel Gratianus nactus fuit alia exemplaria magis integra.

Ioãnes.9.Põtif.109. Ioannes nonus Papa.109.sedit annos decẽ, dies duos, sub Ludouico secundo Imperat.

Martinus põtif.110. Martinus secũdus Papa.110. Malis artibus pontificatũ adeptus, sedit annũ unum, mẽses quinq;, sub Arnolpho Germano Cęsare sexto.

Adrianus.3.Papa.111.sub Petro, natióne Romanus, hic tanti animi fuit ut initio sui pontificatus ad senatum populumq; retulerit ne in creando pontifice, Imperatoris autoritas expectaretur, utq; libera essent & cleri & populi suffragia. quod institutũ à Nicolao primo tentatum potiusq; inchoatũ fuerat &c. Obijt anno primo, mense secundo sui pontificatus; sepeliturq; in basilica. S. Petri collachrymantibus omnibus tantum parentem tam repentè sibi sublatum esse. Adrianus.3. Papa.111.

CONCILIVM TRIBVRIENSE prouinciale. Celebratũ est sub Imperatore Arnolfo à uiginti duobus Epis Germanorũ anno Dñi.895. ad reformationem morum & status non modo clericorũ sed etiam laicorum; à quo Gracianus transcripsit multa in uolumine Decretorum.

Quòd excõmunicati, si post excõmunicationem non se inclinauerint ad pœnitentiam, per principem puniri debent. Cap.9.

Vt Episcopus non deponatur nisi à duodecim epis, presbyter à sex, diaconus à tribus. Cap.10.

Siquis clericus homicidium fecerit, etiam si nimium coactus, ab ordine cessare debet. Cap.11.

Vt propter Pascha & Pentecostẽ baptisma nõ celebretur, excepta necessitate periclitantiũ. Cap.12.

Cap.13. Quibus de causis offerendæ sint decimæ.

Decimæ offerendę sunt à populo ut hac ratione Deus placatus largius p̃stet quę necessaria sunt, & ut ministri ecclesiæ exinde releuati liberiores fiant ad spiritalis officij expletionẽ, & ut munus populi exhinc ĩ quotidiana obla

tione Dño immoletur, necnon secundũ statuta canonum in sustentationem pauperum & restauratione ecclesiarum proficiant. Quatuor enim fieri partes, iuxta canones, iudicamus de decimis & oblationibus fidelium, ut una sit episcopi, altera clericorum, tertia pauperum, quarta restaurationi ecclesiarũ seruetur, sicut in epistola Gelasii papę cap. 27. legitur.

Cap. 15. Vbi quis decimam soluit, ibi sepeliendus.

Vbicunq; facultas rerũ & opportunitas tẽporum suppetat, sepulturam morientiũ apud ecclesiam ubi est episcopi sedes, ordinamus celebrari. Quòd si ex aliqua causa difficile æstimetur, ubi decimam persoluebat uiuus, sepeliatur mortuus.

Cap. 16. Ne sepulturæ pro mortuis uendantur.

Interdictum sit omnibus Christianis terrã mortuis uendere, & debitã sepulturam denegare, Nisi fortè proximi & amici defuncti ꝓpter nomen Dñi, & redemptionem animæ uiri gratis aliquid donare uelint.

Eleemosynæ prosunt defunctis.

Cap. 17. Vbi sint sepeliendi laici.

Nullus laicus in ecclesia sepeliatur, nisi in cõmuni cœmiterio: corpora tamen antiquitus in ecclesia sepulta nequaq; proijciantur, sed pauimento desuper facto nullo tumulorũ uestigio apparente ecclesiæ reuerentia cõseruetur.

Cap. 18. De uasculis quibus mysteria sacra conficiuntur.

De cõsec. d. 1. Vasa in qbus &c.

Vasa quibus sacrosancta cõficiuntur mysteria, calices sunt & patenæ, de quibus Bonifacius martyr & episcopus interrogatus si liceret in uasculis ligneis sacramenta conficere, respondit. Quondam sacerdotes aurei ligneis ca

licibus utebātur, nunc econtrà, lignei sacerdotes aureis utuntur calicibus. Zepherinus. 14. Romanus episcopus patenis uitreis missas celebrare constituit. Nos statuimus ut deinceps nullus sacerdos sacrum mysterium corporis & sanguinis Domini in ligneis uasculis ullo modo conficere pręsumat.

Cap. 19. Ne uinum sine aqua in calice offeratur.

Non debet in calice Dñi aut uinum solum, aut aqua sola offerri, sed utrunq; permistum, quia utrunq; ex latere eius profluxit, sed sic ut duę partes sint uini, tertia uerò aquæ, quia maior est maiestas sanguinis Dñi quam fragilitas populi, qui per aquam designatur, iuxta illud, Populi multi aquæ multæ. Est canon. 32. sextæ synodi. Apoca. 17.

Cap. 20. De rasura clericorum.

Clerici in hoc raduntur ut solicitudinē coronæ Dñi in capitibus suis gerant, quos & seruos suos dici & esse uoluit, sortemq; illorum se constituit, sicut de eis scriptum est, Ego hęreditas eorum, quos qui percusserit, aut iniuria aliqua affecerit, grauiter puniri debet. Num. 8. Deut. 18.

Cap. 21. Vt presbyteri iurare nō cogantur.

Presbyter in iudicio ad iurandū cogi nō debet, sed uice sacramenti per sanctā consecrationem interrogetur: quia sacerdotes ex leui causa iurare nō debent, cum Dñs in euangelio discipulis suis dicat, Nolite iurare omnino &c. quod autem his abundantius est, à malo est. Non dixit, Quod amplius est, malum est, sed, à malo est, idest, à malo homine, de cuius incredulitate cogimur iurare. 2. q. 4. Siquis pśbyter. Math. 5.

Qui infamia laborat, permittitur ut p ignē, Cap. 22.

candenti ferro se purget. Colligitur ex hoc non esse natura sua malum. Sunt tamen hæc iam abrogata.

Cap.27. De his qui in clero iam deputati sunt.

Semel in clero deputati, nec ad militiã, nec aliquam ueniant dignitatem mũdanam, ut in synodo Chalcedoneñ. statutũ est cap.7. ne tales sint, sicut.s. Isidorus dixit esse, similes hyppocẽtauris, qui nec equi nec homines, sed quasi bruta animalia libertate ac desiderio suo feruntur.

Cap.31. De furibus & latronibus.

Si inuentus fuerit quis furtum aut rapinam exercere, & in ipso diabolico actu mortẽ mereatur incurrere, nullus pro eo p̃sumat orare, aut eleemosinã dare, & eleemosina pro eo data in memoriam, nec clericorum nec pauperũ ueniat, sed execrabilis sordescat.

Cap.35. Placita in diebus festis iudices nõ habeant.

Vt nullus iudex diebus festis uel Dominicis, seu ieiuniorum aut quadragesimę placitũ habere presumat. Et ut nullus pœnitens eò ueniat in hoc sancto statuimus concilio, qa inde irascitur Deus quùm, quãdo suo sancto seruitio debet popul⁹ desudare, inueniatur lites & contentiones frequentare. Diebus uerò Dñicis & sanctorum festis, uigiliis & orationib⁹ insistendum, & ad missas cuilibet Christiano cũ oblationibus est currendũ, & tantũ Deo uacandũ. Diebus quadragesimę & ieiuniorum summa deuotione ieiunandũ, & omni deuotione est orãdum, atque ab unoquoque pro facultatibus suis eleemosynæ tribuendæ, & nullæ lites uel con-

Qųid in ieiunijs quadragesimæ agendũ.

tentiones habendę. Arguit enim Dominus per prophetam, eos qui contentiones & lites tēpore ieiuniorum exercent. Esa. 58.

Cap. 39. De matrimonio inter alienigenas.

Siquis alienigenam, hoc est, alienę gentis, nō tamen religionis, fœminā in matrimonium duxerit, uelit nolit tenenda est, nec ultra ab eo separanda, excepta fornicationis causa, sicut synodus Romana ait, ꝙ nō dimittenda sit uxor post baptismū q̄ habita est & ante baptismū. In baptismo soluuntur crimina, non tamen legitima coniugia.

Cap. 40. Prohibetur matrimonium inter adulteros.

Qui uxorem alterius, eo uiuente, cōstuprauit, & insuper iuramento confirmauit si ambo eius legitimū superuixissent maritū, ut ille fornicator illam adulteram adulterio pollutā sibi associaret legitimo coniugio. Nos tale coniugium anathematizamus, & Christianis omnibus obseramus, quia nō oportet Christianæ religioni, ut ullus ea utatur in matrimonio cū qua prius pollutus est adulterio. Idē sine ulla limitatione prohibetur infra cap. 51. Extra de eo, qui du. in ma. &c. cū hēret.

Cap. 45. De illo qui cū duabus sororibus fuerit pollutus.

Qui cum duabus sororib⁹ fuerit pollutus, usq; ad exitum uitæ pœnitens & cōtinens permaneat, & soror quæ posterior scienter se cū eodē cōmaculauerit, usq; ad finem uitæ pœnitens & continens perduret.

Cap. 46. De confugiente ad episcopum ne ob adulterium à marito interficiatur.

Si cuius uxor cōstuprata fuerit, & propterea maritus capitali sententia delere illam ma-

chinauerit, ipſa uerò urgenti mortis periculo ad epiſcopũ cõfugerit, & auxiliũ quęſierit, operoſiore, ſi poteſt Epiſcopus labore deſudet ne occidatur, ſi uitã ei obtineri poſſit, reddat, ſin autẽ omnino non reddat. Maritus uerò q̃diu ipſa uiuat, nullo modo alterã ducat.

Cap. 54. Statuitur pœna pro homicidio uoluntario.

Qui uoluntariè homicidiũ fecerit, quod in Ancyrano concilio cap. 22. legitur, obſeruet, qa inſtituta canonica & s. Patrũ decreta, noſtro & omnium Orthodoxorum iudicio inuiolabilẽ habent firmitatem. Nobis tamen, qa paſtores ouium Chriſti ſumus, pro moderni temporis qualitate, & hominũ fragilitate, bonum & utile uidetur, ut autoritate ſynodali modum caſtigationis imponamus, ne prolixum tempus pœnitentiæ generet faſtidium negligentib9. Igitur ſiquis ſponte homicidium fecerit. 40. dieb9 ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & nihil manducet in illis. 40. diebus pręter ſolum panẽ & ſalem, nec bibat niſi puram aquam; nudis pedibus incedat, lineis non induatur ueſtibus niſi tantũ femoralibus, ſęcularia arma nõ portet, nullo uehiculo utatur &c. Poſt illos. 40. dies unum annum integrũ ab introitu eccleſiæ ſuſpendatur, & abſtineat ſe à carne & caſeo & uino. Secũdum uerò & tertium annum ſimili modo pœniteat. 4. autem annũ & 5. & 6. & 7. iſto modo obſeruet. Ieiunet autem his ſingulis tres quadrageſimas. Vnam ante Paſcha Dñi à caſeo & pinguibus piſcib9, à uino & medone: Alterã ante natiuitatẽ s. Ioannis Baptiſtę. Tertiam ante natiuitatem Dñi Saluatoris ieiunet,

& abstineat se à carne & cæteris rebus prędictis. His septem annis ritè expletis reconcilietur, & more pœnitentium sacris altaribus & sanctę cõmunioni restituatur atq; perfectionē consequatur, idest, cõmunionis Christi gratiā.

Vnanimes subscripserūt. 22. epi p̄sidente, & adiurante Pio principe Arnolfo.

Reliqua capitula requirat Lector in uolumine magno conciliorum, quæ sustulimus ne aliàs dicta repeteremus. Hic sustulimus fol. 456.

Stephanus. 5. Papa. 112. sub Petro sedit annos. 7. Stephanus. 5. Ponti. 112.

Formosus. 113. Papa sedit annos. 6. Iterum tum ingens dissidium fuit Romę de electione.

Bonifacius. 6. Papa. 114. sedit dies. 26. De tēpore quo sedit in sede Petri, magna controuersia est inter scriptores. Bonifacius. 6. Ponti. 114.

Stephanus. 6. Papa. 115. sedit annū. 1. Hic magno odio persecutus est Formosi nomen, cuius ordinationes omnes resciuit & damnauit. Iam enim tunc cœperat pontificum & uirtus, & integritas deficere. Stephanus. 6. Pōti. 115.

Romanus. 1. Papa. 116. sedit menses. 3. in quibus uniuersa acta Stephani improbat, & abrogat. Romanus. 1. Ponti. 116.

Theodorus. 2. Papa. 117. sedit dies. 20.

Ioannes. 10. Papa. 118. sedit annos. 2.

Benedictus. 4. Papa. 119. sedit annos. 4. Benedictus 4. Ponti. 119.

Leo. 5. Papa. 120. sedit dies. 40. quē Christophorus familiaris illius honore pontificatus spoliauit, cupidine quadam dominandi.

Christophorus. 1. Papa. 121. pontificatū malis artib⁹ adeptum, male amisit, septimo mēse dignitate eiectus, monasticā uitā obire cogit. Christophe. 1. Ponti. 121.

Sergius.3.Pō-ti.122. Sergius.3.Papa.122.sedit annos.7.Hic Christophorũ è monasterio tractũ in uincula coniecit,& Formosi nomen subinde prosequitur, cuius corpus humatum truncari capite iussit, res plena horroris,ut uideas quantũ iam degenerabant põtifices à maioribus suis,ne cui mirum sit interim siqui abusus & peruersę opiniones in ecclesiam irrepserunt.

Anastasius.3.Papa.123.sedit annos.2.

Landus.1.Pō-ti.124. Landus.1.Papa.124.sedit menses.6.

Ioannes.11.Papa.125.sedit annos.13.

Leo.6.Papa.126.sedit menses.7. sub Henrico Germano Cæsare.9.

Stephanus.7.Papa.127.sedit annos.2.

Ioãnes.12.Pō-ti.128. Ioannes.12.Papa.128.sedit annos.4.

Leo.7. Papa.129. sedit annos.3. sub eodem Henrico Cæsare.

Stephanus.8.Papa.130.sedit annos.3.

Martin⁹.3.Papa.131.sedit annos.3.mẽses.6. dies.10. Electus fuit sub Othone primo Germano Cæsare decimo.

Agapetus.2.Pōti.132. Agapetus.2.Papa.132.sedit annos.9. sub eodem Cæsare.

Ioannes.13. Papa.133. potentia patris fretus pontificium munus sibi desumit. Vir qui uenationib⁹ magis q̃ orationibus uacabat;& multa alia auditu indigna de eo dicuntur. Sedit annos.8.Is Othonẽ Cęsarea corona exornauit.

Benedictus.5.Ponti.134. Benedictus.5.Papa.134.sedit mẽses.6.Hunc eiecit Otho Imperator à sede sua, & compulit clerum,ut susciperet Leonem illius loco.

Leo.8.Pō.135. Leo.8.Papa.135. sedit annum.1.

Ioannes.14.Papa.136.sedit annos.6.Ab hoc

Otho.

Otho.2.corona imperij donatus est.

Benedictus.6.Papa.137.sedit annum unũ. Hic à Cynthio Romano ciue capit, & in arcẽ (quã sctĩ angeli uocant)includit: & eodẽ loco nõ multo post fame morit sub Otho.2.Cęsare. Bñdictus.6. Pontif.137.

Donus.2.Papa.138.sedit annum unum sub eodem Cæsare. Donus.2.Põtif.138.

Bonifacius.7.Papa.139.sedit menses septẽ, malis artibus pontificatum adeptum, male amisit sub eodem Cęsare.

Benedictus septimus Papa. 140. sedit annos octo sub eodem Cæsare.

Ioannes.15.Papa.141.sedit mẽses quatuor. Hic mẽse.3.sui põtificatus à Romanis capit, & in mole Adriani ĩclusus,pędore carceris inedia morit sub Othone.3.Germano Cęsare.12. Ioãnes.15. Põtif.141.

Ioãnes.16.papa.142.sedit mẽses.8.nihil cõmemoratõe dignũ gessit hoc tpe,sub eodẽ Cęsare. Ioãnes.16.Põtif.142.

Ioannes.17. Papa.143. sedit annos.10.menses.6.dies.10.sub eodem Cæsare.

Gregorius.5.Papa.144.sedit annos duos, menses quinq;. Hic seditione quadam eiectus est à pontificatu; sed undecimo mense p̃sidio Imperatoris Othonis restitutus est. Gregorius.5. Pontif.144.

Ioãnes.18. Hic fuit,qui uiuente Gregorio sedem per tyrannidem occupauit. Morit aũt & cum ignominia decimo mẽse usurpati pontificatus,sub eodẽ Cęsare. Annumerat Papa.145.

Syluester.2.Papa.146.malis artibus pontificatum adeptus,anno.4.moritur sub eodem Cęsare. Is magus fuisse fertur. Siluester.2.põtif.146.

Ioãnes.19.Papa.147.sedit mẽses.4.dies.20. electus sub Henrico.2.Germano Cæsare.13.

Ioãnes.20.Papa.148.sedit annos.4.menses quatuor sub eodem Cæsare. ad ocium conuersus, nihil dignum memoria gessit.

Sergius.4.põtif.149.

Sergius.4.Papa.149. sctíssimus pr̄ ecclesię, anno.2.sui põtificat⁹ morit́ sub eodē Cæsare.

Benedictus.8.Papa.150.sedit annos.11. sub eodem Cæsare.

Ioannes.21.Papa.151.sedit annos.11.sub eodem Cæsare.

Benedictus.9.pontif.152.

Benedictus.9.Papa.152.sedit annos.11. electus sub Corrado. 2. Germano Cæsare. 14. Hunc ꝓpter ignauiam eiecerunt Romani à sede,& in eius locum suffecerunt Ioãnem Sabinum Ep̄m, Syluestrũ tertium appellãtes: sed post nouem & quadraginta dies pulso adulterino pontifice Benedictus restituitur.

Syluester.3.põtif.153.

Syluester tertius anumeratur Papa.153. qui tamen(ut diximus)non fuit uere Papa,sed seditione populi intrusus.

Gregorius. 6. ponti.154.

Gregorius.6. Papa.154. sedit annos duos, uiuente adhuc Benedicto,à quo põtificatũ(ut ꝗdã uolũt)acceperat;quãuis alij aliud dicant.

Clemẽs.2.põti.155.

Clemẽs.2.Papa.155.in synodo põtifex creatur imperante & cogẽte Henrico.3. sed abeunte Imperatore Romani ueneno põtificē è medio sustulere pontificatus sui mense.9.

Damasus.2.ponti.156.

Damasus.2.Papa.156. per uim pontificatũ occupat, nullo cleri populiq; consensu. Adeo inoleuerat hic mos, ut cuiq; ambitioso liceret Petri sedem inuadere. Sed non diu tulit Deus hanc tyrannidem,nam.23.die usurpati pontificatus moritur: quare merito à nõnullis non recensetur inter pontifices.

Leo.9.Papa.157.anno Dñi.1049.pontificatũ optima ratione obtinuit, nõ assumens sibi honorẽ, sed à Deo uocatus uelut alter Aaron, sic optime functus est officio suo. Sedit annos qnq;, menses duos, & dies sex, sub Henrico.3. qui niger dictus est. Sub hoc tp̃s fuit Berengarius autor erroris de sacrõ cœnę Dñicę: cuius error à Leone ĩ cõcilio Vercellẽsi dãnatus est. Leo.9.ponti. 157.

Victor.2.Papa.158. hic magnã synodũ Florentiæ habuit, in qua multos Ep̃os, tum simonię, tum fornicatiõis causa ep̃atu priuauit, clerumq; admonuit, quid maxime ad se pertineret, ꝓposita pœna his qui leges transgrederentur. Moritur anno secũdo, mẽse tertio, die.14. Victor.2.pontif.158.

Stephanus nonus Papa.159. sedit menses septem, dies octo. Stephanus.9. ponti.159.

Benedictus.10. Papa. 160. sedit menses. 9. dies.20. eiectus est è sede suborta Romę cõtentione quadã sup̃ electione sua: subrogatus est eius loco Gerardus qdam Ep̃s Florentinus. Benedictus. 10.ponti.160.

Nicolaus.2.Papa.161. qui pro Benedicto suffectus est. Hic apud Lateranum habito concilio sacerdotali, legem tulit, quæ sic habet. Nicolaus.2. ponti.161.

Siqs pecunia aut gratia humana, aut populari militari ue tumultu sine cõcordi & canonica electione Cardinaliũ fuerit in throno Petri collocatus, is nõ ap̃ficus, sed apostaticus, idest, à rõne deficiens merito uocet. Liceatq; Cardinalibus, clericis, & laicis Deum colentibus, illum (ut p̃donẽ, anathematizare, & quouis humano auxilio à sede ap̃fica propellere: atq; quouis in loco (si in urbe nõ liceat) catholicos huiusce rei causa congregare. Is Pontif. primus statuisse dicitur ius eligendi pontificis in posterũ penes cardinales tantũ fore.

In eodem cōcilio ferunt reuocatū ab errore suo Berengarium diaconū Andegauēsis ecclesię, qui arbitrabat̃ in sacro eucharistię non esse uerum Christi corpus, integrumq́; sanguinē, nisi ut in signo et figura: quem errorem instante & urgente Nicolao publice confessus est. Tertio pontificatus sui anno morit̃ sub Henrico.3. Germano Cæsare.15.

Alexander.2. ponti.162. Alexander secundus Papa.162. sedit annos undecim, menses sex, sub eodem Cæsare.

Gregorius. 7. ponti.163. Gregorius.7. papa.163. omnium bonorꝝ cōsensu Pontifex creatur anno salutis.1072. Habes formā electionis suæ, & alia annotatione digna in Platina; ex qbus unum est, ꝙ Henricum quartū Imperatorē, qui quia multis malis & iniurijs affecerat ecclesiam Romanam, ipsum priuatum prius omni regia administratione anathemate notauit, nec fuit absolutus donec deposito regali ornamento, nudis pedibus (quãuis aspera esset hyems & gelu cuncta rigescerent) uenit ad Pōtificem, et ueniam petens absoluitur, & ecclesiæ reconciliatur, pace iure iurando confirmata, & integra obedientia p̄missa. Sedit annos.12. mensem unū.

Victor.3. pontif.164. Victor tertius Papa.164. ex Abbate montis Cassini pontifex creatur; qui (ut aliqui ferunt) opera Hērici ueneno in calice eiecto, dū sacrificat, necat̃ anno primo sui pontificatus sub Henrico.4. Cæsare Germano.16.

Vrbanus.2. ponti.165. Vrbanus secundus Papa.165. Hic Archiepiscopo Toletano pallium & priuilegia multa concessit, eundemq́; totius Hispaniæ primatem instituit, & regem Gallitiæ cū omni diœ-

celli sancti Iacobi anathematis uinculo illigauit, quia puinciæ Episcopū in carcerem inaudita causa coniecerat. Cistercienſiū ordinē primo in Burgūdia excitatum sua autoritate cōfirmauit. Sunt etiam qui scribant Carthusianos monachos huius pontificis tempore originē habuisse, quuis alij tpibus Victorij tertij hoc ascribāt. Sedit annos. 12. sub eodē Cæsare.

Paschalis secundus Papa. 166. Hunc totus clerus nolentem & latitātem Pōtificem creat, qp diceret humeros suos nequaquā tanto oneri suffecturos. Sub hoc floruit Anselmus uir æque sanctus & doctus, & diuus Bernardus uitæ monasticæ facile princeps, Abbas Crauallen. Sedit autem Paschalis annos decem & octo, menses sex, electus sub eodē Cæsare. Paschalis. 2. ponti. 166.

Gelasius secūdus Papa. 167. Huius temporibus scribunt, qdam habuisse originem Templarios milites, qui nō longe à sepulchro Domini habitātes, peregrinos suscipiebāt, eosq; per loca sacra armati ducebant, ac reducebāt: quo eis sine periculo Inuisere loca sacra liceret. Sedit annum unum. Gelasius. 2. pōtif. 167.

Calistus secundus Papa. 168. electus est in Cluniacensi cœnobio, in quo loco obierat Gelasius. Verum, is non prius pontificium habitū sibi desumpsit, q̄ intellexit se ab his quoq; cardinalibus cōfirmari, qui Romæ & in Italia remanserant. Anno qnto, mense decimo sui pontificatus moritur in Domino, electus sub Henrico. 5. Germano Cæsare. 17. Calixtus. 2. ponti. 168.

Honorius. 2. Papa. 169. familiaritate pclarorū uirorū mirifice delectatus est; quos & Ro- Honorius. 2. ponti. 169.

mę retinebat. Sub hoc floruit Hugo de sancto Victore, qui scribendo sui ingenij pclara monimenta reliquit. Huius tpe Arnulphus Christianę religionis prædicator egregius clericorꝝ insidijs necať, q acerbe nimium in eorꝝ lasciuiam & libidinem inueheret, q́q; eorꝝ põpam & in cõparandis diuitijs nimium studiũ improbaret, paupertatem Christi & integerrimã uitam ad imitationem oíbus ppõnens. Moriť anno qnto sui pontificatus, & mense secundo sub eodem Cæsare.

Innocẽtius. 2. pontif. 170. Innocentius. 2. Papa. 170. Contra hunc Petrus Romanus ciuis Romæ Antipapa (eo absente) creať, Anacletusq; uocať: quẽ post dies aliquot Lotharius Germanorꝝ rex, Roma expulit, & Innocentiũ restituit. Sedit annos. 14. menses septem sub eodem Cæsare.

Cœlestinus. 2. ponti. 171. Cœlestinus. 2. Papa. 171. sedit mẽses qnq;, electꝰ sub Corrado Sueuo Germano Cęsare. 19.

Lucius. 2. põtif. 172. Lucius. 2. Papa. 172. Huius cõsensu in Gallia synodus Epõrꝝ & Abbatum facta est contra Biliardũ philosophum peripateticum, qui pręsente Ludouico rege rationibus uictus; nõ modo sententiam mutauit, sed monasticã uitam & religionem professus est. Sedit menses septem, dies quatuor sub eodem Cæsare.

Eugenius. 3. ponti. 173. Eugenius tertius Papa. 173. antea sancti Anastasij Abbas, quem sanctus Bernardus monachũ induerat, ad quem sedentẽ in cathedra Petri scripsit libros de cõsideratione, sua religione & eruditione refertissimos. Sedit annos. 8. menses. 4. dies. 20. sub eodem Cæsare.

Anastasius. 4. ponti. 174. Anastasius quartus Papa. 174. sedit annum

unum, mẽses. 4. sub eodẽ Cęsare. Tunc doctrina & uita florebat Ricardus de sancto Victore, cuius scripta nunc extant integra.

Adrianus quartus Papa. 175. sedit annos. 4. menses. 10. sub eodem Cæsare. Adrianus. 4. pontif. 175.

Alexander tertius Papa. 176. sub eodem Cęsare. Cõtra hũc electus est per tres cardinales Octauianus Romanus ciuis (Victor appellatus) & fuit schisma in ecclesia fermè per. 20. annos. Alexander uerò post longos & assiduos labores, cum iam quieturus à tyrãnicis pturbationibus uideret, pontificatus sui anno. 21. Romę morit (sublatis prius è medio quatuor schismaticis pontificibus, quorũ seditionibus ecclesia Romana ferè subuersa est. Sub hoc põtifice beatus Thomas Cantuariẽsis Archiepiscopus martyrij mercedem assecutus est. Alexander. 3. ponti. 176.

Lucius tertius Papa. 177. Hic ab urbe deiectus, eo q̃ cõsulum nomẽ abolere adnitebat, pontificatus sui anno. 4. mẽse. 2. die. 18. morit Veronæ sub Friderico. 1. Germano Cęsare. 20. Scribũt aliq Petrũ comestorem, qui historiam utriusq; testamẽti cõscripsit, in ptio tũc fuisse. Lucius. 3. pontif. 177.

Vrbanus tertius Papa. 178. Hoc administrãte sacerdotiũ, occupata est ab infidelibus Hierosolyma ciuitas sancta. Vrbanus pficiscens Venetias cõparandę classis gratia, dolore animi, quẽ ex calamitate Christianorũ acceperat, Ferrarię morit, pontificatus sui anno. 1. mense. 10. die. 25. sub eodem Cæsare. Vrbanus. 3. ponti. 178.

Gregorius octauus Papa. 179. tractat dę recuperanda Hierosolyma, sed dum hæc agit Pisis moritur pontificatus sui die quinquagesi- Gregorius. 8. pontif. 179.

mo septimo. Sub eodem Cæsare.

Clemens. 3. pontif. 180. Clemens tertius Papa. 180. sedit annos tres; menses quinque. sub eodem Cæsare.

Cœlestinus. 3. pontif. 181. Cœlestinus tertius Papa. 181. Hic Constantiam monacham rege Rogerio natam occulte è monasterio Panormitano eduxit, et Henrico sexto dispensatione apostolica in matrimoniũ collocauit. Vir sanctissimus nihil in uita prætermisit, quo terra sancta recuperaretur; sedit annos sex, menses septem, dies undecim, electus sub Friderico primo.

Innocẽtius. 3. pontif. 182. Innocentius. 3. Papa. 182. uir ante põtificatũ doctrina & moribus insignis à Cœlestino in numerũ cardinaliũ refert; quo mortuo, oĩum consensu in eius loco pontifex sufficitur; sub Henrico. 6. Germano Cæsare. 21. Huius tẽporibus oborta apud Tholosam hæresis est, quã eodem procurante, beatus Dominicus (à quo ordo fratrum prædicatorum fuit institutus) mira celeritate compescuit.

CONCILIVM LATERANENSE.

Cõciliũ Lateranũ maximũ sub Innocẽtio tertio celebratũ, anno salutis. 1215. cui ĩterfuit Hierosolymitanus, et Cõstãtinopolitanus Patriarcha Metropolitani. 70. Epi. 400. Abbates 12. priores cõuentuales. 800. Græci & Romani imperij legati; regũ uerò Hierusalem, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ, & Cypri oratores. Papa moritur Perusij pontificatus sui anno. 18. mense. 7. die. 16. Adiuuarunt huius pontificis uirtutem & doctrinam beati Dominici & beati Francisci Assisinatis sanctitas è quibus prædicatorum & minorum ordo ortum habuit.

ACTA CONCILII LATERANENsis per titulos distributa.

De fide catholica. Cap. 1.

In capitulo primo sunt articuli sequentes, qui ad fidem pertineant.

Vnus est Deus indiuisus ĩ essentia, & discretus in personis, creator omnium &c. Is ab initio tẽporis utrãq; de nihilo condidit creaturã corporalẽ & spiritualẽ (angelicã scilicet & mũdanam.) Deinde humanã quasi cõmunem ex spiritu & corpore constitutam.

Diabolus à Deo quidem natura creatus est bonus, sed ipse per se factus est malus: homo uerò diaboli sugestione peccauit &c.

Hæc sancta Trinitas secundum cõmunem essentiam indiuidua; & secundum personales proprietates est discreta &c.

Vnigenitus Dei filius à tota Trinitate cõmuniter est incarnatus, ex Maria uirgine spiritus sancti cooperatione conceptus.

Omnes mortales cũ suis proprijs corporibus resurgent, quæ nunc gestant, ut recipiant secundũ merita sua, siue bona fuerint, siue mala, mali cũ diabolo pœnã perpetuam, boni cũ Christo gloriam sempiternam.

Vna est fidelium uniuersalis ecclesia, extra quam nullus saluatur &c.

Verum Christi corpus & sanguis in sacramẽto altaris sub speciebus panis & uini ueraciter continentur, transubstantiatis pane ĩ corpus & uino in sanguinẽ potestate diuina &c.

Hoc sacramentũ nemo potest conficere, nisi sacerdos fuerit rite ordinatus secundũ claues

ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis & eorũ successoribus Iesus Christus.

Sacramentũ baptismi, quod cũ inuocatione Trinitatis cõsecratur in aqua, tam paruulis q̃ adultis in forma ecclesię à quocunq; rite collatum fuerit, proficit ad salutẽ &c. Si tamen post susceptionem baptismi contingat prolabi in peccatum, per ueram pœnitentiam semper potest recuperari &c.

De summa tri. & fide. ca. 1. Non solum uirgines & continentes, uerum etiam coniugati per fidem rectam & operationem bonam, ad æternam merentur beatitudinem peruenire &c.

De errore Abbatis Ioachin. Cap. 2.

Damnamus ergo, & reprobamus libellũ, siue tractatũ, quẽ Abbas Ioachin edidit cõtra Magistrũ Petrũ Lombardũ de unitate, seu essentia Trinitatis; appellans hæreticum & insanum, pro eo q̀ in suis dixit sententijs, quomodo q̃dam summa res est pater & filius & spiritus sanctus, & illa nõ est generans, neq; genita, nec procedens. Vnde asserit, q̀ ille non tam Trinitatẽ, quã quaternitatẽ astruebat in Deo, uidelicet, tres personas, & illam cõmunem essentiam, quasi quartã; manifeste protestans, q̀ nulla res est, quæ sit pater & filius, & spiritus sanctus. *(Hic deest aliquid)* sunt una essentia, una substantia, unaq; natura, uerùm unitatem huiusmodi non ueram & propriam, sed quasi collectiuam, & similitudinariam esse fatetur, quemadmodũ dicuntur multi homines unus populus, & multi fideles una Ecclesia; Iuxta

Actu. 4. illud: Multitudinis credentiũ erat cor unum

& anima una; Et qui adhæret Deo, unus spiritus est. Item qui plantat & q rigat, unũ sunt, & omnes unũ corpus sumus in Christo. Rursus in libro Regũ; Populus meus & populus tuus unum sunt. Ad hanc autẽ suam sententiã astruendã illud potissimũ uerbũ inducit, quod Iesus Christus de fidelibus inquit in Euangelio: Volo pater, ut sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus, ut sint cõsũmati in unũ. Nõ enim ait, ut fideles Christi sint unũ, idest, una ꝗdam res, quę cõmunis sit omnib⁹, sed tantũ sunt unũ, idest, una Ecclesia propter catholicæ fidei unitatem; & tandẽ unum regnũ propter unionẽ indissolubilis charitatis. Quemadmodum in canonica Ioãnis epistola legitur. Quia tres sunt qui testimonium dant in cœlo Pater, & uerbum & spiritussanctus, & hi tres unum sunt, statimq́ subiungit. Et tres sunt qui testimoniũ dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis; & tres unum sunt; sicut in codicib⁹ quibusdã inuenitur. Nos autẽ sacro & uniuersali concilio approbante, credimus & cõfitemur cũ Petro, quòd una ꝗdam res est incõprehensibilis quidẽ & inęstimabilis, quæ ueraciter est pater & filius & spiritussanctus; tres simul personę, ac singulatim ꝗlibet earundem; & ideo in Deo Trinitas est solũmodo, non quaternitas: quia quælibet trium personarũ est illa res, uidelicet substãtia, essentia, siue natura diuina, quæ sola est uniuersoꝝ principiũ: ꝑter quam aliud inueniri nõ potest: & illa res nõ est generans, neq; genita, nec ꝓcedens, sed est pater qui generat, filius qui gignitur, & spiritussanctus, qui pro-

1.Cor.6. &.3. &.12.

3.Reg.22.

Ioan.17.

1.Ioan.5.

cedit, ut distinctiones sint in personis, & unitas in natura. Licet igitur alius sit pater, alius filius, alius spiritussanctus, non tamen aliud, sed id quod est pater est & fili⁹, & spiritussanctus id est omnino, ut secundum orthodoxam & catholicam fidem consubstantiales esse credantur. Pater enim ab ęterno filium generãdo, suam substantiam ei dedit; Iuxta quod ipse testatur: Pater quod dedit mihi, maius est omnibus, ac dici nõ potest, quod partẽ suæ substantiæ illi dederit, & partem retinuerit ipse sibi, cũ substantia patris indiuisibilis sit, utpote simplex omnino. Sed nec dici potest, quod pater ĩ filium transtulit suam substantiam generãdo, quasi sic dederit eã filio, ꝙ nõ retinuerit ipsam sibi: alioquin deseruisset esse substãtia. Patet ergo ꝙ sine ulla diminutione filius nascẽdo substãtiam patris accepit, & ita pater & filius habent eãdem substantiã, & sic eadẽ res est pater & filius & spiritussanctus ab utroqꝫ ꝑcedens.

Ioan. 10.

Cũ ergo ueritas pro fidelibus suis ad patrem orat, Volo, inquiens, ut ipsi sint unũ in nobis, sicut & nos unum sumus: hoc nomẽ, unũ, pro fidelibus quidẽ accipitur, ut intelligatur unio charitatis in gratia: pro personis uerò diuinis, ut attendatur identitatis in natura unitas, quẽadmodum ueritas alibi ait: Estote perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est, perfectione naturę, utroqꝫ uidelicet suo modo: quia inter creatorem & creaturam nõ potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notanda.

Aliter sũt unũ fideles Chri. aliter tres ꝑsonæ diuinæ.

Math. 7.

Siquis igitur sententiam siue doctrinam ꝑfati Ioachim in hac parte de-

Nõ ipse Ioachim, sed eius liber dãnatur.

fendere uel approbare p̃sumpserit, tanq̃ hæreticus ab omnibus cõfutetur. In nullo tamen p̃ hoc florenti monasterio, cuius ipse Ioachim extitit institutor, uolumus derogari, qm̃ regularis institutio est & obseruantia salutaris, maxime cũ idem Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mandauerit, apostolicę sedis iudicio approbanda seu etiã corrigenda, dictãs epistolã cui propria manu subscripsit. In qua firmiter confitetur se illam fidẽ tenere, quam Romana tenet Ecclesia, quæ cunctorum fidelium disponente Dño mater est, & magistra. Reprobamus etiam & dãnamus peruersissimũ dogma impij Amalrici, cuius mentem sic pater mendacij excæcauit, ut eius doctrina, nõ tam hæretica censenda sit, quàm insana.

De hæreticis. Cap. 3.

Excõmunicamus & anathematizamus oẽm hæresim, extollentem se aduersus hanc sanctã orthodoxam catholicam fidem, quã superius exposuimus, condemnantes uniuersos hęreticos, quibuscunq; nominibus cẽseantur: facies quidem habentes diuersas, sed caudas ad inuicem colligatas, quia de uanitate conueniunt in idipsum.

Damnati uerò, secularibus potestatibus p̃sentibus, aut eorum baliuis relinquantur animaduersione debita puniendi, clericis prius à suis ordinibus degradatis: ita quod bona huiusmodi damnatorum, si laici fuerint, confiscentur, si uero clerici, applicentur ecclesiis à qbus stipendia perceperunt.

Punitio hæreticorum secularibus potestatibus cõmittenda.

Qui autę inuenti fuerint sola suspitione no-

Contra suspectos de hęresi.

tabiles, nisi iuxta considerationes suspitionis qualitatemq́; personæ propriam innocentiam congrua purgatione mõstrauerint, anathematis gladio feriantur, & usq; ad satisfactionem condignã ab omnibus euitentur; ita quòd si p annũ in excõmunicatione perstiterint, ex tunc uelut hæretici condemnentur.

Quòd iuramentum debent p̃stare seculares potestates.

Moneantur autem & inducantur, & si necesse fuerit, per censurã ecclesiasticam cõpellantur seculares potestates cuiuscunq; officij, etiã sicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defensione fidei p̃stent publice iuramentum, quòd de terris suæ iurisditioni subiectos, uniuersos hæreticos ab ecclesia denotatos, bona fide pro uiribus exterminare studeant, ita q̃ amodo q̃ncunq; quis fuerit in potestatem siue spiritualem siue temporalẽ assumptus, hoc teneatur capitulum firmare.

Si uero Dñs tẽporalis requisitus & monitus ab ecclesia, terrã suam purgare neglexerit, ab hac hæretica fœditate, per Metropolitanũ & cõprouinciales Episcopos excõmunicationis uinculo innodetur. Et si satisfacere cõtempserit infra annũ, significetur hoc summo pontifici, ut ex tunc ipse uasallos ab eius fidelitate denunciet absolutos, & terrã exponat catholicis occupandã, qui eam exterminatis hęreticis sine ulla cõtraditione possideant, & in fidei puritate conseruent, saluo iure Dñi principalis, dũmodo super hoc ipse nullum p̃stet obstaculum, nec aliquod impedimentũ opponat; eadẽ nihilominus lege seruata circa eos, qui nõ ha-

bent Dominos principales.

De priuilegiis conceßis catholicis qui hæretico rum exterminio insistunt.

Catholici uerò qui crucis assumpto charactere, ad hæreticorum exterminium se accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoq; priuilegio sint muniti, quod accedētibus in terræ sanctæ subsidium conceditur.

Excōmunicentur, qui sine licentia prædicant.

Quia uerò nonnulli sub specie pietatis, uir- 2.Timo.3.
tutem eius (iuxta quod ait Apostolus) abnegantes, autoritatem sibi uendicant pdicandi,
cum ipse Apostolus dicat. Quomodo prędica Roma.10.
bunt, nisi mittantur? omnes qui prohibiti, uel non missi pter autoritatem ab Apostolica sede uel catholico Episcopo loci susceptam, publice uel priuatim pdicationis officium usurpare psumpserint, excōmunicationis uinculo innodentur: & nisi quātocyus resipuerint, alia competenti pœna plectantur.

Deponatur Episcopus qui ad expurgandas hæreses negligens inueniatur.

Volumus igitur & mandamus, & in uirtute obedientię districte pcipimus, ut ad hæc efficaciter exequēda Episcopi p diœceses suas diligenter inuigilent, si canonicā effugere uoluerint ultionem. Siquis enim Episcopus super expurgādo de sua diœcesi hęreticę prauitatis fermento negligens fuerit uel remissus, cū id certis indicijs apparuerit, ab Episcopali officio deponatur, & in loco ipsius alter substituatur idoneus, qui uelit & possit hęreticam confundere prauitatem.

Cap.4. De superbia Græcorum contra Latinos.

De hoc hẽs extra de bap. & eius effectu &c.

Cap.5. De ordine sedium Patriarchalium.

Vt post Romanã ecclesiam, quæ mater uniuersorum Christi fidelium est & magistra, Constantinopolitana primũ, Alexãdrina secundũ, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartũ locum obtineant &c.

Cap.6. Vt singulis annis prouincialia celebrentur concilia.

Metropolitani singulis annis cũ suis suffraganeis prouincialia nõ omittant concilia celebrare; in quibus de corrigendis excessibus, & moribus reformãdis, p̃sertim in clero, diligentem habeant cũ Dei timore tractatum &c.

Cap.7. De correctione excessuum.

De hoc habes extra de officio iudicis ordinarij. c. Irrefragabili.

Cap.8. De inquisitionibus.

Contra delinquentes tribus modis potest procedi, per accusationẽ, denũciationem, & inquisitionem. Diligens tamẽ adhibeatur cautela, ut sicut accusationẽ legitima debet p̃cedere inscriptio, sic & enũciationem charitatiua admonitio, & inquisitionem clamosa insinuatio preuenire &c.

Extra de accusa. c. Qualiter & q̃n.

Cap.9. De diuersis ritibus in eadem fide per Episcopum tolerandis.

De hoc habes extra de officio iudicis ordinarij. c. Quoniam.

Cap.10. De prædicatoribus instituendis cum Episcopi prædicare non ualeant.

Cũ sepe contingat, q̃ episcopi propter occupationes multiplices, uel inualetudines corporales

Ibi. c. sequẽti. Officiũ eporum p̃dicare pp̃rio.

rales, seu occasiones alias (nec dicamus defectũ sciẽtię, qđ in eis est reprobandũ oĩno, nec de cætero tolerandũ) per seipsos nõ sufficiunt ministrare populo uerbũ Dei, maxime per amplas dioeceses & diffusas, generali cõstitutione sancimus, ut Epi uiros idoneos ad sanctæ prędicationis offm̃ salubriter exequendũ assumant, potentes in opere & sermone, qui plebes sibi cõmissas uice ipsorꝝ (cum per se idem nequeunt) solicite uisitantes, eas uerbo ędificẽt & exẽplo, qbus ipsi cum indiguerint, cõgrue necessaria ministrẽt: quos habebunt Epi coadiutores & cooperatores, nõ solum in prædicationis officio, uerũ etiam in audiendis confessionibus, & pœnitentijs iniungendis, ac cæteris quæ ad salutem ptinent aiarꝝ. Siqs aũt hoc neglexerit adimplere, districtę subiaceat ultioni.

Cap.11.

De magistris scholasticis in ecclesijs cathedralibus instituendis, de triennio in triennium celebrandis &c. Extra de magistr. quia.

Cap.12. Extra de statu mona. in singulis.

Cap.13.

De nouis religionibus prohibitis. Extra de relig. domi. c. fi.

Cap.14. De incontinentia clericorum punienda.

De hoc habes extra de uita, & honesta. cleri. ut clericorum.

Cap.15.

De arcenda ebrietate clericorꝝ. ibidẽ. c. seq.

Cap.16. De iumentis clericorum. ibidem.

Cap.17. De comessationibus prælatorum, & negligentia eorũ super diuinis officijs &c.

De hoc habetur de celebratione missarum cap. dolentes.

Cap. 18.

Extra ne cle. uel mona. Sētentiam.

De iudicio ſanguinis clericis interdicto, & de duello ab eis nō exercendo: et p̄cipue ne qſ q̄ ſacerdos, & diaconus purgatione aquæ feruentis, uel frigidę, ſeu ferri candentis ritum cuiuslibet bn̄dictionis, aut cōſecrationis impendat, ſaluis nihilominus ꝓhibitionibus de monomachijs, ſiue duellis antea ꝓmulgatis &c.

Cap. 19.

Extra de cuſtodia eucharistiæ.

Relinqui nolumus incorrectum, ꝙ q̄dam clerici ſic exponunt eccleſias ſupellectilibus ꝓprijs & etiam alienis, ut domus potius laicæ q̄ Dei baſilicæ uideantur &c.

Cap. 21. Fideles oēs ſemel in anno cōfiteri tenentur.

Extra de pœni. & remiſ. c. omnis.

Oīs utriuſq; ſexus oīa ſua peccata cōfiteantur fideliter ſaltem ſemel in anno ꝓprio ſacerdoti, uel alieno; prius tn̄ à ꝓprio ſacerdote impetrata uenia, qm̄ aliter ille ipſum non pōt abſoluere, uel ligare. Et ſuſcipiat reuerēter ad minus in paſcha Euchariſtiæ ſacr̄m, niſi ꝓprius ſacerdos ab eius perceptione dixerit abſtinendū &c. Sit aūt ſacerdos diſcretus, & cautus, diligenter inquirens & peccatoris circunſtantias & peccati, per quas prudenter intelligat quale illi conſilium debeat exhibere, & cuiuſmodi remedium adhibere, diuerſis experimētis utendo ad ſanandū ægrotum &c. Caueat aūt oīno ne uerbo, uel ſigno, uel alio quouis modo prodat aliquatenus peccatorem; ſed ſi prudentioꝝ cōſilio indiguerit, illud abſq; ulla expoſitiōe pſonę caute req̄rat &c.

Ca. 202. ſextæ ſynodi.

Cap. 22.

Extra ibidē c. ſeq.

Qm̄ infirmitas corporalis nōnunq̄ ex peccato ꝓuenit, medici ante oīa curent aduocare

medicos aíarum, ut postq́ infirmis fuerit de spirituali salute prouisum, ad corporalis medicinę remediũ salubrius procedat, cum causa cessante cesset effectus. Cęterum cum aía sit multo prestantior corpore, sub anathemate prohibemus neq́s medicorum pro corporali salute aliq́d ęgroto suadeat, quod in periculũ animæ conuertatur.

Cap.24.

Triplex est dũtaxat uia iuridicę electionis, per inspirationem spiritus sancti, per scrutinium, per compromissionem; qui uerò contra prædictas formas eligere tentauerit, eligendi (ea uice) potestate priuentur. &c. Extra de electio. cap.

Cap.29. De multa prouidentia.

Fuit in hoc cõcilio prohibitũ, ut nullus diuersas dignitates eccl'iasticas, et plures eccl'ias parochiales recipet cõtra sacrorum canonũ instituta. Hoc idem in personatibus decernimus obseruandũ, addẽtes, ut in eadẽ ecclesia nullus plures dignitates habere presumat, aut personatus, etiam si curam non habeat aíarum. Circa sublimes tñ & lr̃atas personas, quæ maioribus sunt bñficijs honorãdę (cũ ratio postulauerit) per sedẽ apl'icam poterit dispẽsari &c. Extra de pręben. & digni. c. cum multa. *Cap.31.*

Ad abolendã pessimã quæ in plerisq́ inoleuit ecclesijs, corruptelã firmiter prohibemus, ne canonicorum filij (maxime spurij) canonici fiant in secularibus ecclesijs, in q́bus instituti sunt patres &c. Extra de fili. presby. *Cap.32.*

Extirpandę consuetudinis uitiũ in q́busdã partibus inoleuit, q́ patroni ecclesiarum parochialium, & alię q̃dam personæ, prouentus ipsarum sibi penitus uendicantes presbyteris earundem Extra de pręben. & digni. c. extirpãdæ,

seruitio deputatis relinquũt adeo exiguã portionẽ, ut ex ea cõgrue nequeãt sustentari; unde fit ut in his regionibus penè nullus inueniat sacerdos parochialis, qui uel modicã hẽat notitiã lrarꝝ. Cũ igit os bouis triturantis alligari nõ dẽat &c. Statuimus, ut portio sufficiens ipsis assignet. Qui uerò parochialem habet ecclesiã, non ꝑ uicariũ sed ꝑ seipm̃ illi deseruiat, in ordine quẽ ipsius ecclesię cura requirit; nisi forte p̃bendę, uel dignitati parochialis ecclesia sit annexa, in quo casu cõcedimus, ut is, q talem habet p̃bendã, uel dignitatẽ cũ oporteat eũ in ecclesia maiori seruire, in ipsa parochiali ecclesia idoneũ & perpetuũ studeat habere uicariũ canonice institutũ &c. Illud aũt penitus interdicimus, neqꝫ in fraudẽ de ꝓuẽtibus ecclesię (quæ curã ꝓprij sacerdotis debet habere) pensionem alij quasi pro beneficio conferre p̃sumat &c. *Cap.41.*

Extra de prescri. Quoniã.

Nulla ualet absqꝫ bona fide p̃scriptio tã canonica q̃ꝫ ciuilis, cũ sit gñalr oĩ cõstitutioni, atqꝫ cõsuetudini derogandũ, q̃ absqꝫ mortali pc̃tõ nõ põt obseruari. Vnde oportet, ut q p̃scribit, ĩ nulla tp̃is ꝑte rei hẽat cõsciam alienę.

Cap.46. Clerici etiam propter communes utilitates grauari non possunt.

Extra de immu. eccle. Aduersus.

Aduersus cõsules & alios, q ecclesias & uiros eccl̃iasticos talijs, seu collectis et exactionibus alijs grauare nitunt, cõciliũ Lateranẽse ĩmunitati ecclesiasticę uolẽs ꝓuidere, p̃sumptores hmõi sub anathematis districtione prohibuit, excõicationi p̃cipiens subiacere trãsgressores, & fautores eoꝝ donec satisfactionẽ im-

pendãt cõpetentẽ. Verum siqñ forsan Eps simul cũ clericis tantã necessitatẽ & utilitatẽ inspexerint, ut absq; ulla coactiõe ad releuãdas utilitates, & necessitates cões (ubi laicorum nõ sup petũt facultates, subsidia p ecclesias duxerint cõferenda, p̄dicti laici humiliter & deuote recipiãt, cũ actionibus gratiarum. Propter ĩprudẽtiã tñ quorũdã, Romanũ prius cõsulant põtificẽ, cuius ĩterest cõib⁹ utilitatib⁹ puidere &c.

Cap. 50. Prohibitio copulæ coniugalis quartum gradum non excedat.

Prohibitio copulę cõiugalis q̄rtũ cõsãguinitatis et affinitatis gradũ d̄ cętero ñ excedat, qm̃ ĩ ulterioribꝰ gradibꝰ iã nõ põt absq; graui dispẽdio hmõi phibitio gñalr obseruari. Ca. 51. — Extra de consan. & affini. Non debet.

Clãdestina cõiugia penitus inhibemus &c. — Extra de clandesti. despon. cũ inibitio.

Cap. 54. Vt prius soluantur decimæ quàm tributa.

Statuimus, ut exactionẽ tributorum & cẽsuũ p̄cedat solutio decimarum, uel saltẽ hi ad quos cẽsus et tributa indecimata puenerint (qm̃ res cũ onere suo trãsit) ea p cẽsurã ecclesiasticã decimare cogantur ecclesijs, qbus iure debeatur. — Extra de deci. & primi. et obla. Cũ nõ.

Cap. 58. Tpe interdicti possunt monachi diuina celebrare.

Celebrare diuina possunt tam monachi, q̃ clerici tempore interdicti (sed exclusis excommunicatis & interdictis, ianuis clausis & suppressa uoce, non pulsatis campanis. — Extra de priui. Quod nõnullis.

Cap. 62. De reliquijs sanctorum.

Cũ ex eo q̃ qdam sanctorum reliqas exponũt uenales, ut eas passim ostendãt, Christianę religioni sit detractũ sæpius, imposterum præsenti decreto statuimus, ut antiquę reliquię amodo extra capsam nõ ostendantur, nec exponantur ue- — Extra de reliqui. & uene. sanct. Cum ex eo.

nales. Inuentas aũt de nouo nemo publice uenerari ꝓsumat, nisi prius autoritate Romani pōtificis fuerint approbatę. Pręlati uerò de cętero nō ꝑmittãt illos, qui ad eoꝝ ecclesias causa uenerationis accedunt, uanis figmentis, aut falsis decipi documẽtis, sicut & in plerisq; locis occasione quęstus fieri cōsueuit. Eleemosynaꝝ quoq; quęstores quoꝝ qdã se alios mentiẽdo abusiones nōnullas in sua ꝑdicatione ꝓponũt, admitti (nisi apł'icas uel diœcesani Epi lr̃as ueras exhibeãt) ꝓhibemus; & tũc ꝑter id qđ in ipsis continebit lr̃is, nihil populo proponere permittantur. Cap. 63.

Quęstores modesti & discreti.

Qui aũt ad q̃rendas eleemosynas destinantur, modesti sint et discreti, nec in tabernis aut locis incongruis hospitent: nec inutiles faciãt aut sumptuosas expensas, cauẽtes omnino ne falsum religionis habitum gestent.

Moderamen indulgẽtiaꝝ.

Ad hæc, qa per indiscretas indulgẽtias atq; supfluas quas qdam ecclesiaꝝ prælati facere nō uerent, & claues ecclesię contẽnunt, & pœnitentialis satisfactio eneruat; decernimus, ut cum dedicat basilica, nō extendat indulgentia extra annum, siue ab uno solo, siue à pluribus Epis dedicet: ac deinde in anniuersario dedicationis tpe quadraginta dies de iniunctis pœnitentĳs indulta remissio non excedat: & infra hunc quoq; dieꝝ numeꝝ indulgẽtiaꝝ lr̃as pręcipimus moderari, quæ pro qbuslibet causis aliquoties cōcedunt, cũ Romanus pōtifex (q plenitudinẽ obtinet ptãtis) hoc in talibus moderamẽ cōsueuerit obseruare. Cap. 63.

Extra de sy-

Ne pro cōsecrationibus Epoꝝ aut benedi-

ctionib⁹, aut ordinib⁹ clericorꝛ aliqd accipiat. mo. Sicut pro certo.

Cap.64. Monachæ pretio receptæ unà cum recipientibus de monasterio expellantur.

Qm̄ simoniaca labes adeo plerasq; moniales infecit, ut uix aliquas sine pretio recipiant in sorores, paupertatis p̄textu uolentes huiusce modi uitium palliare: ne id de cętero fiat, penitus ꝓhibemus, statuētes, ut q̄cunq; de cętero talem prauitatē cōmiserit tam recipiens q̄ recepta, siue sit subdita, siue p̄lata, sine spe restitutionis de suo monasterio expellatͬ, in locum arctioris regulę ad agēdam perpetuo pœnitentiam retrudenda. Extra ibidē. Quoniam.

De his aūt quæ ante hoc synodale statutū taliter sunt receptę, ita duximus ꝓuidendum, ut remotę de monasterijs, quæ perperam sunt ingressæ, in alijs eiusdem ordinis collocentur.

Quòd si ꝓpter nimiam multitudinem alibi forte nequiuerint cōmode collocari, ne forte damnabiliter in seculo euagentͬ, recipiantur in eodē monasterio dispensatiue de nouo, mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis.

Hoc etiam circa monachos & alios regulares decernimus obseruandum. Verum ne per simplicitatē uel ignorātiā se ualeāt excusare, p̄cipimus ut diœcesani Episcopi singulis annis hoc faciant per suas diœceses publicari.

Cap.65. Extra ibidem.

Cap.66. Extra ibidem.

Cap.67. Iudæi etiā cōpellendi sunt ad restituēdas usuras.

Statuimus ut si de cętero quocunq; p̄textu Iudęi à Christianis graues & īmoderatas usuras extorserint, Christianorꝛ eis participium Extra de usuris. Quanto amplius.

Quãdo cogũtur Iudęi satisfacere pro usuris.

subtrahat donec de imoderato grauamine satisfecerint cõpetẽter. Cẽsura ẽt ecclesiastica Iudęos decernimus cõpellẽdos ad satisfaciendũ ecclesijs pro decimis & oblationibus debitis, quas à Christianis de domibus & possessionibus alijs pcipere cõsueuerãt, anteq̃ ad Iudęos quocũq; titulo deuenissent. *Cap.68.*

Extra de Iudeis, & Saracenis.

Statuimus ut Iudæi utriusq; sexus in omni Christianorum puincia, & in omni tpe, qualitate habitus publice ab alijs pplis distinguant.

Cap.69.

Extra ibidẽ. Cum sit.

Nec Iudęi, nec Pagani officijs publicis pręficiantur.

Postremo loco habet i hoc cõcilio bulla expeditiõis p recupanda terra sctã sctissime edita. In qua expeditione oẽs clerici mãdato cõcilij bonã ptem ecclesiasticorum prouentuum in subsidiũ terrę sanctæ tradiderũt. Papa uerò & Cardinales integrã decimã. In reliqs caplis remittimus lectorẽ ad magnũ uolumẽ cõciliorũ, q̃ ne eadẽ pluries repeteremus, omisimus.

Explicit cõciliũ Lateraneñ. primũ.

Honorius põtif. 183.

Honorius. 3. Papa. 183. ordinem beati Dñici eo instante cõfirmat; & Fridericum secũdum anathemate notatũ imperij dignitate priuat. Idem & ordinẽ beati Frãcisci cõprobauit, quẽ biennio post Gregorius in catalogo sanctorum retulit. Sedit annos. 10. menses. 7. dies. 13.

Gregorius. 9. pontif. 184.

Gregorius. 9. Papa. 184. Hic beatum Dñicum, et beatum Franciscum in sanctos retulit, circa annum Domini. 1240. Sedit annos quatuordecim, mẽses quinq;, sub Friderico secundo Germano Cæsare. 24.

Cœlestinus.4.Papa.185.sedit tantũ dies.18. uacat sedes uno & uiginti mẽsibus, donec Cardinales qui à Friderico Imperatore in carcere detinebantur, libertate donati sunt. Cœlestinus.4. Ponti.185.

Innocentius.4.Papa.186.Hic beatum Petrũ Veronensem ordinis Prædicatorũ ab hæreticis occisum inter sanctos martyres retulit. Idem statuit ut Cardinales galero rubeo uterent̃ honestandi ordinis causa: & Hugonem ex ordine sancti Dominici, uirum uita & doctrina insignem, in Cardinalis dignitatẽ euexit, qui cõmentarios in totam Bibliam scripsit. Sub hoc floruit Alexander ordinis minorũ, qui summã in theologiam scripsit. Sedit annos undecim menses.6.dies.12.sub eodẽ Cæsare. Inno.4. Ponti.186.

Alexãder.4.Papa.187. sedit annos.7. Vacat sedes mensibus tribus, diebus.4. Huius pontificis uita ab omnibus certe mirifice laudatur, electus sub Vuillhelmo Germano Cæsare.26. Alexã.4. Põti.187.

Vrbanus.4. Papa.188. Scribunt aliqui sub Vrbano fuisse Albertũ cognomento Magnũ, & Diuũ Thomam Aquinatẽ ordinis Prædicatorum. Sedit autem annos tres, mensem unũ, sub eodem Cæsare. Vrba.4. Ponti.188.

Clemens.4.Papa.189. Hic uxorẽ & liberos habuerat, qua mortua factus est Epũs, deinde Cardinalis, & absens electus Papa sub eodẽ Cæsare. Sedit annos tres. Quo mortuo non solum inter populos Italiæ, quos in officio sanctissimus Pontifex autoritate sua continebat, uerũ etiam inter Cardinales discordia orta est de creando nouo Pontifice, ut biẽnio sedes uacauerit. Bona ecclesiæ Clemens uir integerri- Clem.4. Ponti.189. Nota.

mus adeo accurate dispensauit, ut cũ haberet duas filias ex mortua uxore ante pontificatũ susceptas, uni in monasterio collocatę triginta tantũ libras dedit. Alteri, q̃ marito suæ conditionis nupserat, trecentas libras dotis nomine numerauit, & hac cõditione nequid unquam amplius peteret. Habuit & nepotẽ clericũ, quẽ ubi cõperit tres p̃bendas haber̃, optionẽ facer̃ cõpulit, ut quã uellet ex his retineret, & duas relinqueret. Instantibus autẽ amicis ut non tm̃ nepoti illa dimitteret, sed maiora & plura tribueret, respõdit se Deo, nõ autem carni & sanguini acquieturum: quem utinã uniuersi pontifices imitati essent.

Deo, nõ tñ carni & sanguini acqeuit sanctus Pontifex.

Gregorius decimus Papa. 190. sub eodẽ Cæsare, sedit annos quatuor. Sub hoc celebratum est concilium Lugdunense generale, in quo sequens ueritas definita est.

Processio spũs sanctia Pre & filio, ꝓfitetur.

Fideli & deuota professione fatemur ꝙ spiritus sanctus ęternaliter ex patre & ex filio, nõ tanq̃ ex duobus principijs, sed tanq̃ ex uno principio, nõ duabus inspirationibus, sed unica inspiratione procedit. Hoc ꝓfessa est hactenus, p̃dicauit, & docuit sacrosancta Romana ecclesia mater omnium fidelium & magistra. Hoc habet orthodoxorꝫ patrum atq; doctorꝫ Latinorꝫ pariter & Græcorꝫ incõmutabilis & uera sententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabilis p̃missę ueritatis ignorantiam ĩ errores uarios sunt prolapsi, nos sacro approbãte concilio dãnamus, & reprobamus omnes, q negare p̃sumpserint æternaliter spiritũ sanctũ ex patre & filio procedere: siue etiam temera-

Vnica inspiratione. s. s. æternaliter procedit.

rio ausu asserere quod spiritus sanctus ex patre & filio tanquam ex duobus principijs, & non tanquam ex uno procedat. Habentur de summa trinita. & fide catho. in. 6.

In eodem concilio mandatũ est, quod nullus sacerdos manifestos usurarios ad confessionem admittat, siue ipsos absoluat, nisi de usuris satisfecerint, uel de satisfaciendo pro suarũ uiribus facultatũ pręstent idoneam cautionem. Vsurarij non absoluendi.

Innocẽtius. 5. Papa. 191. ex ordine sancti Dominici assumptus ad pontificatum anno Domini. 1275. Sedit menses. 6. sub Rudolfo Germano Cæsare. 27. Inno. 5. Ponti. 191.

Adrianus quintus Papa. 192. sedit dies quadraginta sub eodem Cæsare. Adrianus. 5. Ponti. 192.

Ioannes. 22. Papa. 193. Vir literatus, sed in rebus gerendis, ut dicitur, parum prudens. Moritur pontificatus sui mense. 8. sub eodem Cæsare. Sub hoc facta est definitio contra eos, qui dicunt Christum & eius discipulos nihil habuisse, & in his quę habuerunt, nullum ius eis fuisse. Eiusmodi sententiam erroneam & hæreticam esse cẽsendam declarat in extrauag. Cũ inter nõnullos de uerbo. sig. Sub eodem Ioanne. 22. damnantur errores Ioannis de Poliaco doctoris Parrhisiensis. Ioannes. 22. Põti. 193. Hæretica snia cõtra asserẽtes Chr̄m nec eius discipulos nihil habuisse.

Primus, quod confessi fratribus habentibus licentiam generalẽ audiendi confessiones, tenentur eadem peccata quæ cõfessi fuerant, iterum confiteri proprio sacerdoti. Errores Ioannis de Poliaco.

Secũdus, quod stante (omnis utriusque sexus) edicto in cõcilio generali, Romanus pontifex nõ potest facere, quod parochiani nõ teneant omnia

peccata sua semel in anno ꝓprio sacerdoti con fiteri (quem dicit esse parochianum curatum.) Immo nec Deus posset hoc facere, quia (ut dicebat) implicat contradictionem.

Tertius, ꝙ Papa nõ potest dare potestatem generalem audiendi confessionem; immo nec Deus, quin confessus habenti licentiam teneatur eadẽ confiteri proprio sacerdoti, quẽ dicit esse (ut ꝑmittitur) proprium curatũ. Prędictos articulos, & quẽlibet eorꝫ tanꝗ̃ falsos & erroneos & à doctrina sacra deuios autoritate apostolica condẽnamus, & reprobamus de fratrũ nostrorꝫ cõsilio; & cõtrariã esse catholicã fidẽ asserimus; scilicet ꝙ illi qui ꝑdictis fratribus confitentur, nõ magis teneantur eadẽ peccata confiteri iterum, ꝗ̃ si ea aliàs confessi fuissent eorum proprio sacerdoti, iuxta concilium generale. Habentur in extrauag. communi. Vas electionis &c.

Nico. 3. Ponti. 194. Nicolaus. 3. Papa. 194. Scribunt historici neminem ante ipsum sacrificasse religiosius uisum, cũ semper, dũ solẽnia ageret, lachrymas funderet. Vacantibus ecclesiis celerrime consulebat, & eas statim optimo & idoneo ministro cõmittebat. Notarios & tabelliones à se, ut pestiferos, eiecit; Gregoriũ decimũ & Ioannẽ uigesimumprimũ imitatus. Religionis obseruantissimus; instituti sancti Francisci, ob rerũ humanarũ contẽptum, amator: ideo & decretali epistola quędã suę regulę ambigua declarauit. Sedit annos tres, menses quinq;, sub eodẽ Cæsare. Vacat sedes menses quinq;.

Notarij & tabelliões ut pestiferi reijciendi.

Martinus. 5. Põti. 195. Martin⁹. 5. Papa. 195. sedit ãnos. 4. mẽsem. 1,

Honori9.4.Papa.196.ſedit annos duos,ſub eodem Cæſare. Vacat ſedes menſes decẽ ,ppter ęgritudinem Cardinalium,qua apud ſanctam Sabinam correpti ſunt. Hono.4. Ponti.196.

Nicolaus.4.Papa.197.ſedit annos.4.ſub eodem Cæſare,aſſumptus ex ordine minorꝝ. Nico.4.Ponti.197.

Cœleſtinus.5. Papa.198. Deducta electione diſcordia Cardinaliũ per bienniũ, &.3.mẽſes. Aſſumptus eſt ex eremo Petrus Moroneus uocatus Cœleſtinus. Verum cũ à priore uita ob pontificatum nequaꝗ̃ declinaret, uiſus eſt rebus agẽdis parum idoneus: hanc ob rem de abrogatione eius mentio fieri cœpta eſt inter Cardinales. Tandẽ perſuaſus eſt,ut pontificatu ſe abdicaret, ne eccleſia Dei ob imperitiam gubernantis periclitaretur. Quo facto Cœleſtinus ad priuatã uitã ſe redegit, & alterius ſubrogandi Pontificis Cardinalibus poteſtatẽ dedit,pontificatus ſui menſe.6. Imperante Adolfo Germano Cæſare.28. Cœleſti.5.Põti.198. Ceſſit põtificatui bonus paſtor, ne oues periclitarent.

Bonifacius.8.Papa.199. Ab hoc ferunt deceptum Cœleſtinũ uoce tanꝗ̃ cœlitus miſſa per cannam ad eum factã,ut dEſereret pontificatũ, & Bonifacium inſtitueret. Ingẽtia bella in Italia excitauit: Excõmunicauit Galloꝝ regem Philippum,& titulũ regni Gallici donauit Alberto Cęſari,ut hac occaſione tandẽ inter ſe cõflictarent Germani & Galli. Poſtremo captus eſt Bonifacius,& in carcere perijt. Atque hinc eſt quod dicit de eo: Intrauit ut uulpes; regnauit ut lupus; mortu9 eſt ut canis. Sedit annos octo,menſes quinq;,ſub eodẽ Cæſare. Boniſa.8.Ponti.199.

Benedictus.11. Papa.200. ex ordine ſancti Benedi.11. Põti.200.

Dominici aſſumptus ad pontificatũ. Ita ſem-
per uixit, ut poſt mortẽ inter beatos merito cẽ
ſeatur. Sedit menſes.8.dies.15. Electus eſt ſub
Alberto Germano Cæſare.29.

Clem. 5. Ponti.201.

Clemens.5.Papa.201.ſub eodẽ Cæſare. Hic
apud Lugdunenſes egit in Gallia,& iam inde
ab hoc tẽpore, hoc eſt,anno.1305.translata eſt
pontificia ſedes ab urbe Roma Auinium Gal-
lię urbẽ,ubi ad ſeptuaginta & quatuor annos
remanſit cũ magno Chriſtianorũ incõmodo.
Interim noua hęreſis apud Nouarieſes p Dul-
cinum & Margaritam inuenta eſt; qua mares
& fœminæ ſimul habitantes,in omnẽ libidinẽ
prolabebantur;& Anabaptiſtarũ more(q no-
ſtra hac ętate in incertũ uagantur)ſenſerunt ni
hil propriũ habendum,nõ eſſe adminiſtrandas
reſpublicas Chriſtianis:& ſimiles phanaticas
opiniones habuere.Sub hoc celebratum eſt cõ
cilium Vienenſe, in quo & librũ Clementina-
rum à ſe cõpoſitum edidit.Fertur hoc fermè tẽ
pore Tẽplarios olim Chriſti milites à noſtris
ad Sarracenos defeciſſe.Quã ob rem interfecti
ſunt quotquot cõprehendi potuerunt, eorũq́
bona partim Rhodis militibus, partim nouis
religionibus ſunt atributa.Sedit annos.8.men
ſes.10.dies.15.Conciliũ Vienenſe generale ſub
Clemente quinto celebratum: in quo probatę
ſunt conſtitutiones illæ & definitiones,quę in
uolumine Clementinarũ ferũtur.Vna eſt ſub
hac forma.Doctrinã omnẽ ſeu poſitionẽ teme
re aſſerentẽ,aut uertentẽ in dubium q ſubſtan
tia animæ rationalis ſeu intellectualis uere ac
perfecte humani corporis non ſit forma, uelut

erroneam, ac ueritati catholicę inimicam fidei, hoc sacro approbante concilio reprobamus: definientes ut cunctis nota sit fidei syncerę ueritas: ac p̃cludatur uniuersis erroribꝰ aditus, ne subintrent, ꝙ quisquis deinceps asserere defendere, seu tenere pertinaciter p̃sumpserit, ꝙ anima rationalis, seu intellectiua nõ sit forma corporis humani per se & essentialiter, tanq̃ hæreticus sit cēsendus. Item baptisma unicum baptizatos omnes in Christo regenerans esse (sicut unus Deus ac fides unica) ab omnibus fideliter confitendũ; quod celebratur in aqua in nomine patris & filij, & spiritus sancti, credimus esse tam adultis q̃ paruulis cõmuniter perfectũ remedium ad salutē. Verum qa quantum ad effectũ baptismi in paruulis reperiuntur doctores quidã theologi opiniones cõtrarias habuisse; quibusdã ex ipsis dicentibꝰ per uirtutē baptismi paruulis quidē culpã remitti, sed gratiam nõ conferri; alijs econtra asserentibus, ꝙ & culpa eisdem in baptismo remittitur, & uirtutes ac informans gratia infunduntur quo ad habitũ, & si nõ pro illo tēpore quo ad usum. Nos attendentes generalem efficaciã mortis Christi, q̃ per baptisma applicatur pariter omnibus baptizatis, opinionem secundã (q̃ dicit tam paruulis q̃ adultis cõferri in baptismo informantē gratiam & uirtutes) tanq̃ probabiliorem, & dictis sanctoꝝ, & doctoꝝ modernoꝝ theologiæ magis cõsonam & concordem sacro approbante concilio duximus eligendam. Habentur p̃dictæ duę definitiones in Clem. de summa. & fid. catho.

Anima rõnalis p se & essētialiter est forma humãi corporis.

Tam paruulis q̃ adultis i baptismo cõfert grã, uirtutesq́ infunduntur.

In eodē concilio facta est cōstitutio, ut festū corporis Christi celebretur feria. 5. post octauam Pentecostes. concessis indulgētijs ijs, qui in eo festo, uel sub octauis officio uel horis interfuerint. Habet̄ ī Clem. de reli. & uenera. scōꝝ.

In eodē damnati sunt errores Begardoꝝ & Beguinarum mulierum Alemaniæ.

Errores Begardorū & Beguinarum dānantur.

Primus, ꝙ homo in uita p̄senti tantū & talem perfectionis gradū potest acquirere, ꝙ reddetur penitus impeccabilis; & amplius ī gratia proficere non ualebit. Nam (ut dicunt) siqs semper posset proficere, posset aliquis Christo perfectior inueniri.

Secūdus. Ieiunare non oportet hominē, nec orare postq̄ gradum perfectionis huiusmodi fuerit assecutus; quia tunc sensualitas est ita ꝑfecte spiritui & rationi subiecta, ꝙ homo potest libere corpori concedere quicquid placet.

Tertius, ꝙ illi, qui sunt in p̄dicto gradu perfectionis, & spiritu libertatis, non sunt humanæ subiecti obedientiæ, nec ad aliqua p̄cepta ecclesiæ obligantur. Quia (ut asserunt) ubi spiritus Domini, ibi libertas.

2. Cor. 3.

Quartus, ꝙ homo potest ita finalē beatitudinem secundū omnem gradū perfectionis in p̄senti assequi, sicut eam ī uita obtinebit beata.

Quintus, ꝙ quęlibet intellectualis creatura in se ipsa naturaliter est beata: ꝙq; anima non indiget lumine gloriæ ipsam eleuāte ad Deum uidendum, & eo beate fruendum.

Sextus, ꝙ se in actib⁹ exercere uirtutum est hominis imperfecti; & perfecta anima licentiat à se uirtutes.

Septimus,

Septimus, quod mulieris osculū (cum ad hoc natura nō inclinet) est mortale pctm̄: actus autem carnalis (cum ad hoc natura inclinet) peccatum nō est; maxime cum tentatur exercens.

Octauus error, quod in eleuatione corpis Christi Iesu nō debent assurgere, nec eidem reuerentiam exhibere: asserentes quod esset imperfectionis eisdem si à puritate & altitudine suæ contemplationis tantū descēderent, quod circa ministerium, seu sacrm̄ eucharistię, aut circa passionem humanitatis Christi aliqua cogitarent. Sacro approbāte cōcilio sectā ipsam cum præmissis erroribus dānamus, et reprobamus oīo. Habent in Clemen. Ad nostrum de hęreticis.

In eodem cōcilio. Siqs in illum errorem inciderit, ut pertinaciter affirmare p̄sumat (exercere usuras nō esse pctm̄) decernimus eum uelut hæreticum puniendum. Locorum nihilominus ordinarijs, & hæreticę prauitatis inqsitoribus districtius iniungentes, ut contra eos, quos de errore huiusmodi diffamatos inuenerint, aut suspectos, tanquam cōtra diffamatos, uel suspectos de hæresi procedere non omittant. Habentur in Clemen. de usuris. Sanè. — Puniantur ut hæretici, qui affirmauerint exercere usuras nō eē peccatum.

Ioannes. 23. Papa. 202. sedit annos. 19. menses. 4. Imperatore Ludouico Bauaro, quē censuris pontificijs animaduertit. — Ioānes. 23. pōtif. 202.

Benedictus duodecimus Papa. 103. sedit annos quatuor, menses tres, sub eodem Cæsare. Vir sanctissimus oīb⁹ cōlachrymātib⁹ sepelit. — Bn̄dictus. 12. pontif. 203.

Clemens. 6. Papa. 204. sedit annos decem, menses sex. Hic emit (fertur) Auinium Frāciæ; atque ita urbs hæc iuris Pontificij facta est. — Clemēs. 6. pō tif. 204.

Innocẽtius.6. pontif.205. Innocentius.6.Papa.205. Hic p̄bendas ecclesiasticas nō nisi ꝓbatissimis sacerdotibus tum uita, tum doctrina dedit. Fecitq́ ut oẽs prælati ad ecclesias suas proficiscerent. Sedit annos nouem, menses octo, sub eodẽ Cæsare.

Vrbanus.5. pontif.206. Vrbanus.5.Papa.206. sedit annos.8.mẽses 4.electus sub Carolo.4.Germano Cęsare.32.

Gregorius.11. pontif.207. Grego.11.Papa.207. elect9 sub eodẽ Cęsare. Hic Romam ex Gallia transtulit iterum pontificiam sedem anno Dñi.1376. motus maxime ex uerbis cuiusdam Ep̄i, qui interrogatus à pontifice(dum simul inambularẽt, cur non rediret ad ecclesiã suam, quam malum erat tã diu sine pastore nudã relinqui) cur(inquit)tu summe Pontifex cęteris exemplum daturus, tuum ep̄atum non repetis? Moritur Romę anno Dñi.1378. sui pontificatus anno.7.mẽse.5.

Post Gregorium.11.ingens schisma ortũ est. Itali, Italum pōtificem (Vrbanum.6.dictum) crearunt, & is Romę mansit. Galli item elegerunt pontificem in Italia, quem Clementẽ.7. appellarunt. Is Auinium se recepit. Erãt itaq; pōtifices duo, alter in alteꝝ cẽsuris sæuiebat. Durauit hoc schisma usq; ad cōciliũ Cōstãtiẽ.

Vrbanus.6. pontif.208. Vrbanus.6.Papa.208. pontificatus sui satis infeliciter acti anno.11. mense.8. Romæ moritur. Ruperto Cæsare.34.

Bonifacius. 6.pōti.209. Bonifacius.9.Papa.209. sub eodem Cęsare. Hic annoꝝ circiter triginta erat, cũ pōtificatũ iniuit: ita tñ uixit in tanta uel peccãdi licẽtia, ut nulla ei uoluptas impīgi uel obijci posset. Interim mortuo Clemente septimo adulterino pontifice Petrus de Luna Benedictus(ter-

tius decimus appellatus) Auinione sufficitur.

Bonifacius hic annatarũ (hostium potẽtiam ueritus, uel augendę ditionis ecclesiasticę causa, ut aliqui uolunt) usum beneficijs ecclesiasticis primus imposuit hac cõditione, ut qui beneficium cõsequeret, dimidium annui prouẽtus fisco apl'ico persolueret. Quãuis sint, qui hoc inuentum Ioanni. 22. ascribant. Hanc cõsuetudinem oẽs admisere præter Anglos, qui id de solis epatibus concessere; de cęteris beneficijs non adeo. Sedit annos. 14. menses nouem.

Innocentius. 7. Papa. 210. duobus annis sacerdotio infeliciter administrato mortuus est. Innocẽtius. 7. pontif. 210.

Gregorius. 12. Papa. 211. Is pmisit cessurum se põtificatu: si Benedictus itidẽ nõ recusaret. Cæterum fugiente Bñdicto in Cataloniam relicto Auinione reuocauit pmissum suũ Gregorius de resignando papatu: proinde concilio Pisis à cardinalib⁹ uniuersis habito, uterq; & Gregorius & Benedictus pontificatu sunt depositi, & in locum eorũ suffectus tertius Papa Alexander qntus. Gregorius profugit Ariminum, ubi mansit usq; ad Cõstantiensis concilij tempora. Alexãder qntus Bononiæ egit. Gregorius. 12. pontif. 211.

Alexãder qntus Papa. 212. sedit mẽses octo ex ordine minorũ assumptus; sanctus Dei. Alexander. 5. pontif. 212.

Ioannes. 24. Papa. 213. Hic Ioannes. 24. Bononię, Gregorius Ariminum, Bñdictus in Hispania supstites uixerunt, usq; dum opa Sigismundi Imperatoris Cõstantię publica synodus cogeretur. Sunt autem tres hi pariter in eo concilio papatu deiecti. Ioannes. 24. pontif. 213.

Martinus. 5. Papa. 214. electus in concilio Martinus. 5. pontif. 214.

Constantiensi sedit annos.14.menses.tres.

ACTA CONCILII CONSTANtiensis sub Ioanne Papa. 24. conuocati & inchoati tempore schismatis. Ferebantur enim tunc tres pontifices, pdictus Ioãnes & Benedictus.13.& Gregorius.12.

In sessione prima anno Dñi. 1415. præsente Sigismundo Imperatore, pmisit Ioãnes.24. se cessurum papatui sub hac forma. Ego Ioãnes Papa.24.ppter qetem totius ppli christiani pfiteor, spõdeo, pmitto, iuro, & uoueo Deo & ecclesiæ & huic sacro cõcilio sponte & liberè dare pacem ecclesiæ Christi per uiam meę simplicis cessionis papatus, & eã facere & adimplere cum affectu iuxta deliberationẽ præsentis concilij, si & qñ Petrus de Luna, Benedictus.13.et Angelus de Corario, Gregorius.12. in suis obedientijs nuncupati, papatui quem prætendunt per se, uel pcuratores suos legitimos simpliciter cedant &c. Nihil ad hęc addiderunt in sessione secunda & tertia.

In sessione quarta, & quinta habet̃ sic definitum, q ipsa synodus in spiritu sancto cõgregata legitimè gñale cõcilium faciens, ecclesiã catholicam militantem repręsentans, potestatem à Christo ĩmediatè habet, cui qlibet cuiuscunq; status uel dignitatis, etsi papalis existat, obedire teneẽ in his, quę ptinent ad fidem & extirpationẽ dicti schismatis, et reformationẽ gñalẽ ecclię Dei in capite & in mẽbris &c.

Item declarat q qcunq; cuiuscunq; conditionis, status, dignitatis ẽt papalis, qui mãdatis, statutis, seu ordinationibus, aut præceptis

huius sacræ synodi, & cuiuscunque alterius cõcilij gñalis legitimè cõgregati sup p̃missis, siue ad ea ptinentibus factis uel faciẽdis obedire cõtumaciter cõtẽpserit, nisi resipuerit, cõdignę pœnitentię subijciat & debitè puniat &c.

Item diffinit & ordinat sctã synodus q dñs Ioãnes Papa.23. Romanam curiam & officia publica illius &c. de hac ciuitate Constantiẽsi non mutet sine deliberatione & consensu ipsius sanctę synodi: Siquid contrà tentauerit, totum sit irritum & inane.

In sexta & septima sessione tantum tractatum est de monendo & citando Ioanne Papa qui fugerat à loco concilij.

In sessione octaua pnunciata est snia damnationis doctrinæ Ioannis Vuicleff & articulorum.45. quorum tenor est qui sequitur.

Primus. Substãtia panis materialis et uini materialis manent in sacramento altaris &c. Errores Vuicleff Dãnati.

2 Accidentia panis non manent sine subiecto in eodem sacramento.

3 Christus nõ est in eodẽ sacramẽto idẽticè & realiter propria præsentia corporali.

4 Si Episcopus uel sacerdos est in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat.

5 Non est fundatum in euangelio, q Christus missam ordinauerit.

6 Deus debet obedire Diabolo.

7 Si homo debitè fuerit contritus, oĩs confessio exterior est sibi superflua & inutilis.

8 Si Papa sit prȩscitus & malus, & per consequens membrum Diaboli, non habet potesta-

tem super fideles, nisi fortè à Cæsare.

9 Post Vrbanum. 6. non est aliquis recipiẽdus in Papam, sed uiuendum est more Græcorum sub legibus proprijs.

10 Contra scripturam sacram est, q; ecclesiastici habeant possessiones.

11 Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat esse excõmunicatũ à Deo, & qui sic excõmunicat, est hæreticus.

12 Prælatus excommunicans clericum, qui appellauit ad regem & ad concilium regni, eo ipso traditor est regis & regni.

13 Illi qui dimittunt prædicare siue audire uerbum Dei propter excõmunicationem hominuum, sunt excõmunicati.

14 Licet alicui diacono, uel presbytero prędicare uerbum Dei absq; autoritate sedis apostolicę uel Episcopi catholici.

15 Nullus est dñs ciuilis, nullus est prælatus, nullus est Epš, dum est in pctõ mortali.

16 Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona tpalia ab ecclesia, possessionatis habitualiter delinquentibus.

14 Populares possunt ad suum arbitrium dominos delinquentes corrigere.

18 Decimę sunt puræ eleemosynę, & parochiani possunt propter peccata suorũ prælatorum, ad libitum suum auferre eas.

19 Speciales orationes applicatę uni personæ per prælatos uel religiosos, non plus prosunt eidem quàm generales cæteris paribus.

20 Conferens eleemosynam fratribus est excommunicatus ipso facto.

21 Siquis ingreditur religionem priuatam qualẽcunq;, redditur ineptior et inhabilior ad obseruantiam mandatorum Dei.

22 Sancti instituentes religiones priuatas, sic instituendo peccauerunt.

23 Religiosi uiuentes in religionibus priuatis, non sunt de religione Christiana.

24 Fratres tenent per labores manuum uictum quærere, & non per mendicitatem. Prima pars est scandalosè et præsumptuosè asserta, pro quanto sic generaliter & indistinctè loquitur. Secũda erronea pro quãto asserit mendicitatem fratribus non licere.

25 Oẽs sunt simoniaci, qui se obligant orare pro aliĳs, eis in tpalibus subuenientibus.

26 Oratio præsciti, nulli ualet.

27 Oĩa de necessitate absoluta eueniunt.

28 Cõfirmatio iuuenũ, clericorꝫ ordinatio, locorꝫ cõsecratio reseruant̃ Papę et Epĩs ꝑpter cupiditatem lucri temporalis & honoris.

29 Vniuersitates, studia, collegia, graduationes et magisteria in eisdẽ sunt uana gẽtilitate ĩtroducta, & tm̃ ꝓsũt ecclię sicut Diabolus.

30 Excõmunicatio Papę uel cuiuscũq; p̃lati non timenda, quia est censura Antichristi.

31 Peccant fundantes claustra, & ingrediẽtes sunt uiri diabolici.

32 Ditare clerũ, est contra regulã Christi.

33 Syluester Papa & Constantinus Imperator errauerunt ecclesiam dotando.

34 Oẽs de ordine mendicantiũ sunt hæretici, & dantes eis eleemosynam sunt excõicati.

35 Ingredientes religionem sunt inhabiles

ad obseruandum diuina præcepta, & per consequens ad perueniendum ad regnum cœlorum, nisi apostatauerint ab eisdem.

36 Papa cũ oĩbus clericis suis possessionẽ hñtibus sunt hęretici, eò φ possesionem hñt.

37 Ecclesia Romana est synagoga Sathanę: nec Papa est immediatus uicarius Christi, & Apostolorum.

38 Decretales epistolæ sunt apochryphę & seducunt à fide Christi, & cleri sunt stulti qui student eis.

39 Imperator & domini temporales seducti sunt à Diabolo ut ecclesiam dotarent bonis temporalibus.

40 Electio Papæ à Cardinalibus per Diabolum est introducta.

41 Nõ est de necessitate salutis credere Romanam ecclesiã esse supremum inter alias ecclesias. Error est si per Romanam ecclesiam intelligat uniuersalem ecclesiam aut conciliũ generale: aut pro quanto, negare primatũ sũmi Põtificis super alias ecclesias particulares.

42 Fatuum est credere indulgentijs Papæ & Episcoporum.

43 Iuramẽta illicita sũt q̃ fiũt ad roborandũ humanos contractus & cõmercia ciuilia.

44 Augustinus, Bñdictus, Bernardus dãnati sunt, nisi pœnituerint, de hoc φ habuerũt possessiones, & instituerũt & intrauerunt religiones. Et sic à domino Papa usq; ad ultimũ religiosum, omnes sunt hæretici.

45 Omnes religiones indifferẽter introductæ sunt à Diabolo.

Hos sancta synodus prefatos articulos.45. examinari fecit & sæpius recēseri: quibus examinatis, fuit repertum aliquos & plures ex ipsis fuisse & esse notoriè hæreticos, & à sanctis Patribus reprobatos; alios nō catholicos sed erroneos: alios scādalosos & blasphemos; quosdā piarū auriū offensiuos: nōnullos eorum temerarios & seditiosos. Propterea concilium pronunciat hæreticū Ioannem Vuicleff, ac memoriam eiusdem condēnat & mādat exhumari ossa ipsius & cremari.

In.9.10. &.11. nihil annotatione dignū actū est. In sessione.12. pronunciata est publica sententia diffinitiua depositionis à Papatu cōtra Ioannē papā.24. propter recessum quē fecerat à ciuitate Constantiensi, & dicto sacro cōcilio generali clandestinè noctu hora suspecta, & in habitu dissimulato, & propter scandalum datum ab illo turbatiuū pacis & unionis Ecclesię, à uoto & pmissione & iuramento p ipsum Ioannē papa in Deo & ecclesię & huic sacro concilio pręstitis deuiatiuum.

Item statuit & decernit sancta synodus pro bono unionis ecclesiæ, q nullo unq tempore reeligatur in papam Dñs Baltasar Costa nuper Ioānes.24. nec Angelus de Corario Gregorius.12. nec Petrus de Luna Benedictus.13. in suis obedientijs sic nominati. Si contrariū fiat, id ipsum sit irritum & inane.

Sessio.13.

Cū in nonnullis mundi partibus quidā temerariè asserere psumant populum Christianū debere sacramentū Eucharistiæ sub utraq

panis & uini specie suscipere; & nõ solùm sub specie panis, sed etiam sub specie uini populũ laicũ passim cõmunicent, & post cœnam uel aliàs non ieiuni, & cõmunicandum esse pertinaciter asserunt contra laudabilem ecclesiæ cõsuetudinem rationabiliter approbatã. Hinc est ꝙ hoc generale concilium declarat, decernit & diffinit contra hunc errorem, ꝙ licet Christus post cœnam instituerit, & suis discipulis administrauerit sub utraq; specie panis & uini hoc uenerabile sacramentũ: tamen hoc nõ obstante sacrorꝝ canonũ autoritas, & approbata consuetudo Ecclesię seruauit & seruat ꝙ huiusmodi sacramentum nec cõficiatur post cœnã nec sumatur à nõ ieiunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis à iure uel ecclesia concesso uel admisso &c. Et similiter ꝙ licet in primitiua ecclesia huiusmodi sacramentũ reciperetur à fidelibus sub utraq; specie: tamen hæc consuetudo ad euitandum aliqua pericula & scandala, est rationabiliter introducta, ꝙ à cõficientibus sub utraq; specie, & laicis tantummodo sub specie panis suscipiatur; cũ firmissimè credendũ sit, & nullatenus dubitandũ, integrum Christi corpus & sanguinem tam sub specie panis ꝙ̃ sub specie uini ueraciter contineri &c. Quapropter dicere ꝙ hanc consuetudinem & legem obseruare sit sacrilegum aut illicitum, censeri debet erroneum, & pertinaciter asserentes oppositũ p̃missorꝝ tanꝙ̃ hęretici arcendi sunt & grauiter puniendi per diœcesanos locorꝝ, aut inquisitores hæreticę prauitatis &c. Item p̃cipimus sub pœna excõmunica

tionis ꝙ nullus p̄sbyter cõmunicet populum ſub utraqꝫ ſpecie panis & uini.

Seßio.14.

Carolus de Malateſtis renunciauit papatui nomine Gregorij.12.

Seßio.15.

Articuli Ioannis Vſs damnati in concilio, qm̄ publicè p̄dicabat Ioannē Vuicleff uirum catholicum & autorem euangelicum. Errores Ioannis Vſs.

Primus. Vnica eſt ſancta uniuerſalis Eccleſia, quę eſt p̄deſtinatorum uniuerſitas.

2 Paulus nunq̄ꝫ fuit membrum diaboli, licet fecerit actus quoſdam actibus eccleſiæ malignantium conſimiles.

3 Pręſciti non ſunt partes eccleſiæ, cū nulla pars eius ab ea finaliter excidat, eò ꝙ p̄deſtinationis charitas quæ ipſam ligat, nõ excidit.

4 Duę naturę diuinitas & humanitas ſunt unus Chriſtus.

5 Pręſcitus etſi aliquãdo ſit in gratia ſecundum pręſentem iuſtitiam, tamē nunq̄ꝫ eſt pars ſanctę eccleſię, & prędeſtinatus ſemper manet membrū eccleſię, licet aliquando excidat à gr̄a aduentitia, ſed nõ à gratia prędeſtinationis.

6 Sumendo eccleſiā pro conuocatione p̄deſtinatorum, ſiue ſint in gratia ſiue nõ ſecundum p̄ſentem iuſtitiam, iſto modo eccleſia eſt articulus fidei.

7 Petrus non fuit, neque eſt caput eccleſiæ ſanctæ catholicæ.

8 Sacerdotes q̄ūolibet criminoſè uiuentes ſacerdotij polluunt poteſtatem & ſicut filij infideles ſentiunt infideliter de ſeptem ſacramē-

tis ecclesiæ, de clauibus, de censuris.

9 Papalis dignitas à Cęsare inoleuit, & Papæ pręfectio & institutio à Cæsaris potentia emanauit.

10 Nullus sine reuelatione assereret rationabiliter de se uel alio, q̄ esset caput particularis ecclesiæ: nec Romanus Pontifex est caput Romanæ ecclesiæ.

11 Non oportet credere q̄ iste quicunq; est particularis Romanus Pontifex sit caput cuiuscunq; particularis ecclesiæ nisi Deus eum prędestinauerit.

12 Nemo gerit uicem Christi, uel Petri, nisi sequatur eum in moribus, cũ nulla alia sequela sit pertinentior, nec aliter à Deo recipiat procuratoriam potestatẽ, quia ad illud officiũ Vicarij requiritur & morum conformitas, & instituentis autoritas.

13 Papa nõ est manifestus & uerus successor Apostolorũ principis Petri si uiuit moribꝰ contrarijs Petro, et si quęrit auaritiam, tunc est Vicarius Iudę Iscariotis. Et pari euidentia Cardinales non sunt manifesti & ueri successores collegij aliorũ Apostolorũ Christi, nisi uixerint more Apostolorũ seruantes consilia & mãdata Dñi nostri Iesu Christi.

14 Doctores ponentes q̄ aliquis per censuram ecclesiasticam emendandus, si corrigi noluerit, iudicio seculari est tradendus, pro certò sequuntur in hoc Pontifices, Scribas & Pharisæos, qui Christum nolentem eis in omnibus obedire, tradiderunt Pontio Pilato.

15 Obedientia ecclesiastica, est obedientia

ſecundum adinuentionē ſacerdotum eccleſiæ propter expreſſam autoritatē eccleſiæ.

16 Quòd nulla ſint opera indifferentia, ſed hæc ſit diuiſio īmediata humanorꝫ operum ꝙ ſint uel uirtuoſa uel uitioſa, qa ſi homo eſt uitioſus, & agat quicꝗ, tunc agit uitioſè: & ſi eſt uirtuoſus & agat quicꝗ, tunc agit uirtuoſè; quia ſicut peccatū inficit uniuerſaliter omnes actus hominis uitioſi: ſic uirtus uiuificat omnes actus hominis uirtuoſi.

17 Sacerdos Chriſti uiuens ſecundū legē eius & habens notitiam ſcripturæ, & affectū ad ædificandum populum, debet p̄dicare, non obſtante prętenſa excōmunicatione.

18 Quilibet p̄dicantis officium de mandato accipit, qui ad ſacerdotiū accedit, & illud mandatum debet exequi non obſtante excōmunicatione.

19 Per cenſuras eccleſiaſticas excōmunicationis, ſuſpenſionis uel interdicti ad ſui exaltationem clerus populum ſibi laicalem ſuppeditat, auaritiam multiplicat, malitiam protegit, uiam pręparat Antichriſto.

20 Si Papa eſt malus, & maximè ſi eſt pręſcitus, Tunc ut Iudas apoſtolus eſt diabolus, fur, & filius perditionis.

21 Gratia p̄deſtinationis eſt uinculū quo corpus eccleſiæ & quodlibet eius membrum iungitur Chriſto capiti indiſſolubiliter.

22 Papa uel pręlatus malus & p̄ſcitus eſt æquiuocè paſtor & uerè fur & latro.

23 Papa non debet dici ſanctiſſimus etiam ſecundū officium, quia aliàs rex deberet dici

sanctissimus secundũ officium, & tortores & p̄cones dicerent̄ sancti; Immò & Diabolus deberet dici sanctus, cũ sit officiarius Dei.

24 Si Papa uiuat Christo contrariè, etiam si ascenderet per legitimã electionem secũdum constitutionem humanã, tamen aliunde ascenderet q̃ per Christum, dato etiam q intraret p electionem à Deo principaliter factã. Nam Iudas Scarioth ritè & legitimè est electus à Deo ad Apostolatum, & tamen ascendit aliunde in ouile ouium.

25 Condemnatio. 45. articulorum Ioannis Vuicleff per doctores facta, est irrationabilis & iniqua & malefacta.

26 Non eo ipso quo electores, uel maior pars eorum consenserit uiua uoce secundũ ritus hominũ in personã aliquã eo ipso illa persona est legitimè electa. Vnde siue electores bene uel male elegerint operibus electi debemus credere.

27 Non est scintilla apparentię q oporteat esse unum caput in spiritualibus regens ecclesiã, quod semper cũ ipsa militanti ecclesia conuersetur & conseruetur.

28 Christus sine talibus capitib⁹ mõstruosis p seruos ueraces discipulos sparsos p orbē terrarũ melius suam ecclesiam regularet.

29 Apostoli & fideles sacerdotes Dñi strenuè in necessarijs ad salutē regularunt ecclesiã anteq̃ Papæ officium foret introductũ.

30 Nullus est Dñs ciuilis; null⁹ est p̄latus, nullus est ep̄s dum est in peccato mortali.

Pronũciata est sententia dãnationis horum

articulorum sub eadem forma qua condemnati sunt articuli Ioannis Vuicleff.

Condemnatur articulus sequens.

Quilibet tyrannus potest & debet licitè & meritoriè occidi per quemcunque uasallum suũ uel subditum, etiam per clãculares insidias & subtiles blanditias uel adulationes nõ obstante quocunque pstito iuramento seu confœderatione factis cum eo nõ expectata sententia uel mandato iudicis cuiuscunque. Aduersus hunc errorem satagens hęc sancta synodus exsurgere,& ipsum funditus tollere, declarat & definit huiusmodi doctrinam erroneam esse ĩ fide & in moribus,ipsamque tanquam hæreticam, scandalosam & ad fraudes,deceptiones, mẽdacia, proditiones,periuria uias dantem reprobat & cõdemnat.Declarat insuper & decernit quod pertinaciter doctrinam hanc perniciosissimam asserentes sunt hęretici,& tanquam tales iuxta canonicas sanciones puniendi.

Sessiones.16.17.& 18.nihil habent lectione dignum.

Sessio.19. Anno.1415. 23.die Septembris.

Abiuratio Hieronymi de Praga.

Ego Hieronymus de Praga artium liberalium magister,cognoscens ueram catholicam ecclesiam & Apostolicam fidẽ anathematizo omnem hæresim,pcipuè eam de qua hactenus infamatus fui,& quam pteritis tẽporibus dogmatizauerunt & tenuerunt Ioannes Vuicleff, & Ioannes Vss,ĩ suis opusculis,libellis seu sermonibus ad clerum & ad populũ. Consentio autẽ sanctæ Rom.ecclesiæ & Apostolicæ sedi,

Sessio.39.anno.1417.die.9.Octob.

Statutum de concilijs gñalibus erga futura schismata edicto perpetuo sancimus & ordinamus,ut amodo cõcilia gñalia celebrent, ita q primum à fine huius concilij in qnquennium imediatè sequens. Secũdum uerò à fine illius in septẽnium, & deinceps de decẽnio in decẽnium ppetuo celebrent in locis quę summus Põtifex per mẽsem ante finem cuiuslibet concilij, approbante et cõsentiente cõcilio,uel in eius defectu ipsum cõcilium deputare & assignare teneat,ut sic per quandã continuationem semp aut cõcilium uigeat,aut per termini pendentiã expectet,quẽ terminũ liceat summo Põtifici de suorꝫ fratrum sanctę Romanæ ecclesiæ Cardinalium consilio ob emergentes fortè casus abbreuiare,sed nullatenus proget. Locũ aũt pro futuro celebrando cõcilio deputatum absqꝫ euidenti necessitate non mutet.

Sessio.40.Reformationes fiendæ per Papam unà cum concilio antequã cõcilium dissoluatur.

Sacrosancta generalis synodus Cõstantiensis in Spiritu sancto legitimè congregata uniuersalem ecclesiã repręsentans statuit et decreuit, q futurus Romanus Põtifex per Dei gratiam de pximo assumendus cũ hoc sacro concilio,uel deputãdis per singulas nationes debeat reformare ecclesiã in capite,et in mẽbris, & curiam Romanã secundũ ęquitatem,& bonũ regimen ecclesiæ anteqꝫ hoc cõcilium dissoluat sup materijs articulorꝫ aliàs per nationes in reformatorio oblatorꝫ, quæ sequentur, Primo de numero, qualitate & natione dñorꝫ

Cardinaliū. Item de referuatiōibus sedis apostolicæ. Itē de Annatis, cōmunibus seruitijs et minutis. Item de collatiōibus beneficiorum, & gratijs expectatiuis. Item de cōfirmationibus electionum. Item de causis in curia Romana tractandis, uel non. Itē de appellationibus ad Romanā curiā. Item de officijs cācellarię & pœnitentiariæ. Item de exēptionibus & incorporationibus tpe schismatis factis. Item de cōmendis. Item de fructibus medij tpis. Item de nō alienādis bonis Romanę ecclesiæ. Item, ppter quę et qūo Papa possit corrigi & deponi. Item de extirpatione simonię. Item de dispensationibus. Itē de puisione Papæ & Cardinaliū. Item de indulgētijs. Item de decimis. Hoc adiecto q facta per natiōes deputatione pdicta, liceat alijs de licentia Papæ liberè ad propria remeare.

Sessio.41.anno.1417.die.8.Nouembris.

Constitutio Papæ Clementis.6. super modo & forma obseruādis à Cardinalibus in cōclaui existentibus super electione Pontificis.

Decretum de non spoliando electum in Papam sub pœna excōmunicationis.

Die.11.Nouembris anni supradicti in festo sancti Martini, reuerendissimi patres in cōclaui existētes Reuerendissimū in Christo patrē dñm Odonem de colūna sancti Gregorij diaconū Cardinalē de Colūna uulgariter nuncupatum natione Romanū cōcorditer in Romanum Pōtificem elegerunt, qui Martinus Papa.5. nominari uoluit, & sic per Serenissimū principem Sigismūdū Romanorum regem unà

cum sancta synodo apud ecclesiã maiorẽ huius ciuitatis Constãtiensis fuit inthronizatus & coronatus papa.

Sessio.42.Nihil habet, quo iustè possimus lectorem occupare.

Sessio.43.Præsidente Papa Martino.5.21.mensis Martij.

Decretum contra simoniam.

Martinus &c. Multæ contra simoniacam prauitatem olim factę sunt cõstitutiones, quibus morbus ille nõ potuit cõpetenter extirpari. Nos sacro approbante cõcilio declaramus ꝙ ordinati simoniacè ab excõicatiõe suorꝫ ordinum sint eo ipso suspẽsi. Electiones aũt, postulationes, cõfirmationes, & quæuis ꝓuisiones simoniacę ecclesiarꝫ, monasteriorꝫ, dignitatum, personarꝫ officiorꝫ & beneficiorꝫ ecclesiasticorꝫ quorũcũqꝫ deinceps factæ nullę sint ipso iure, nullũqꝫ per illas ius cuiqꝫ acquiratur, nec ꝓmoti, confirmati aut ꝓuisi faciãt fructus suos, sed ad illorꝫ restitutionẽ tanqꝫ inique ablata percipientes teneanṫ, statuentes insuꝑ ꝙ dantes & recipientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant.

De decimis & alijs oneribus ecclesiasticis.

Martinus, pręcipimus &c. Iura quæ prohibent inferioribus à Papa decimas & alia onera ecclesiæ & ꝑsonis ecclesiasticis imponi districtius obseruari, per nos aũt nullatenus imponanṫ generaliter suꝑ totum clerum nisi ex magna & ardua causa & utilitate, uniuersalẽ ecclesiã concernẽte, & de cõsilio & cõsensu & subscriptione fratrꝫ nostrorꝫ. s. Romanæ ecclesiæ Cardinalium & ꝑlatorꝫ, quorꝫ consilium

cõmodè haberi poterit. Nec specialr in aliquo regno uel ꝓuincia inconsultis ꝑlatis ipsius regni uel ꝓuinciẹ, et ipsis non cõsentientibus uel eoꝝ maiori parte, & eo casu per ꝑsonas ecclesiasticas & autoritate aplica dũtaxat leuent.

In sessione.44. statuitur locus futuri cõcilĳ.

Sessio.45.& ultima de dissolutione concilĳ.

Martinus Papa.5. dixit ꝙ oía & singula determinata, conclusa & decreta in materĳs fidei per ꝑsens conciliũ cõcilialiter tenere & inuiolabiliter obseruare uolebat, & nũꝗ cõtraire quoquo modo, Ipsaq́ sic concilialiter facta approbat et ratificat, & non aliter nec alio modo: quo dicto ipm cõciliũ absoluit, oíbus & singulis in eo existentibus ad ꝓpria remeãdi, ipso approbante concilio, facultatẽ fecit.

Bulla Martini.5. de cõdemnatione Ioannis Vuicleff de Anglia, & Ioannis Vß. de Bohemia damnati in hoc sacro concilio Cõstantiensi.

Martinus episcopus &c. Inter curas pastoralis curæ solicitudines &c.

Sequuntur errores Ioãnis Vuicleff. 45. & errores Ioãnis Vß.30. in eadem forma qua supra recensiti.

Super prẹmissis aũt articulis quilibet de eis suspectus seu in eoꝝ assertione deprehẽsus iuxta hunc modũ interrogeť. In primis utꝝ cognouerit Ioãnem Vuicleff de Anglia, & Ioannẽ Vs de Bohemia, & Hieronymũ de Praga. Item utꝝ teneat & credat ꝙ quodlibet concilium gñale, & etiã Constãtiense, uniuersalem ecclesiã reprẹsentet. Item, utꝝ credat quòd illud quod conciliũ Constantiense uniuersalẽ ecclesiam reprẹsentans approbauit & appro-

bat in fauorem fidei & ad salutem aĩarꝝ, quòd hoc est ab uniuersis Christi fidelibus approbandum & tenendũ. Item utrꝝ credat & asserat ꝙ in nullo casu sit licitum iurare. Itẽ utrꝝ credat ꝙ ad mãdatum iudicis iuramẽtum de ueritate dicenda, uel quodlibet aliud ad causam opportunũ etiã pro purificatiõe infamiæ faciendũ, sit licitum. Item, utrꝝ credat ꝙ periurium scienter cõmissum ex quacunqꝫ causa uel occasione pro cõseruatione uitæ corporalis uel patriæ, uel alterius etiã in fauorẽ fidei, sit mortale pctm̃. Item, utrꝝ credat deliberato aĩo contẽnens ritum ecclesię cerimonias exorcismi & catechismi aquæ baptismatis consecratę peccet mortalr. Item, utrꝝ credat ꝙ post cõsecrationem sacerdotis in sacr̃o altaris sub uelamento panis & uini nõ sit panis materialis & uinũ materiale, sed idẽ per oĩa Christus qui fuit in cruce passus, & sedet ad dexterã Patris. Item, utrꝝ credat, & asserat ꝙ facta consecratione per sacerdotem sub sola specie panis tm̃ & præter spẽm uini, si uera caro Christi & sanguis, & aĩa, & Deitas, & totus Christus, ac idem corpus absolutè, & sub una qualibet illarꝝ specierꝝ singulariter. Item, utrꝝ credat, ꝙ consuetudo cõicandi ꝑsonas laicas sub specie panis tm̃ ab ecclesia uniuersali obseruata, & per sacrum cõcilium Cõstantiæ approbata, sit seruanda, sic ꝙ non liceat eam reprobare, aut sine ecclesiæ autoritate pro libito ĩmutare. Item, utrꝝ credat, ꝙ Christianus contẽnens susceptionem sacr̃oꝝ cõfirmationis, uel extremę unctionis, aut solẽnizationis matri-

monij, peccet mortaliter. Item utrum credat, quod Christianus ultra cõtritionem cordis habita copia sacerdotis idonei, soli sacerdoti ex necessitate salutis confiteri teneat, & non laico, seu laicis quantũcunque bonis & deuotis. Item, utrum credat, quod sacerdos in casibus sibi permissis possit pctõrem cõfessum & cõtritum à peccatis absoluere, & sic pœnitentiam iniungere. Item, utrum credat, quod malus sacerdos cũ debita materia & forma, & cum intentione faciendi quod facit ecclesia, uerè conficiat, uerè absoluat, uerè baptizet, & uerè cõferat alia sacramenta. Item, utrum credat, quod beatus Petrus fuerit uicarius Christi hñs ptãtem ligandi & soluendi sup terrã. Item, utrum credat, quod Papa canonicè electus, qui pro tpe fuerit, sit successor beati Petri, hñs supremã ptãtem in ecclesia Dei. Item, utrum credat autoritatem iurisditionis Papæ, Archiepi, & Epi in soluendo & ligãdo esse maiorem autoritate simplicis sacerdotis, etiã si curam aĩarum habeat. Item, utrum credat, quod Papa oĩbus Christianis uerè contritis, & cõfessis ex causa pia & iusta possit cõcedere indulgentias in remissionem pctõrum, maxime pia loca uisitãtibus. Item, utrum credat, quod ex tali cõcessione uisitantes ecclesias ipsas, et manus adiutrices eis porrigentes eiusmodi indulgentias cõsequi possunt. Item, utrũ, credat, quod singuli Epi suis subditis scd'm limitationem sacrorum canonum hmõi indulgentias concedere possint. Item, utrum credat, & asserat licitum esse sanctorum reliquias et imagines à Christi fidelibus uenerari. Item, utrum cre-

dat, ꝙ Papa uel alius p̄latus, uel ipsoꝝ uicarij possint suum subditū ecclesiasticū, siue secularem ꝑpter inobedientiam, siue cōtumaciam excōicare, ita ꝙ talis pro excōicato sit hn̄dus.
Item, utrum credat, ꝙ inobedientia siue contumacia excōicatoꝝ crescente, p̄lati uel eoꝝ uicarij in spiritualibus habeant ptātem aggrauandi, interdictū ponendi, & brachium seculare inuocandi, & ꝙ illis censuris per inferiores sit obediendum. Item, utrum credat, ꝙ liceat ꝑsonis ecclesiasticis absq; pctō, hui⁹ mūdi habere possessiones & bona tꝑalia. Item, utrum credat, ꝙ laicis ipsa ab eis auferre potestate propria non liceat etiā si male uiuerent personæ ecclesiasticæ bona hmōi possidentes.
Item, utrum credat, ꝙ liceat laicis utriusq; sexus uiris & mulieribus liberè prædicare uerbum Dei. Item, utrum credat, ꝙ singulis sacerdotibus liberè liceat prædicare uerbū Dei ubicunq;, qn̄cunq;, & q̄buscunq; placuerit ēt si nō sint missi. Item, utrū credat, ꝙ oīa pctā mortalia, & specialiter manifesta sint publicè corrigenda & extirpanda.

Qui de præmissis hæresibus, uel articulis, uel aliquo præmissorū infamati fuerint, ad arbitrium uestrum expurgare teneant̄. Alij uerò qui per testes, seu ꝑpriam confessionem, uel alias legitimas ꝓbationes conuicti fuerint de prædictis hæresibus, uel articulis, uel aliquo præmissorum eosdem articulos & errores solenniter & publicè reuocare, abiurare, pœnitentiam condignam subire cogantur, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secu-

laris &c. Datum Constantiæ pontificatus nostri anno primo.

Finiunt Acta in concilio Constantiensi sub Martino quinto.

CONCILIVM BASILIENSE.

In præfatione annotatur quis modus sit obseruandus in publica sessione conciliorum generalium, et qui fuit obseruatus in concilio generali Constantiensi.

Concilium Basiliense inchoatum anno Domini.1431. præsidēte Iuliano Cardinale sancti Angeli legato Apostolico legitima potestate à felicis recordatiōis Martino.5. & Eugenio.4. tunc recens electo facta. Istud concilium inchoatum fuerat Senis, trāslatum est certis de causis in Basileam per Martinum.5. ut notatur in sessione prima eius concilij.

Sessio secunda.

Hæc sancta synodus legitimè congregata autoritate Apostolica legitime interueniente, sacris Constantieñ. & Seneñ. concilijs generalibus decernētibus atq; ordinantib9, fuit et est in hoc loco Basiliēsi debitè, legitimè ac ritè inchoata & congregata: ideo in præsenti sessione ordinat & declarat quæ sequuntur.

Constan. conci. sessione.4. &.5.

Primo declarat, q ipsa synodus in spiritu sancto legitime congregata generale cōcilium faciēs & ecclesiā militantē repræsentans potestatē īmediate à Christo habet, cui qlibet cuiuscūq; status uel dignitatis, ēt si papalis existat, obedire teneť in his quæ pertinent ad fidē & extirpationē dicti schismatis, et gñalē reformationē ecclesiæ Dei in capite & in membris.

Item declarat ꝙ quicũq; cuiuscunq; status uel dignitatis etiam si papalis existat, qui mãdatis, statutis seu ordinationibus aut pręceptis huius sacrae synodi, & cuiuscũq; alterius concilij generalis legitime cõgregati super pręmissis uel ad ea pertinentibus, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignę pœnitentiae subijciatur & debitè puniatur. Cõstan. cõcil. Sessione. 5.

Sessio. 3.

Primò repetuntur eadem decreta, q̃ in sessione secunda sunt definita & declarata.

Secũdo decernitur dissolutionẽ huius concilij nullatenus fieri posse per Eugenium papã: qm̃ est contra decreta Constañ. concilij, & tendit in graue periculum fidei & status ecclesiastici turbationem & detrimentũ, atq; scandalum totius populi Christani. Agnouerant p̃lati in concilio tunc congregati, ꝙ Eugenius Papa cũ collegio Cardinalium dissoluisset illud concilium. In alijs sessionib⁹ nihil habetur, tantum cõmonetur Papa, ut ueniat ad concilium & accusatur eius cõtumacia nolentis parere.

Sessio. 12.

Eligantur Episcopi & quicunq; alij p̃lati, ac cõfirmentur iuxta statuta iuris cõmunis, nẽpe ut singulę ecclesię Episcopos, singula collegia, singuli conuentus, p̃latos sibi eligant, qui rursus ab illis confirmentur ad quos de iure confirmatio spectat, nempe Episcopi à Metropolitanis: Metropolitani à Papa, & inferiores pręlati ab Episcopis.

Sessio. 13. & 14. Tota teritur in monendo & citando Eugenio Papa. 4.

Sessio. 15.

Synodales cõgregationes singulis annis saltem semel sunt celebrandæ: Prouincialia uerò concilia ad minus de triennio in triennium: in quibus infra missarum solẽnia uel pòst, diœcesanus, uel alius eius nomine, uerbũ Dei proponat exhortando omnes ad bonos mores sectãdum, abstinendũ à uitijs, & ad ea q̃ pertinent ad ecclesiasticam disciplinã & officia singulorum; & p̃sertim ut ĳ quibus animarũ cura cõmissa est, diebus Dñicis & alĳs solẽnibus plebem subiectã doctrinis & monitis salutarib⁹ instruant. Posteà legãtur statuta ꝓuincialia & synodalia, & inter alia aliquis compendiosus tractatus docens qũo sacr̃a administrari debeant: & alia utilia ꝓ instructione sacerdotũ. Deinde ipse diœcesanus de uita & morib⁹ subditoꝶ solerter inquirat, labem simoniacę prauitatis, contractus usurarios, concubinatum, fornicationem, & alia quęuis crimina & excessus debita correctione cohibeat: Alienationes rerum ecclesiasticarum à iure prohibitas reuocet, clericoꝶ abusus & aliorum subiectorum, qui circa diuinum officium & delationem debiti habitus defuerint, in melius reformet & emendet: Pręcipua autẽ in ipsa synodo, Episcopi cura sit inquirere ac debitis modis occurrere ne aliquod dogma hæreticum, erroneum & scandalosum, sortilegia, diuinationes, incantationes, superstitiones, & quęuis diabolica figmenta diœcesim suam inficiant.

Sessio 16. & 17.

Eugenius Papa annullat dissolutionẽ ab eo

factam concilij Basilieñ. quia graues dissensio nes ex prędicta dissolutione ortæ sunt, & grauiores oriri possent, decernit & declarat prędictum concilium à principio inchoationis suæ fuisse & esse legitimè congregatum, & reuocat bullas quas ad dissoluendum illud cōcilium antè dederat.

Sessio.18.

Repetuntur decreta concilij Constañ. de autoritate & potestate conciliorũ generalium absentibus legatis Papæ ut supra in hoc Basiliensi concilio Sessione.2. & 3. Quod concilium generale potestatem ĩmediatè à Christo habet, cui quilibet cuiuscunq; status uel dignitatis, etiã si papalis existat, obedire tenet, ut supra.

Sessio.19.

In hac sessione promulgatur decretum, quo modo p̃dicanda sit fides Iudæis & cæteris infidelibus cũ Christianis cõmorantibus, & quo modo tractandi sunt illi quãdiu durant in infidelitate sua, & de his qui uolunt ad fidẽ conuerti, ut bona sua quęcunq; habent mobilia & ĩmobilia eis intacta illęsaq; permaneant, nisi ex usura aut illicito q̃stu fuerint acquisita, & notę sint personæ, quibus de iure sit restitutio facienda: quia tunc illis restitui omninò oportet; ijs uerò personis non stantibus, quia talia per manus ecclesiæ in pios essent usus conuertenda, hæc sancta synodus in fauorem cõcedit suscepti baptismatis tanq; ĩ pium usum apud eos remanere debere. Si uerò cõuersionis tempore inopes & indigentes fuerint, per uiscera misericordię Dei nostri omnes tam ecclesiasti-

cos quam seculares hæc sancta synodus exhortatur ut ipsis conuersis manus porrigant adiutrices. Ipsi quoque diœcesani nõ solum Christianos ad subueniendũ illis exhortentur, sed tam de redditib9 ecclesiarum quam de his quæ ad pauperum usus per ipsos conuertenda deuoluuntur, huiusmodi neophitos sustentare nõ negligant, ipsosque detractionibus, contumelijs paterna affectione defendant. Et quoniam p gratiam baptismi ciues sanctorum & domestici Dei efficiuntur, longeque dignius sit regenerari spiritu quam nasci carne, lege p̃senti statuimus ut ciuitatum & locorum in quibus sacro baptismate regenerantur, ibi legis libertatib9 & ímunitatibus gaudeant, quæ ratione dũtaxat natiuitatis & originis alij cõsequuntur. Curent insuper sacerdotes baptizantes & diœcesani, ne cum Iudæis seu infidelibus saltem per lõgum tempus conuersentur: quoniam experientia teste mutuam inter se neophytorum cõuersationem ipsos in fide nostra fragiliores reddere, ac saluti illorum plurimũ officere cõpertum est, exhortatur hæc sancta synodus locorum ordinarios, ut quantum pro incremento fidei uiderint expedire curent & studeant neophytos ipsos cum originarijs Christianis matrimonio copulare. Prohibeat̃ & ijs neophytis sub grauibus pœnis ne mortuos more Iudæorum sepeliant, aut sabbata aliasque solẽnitates, & antiquę sectę ritus quoquomodo obseruent, sed ecclesias & p̃dicationes nostras prout alij catholici frequentent, & in omnibus se Christianorum moribus conformes reddant.

Sesfio.20. Constitutio de concubinarijs.

Siquis fuerit publicus concubinarius,à perceptione fructuũ omnium suorum,uel beneficiorum trium mẽsium spatio sit ipso facto suspẽsus,quos suus superior in fabricam uel aliam euidentem ecclesiarum utilitatem,ex quib⁹ hi fructus percipiuntur,cõuertat. Deinde eiusmodi concubinarium monere teneatur ut concubinam dimittat:quam si non dimiserit,uel dimissam, aut aliam publicè resumpserit,iubet hæc sancta synodus, ut ipsum suis omnib⁹ beneficijs omninò priuet.

Sesfio.21.De annatis.

Constitutio de annatis non exigendis tam in curia Romana q̃ alibi pro cõfirmatione electionum, uel admissione postulationum, aut aliqua collatione.

Altera constitutio quomodo diuinum officium in ecclesia celebrandum sit: quo tempore quisq; debet esse in choro.

Turpem etiam illum abusum in quibusdã frequentatum ecclesiis,quo certis anni celebritatibus nonnulli cũ mitra,baculo ac uestibus põtificalibus more episcoporum benedicunt. Alij ut reges ac duces induti, quod festum fatuorum uel Innocentium uel puerorũ in quibusdam regionibus nuncupatur,ut alij laruales & theatrales iocos. Alij choreas & tripudia marium ac mulierum facientes homines ad spectacula & cachinnationes mouent. Alij cõmessationes & conuiuia ibidem preparant, hæc sancta synodus detestans,statuit & iubet ordinarijs & ecclesiarũ rectoribus ne hæc aut

In.8.syno.gña
li. canon.16.

ſimilia ludibria,nec etiam mercantias, ſeu negociationes nundinarum in eccleſia quæ domus orationis eſſe debet, ac etiam cemiterio exerceri amplius permittant, tranſgreſſoreſq́ per cenſuram eccleſiaſticam aliaq́ iuris remedia punire non negligant.

Seſsio.22.De erroribus Archiepiſcopi Nazareni.

Quendam libellum editũ ab Auguſtino de Roma Archiepiſcopo Nazareno, cuius prim⁹ tractatus de ſacramento duitatis Ieſu Chriſti & eccleſia intitulatur. Secũdus de Chriſto capite & eius inclyto principatu. Alius de charitate Chriſti circa electos & de eius infinito amore, tanq̃ nõ ſanam & erroneam in fide doctrinam continentem cũ ſuis defenſorijs hæc ſancta ſynodus damnat & reprobat, & potiſſimè ſcandaloſam aſſertionem erroneam in fide in ipſo libello contentam, ſcilicet Chriſtus quotidie peccat, & ex quo fuit Chriſtus quotidie peccauit, quãuis pro capite eccleſiæ Chriſto Ieſu dicat ſe non intelligere, ſed ad membra ſua, quæ cũ Chriſto capite unum eſſe Chriſtũ aſſeruit, intelligentiam eius eſſe referendam dicat. Nec nõ & propoſitiones iſtas & eis in ſententia ſimiles, quas in articulos dãnatos in cõcilio Conſtañ. incidere declarat, ſcilicet nõ omnes fideles iuſtificati ſunt mẽbra Chriſti, ſed ſoli prędeſtinati. Humana natura in Chriſto, uerè eſt Chriſtus, & eadẽ eſt perſona Chriſti. Humana natura in Chriſto eſt perſona uerbi. Humana natura aſſumpta à uerbo ex unione perſonali eſt ueraciter Deus naturalis & proprius &c. Chriſtus ſecundũ uoluntatem crea-

tam tantum diligit naturam humanam unitã personæ uerbi, quantum diligit naturã diuinã sicut duæ personæ in diuinis sunt æqualiter diligibiles, ita duæ naturæ in Christo humana & diuina sunt æqualiter diligibiles propter psonam communem.

Anima Christi uidet Deum tam clarè & intensè quantum clarè & intensè Deus uidet se ipsum.

Ratio suppositatis determinans humanam naturam in Christo, non realiter distinguitur ab ipsa natura determinata. Quas propositiones & alias ex eadẽ radice procedẽtes tanquam erroneas in fide damnat & reprobat hæc sancta synodus, anno. 1435.

Sesio. 23.

Qualis debet esse electio Põtificis. Secũdo, de modo & qualitate Cardinalium ut numerum. 24. non excedant, & de omnibus regionibus Christianitatis assumantur uiri in scientia & moribus ac rerum experientia excellentes, non minores. 30. annis, magistri, seu licentiati in iure diuino uel humano. Sit saltẽ tertia uel quarta pars de magistris in sacra scriptura, nõ nepotes ex fratre uel sorore Romani Põtificis, aut alicuius Cardinalis uiuentis nõ illegitimè nati, nõ corpore uitiati, nec alicuius criminis aut infamiæ nota respersi.

Sesio. 26. & 27.

Tractatur de admonitione & citatione contra Eugenium Papam & Cardinales.

Sesio. 28. & 29.

In qua causatur cõtumacia Papæ & decla-

ratur contumax, quia tractabat de dissolutione eius concilij.

Sessio.30.

Hæc sancta synodus decernit & declarat ꝙ fideles laici siue clerici, cõmunicantes & non conficientes nõ astringuntur ex pręcepto Dñi ad suscipiendũ sub utraq; specie panis scilicet & uini sacrum Eucharistiæ sacramentum, sed ecclesia quæ regitur spiritu ueritatis secũ manente inęternum, & cum qua Christus manet usq; ad consummationẽ seculi ordinare habet quomodo ipsis nõ conficientibus ministretur prout pro reuerentia ipsius sacramenti & saluti fidelium uiderit expedire, & ut supra in concilio Constañ.

Sessio.31. & 32. tractant de prębendis ecclesiasticis canonicè per ordinarios conferendis & de suspensione Eugenij Papę.4.

Sessio.33.

De ueritate fidei catholicę ꝑ tres ueritates. Primò diffinit ꝙ gñalis synodus ĩ spũ sancto legitimè cõgregata generale cõcilium faciens, ecclesiam militantem repręsentans, potestatem à Christo immediate habet, cui quilibet cuiuscunq; status, etiam si papalis existat, obedire tenetur in his quę pertinent ad fidẽ & ad extirpationem schismatum & ad generalẽ reformationem ecclesiæ in capite & in mẽbris.

Secundo declarat ꝙ quicunq; cuiuscunq; dignitatis, etiam si papalis existat, qui mandatis aut p̃ceptis huius sanctæ synodi & cuiuscunq; alterius concilij generalis legitimè congregati super p̃missis, siue ad ea pertinentibus

obedire

obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignę pœnitentiæ subijciatur, & debitè puniatur.

Tertio declarat q͏̄ ipsum gn̄ale conciliū pro præmissis eaq; concernentibus congregatum sine ipsius cōsensu per nullū quauis autoritate, ēt si papali dignitate p̄fulgeat, dissolui, trāsferri, aut ad aliud tempus prorogari potest.

Has tres ueritates reprobauit & damnauit Eugenius Papa.4. libello qui incipit, Moses seruus Dei, ut patet extra.38. sessione.

Et licet has esse ueritates fidei catholicæ satis constet ex pluribus declarationibus pręcedentibus, ad maiorem tamen soliditatē & firmitatem ueritatum ipsarū hęc sancta synodus definit, & declarat. Primo q͏̄ ueritas de potestate concilij generalis supra Papam, & quēlibet alterū declarata per Constantiense, & hoc Basiliense generalia cōcilia, est ueritas fidei catholicę. Secundo, ueritas hæc quod Papa cōcilium generale legitimè congregatū, sine eius consensu nullatenus potest dissoluere est ueritas catholicę fidei. Tertio, q͏̄ ueritatibus pręsdictis pertinaciter repugnans est censendus hæreticus. anno.1439.

In Constan. sessiõe.4.et.8. In Basili. sessione.2.

Sessio.34.

In hac & sequenti tractatur de depositione Eugenij Papæ & stabilitate concilij.

Sessio.36.

Hactenus difficilis quæstio in diuersis partibus super conceptione ipsius gloriosæ uirginis MARIAE matris Dei & exordio sanctificationis eius facta est &c. Nos diligēter inspectis autoritatibus & rationibus quæ iam à pluribus annis ex parte utriusq; doctrinæ allegatę sunt, alijsq; etiam plurimis super hac re

uisis & matura consideratione pẽsatis doctrinam illam differentẽ gloriosam uirginem MARIAM præueniente & operãte diuini numinis gratia singulari, nunq̃ actualiter subiacuisse originali peccato, sed ĩmunem semp fuisse ab omni originali & actuali culpa sanctamq́ & ĩmaculatam, tanq̃ piam & consonam cultui ecclesiastico fidei catholicę, rectę rõni, & sacrę scripturæ approbandam fore tenendã, & amplectẽdam diffinimus & declaramus, nulliq́ de cætero licitum esse in cõtrarium prædicare, seu docere, renouantes præterea institutionem de celebranda sancta eius conceptione, quæ sexto Idus Decẽbris antiqua & laudabili cõsuetudine celebratur.

Sessio.37.& .38. Tractant de electione noui Pontificis.

Sessio. 39.

Deposito Eugenio fuit electus Amadeus dux Sabaudiæ qui in solitudine Ripalię à pluribus annis in uirtute continentiæ fuerat conuersatus.

Sessio sequenti consensit electioni factæ. nuncupatus est Felix Papa quintus.

Amadeus felix nuncupatus cessit iuri quod in papatu asserebat se habere, et creatus est Cardinalis, & uicarius Põtificis Romani.

Bulla Nicolai Papæ.5. qui successit Eugenio.4. De approbatione gestoꝝ in cõcilio Basiliensi, propter securitatem animaꝝ, & cauenda pericula conscientiaꝝ confirmat Nicolaus Papa gesta per Amadeum nũcupatũ Felicem quintũ, & per congregatos in concilio Basiliensi, quòd spectat ad censuras, & causas beneficiales. De alijs nihil, nec de ꝓbatione eius cõcilij anno.1449. sui põtificatus anno tertio.

Autor.

Quæ in his duabus congregationibus Constantiensi & Ba

siliensi statuta sunt non habent aliquod autoritatis robur, ni si dũtaxat illa quæ in bulla Martini quinti, aut Nicolai quinti pontificia autoritate probata sunt: quorum paucis mentionem fecimus supra.

Eugenius quartus Papa. 215. sedit annos. 16. fuit electus Romæ anno. 1431. uiuente adhuc Sigismundo Germano Cæsare. 35. Eugenius. 4. Pontif. 215.

Hic durãte concilio Basiliensi cõuocauit concilium generale Ferrariæ, ut tractarẽt de unione ecclesiæ Oriẽtalis cum ecclesia Latina: ubi cœpit celebrari præsente Paleologo Imperatore, & Patriarcha Cõstantinopolitano, cũ aliis ecclesiæ Orientalis pontificibus, abbatibus, monachis, & cruce signatis. Attamen inchoatum nõ potuit absolui ꝑpter ingruentem pestem: & translatum est ab Augenio Florentiã, ubi & absolutum est. Celebratum est cõciliũ ꝑdictum per uiginti & quinq; sessiones, quarum sexdecim celebratę sunt Ferrariæ; reliquæ uerò Florentiæ. In quibus omnibus disputatum est inter Latinos & Græcos. Primum de ꝓcessione spiritus sancti à filio: & an rite facta fuerit à Latinis ea additio in symbolo. (filióq; ꝓcedit, &c. Secundo, de igne purgatorio. Tertio, de Papę principatu. Quarto, de azymo & fermentato panę. Quinto de panis in Eucharistia trãsmutatione. Quæ tñ disputationes solam contentionẽ inter Græcos & Latinos pepererunt; ut coacti fuerint cessare à disputatione, & res citra ullam controuersiam inter eos tractarẽt: & sic facta est unio earum ecclesiarum, & sequens definitio prædictorum articulorum sub hac forma.

CONCILIVM FLORENTINVM

De processione spūs sancti.

Approbante hac sancta synodo Florentina definimus, ut hęc fidei ueritas ab omnibus Christianis credaẗ, & suscipiaẗ qa spūs sc̄tūs à patre & filio æternaliter est: & essentiā suā, suumq; esse subsistēs habet ex patre, simul & filio, & ex utroq; ęternaliter tanquam ab uno principio, & unica spiratione ꝓcedit; declarantes, ꝙ id quod sancti doctores & patres dicunt ex patre per filium procedere spiritū sanctum, ad hanc intelligētiam tendit, ut per hoc significetur filium quoq; esse secundum Gręcos quidem, causam; secundum Latinos uerò, principium subsistentiæ spiritus sancti, sicut & patrem. Et quoniā omnia quæ patris sunt, ipse pater unigenito filio suo gignendo dedit (præter esse patrem) hoc ipsum ꝙ spiritus sanctus ꝓcedit ex filio, ipse filius à patre æternaliter habet, à quo æternaliter etiā genitus est.

De particula illa. (filioq; ꝓcedit.)

Definimus etiam explicationem uerborum illorum (filioq;) ueritatis declarandę gratia, & īminente tunc necessitate, licite, ac rationabiliter symbolo fuisse appositum.

In azymo & fermento corpus Christi cōficitur.

Item, in azymo, siue fermentato pane triticeo corpus Christi ueraciter confici: sacerdotesq; in altero ipsum Domini corpus conficere debere, unumquemque, scilicet iuxta suæ ecclesiæ, siue Occidentalis, siue Orientalis consuetudinem.

De purgatorio.

Item, si uere pœnitentes in Dei charitate decesserint, anteq; dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint, & omissis, eoꝝ animas pœnis purgatorijs purgari. Et ut à pœ-

nis huiusmodi releuent prodesse eis uiuorum fidelium suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes, & eleemositas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus fieri cõsueuerunt secundũ ecclesię instituta. Illorum etiã animas, qui post baptisma susceptum, nullã oĩno peccati maculam incurrerũt, illas etiam quæ post cõtractam peccati maculam, uel in suis corporibus, uel eisdem exutę corporibus (prout superius dictum est) sunt purgatæ, in cœlum mox recipi, et intueri clare ipsum Deũ trinum & unũ sicuti est: meritorum tamẽ diuersitate alium alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, uel solo originali decedunt, mox in infernum descendere pœnis tamen disparibus puniendas.

De peccato originis.

Item definimus sanctam apostolicam sedem, & Romanum Pontificem in uniuersum orbem tenere primatum; & ipsum Põtificem Romanum successorem esse beati Petri principis apostolorum, & uerum Christi uicarium, totiusq́ ecclesiæ caput, & omniũ Christianorum patrem ac doctorem existere, & ipsi in beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi uniuersalem ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditã esse, quemadmodum etiam in gestis œcumenicorum conciliorum, & in sacris canonibus continetur. Datum Florentię in sessione publica synodali. anno. 1439.

Romanus Põtifex successor Petri & Christi uicarius ẽ.

Dum hæc Florentię agerentur in ultima sessione subita morte defunctus est Patriarcha Constantinopo. & quærẽtibus Græcis & La

tinis causam tam subitæ mortis, eius famuli responderunt, ipsum postquã cœnasset, in penetrale domus scribendi causa (ut sui moris erat) intrasse, & dum scriberet tremore ac animi languore affectum, statim occubuisse. Literæ autem sequentia continebant.

Confessio Archiepi Constãtinopolitani.

Ioseph miseratione Diuina Constantinopolis & nouæ Romę Archiepiscopus, ac œcumenicus Patriarcha: quoniã ad extremum uitæ meę perueni, idcirco pro meo munere dilectis filijs benignitate Dei meam sententiam his literis palàm facio. Nãq; Dñi nostri Iesu Christi catholica & apostolica ecclesia Romæ ueteris sentiat, ac celebret omnia, me quoq; sentire crederéq; profiteor, ac ipsis plurimum acquiesco. Beatissimũ autem patrũ patrem ac summum Pontificem Roméq; ueteris Papam Domini nostri Iesu Christi uicarium esse concedere, atq; animarum purgatorium esse non inficior. Datum Florentię die octauo mensis Iunij, anno. 1439.

Dum iam absolueretur concilium Armeniorum Patriarchæ legati ad synodum ipsam uenerunt, dicentes se suamq; ecclesiam cum catholica coniungi, ac ipsum synodi decretum pie seruare uelle. Quibus benignissime susceptis sub quodam breui compendio orthodoxæ fidei ueritatem, quam Romana profitetur ecclesia per hoc decretum sacro approbante concilio, ipsis etiam oratoribus ad hoc cõsentientibus tradidit Eugenius Papa. Quo ab eis excepto unà cum Græcis Florentia discesserunt, & dissolutum est concilium.

Decreta concilij Florentini super unione Iacobinorum & Armeniorum.

In primis damus eis sanctum symbolum à centum quinquaginta Episcopis œcumenico Constantinopolitano concilio editũ, cum illa additione (filioq;) ipsi symbolo declarandę ueritatis gratia, & urgente necessitate, & rationabiliter apposita. Cuius tenor est. Credo in unum Deũ &c. Hoc autem symbolum sicut apud Latinos mos est, ita decernimus p̃ omnes Armenorũ ecclesias intra missarum solẽnia singulis saltẽ Dominicis diebus, & maioribus solẽnitatibus decantari uel legi.

Secundo, tradimus eis definitionem quartę & uniuersalis synodi Chalcedonẽsis, in quinto postea & sexto uniuersalibus concilijs renouatã de duabus naturis in una Christi persona. Cuius tenor talis est.

Sufficeret quidem sapiens hoc &c.

Tertio, definitionem de duabus Christi operationibus in prædicto sexto concilio promulgatam &c.

Quarto instruximus eos, & declarauimus synodum Chalcedonensem, & beatissimum Leonem sancte & rectè ueritatem de duabus in una p̃sona Christi naturis superius descriptam definisse contra impia Nestorij & Euthychis dogmata. Iniũgimusq; ut ipsum beatissimum Leonem (qui uerę fidei colũna fuit, & omni sanctitate & doctrina refertus) tanq̃ sanctum, & in catalogo sanctorum merito descriptum decætero reputent & uenerent: atq; non solum dictas tres synodos, sed & omnes

Commẽdatur definitio beatissimi Leonis Papæ.

alias uniuersales autoritate Romani pontificis legitime celebratas, sicut & cæteri fideles reuerenter suscipiant.

Quinto, ecclesiasticorum sacramentorum ueritatem sub hac redigimus formula.

Septem sunt sacramenta nouæ legis.

Nouæ legis septem sunt sacramenta, scilicet, baptismus, confirmatio, eucharistia, pœnitentia, extrema unctio, ordo, & matrimonium. Quæ multum à sacramentis differunt antiquæ legis. Illa enim non causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dandam figurabant. Hęc uerò nostra & continent gratiam, & ipsam digne suscipientibus conferunt.

Sacramenta antiquæ legis gratiam dandam per Christū figurabāt.

Ad quid ordinata sint sacramēta nouæ legis.

Horum quinque prima ad spiritualem uniuscuiusque hominis in seipso perfectionē; duo ultima ad totius ecclesiæ regimen, multiplicationemque ordinata sunt. Per baptismum enim spiritualiter renascimur: per confirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide; renati autem & roborati, nutrimur diuina eucharistię alimonia. Quòd si per peccatum ægritudinem incurrimus animæ, per pœnitentiam spiritualiter sanamur. Spiritualiter etiam & corporaliter (pro ut animæ expedit) per extremam unctionē. Per ordinem uerò ecclesia gubernatur & multiplicatur spiritualiter: per matrimonium corporaliter augetur.

Tribus perficiuntur sacramenta.

Hęc oīa sacramenta tribus perficiunt, uidelicet, rebus tanquam materia, uerbis tanquam forma, et persona ministri conferentis sacramentum, cum intentione faciendi quod facit ecclesia.

Quorum si aliqd desit, nō pficitur, sacramentū. Inter hęc sacramenta tria sunt, baptismus, cōfirmatio, & ordo, q̄ characterem, id est, spirituale quoddā signū, à cæteris distinctū imprimunt in aïa indelebile: unde ĩ eadē psona nō reiterātur. Reliqua uero q̄tuor characterē non ĩprimunt, & reiterationē admittunt. Primum oĩum sacramentorū locū tenet baptismus, qđ uitæ spiritualis ianua est: p ipsum. n. membra Christi, ac de corpore efficimur ecclesię. Et cū p primū hoĩem mors introierit in uniuersos, nisi ex aqua & spiritu sancto renascimur, non possum⁹ (ut inqt ṽitas) ĩ regnū cœlorū ĩtroire. Ioan. 3.

Tria tm̄ sacramēta characterē imprimunt & ideo nō reiterantur.

Ianua uitę spiritualis, baptismus.

Materia hui⁹ sacramēti est aqua uera, & naturalis: nec refert frigida sit, an calida. Forma autē est. Ego te baptizo in noïe. p. & fi. & s. s. Non tm̄ negamus, qn & p illa uerba. Baptizet talis seruus Christi in noïe. p. & fi. & s. s. uel, baptizatur manib⁹ meis talis, in noïe. p. & fi. & s. s. uerē pficiatur baptisma; qm̄ cū principalis causa, ex quo baptismus uirtutē habet, sit sancta trinitas, instrumētalis aūt sit minister, q tradit exteri⁹ sacramentū, si exprimit actus, qui p ipsum exercet ministrū cum sanctæ trinitatis ĩuocatione, pficitur sacramentū. Minister huius sacramenti est sacerdos, cui ex officio cōpetit baptizare. In causa aūt necessitatis, nō solū sacerdos uel diaconus, sed etiā laicus & mulier, imo etiā paganus & hæreticus baptizare potest, dummodo formā seruet ecclesiæ, & facere intendat, quod facit ecclesia.

Materia baptismi.

Forma baptismi.

Minister baptismi.

Huius sacramenti effectus est remissio oĩs culpæ originalis, & actualis; oĩs quoq; pœnę,

Effectus baptismi.

q̃ pro ipsa culpa debetur, propterea baptizatis nulla ꝓ peccatis p̃teritis iniungenda est satisfactio; sed morientes anteq̃ culpã aliquam cõmittant, statim ad regnum cœlorum & Dei uisionem perueniunt.

De sacramẽto cõfirmationis

Secũdũ sacramentũ est cõfirmatio, cui⁹ materia est chrisma confectum ex oleo, qđ nitorẽ significat cõsciẽtię, & balsamo, q odorem significat bonæ famæ, p̱ epm benedicto. Forma aũt ẽ, Signo te signo crucis, et cõfirmo te chrismate salutis in noĩe. p. & fi. & s. s. Ordinarius minister est eps. Et cũ cęteras unctiones simplex sacerdos ualeat exhibere, hãc nõ nisi eps debet conferre, qa de solis apostolis legit̃ (quorum uicem tenẽt epi) q̄ p̱ manus ĩpositionem spiritũ sanctum dabant. Loco aũt illi⁹ manus ĩpositionis datur ĩ eccl'ia cõfirmatio. Legit̃ tñ aliqñ p̱ apostolicæ sedis dispẽsationẽ ex rationabili & urgente admodum causa simplicẽ sacerdotẽ chrismate p̱ epm confecto hoc administrasse confirmationis sacramentum.

Minister sacramẽti cõfirmationis, eps.

Act. 8.

Effectus confirmationis.

Effectus aũt huius sacramẽti est, qa ĩ eo datur spũs sc̃tũs ad rob⁹, sicut datus est apl'is ĩ die Pẽtecostes, ut Christianus audacter Christi cõfiteatur nomen. Ideoq; in fronte ubi uerecundiæ sedes est, confirmandus inungit̃, ne Christi nomen cõfiteri erubescat: & præcipue crucẽ eius, q̃ Iudæis est scandalum, gentib⁹ autem stultitia, ꝓpter qđ signo crucis signãtur.

1. Cor. 1.

De sacramento eucharistiæ.

Tertium est eucharistię sacramẽtum, cuius materia panis triticeus, & uinũ de uite, cui ante cõsecrationẽ aq̃ modicissima admisceri de-

bet: Aqua autẽ ideo admiſcetur, q̃m iuxta te-
ſtimonia ſanctoꝝ patrũ, creditur ipſum dñm
in uino aqua ꝑmiſto hoc inſtituiſſe ſacramẽ- Quare apponatur aqua in uino.
tum. Deinde q̃a hoc cõuenit dñicæ paſſionis
repręſentationi. Inq̃t.n. beatus Alexãder Papa De conſe. d. 2.
q̃ntus à beato Petro, in ſacramẽtoꝝ oblationi In ſacramentorum.
bus, q̃ intra miſſaꝝ ſolennia dño offerunt, ui-
num & aq̃ ꝑmiſtum offeri debet, q̃a utrũq;,
id ẽ, ſãguis & aq̃ ex latere xp̃i ꝓduxiſſe legit̃.

Tertio etiã cõuenit ad ſignificãdum hui⁹ ſa
cramenti effectũ, q̃ eſt uino populi Chriſtiani
ad xp̃m. Aqua enim populum ſignificat &c. Apoc. 17.

Forma hui⁹ ſacramenti ſunt uerba ſaluato-
ris q̃bus hoc cõficit̃ ſacramentũ. Sacerdos.n. ĩ
ꝑſona Chriſti loquẽs, hoc conficit ſacramẽtũ.
Nã ipſoꝝ uerboꝝ uirtute ſubſtãtia panis ĩ cor
pus xp̃i, & ſubſtãtia uini in ſanguinẽ cõuertũ
tur; ita tñ q̃ totus Chriſtus cõtinetur ſub ſpe
cie panis, & tot⁹ ſub ſpecie uini, ſub qualibet
quoq; parte hoſtiæ conſecratæ, & uini conſe-
crati (ſeparatione facta) totus eſt Chriſtus.

Huius ſacramenti effectus, quem ĩ aĩa ope- Effectus eucharistię.
rat̃ digne ſumentis, eſt adunatio hoĩs ad Chri
ſtum. Et q̃a ꝑ gratiã homo Chriſto incorpora
tur, & membris eius unitur, ſeq̃tur q̃ per hoc
ſacramẽtũ in ſumẽtibus digne gr̃a augeatur:
oẽmq; effectũ, quẽ materialis cibus & potus,
quo ad uitã agunt corporalem, hoc idem quo
ad uitã ſpiritualẽ & hoc ſacramentũ op̃atur.

Quartum ſacr̃m eſt pœnitentia, cui⁹ quaſi De ſacramento pœnitẽtiæ.
materia ſunt actus pœnitẽtis, q̃ in tres diſtin-
guntur partes. Quaꝝ prima, cordis contritio;
ad quã pertinet, ut doleat de peccato cõmiſſo

cum proposito nõ peccãdi decætero. Scd'a est oris cõfessio: ad quã pertinet, ut peccator oĩa peccata quorũ memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia, satisfactio pro peccatis secũdum arbitrium sacerdotis: q̃ qui dẽ p̃cipue fit p orõnem, ieiuniũ, eleemosynã.

Forma hui⁹ sacramẽti est. Ego te absoluo. Minister huius sacramenti est sacerdos, habẽs autoritatem absoluendi, uel ordinariam, uel ex commissione superioris. Effectus huius sacramenti est absolutio à peccatis.

De extrema unctione.

Quintũ sacramentum est extrema unctio, cui⁹ materia est oleũ oliuę p epm benedictũ. Hoc sacramentum nisi ĩfirmo, de cuius morte timeẽ, dari nõ debet: q ungendus est in oculis propter uisum, in aurib⁹ propter auditũ, in naribus, ppter odoratum, ĩ ore propter gustum, uel locutionẽ, in manib⁹ propter tactũ, in pedib⁹ propter gressum, ĩ renib⁹ propter delectationem ibidem uigentem. Forma hui⁹ sacramẽti est hæc. Per istã sanctã unctionem, & suã piĩssimã misericordiã indulgeat tibi dñs qcqd per uisum &c. Et similiter in aliĵs mẽbris. Effectus uero est mentis sanatio, inquantum autem expedit ipsius etiã corporis. De hoc sacramento habetur Iacobi. 5.

De sacramento ordinis.

Sextum sacramentum est ordinis, cui⁹ materia est illud, p cuius traditionem cõfertur rodo, sicut presbyteratus traditur p calicis cũ uino, & patenæ cũ pane porrectionẽ. Diaconatus uero p libri euãgeliorũ dationẽ, subdiaconatus p calicis uacui cum patena uacua superposita traditionem. Et similiter de aliĵs per

rerꝫ ad ministeria sua ptinẽtium assignationẽ. Forma sacerdotij talis est. Accipe potestatem offerendi sacrificium in eccl'ia p uiuis & mortuis, in noie. p. &. fi. & s. s. & sic de aliorꝫ ordinum formis. Ordinari⁹ minister huius sacramenti est episcopus. Effectus augmentũ gratiæ, ut quis sit idoneus minister.

Effectus sacramenti ordinis

Septimũ est sacramentũ matrimonij, quod est signũ coniunctionis xp̃i & ecclesiæ scd'm apostolũ. Causa efficiẽs matrimonij regulariter ẽ mutu⁹ cõsẽsus p uerba de p̃senti exp̃ssus.

Tria sunt bona matrimonij. Primũ, prolis suscipienda & educãda ad cultũ Dei. Secundum, fides, quã unus coniugum alteri seruare debet. Tertium, indiuisibilitas matrimonij, ppter hoc ꝙ significat indiuisibilẽ coniunctionẽ Christi & ecclesiæ. Quãuis autem ex causa fornicationis liceat thori separationem facerẽ, nõ tñ aliud matrimoniũ cõtrahere fas est, cũ mr̃imonij uĩculũ legitime cõtracti ppetuũ sit.

Tria sunt bona mr̃imonij.

Sexto, compendiosam illam fidei regulã p beatissimum Athanasium editam ipsis prębemus, uidelicet. Quicunqꝫ uult saluus esse &c.

Septimo, decernimus unum atqꝫ eundẽ deũ ueteris ac noui testamenti, hoc est, legis & prophetarꝫ, atqꝫ euãgelij pfitemur autorẽ. Qm̃ eodem spiritu inspirãte, utriusqꝫ testamenti sancti locuti sunt: quorꝫ libros suscipit, & ueneratur ecclesia, q titulis sequentib⁹ cõtinentur.

Quinqꝫ Moysi, id est, Gene. Exodo. Leuit. Nume. Deutero. Iosue, Iudic. Ruth. Quatuor Regum, duobus Paralipo. Esdra, Neemia, Tobia, Iudith. Esther, Iob, Psalmi Dauid, Parabo

lę,Ecclesiast. Cantica canticorum,Sapie.Ecclesiasticus,Esaia,Hiere.Baruch,Ezech.Dan.Duodecim prophetæ minores,id est,Osea,Ioel,Amos,Abdias,Ionas,Micheas,Nañ,Abachuc, Sophonias,Agæus,Zacharias, Malachias. Duo Machabæorum. Quatuor euangelia, Matthæi,Marci,Lucæ,Ioannis. Quatuordecim epistolæ Pauli.Ad Roma.duæ,ad Corin. ad Galat.ad Ephe.ad Philip.Duæ ad Thessalo.ad Coloss. Duæ ad Timoth.ad Titum, ad Philemonem,ad Hebræos.Petri duæ,Ioannis tres,una Iacobi,una Iudæ. Acta apostolo. & Apoca.Ioã. Propterea anathematizamus Manichæorum insaniã, q duo principia posuerunt, unum uisibilium,aliud inuisibilium,et alium noui testamẽti deũ, aliũ ueteris esse dixerunt.

Octauo, tradidimus quod in cõsecratione corporis Christi hac uteret forma ecclesia Romana.Hoc est enim corpus meũ,sanguinis uero. Hic est.n.calix sanguinis mei, noui, & æterni testamenti,misteriũ fidei,qui pro uobis, & pro multis effundetur in remissionẽ peccatorum. Panis uero triticeus in quo sacramentũ conficitur,an eo die,an antea decoctus sit, nihil oĩno refert,dummodo panis substantia maneat.

Decimo,qm̃ asseritur nõnullos quartas nuptias tanquam cõdemnatas respuere, ne peccatũ ubi nõ est,esse puteẽ(cum scd'm apostolũ mortuo uiro mulier sit ab ei⁹ lege soluta,& nubendi cui uult in dño habeat facultatẽ, nec distinguat mortuo primo,secundo,uel tertio) declaramus nõ solũ secũdas ac tertias, sed & quartas, atque ulteriores si aliqd' canonicũ impedi-

Rom.7.

Licite quis,si impedimentũ non obstet,sæpe ac sæpi⁹ cõtrahere potest

mentum non obstet, licite contrahi posse. Commendatiores tñ dicimus, si ulterius à cõiugio abstinẽtes in castitate ꝑmanserint: qa sicut uirginitatem uiduitati, ita nuptijs castã uiduitatẽ laude, ac merito præferẽdam esse censemus.

Sicut uirginitas uiduitati, ita casta uiduitas nuptijs ꝑfertur.

His oĩbus explicatis ꝑdicti Armenioꝝ oratores noĩe suo & sui patriarchæ, & oĩum Armenoꝝ hæc saluberrima synodalia decreta cũ oĩbus suis capitulis, declarationib⁹ definitionibus, nec nõ quicqd tenet, et docet sancta sedes apostolica & Romana eccl'ia cum omni deuotione & obedientia suscipiunt, & amplectunt.

Explicit concilium Florentinum.

Nicolaus quintus Papa. 216. Hic cum se ĩdignũ tanto magistratu arbitraretur, supplex rogauit Cardinales, ut maturius ecclesię cõsulerent: & tandẽ inuitus assumpsit sacerdotiũ. Quo per octo annos administrato, moritur Friderico. 3. Germano Cæsare. 37.

Nicolaus. 5. Pon. 216.

His temporibus anno. 1453. die Maij uigesimonono post diutinam obsidionem, grauissima tandẽ oppugnatiõe, potitus est Mahometes Turcarum Imperator urbe Cõstantinopoli: in eaq; tãtam crudelitatem exercuit, ut nulla id queat oratione explicari.

Calistus tertius Papa. 217. Hic beatũ Vincentiũ ordinis prædicatoꝝ in sanctos retulit. Sedit annos tres sub eodem Cæsare.

Calixtus Pont. 217.

Visum est necessarium hoc loco summam duarum extrauagantium Martini quinti, & Calixti tertij subijcere, & explicare conditiones quibus olim prædicti pontificis permiserunt eiusmodi contractus, quibus emuntur annui census cum pacto retrouendendi &c. Quoniã uidemus nunc intolerabiles abu-

Autor.

sus exerceri hoc colore, & paßim celebrari prædictos contractus uix una aut altera conditione seruata: & hoc falso titulo emptionis multi prætexunt suas usuras. Decretum Martini quinti idem est & Calisti tertij.

Martinus eps &c. & Calistus eps &c. Petitio dilectorũ filiorũ nobis exhibita cõtinebat q̃ á tãto tpe cuius çõtrarij memoria hoim nõ existit, q̃dã cõsuetudo rationabilis obseruata, perscripta, ac morib⁹ utentium approbata ad cõem utilitatẽ hoium ĩtroducta fuisset, pro q̃bus princeps, miles, siue oppidanus partium earũdem cũ hoc expedire uidebãt, psonę ecclesiasticæ aut seculari, collegio aut uniuersitati sup bonis suis, oppidis, terris, agris, p̃dijs, domibus, & hęreditatib⁹ uendere cõsueuit, & uẽdidit annuos census unius, uel plurĩũ marcarũ: & p qualibet marca annui cẽsus decẽ, undecim, tredecim, quatuordecim marcæ, aut plus uel minus scd'm tpis qualitatẽ (prout ipsi cõtrahentes tũc ĩter se conuenerãt) ipsi uenditori tũc ĩtegraliter in pecunia numerata solui consueuerãt bonis in ipso cõtractu tunc expressis, pro ipsius cẽsus annui solutione in ppetuum obligatis. Et semp in ipsis cõtractib⁹ expsse ipsis uenditorib⁹ data fuit facultas atq; gratia q̃ ipsum annuũ cẽsum in toto uel ĩ parte p eadem summa denariorũ, quam ab ipsis emptoribus receperunt, quandocunq; uellent libere absq; alicuius requisitione, cõtradictione, uel assensu possent extinguere & redimere, ac se ab ipsius census solutione ex tunc penitus liberare. Sed ad hoc huiusmodi census uẽditores inuiti nequaq̃ per emptores arctari,

astringi

astringi ualerent, et ipsis possessionibus & bonis obligatis penitus itereptis seu destructis. Sed ijdẽ ementes ẽt si bona, domus, terrę, agri, possessiones, & hæreditates hmõi, pcessu tpis ad oĩmodæ destructionis, siue desolationis reducerent opprobriũ, pecuniã ipsam ẽt agẽdo repetere nõ ualerẽt. Apud aliquos tñ an hmõi cõtractus emptionis & uenditionis liciti existant, hęsitat. Quare pro parte eorũdem nobis fuit humiliter supplicatum, an cõtractus huiusmodi liciti, uel illiciti cẽseri debeant, declarare de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur cõperimus cõtractus hmõi iuridicos, & iuxta determinationem doctorꝝ licitos fore, et iuri cõmuni cõformes; ideo ipsorũ cẽsuum uenditores ad illorꝝ solutionẽ obligari autoritate apłica tenore præsentiũ ex certa scientia declaramus, non obstantibus &c.

Conditiones, quibus annui census licite emi possũt, et uẽdi.

Prima cõditio. Oportet ꝙ uẽdens designet, & exprimat rẽ aliquã, quã uẽdat, et ali⁹ emat, puta domũ, aut agros &c. Et rei, uel rerꝝ designatarꝝ tm̃ debet fieri emptio & uẽditio; & ea sola dẽnt manerę obligata ad solutionẽ p̄dicti cẽsus, & nõ alia uẽdentis bona; qa si uniuersa alia bona cũ psona uẽdente obligantur (ut fit apud nos) iã destruit emptio & uẽditio, & est oppignoratio, & fit contractus usurarius.

Secũda cõditio, ꝙ iusto & competenti pretio ematur annuus census; & quo tpe celebratur cõtractus integraliter numeret pecunia.

Tertia, ꝙ in eodem cõtractu expresse uẽditori det facultas, ꝙ ipsum annuũ cẽsum in to-

to,uel in parte pro eadem sũma denariorũ quã ab emptore recepit, qñcũq; uelit, libere (absq; alicuius requisitione, aut cõtradictione) possit extinguere, uel redimere, & se ab ipsius census solutione extunc penitus liberare.

Quarta, q ad redimendũ annuum censum uẽditor iuitus nullo modo obligari possit; sed liberũ fuerit illi uel soluere cẽsum, uel redimere in toto uel in pte eadẽ numerata pecunia.

Quinta, q si contingat aliqñ bona ipsa (domus, agros, aut possessiones alias, q̃ obligata sunt ad solutionẽ census, & quorũ facta est emptio) pcessu tpis oĩno destrui, et penitus interire, emẽtes, pecuniam ipsam quã dederunt pro prędictis bonis repetere amplius nequaq; ualebunt; quoniam ementis periculo debet perire res empta: alioquin non fuit uera emptio et uenditio, sed contractus usurarius.

Sexta, nõ debet obligari ad censum res aliqua, nisi sit uẽdibilis res, & fructuosa: et annuus cẽsus ad cuius solutionẽ talis res est obligata, nõ debet excedere ualorẽ fructuũ, quos ex re ipsa pcipere solet, aut põt dominus rei. Si.n. plus est in annuo cẽsu q̃ in fructibus rei uenditę, iam destruit̃ emptio, & palliat̃ usura; & emẽs accipit rẽ ipsam in pign9 suę pecunię.

Seruatis prædictis conditionibus utcunq; tolerandos iudico tales cõtractus, aliqua earum omissa nulla ratione puto tolerandos.

Pius.2.Ponti. 218. Pius.2.Papa.218.Catherinã Senẽsem iter sanctas retulit. Sedit annos sex, Friderico Cęsare.

Paulus.2.Pontif.219. Paulus.2.Papa.219.sub eodẽ Cęsare. Sacerdotio illaudabiliter pcurato.6.anno, mẽse.10.

suæ assumptiõis, solus in cubiculo nemine ui dẽte, secũda hora noctis apoplexia morit̃. Suo tpe oĩa officia Romę uenalia erãt, & ferè semp bñficia, et epatus his cõmittebat, qui offm̃ aliquod uenale haberet, unde elici mun⁹ posset.

Sixt⁹.4. Papa.220. Friderico Cęsare. Hic Bonauenturã theologũ albo sanctorꝝ inscribi iussit. Morit̃ assumptionis suę anno.13. Sub hoc põtifice & eius speciali cõmissione, anno Dñi 1479. facta ẽ cõgregatio p Reuereñ. in Christo patrẽ Alfonson Carillũ Archiepm Toletanũ Cõpluti multorꝝ doctorꝝ theologię, & utriusque iuris sup libello cõfessionis edito p Petrũ Oxomẽsem sacrę theologię pfessorẽ, in uniuersitate Salmãtina Hispanię. Accepit aũt pdict⁹ Archieps Toletanus autoritatem declarandi, ac definiendi omnes ppositiones & cõclusiones falsas, erroneas, hæreticas, aut male sonantes, quæ in pręfato libello continerentur. Sixtus.4.Põtif.220.

Conclusiones aũt pductæ ex libello dicti magistri Oxomen. discussæ et disputatæ, tãdẽq; dãnatæ sũt, q̃ sequũtur.

Prima cõclusio. Peccata mortalia quãtũ ad culpã & pœnam alterius seculi delentur per solã cordis contritionẽ sine ordine ad claues.

Secũda cõclo, q̃ cõfessio de pctĩs ĩ spẽ fuerit ex aliquo statuto vlis ecclię, nõ de iure diuĩo.

Tertia conclusio, q̃ prauæ cogitationes cõfiteri non debent, sed sola displicentia delentur sine ordine ad claues.

Quarta conclusio, q̃ confessio debet esse secreta (id est) de pctĩs secretis, nõ de manifestis.

Quinta, q̃ non sunt absoluendi pœnitentes nisi peracta prius pœnitentia eis iniuncta.

Sexta, ꝙ Papa nõ poteſt indulgere alicui uiuo pœnam purgatorij.

Septima, ꝙ eccleſia urbis Romę errare põt.

Octaua, ꝙ Papa non poteſt diſpẽſare in ſtatutis uniuerſalis eccleſiæ.

Nona cõcluſio, ꝙ ſacrm̃ pœnitentiæ quantũ ad collationẽ grãe ſacrm̃ naturæ eſt, nõ alicuius inſtitutiõis ueteris, uel noui teſtamenti.

Quibus cõcluſionib⁹ ſic ꝓpoſitis, ac ꝑ plures dies ſigillatim diſputatis, recepto tandẽ ab eiſdẽ doctoribus ſolẽni iuramẽto tactis ſacroſanctis euãgelijs, & ſniã excõicationis in eos, & ĩ eoꝝ quẽlibet primitus ꝓlata, ꝙ in p̃dictis q̃ſtionibus dicerẽt ueritatẽ ſecũdũ ſuã ſniam, & cõſcientiã, uotiſq; eoꝝ coràm notario & teſtib⁹ ſigillatim in ſcriptũ redactis. 24. Maij p̃fatus Reuereñ. dñs ſedẽs ꝓ tribunali, ſniam ꝓtulit, qua cõc̃ſiones p̃dictas tãq; hęreticas, erroneas, ac ſcãdaloſas, & male ſonãtes ap̃lica, & primitiali autoritate dãnauit, ac dãnandas decreuit: librũq; illũ cũburẽdũ iudicauit; quẽ illico ꝓmotor fiſcalis curię tradidit ſeculari.

Adiuratio dicti magiſtri Petri Oxomen. in forma canonũ.

Qm̃ ego magiſter Petr⁹ Oxomẽſis cõpoſuerã libꝝ cõfeſſionis cõtinentẽ nõnullas ꝓpoſitiões, quas tũc credebã ueras, & determinationi ſanctę mr̃is eccl̃ię & cõi opiniõi doctoꝝ cõſonas; ſed q̃a primũ ex libro illo orta ſunt maxima ſcandala in cordibus fideliũ, maxime in ꝑtibus hoꝝ regnoꝝ, adeo ꝙ Reuerendiſſimus in dño pater, ac dñs Archiep̃s Toletanus autoritate ap̃lica (accerſitis q̃ plurimis mag̃ris & ſacrę theologię doctorib⁹, et alijs uiris eru-

ditiſſimis, maturo cõſilio ac deliberatione pronũciauit, et declarauit dictũ libꝝ cõtinere nõnullas ꝓpoſitiones falſas, hęreticas, ſcandaloſas, male ſonantes, & erroneas, & ideo cõburendũ, ꝓut in ſnĩa latius cõtinet. Quapropter ego pręfatus magiſter deſiderãs ſalutẽ animæ meæ, ac ꝓprium recognoſcẽs errorẽ & culpã, dico, & cõfiteor me grauiter erraſſe in cõpoſitione dicti libelli, utpote cõtinẽtis ꝓpoſitiões falſas, erroneas, ſcãdaloſas, hæreticas & male ſonantes. Quas, ut tales, confiteor, et declaro: ſummittoq; me determinationi ſanctę matris eccleſię, et determinationi et ſnię p̃fatę et prolatæ per dictũ Reuerendiſſimũ Dñm; cui ego ex nunc & ſpecialr̃, & exp̃ſſe aſſentior. Et cognoſcẽs uerã fidem, anathematizo oẽm hæreſim, maxime eam de qua hactenus ſum infamatus: et cõſentio ſanctę matri eccleſię Romanæ & ſedi apl̃icę, et ore, ac corde cõfiteor ſacrã eccleſię, & illã fidem tenere, quam dñs Sixtus Papa modernus autoritate apl̃ica & euangelica tenet: & per hæc ſancta Dei euãgelia oẽs q̃ cõtra hanc fidẽ uenerint, cũ ſuis doctrinis dignos æterna damnatione pronuncio.

Celebrata eſt ea cõgregatio per q̃nquaginta duos uiros doctos magiſtros in theologia, uel iure canonico, præſidẽte præfato Reuerendiſſimo. Acceſſit ad hæc ſpecialis confirmatio eoꝝ, quæ acta ſunt in p̃dicta cõgregatione ꝑ Sixtũ Papã quartũ. Exemplar aũt bullæ, qua cõfirmanẽ prędicta, habeẽ in bibliotheca eccleſiæ Toletanæ; & extat alterũ exemplar in monaſterio ſancti Vincentij inſtituti beati Dñici

Cõfirmatio præcedentis ſententiæ.

in urbe Placentina: Quam confirmationẽ ego legi, & uidi in legitimo exemplari; sed ne plus iusto cresceret uolumen huius sũmæ, hic nolui illam subijcere.

Innocẽtius. 8. pontif. 221. Innocentius octauus Papa. 221. Friderico Cæsare. Sedit annos septem.

Alexander. 6. pontif. 222. Alexander sextus Papa. 222. patria Hispanus ex gente Borgia originem duxit. Sedit annos. 11. Electus imperante eodem Friderico.

Pius. 3. pontif. 223. Pius tertius Papa. 223. Sedit dies. 30. Maximiliano Cæsare. 38.

Iulius. 2. pontif. 224. Iulius secundus Papa. 224. moritur bellica gloria clarus pontificatus sui anno decimo, dum celebratur concilium Lateranense, Maximiliano Cæsare.

Leo. 10. pontif. 225. Leo decimus Papa. 225. Cæsare Maximiliano. Morit̃ põtificatus sui anno. 9. Sub hoc põtifice celebratum est concilium Lateranense.

CONCILIVM LATERANENSE sub Iulio. 2. & Leone. 10.

Iulius secũdus nuper electus iurauit se celebraturꝝ conciliũ generale pro reformatione ecclesiæ, & pace inter principes Christianos cõponenda. Reqsitus aũt post, ut prædictũ iuramentũ seruaret, & iuxta cõstitutionem concilij Constantieñ. expleto decenio à ꝓximo cõcilio celebrato nouũ celebraret, ille tñ differebat. Tãdem instantibus aliqbus prælatis ecclesiæ, & urgẽtibus celebrationem concilij, & pontifice, uel non ualẽte, uel nõ uolente, Bernardinus de Carauaial Hispanus, & Federicus de sancto Seuerino Ecclesiæ Romanę Cardinales, cum qbusdam alijs cardinalibus ue-

nerunt Pisas, deinde Mediolanum, & contra uoluntatem & autoritatem Romani pontificis uocauerũt Episcopos & Christianos Principes ad generale concilium in prædictis locis indictum. Contra hoc conciliabulũ indixit Iulius Pontifex generale cõcilium Romæ apud Lateranum celebrandum.

Sessio prima.10.die mensis Maij,anni.1512.

Pontifex exhortat̃ synodum ad ecclesiæ reformationẽ,et schismatis extinctionẽ,pacẽ inter Christianos Principes cõponendã,& expeditionẽ cõtra infideles cõficiendã. Mox annotant̃ per Pontificẽ causę nõ celebrati concilij, cũ toties ante fuisset ꝓmissum, nec tñ usq; ad illum diem fuerat inchoatũ. Pręcipua aũt fuit cõflictus apud Rauenã ciuitatẽ Romandiolæ habitus inter exercitũ ipsius Iulij Põtificis, & regis Hispaniæ Ferdinãdi cognomento catholici, & exercitum Ludouici regis Francorum, & aliorum adhęrentiũ cõciliabulo Pisano. In quo conflictu fuerunt interfecta multa millia hominum. Et absoluta est actio prima.

Sessio secunda.17.mensis Maij eiusdem anni.

Legit̃ bulla in qua Pisanum cõciliabulum dãnat̃; & oĩa in eo gesta annullant̃, & irritãt̃. Lateranense quoq; cõcilium legitimè & spiritu sancto esse cõgregatum definit̃. Excipiunt̃ suffragia omnium præsentium.

Sessio tertia.3.Decembris eiusdem anni.

Tantũ legit̃ bulla,in qua iterũ reprobantur oĩa et singula ꝑ Cardinales schismaticos acta, tam in Trãsalpinis,q̃ Cisalpinis locis. Reuocant̃ quoq; concessa priuilegia,siue gratiæ per

ſedem apoſtolicam in eiſdem locis.

Siſsio.4.10.Decembris eiuſdem anni pōtificatus Iulij Papæ anno.10.Præſidente eodem.

Legiť bulla,in qua pragmatica ſanctio, & geſta per conciliabulū Piſanum ſuper eadem annullantur. *Seſsio.5.*

Præſidente Epiſcopo Hoſtienſe Cardinali propter ægritudinem Iulij pontificis. 16. Februarij anni. 1513.

Legiť bulla innouationis & cōfirmationis cōtra ſimoniacā prauitatē in electione pontificis nō cōmittenda. In qua ſacro approbāte cōcilio ſtatuiť, ꝙ electio Romani Pontificis per ſimoniā facta eo ipſo nulla exiſtat;et ſic electo nulla in ſpiritualibus,uel tpalibus tribuať facultas. Et Cardinales q ſimoniace aliquē elegerint,à ſuis ordinibus,dignitatibus & bñficijs ſint abſq; alia declaratione priuati. Mediatores ēt tā clerici, q̄ laici cuiuſcūq; dignitatis ſint,priuantur oībus beneficijs,honoribus,& bonis eo ipſo; & ad ſimilia fiūt inhabiles &c.

Prædicta conſtitutio placuit uniuerſis Epiſcopis et patribus,exceptis quinq; epiſcopis.

Quatriduo poſt hanc ſeſſionem uigeſima quinta Februarij anni. 1513. Iulius ſecundus Papa obijt Romæ apud ſanctum Petrum in palatio pontificum.

Feria ſexta. 11. Marci eiuſdem anni eligitur canonice Epiſcopus Romanus & Papa uniuerſalis eccleſiæ Cardinalis de Medicis;nuncupaturq; Leo decimus.

Seſsio.6.27.Aprilis prædicti anni.

Fit electio uigintiquatuor p̄latoꝝ, qui ad-

ſint cũ Cardinalib⁹ in his, q̃ ꝑtractãda ſunt coràm pontifice. Et diſtributi ſunt ꝑ claſſes, una claſſis erat ad cõferenda ꝑtinentia ad cõponẽdã pacem ĩter principes, & extirpãdum ſchiſma. Alia ad tractãdum q̃ ꝑtinent ad generalẽ reformationẽ curiæ. Tertio uero ad ea, q̃ pertinerent ad fidem, et pragmaticam ſanctionem.

Septima ſeßio. feria. 6. 17. Iunij. 1513. Præſidente Leone. 10.

Leguntur literę ſubſcriptæ ꝑ Bernardinum Carauaial & Federicũ de ſctõ Seuerino olim Cardinales, ſuꝑ materia abiurationis ſchiſmatis & unionis eccleſiæ, & confeſſionis erroris ipſoꝝ, & uenię petitionis ꝓpter ſuſcitatũ ab illis ſchiſma &c. Qui poſt paucos dies in palatio apl'ico priſtinę dignitati ſunt reſtituti ĩ cõſiſtorio ſecreto poſt ſolennẽ abiurationẽ ſchiſmatis uenientes ad palatium tanq̃ꝫ priuati clerici, & ante pedes Papæ abiurato ſchiſmate alta & intelligibili uoce.

Seßio. 8. 19. Decembris. anni. 1513. Præſidente Leone. 10.

Legitur cedula ſuper fide animæ humanæ ſub hac forma.

Cum diebus noſtris nõnulli auſi ſint dicere de natura animæ rationalis, ꝙ mortalis ſit aut unica in cunctis hominibus: & aliqui temere philoſophantes (ſecũdum ſaltẽ philoſophiã) uerum eſſe aſſeuerant, Sacro approbãte cõcilio damnamus, & reprobam⁹ oẽs aſſerentes animã intellectiuã mortalẽ eſſe, aut unicã in cunctis hoibus, & hæc in dubiũ uertentes. Cum illa nõ ſolũ uere & per ſe & eſſentia

Quòd anima hois unica ſit, ipſaque ĩmortalis definit.

liter humani corporis forma existat, sicut ĩ canone Clemẽtis Papæ qnti ĩ generali Viennensi cõcilio edito cõtinet, uerꝫ & ĩmortalis et pro corporꝫ quibꝰ ĩfunditur multitudine singulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicãda sit. Quod manifeste constat ex euãgelio, cũ dñs ait, aĩam aũt occidere nõ possunt. Et alibi; Qui odit aĩam suã in hoc mũdo &c. Et etiã cũ ęterna pœna & ęterna supplicia pro merito uitæ iudicãdis repromittit; Aliàs ĩcarnatio & alia Christi mysteria nobis minimè profuissent: nec resurrectio expectãda foret, ac sancti & iusti miserabiliores essent (iuxta Paulum) omnibus hominibus.

Fides non cõtraria uero.

Cumq; uerũ uero minimè cõtradicat, oẽm assertionẽ ueritati illuminatæ fidei contrariã, oĩno falsam esse definimus; & ut aliter dogmatizare nõ liceat, districtius ĩhibemꝰ. Oẽsq; huiusmodi erroneis assertionibꝰ inhærentes, tãq; hęreticos uitãdos et puniẽdos fore decernimꝰ.

Precipitur pceptorib' philosophię, ut discipulis suis ostendãt & declarent ueritatem religionis Christianæ.

Insup oĩbus & singulis philosophis in uniuersitatibꝰ studiorꝫ generaliũ, & alibi publicè legẽtibꝰ districte pcipimꝰ, ut cũ philosophorꝫ principia aut cõclusiones, in qbus à recta fide deuiare noscũtur, auditoribꝰ suis legerint, seu explicauerint (quale hoc de ĩmortalitate aĩæ, aut unitate, & mundi æternitate ac alia huiusmodi) teneantur eisdẽ ueritatẽ religionis Christianæ oĩ conatu manifestã facere, & psuadendo (pro posse) docere, ac omni studio huiusmodi philosophorꝫ argumẽta (cum oĩa solubilia existãt) pro uiribus excludere atq; resoluere.

Statuimus ĩsuper, neq; decætero ĩ sacris or

dinib⁹cõstitutus,ĩ studijs generalib⁹,uel aliàs publicè audiendo, philosophiæ aut poesis studijs ultra quinquẽnium, post grãmaticam & dialecticã,sine aliquo studio theologiæ,aut iuris põtificij,incũbat. Verũ exacto dicto quinquẽnio,si illis studijs insudare uoluerit, liberũ sit ei;dum tñ simul aut seorsum theologię,aut sacris canonib⁹operã nauauerit, ut in his sanctis & utilib⁹professionib⁹ sacerdotes dñi iueniãt,unde ĩfectas philosophię et poesis radices purgare & sanare ualeant.

Prohibet constitutis in sacris ordinib' incũbere Poesis studijs.

Hos canones per ordinarios locorũ et rectores uniuersitatib⁹singulis ãnis ĩ principio studij ĩ uirtute sãctę obediẽtię publicari mãdam⁹

Sessio nona quinta Maij.1514.præsidente Leone Papa.

Legitur in hac sessione publicè bulla reformationis curiæ Romanæ,in qua sequentes canones subijciuntur. *Canon. 1.*

Decernim⁹,ut seruet̃ qđ Innocẽ.Papa.3.ĩ Lateranensi conci. decreuit de ætate & grauitate morũ,& literarũ scientia in psonis promouendis in epõs & abbates diligẽter inquirenda.

De electi. Cũ in cunctis.

C.2.Ne eps,aut abbas amoueãtur non pmissa defẽsionis copia

Statuim⁹,ut nullus epš aut abbas, quouis ĩstante aut reqrente(nisi sibi copia & facultas legitimę defensionis pmittatur)etiã si crimina fuerint notoria,diligẽterq; partib⁹auditis causa plenarie pbata fuerit,priuari ualeat. Ne'ue aliqs prælatus inuitus,nisi alijs iustis,efficacibusq́; rationibus & causis,transferatur,iuxta formam ac decretum Constantieñ.concilij.

Ca.3.Ne monasteria alicui commendentur.

Et qm̃ ex cõmendis monasteriorũ, monaste

ria ipsa tam in spiritualib⁹ q̃ in tpalib⁹grauiter lędunt,qppe quoꝝ ędificia partim cõmendatarioꝝ negligẽtia, partim auaritia uel incuria collabunt,& ĩ dies diuin⁹ cultus in eis magis diminuitur;uolumus & sancim⁹,ut cũ illa p obitum abbatum,qui illis p̃erant,uacauerint,nullo modo cuiq̃ possint cõmendari:sed de psona idonea, iuxta p̃scriptã cõstitutionẽ, eis ita prouideat,ut illis idonei abbates (put decet)præfuturi sint. *Ca.4.*

Vniones ppetuæ(prætereq̃ in casib⁹a iure p missis uel sine rationabili causa)nequaq̃ fiãt.

Ca.5.Ne plura incompatibilia quis habeat.

Dispẽsationes aũt ad plura ĩcõpatibilia ultra duo nisi q̃lificatis iuxta formam iuris cõis nõ cõcedantur,nisi ex magna & urgẽte causa.

Ca.6.Vt Cardinales assistant Romano Pontifici.

Cum Cardinaliũ officiũ in primis uersetur in frequenti Romani pontificis assistentia, & sedis aplicę negotijs;Statuimus,ut oẽs Cardinales in Romana curia resideant, & q sunt absentes,si in Italia intra sex menses,si extra Italiã infra annũ à die publicationis p̃sentis cõstitutiõis reuertant,Aliogn fructus beneficioꝝ, & omnium officioꝝ emolumenta amittant.

Ca.7. De officio præceptorum puerorum.

Statuimus ut magistri scholaꝝ & p̃ceptores pueros suos siue adolescentes,nedũ in grãmatica,& rhetorica ac cæteris huiusmodi instruere debent,uerũ etiã docere teneãtur ea, q̃ ad religionẽ ptinent;ut sunt, Pręcepta diuina: Articuli fidei,Sacri hymni,& Psalmi,ac Sãctorũ uitę.Diebusq̃ festiuis nihil aliud eos doce-

re possint, quàm in reb⁹ ad religionẽ & bonos mores ptinentib⁹. Eosq́; in illis ĩstruere hortari & cogere inquãtum possint, teneãtur; nedum ad missas, sed etiã ad uesperas, diuinaq́; officia audiẽda ad ecclesias accedãt. Similiter ad sermones audiendos impellãt. Nihilq́; cõtra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat, eis legere permittant.

Ca.8. De innouatione constitutionum contra simoniacos.

Vt nephariæ simoniæ labes ac pestis nõ solum à Romana curia, sed ex oĩ etiã Christiana ditione imperpetuũ deijciatur, cõstitutiones p antecessores nostros, etiã in sacris concilijs editas, cõtra huiusmodi simoniacos, ĩnnouam⁹: easq́; inuiolabiliter obseruari præcipimus.

C.9. Vt priuetur beneficio, qui canonicas non recitauerit horas

Statuimus, et ordinam⁹, ut qlibet habẽs beneficiũ cũ cura uel sine cura, si post sex mẽses ab obtẽto beneficio diuinũ officiũ nõ dixerit, legitimo ĩpedimento cessãte, beneficiorũ suorũ fructus nõ faciãt, pro rata omissionis officij, et tpis: sed eos tãq; iniuste pceptos ĩ fabricas huiusmodi beneficiorũ, uel pauperũ eleemosynas erogare teneatur. Si uero ultra dictũ tp̃s ĩ simili negligẽtia cõtumaciter pmanserit, legitima monitione p̃cedente, beneficio ipso priuetur, cum propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittere quo ad hoc, ut beneficio priuari possit, qui per quindecim dies illud bis saltem non dixerit.

Qui officium nõ dixerit, beneficiorũ fructus nõ facit.

Reliquos canones quia non necessarios iudicauimus, huc minime transcripsimus.

Sessio decima, quarta Maij. 1515. præsidẽte Leone papa decimo.

In hac sessione edicta est decretalis sup con firmatione Montis Pietatis sub hac forma.

Cum iter nõnullos controuersiã quandam non sine populorꝝ scãdalo olim exortã esse cõperimus circa pauperꝝ releuationẽ in mutuis, eis publica autoritate faciẽdis, q Montes Pietatis uulgo appellantur, quiqꝫ à nonnullis p̃decessorib⁹ nostris, ꝓbati & cõfirmati sunt: nõnullis etiã magistris & doctorib⁹ dicentibus eos montes nõ esse licitos, ĩ qbus aliqd ultra sortẽ ꝑ ministerium huius mõtis ab ipsis pauperibus, qb⁹ mutuũ datur, exigitur. Nos supꝫ hoc opportune ꝓuidere uolẽtes sacro approbante cõcilio declaramus, & definimus, Mõtes Pietatis antedictos per respu. institutos, & autoritate sedis apostolicę hacten⁹ probatos, in qbus pro eorꝝ ĩpensis, & indemnitate aliqd moderatũ ad solas ministrorꝝ impẽsas, & aliarum rerꝝ ad illarꝝ cõseruationẽ (ut pręfertur) ꝑtinentium, pro eorꝝ ĩdemnitate dũtaxat ultra sortẽ absqꝫ lucro eorũdem Montium recipiĩ, nec speciẽ mali p̃ferre, nec peccãdi incẽtiuum p̃stare, nec ullo pacto improbari: Quinimmo meritoriũ esse ac laudari & probari debere tale mutuũ, & minime usurariũ putari; liciteqꝫ eorꝝ pietatẽ & misericordiã populis p̃dicare, etiã cũ indulgẽtijs a sede ap̃lica eã ob causam cõcessis: & deinceps alios similes Montes cũ ap̃licæ sedis approbatione erigi posse. Multo tñ ꝑfectius, multoqꝫ sancti⁹ fore, si oĩno tales Montes gratuite constituerentur (hoc est) si illos erigentes aliquos census assignarent, quibus, si nõ omni, saltem uel media ex parte hu

iuſmodi Montium miniſtrorũ ſoluantur impenſæ:ut ad leuiorem æris ſoluẽdi portionem medio hoc pauperes grauari contingat.

Oẽs aũt religioſos & eccleſiaſticas ac ſecu lares pſonas qui contra pſentis declarationis & ſanctionis formã decętero prędicare, ſeu diſputare uerbo uel ſcriptis auſi fuerint, excommunicationis latæ ſententię pœnam incurrere uolumus;non obſtantibus.&c.

In eadem ſeſſione edicta eſt decretalis ſup impreſſione librorum,ſub hac forma.

Sacro approbante cõcilio ſtatuimus & ordinamus,ꝙ decætero nullus librũ aliquẽ,ſiue aliã quãcũq; ſcripturã tam in urbe noſtra ꝗ ĩ alijs ciuitatib⁹ & diœceſibus ĩprimere ſeu im primi facere pſumat niſi prius ĩ urbe p uicarium nrum & ſacri palatij magiſtrũ,ĩ alijs uero diœceſib⁹p epm uel aliũ ab epo ad id deputãdum & inqſitorẽ hæreticę prauitatis illi⁹ diœceſis in qbus librorꝫ ĩpreſſio eiuſmodi fieret, diligenter examineť et per horꝫ manu propria ſubſcriptionẽ gratis,& ſine dilatione ĩponendã approbeť.Qui aũt ſecus pſumpſerit, ultra librorꝫ ĩpreſſorũ amiſſionẽ, & illorũ publicã cõbuſtionẽ,excõicationis ſnĩa ĩnodat⁹ exiſtat.

In eadẽ ſeſſione ſtatuiť,ut contra exemptos diœceſani & alij locorũ ordinarij pcedere poſ ſint, qñ ab illis qbus p apoſtolicã ſedẽ amandata eſt illorum correctio,non corrigantur.

Ibidem definitur ut ſingulę cauſæ quolibet eccleſiaſticũ forũ concernentes in prima inſtãtia extra Romanã curiã corã ordinarijs locorum terminẽtur:& nulli ante definitiuã ſentẽ-

tiã liceat appellare,nec appellatio admittat̃,nisi ab interlocutoria.

Seßio undecima.19.Decembris.1516,præsidente Leone.10.

• In hac sessione edita ẽ decretalis sup modo p̃dicãdi uerbũ dei;ĩ q̃ post alia multa subijcit̃.

Sacro approbãte cõcilio statuimus & ordinamus,ut nullus tam clericus secularis,q̃ cuiuscũq; etiã mẽdicantiũ ordinis regularis,aut quis ali⁹ad quẽ facultas p̃dicandi tã de iure q̃ de cõsuetudine,uel priuilegio , aut al's ptinet, ad huiusmodi officiũ exercẽdum admittatur, nisi prius p superiorẽ suũ diligenter examinatus (in q̃ re cõsciẽtiã ipsi⁹ supioris oneramus) ac mor honestate,ętate,doctrina,pbitate,prudẽtia & uitæ exẽplo ad illud aptus & idone⁹ reperiatur.Et hic quocũq; postea p̃dicaturus accesserit de huiusmodi examine & idoneitate sua p literas,seu aliàs suis examinatoris approbatorisq́; epis & alijs locor ordinarijs fidẽ legitime faciat. Mandamusq́; oĩbus,q hoc onus sustinẽt,quiq́; ĩ futur sustinebũt,ut euãgelicã ueritatẽ & sanctã scripturã iuxta declarationẽ & ĩterpretationẽ doctor quos eccl'ia uel usus diuturnus approbauit,legẽdosq́; hactenus recepit,& in poster recipiet, p̃dicẽt,& explanent;nec quicq; ei⁹,pprio sensu cõtrariũ, uel dissonũ adijciãt:sed illis semp ĩsistãt, q̃ ab ipsi⁹sacrę scripturæ uerbis rite,ac sanè & p̃fator doctor ĩterpretationib⁹intellectis nõ discordãt.Tempus quoq; p̃fixum futuror malor,uel Antichristi aduentũ,aut certũ diẽ iudicij p̃dicare uel asserere nequaq; p̃sumãt , cũ ueritas dicat,nõ esse nostrũ nosse tpa uel momenta.

Quæ sint,phibita prædicatoribus prædicare.

mēta. Cęterū̧ si q̄buſdā eoꝝ dn̄s futura q̄dā ī dei eccl'ia īſpiratiōe quapiā reuelauerit, ut p Amos pphetā ipſe pmittit, & Paul⁹ apl's inq̄t: Prophetiā nolite ſpnere &c. hos alioꝝ fabuloſoꝝ & mēdacium gregi connumerari, uel aliter impediri minimè uolumus. Act. 2. Amos. 3. 1. Theſſ. 5.

Et qm̄ res magni momēti eſt, eo q̄ non de facili credendum ſit oī ſpiritui, ſed ſit pbandū ſpiritus an ex Deo pueniat, uolum⁹ ut lege ordinaria tales aſſertę īſpirationes anteq̄ publicentur aut populo p̄dicētur, ex nūc aplicę ſedis examini reſeruatæ ītelligant. Quòd ſi ſine moræ piculo id fieri nō ualeret, aut urgēs neceſſitas aliud ſuaderet, tunc eodē ordine ſeruato ordinario loci notificetur; ut ille adhibitis ſecū trib⁹ aut quatuor doctis & grauib⁹ uiris, & huiuſmodi negotio cum eis diligenter examinato, qū id expedire uidebūt (ſup quo eoꝝ cōſcientias oneramus) licētiā cōcedere poſſint. Siq aūt cōtra p̄miſſoꝝ aliqd' cōmittere qcq̄ auſi fuerint, excōicationis ſnīam īcurrāt, a q̄ nō niſi à Rom. pōtif. abſoluāt.

Et ut hoꝝ exēplo alij attētare ſiſia minimè audeāt, eis p̄dicatiōis officiū īterdictū eſſe ppetuo decernim⁹; nō obſtātib⁹ q̄buſcūq̄ p̄uilegijs &c.

In eadem ſeſſione edita eſt decretalis, quæ diſponebat circa religioſos & eorum priuilegia.

Seßio duodecima. 16. Martij. 1517. præſidente Leone papa. 10.

In hac ſeſſione prolata eſt decretalis cum cēſura excōicationis maioris cōtra īuadētes domos Cardinalium in noua electione Romani pontif.

Hac ſeſſione abſolutum eſt concilium: & confirmatum & probata uniuerſa & ſingula quæ definita ſunt in concilio per Leonem decimum.

Ambiguum tn̄ eſt an cenſurę latę ī hoc conci

lio sint usu receptæ, ut annotaт̃ à Cardinali Caietano in sua summa uerbo excommunicatio; & à me etiam ambigitur, pleraq; earum usu nõ obseruantur, quo solo poterant abrogari.

Explicit concilium Lateranense.

Martinus Lutherus.

Tẽporib⁹ Leonis decimi suscitatus est nouus Hęresiarches ĩ Germania Martinus lutherus; q primũ contra ĩdulgentias põtificis & p̃dicauit, & scripsit. Deinde contra primatũ ecclesiæ Romanæ; mox contra cœlibatũ, & cęteros ritus ueteris ecclesiæ. Nec qeuit donec Germaniã repleuit nouitatib⁹ & hæresib⁹. Hunc nãq; morẽ habent hæretici, quoties uno uerbo pietatẽ cõtem p̃serint, & à ueritatis uia aberrauerint, ĩ multos & uarios errores labi. Vniformis enim res ueritas; mẽdaciũ aũt in uaria distrahit̃. Post hũc ibidẽ anno. 1525. cõcionator ecclĩasticus, Thomas monetari⁹ dictus, palã docuit restauratum se collapsum ecclesiæ statũ. Gloriabaturq; priuatim sibi reuelationes a deo fieri; & ad euertendã tyrãnidem impiorꝫ, gladiũ Gedeonis sibi cõmissũ eẽ. Eduxit turmatim cohortes uulgi: iussitq; nobiliũ domos diripi, & monasteriorꝫ bona cõpilari. Hic prim⁹ autor fuit phanaticĩ illi⁹ erroris anabaptistarꝫ, q etiã nũc passim turbas excitat ĩ Germania.

Thomas monetarius.
Ioãnes Oecolampadius.
Zuinglius errorem Berengarij renouauit.

Eodẽ anno. 1525. Ioãnes Oecolãpadi⁹ Basileę, & Zuinglius primũ oĩum scriptis libellis dãnatum Berẽgarij errorẽ renouauerũt, ĩ participatione mensę Dñicę non distribui uerꝫ corpus & sanguinẽ Christi: tametsi anno supiori idem hoc odiosum argumentum insanus homo Andreas Carolostadi⁹ iam ãtea p̃posuerat.

Et qm̃ secta parit sectam tota Germania diuexatur à multitudine sectarum: & hæreseon.

Adrianus sextus Papa.22. uir eo magistratu dign⁹ elect⁹sub Carolo.5.Germano Cæsare. 39 sedit annos circiter duos. Adria.6. Ponti.226.

Clemens septimus Papa.227. Sedit annos decem menses totidem.sub eodem Cæsare. Clemē.7. Ponti.227.

Paulus tertius Papa.228.sub eodē Cæsare electus.Hic ad extinguendas hæreses suscitatas p Martinum lutherū in Germania concilium generale iandiu multumq́ desideratū ab uniuersis fidelib⁹ indixit.Et primo Mantuā locū aptū assignauit.Deinde aliquib⁹de causis Vincentiā: Tertio Tridentum:Nec tunc quicq̄ factum est. Quarto rursus Tridentum designauit locū anno.1545.& aspirante Christo inchoatū est tertia decima Decēbris eiusdē ãni,legatis & apl̄icę sedis uicarijs,p̄sidētibus Ioãne Mario Cardinali epo Prenestino & Marcello p̄sbr̄o Cardinali sãctę crucis,et Regialdo Polo Anglo diacono cardinali.Verū ea res qd tãdē exit⁹habitura sit, De⁹ nouit. Faxit xp̄s q̄ feliciter & ex uoto uniuersorū fideliū ĩchoatum est, tã feliciter absoluat. Paulus.3.Ponti.228.

Fuerunt & alia multa celebrata cōcilia, q̄ nō potuimus uidere,uel qa non extant integra exēplaria,uel qa ad manus nostras nondum uenerunt.Horū est unū conciliū Vienense sub Clemēte.5.celebratum, cuius ĩtegra exemplaria non licuit uidere. Alterū est Lugdunen̄. sub Gregorio decimo,quæ ambo fuerunt generalia.

Fuerunt et alia partim sacra,partim p̄phana, ut apud Aluerniā celebratū est prouinciale conciliū;cui⁹meminit Gratia.6.q.2.cp aūt ibidē meminit cōci. Varensis.c.Si tm̄.Itē & apud Alphesũ,de quo Gratia.21.q.1. illud uero. Itē cōciliū apud Hermeriā de q̄ Gratia. desumpsit in mul-

tis locis decreta. Item conciliū celebratū apud Fauentiam. Item aliud apud Alteum. Itē aliud concilium Hyponense. Item cōcilium Genuēse. Item concilium Matiense. Item cōcilium Manetense. Item concilium Vrbanēse. Ex qbus singulis desumpsit decreta Gratianus. Horum tamen exemplaria non feruntur.

Conciliū ī Sirmio.

Sub Iulio papa primo, partim sacrū, partim sacrilegum in Sirmio celebratū est concilium p̄cepto Constantini Imperatoris: in quo ep̄i Orientales Arriani dānauerunt Photium, & catholici: de fide sua propositiones ediderunt, quas habes fol. 67. ad quē conuentum inuitus uenit Osius ep̄s Hispanus. Sed cum eis consentire respueret, tormenta longæuus, plagasq́ ꝑpessus est. Vnde etiā necessitate uehementi definitionib⁹ tunc editis cōsensit, atq; subscripsit. Hęc Socrates ī hist. tripar. li. 5. c. 6. & .7. Sed post cū Liberio ep̄o Romano & alijs pontificib⁹ est pater Osius ī exiliū actus, qa noluit īpia decreta Arrianoꝝ ī cōcilio Mediolaneñ. ꝓpria subscriptione firmare, ut refert Theodoretus. c. 16. eiusdem historię. Ad hūc modum celebrarunt Arriani decē concilia, contendentes firmare suam fidem in ecclesia, ut refert Athanasius in ep̄la ad Aphros. Eorum unū est illud celebratum in Seleucia Isaurię. 160. Episcopoꝝ; de quo Socrates in hist. tripar. li. 5. c. 34. Cuius acta recenset Sozomenus ī eodē lib. c. 35.

Osius exulat pro fide Nicę. syno.

Decē conci. celebrata ab Arrianis.

Cōci. in Seleucia.

Conci. Ephesinum. 2. ꝓphanum.

Sub Leone papa primo iussu Theodosij Iunioris coactum est cōcilium secūdum Ephesinum prophanum, cui præsedit Dioscorus, q Flauianum sanctissimū occidit, & legatos Leonis papæ cōtempsit: epistolas Leonis Papæ nec legi ꝑmisit, sed fidem Eutychis definiuit; cui & sacer-

dotium restituit. Contra hũc Dioscorę anno.2. Martiani Imperatoris Chalcedone sancta facta est quarta synodus; quę Dioscorum & Eutychẽ & deposuit, & damnauit.

Sub Leone.3. & Adriano.2. celebrata est synodus à Photio, qui usurpauerat sedem patriarchalem in templo Apostolorum, & habet.17.canones; & alia per eundem in ędes Sapientię quę habet tres canones, feruntur in Nomocanono Gręco: sed ambæ reiectę & damnatę sunt p octauam synodum in Actione.7.&.8. Concilia sub photio celebrata.

Item concilium apud Compendium, cui⁹ meminit Gratianus.6.q.3.Placuit. &.33.q.5. Mulier si sine, &.33.q.1. Siquis acceperit.

Item.22. q.5.ex concilio apud Sanctum Medardum citatur decretum, quibus temporibus iurare prohibeamur.c.Decreuit.

Item concilium apud Beluacũ, ex quo Gratia.De consec.dist.4.Si quis uoluerit.

CANONES DVCENTORVM sanctorum & beatorum Patrum, qui in Epheso conuenerunt sub Theodosio Imperatore & Celestino Papa: interprete Luciano Mantuano monacho Casinensi. De hac synodo habes supra folio.121.

Ca.1. Vt qui cum Celestio, aut complicibus sentiunt, deponantur.

Quoniam autem oportebat, & absentes à sancta synodo, morantesque in urbibus & prouinciis ob aliquod impedimentum, seu ecclesiasticum, siue corporeum, non ignorare quae de ipsis sunt constituta, significamus sanctitati uestrae, ac dilectioni, ut si quidam Metropolita prouinciae derelicta sancta & oecumenica synodo, aut accessit ad illorum defectionis consessum, aut accedet in posterum, siue cum Celestio sensit, aut sentiet, ipse nihil amplius poterit agere aduersus prouinciae episcopos, ut qui iam inde à synodo totius ecclesiasticae communionis expers sit factus, & prorsus inutilis: sed & ipsis episcopis illius prouinciae circumque uicinis Metropolitis recta sentientibus subiacebit, ut omnino deiectus sit à sede episcopatus.

A synodo Ephesina recesserunt quidam numero circiter triginta, qui deprehensi sunt Nestorii atque Celestii sensa tenere. Fugerunt autem nolentes unà cum Patribus Nestorium condemnare: quos sancta synodus omni ecclesiastica communione priuauit, & sacerdotii omne munus ademit. Hic est scopus huius canonis.

Ca.2. Qui deficientibus à synodo adhaeserunt sacerdotio priuantur.

Si qui autem prouinciales episcopi à sancta synodo defecerunt, uel deficientibus adhaeserunt, aut adhaerere tentarunt: uel etiam postquam subscripserunt Nestorii depositioni, rursus ad defectionis consessum nihilominus recurrerunt: istos placuit sanctae synodo penitus alienos esse à sacerdotio, à graduque cecidisse.

Ca.3. Restituuntur, qui à Nestorio sunt sacerdotio prohibiti.

Siq' uerò ex clericis ĩ ſingulis urbib⁹ aut regio nibus à Neſtorio & conſpirãtibus ſacerdotio ꝓhibiti ſunt ꝙ rectè ſentirent, iuſtum putauimus hos quoq; ꝓpriũ gradũ accipere. In ſumma autẽ, clericos orthodoxæ & œcumenicę ſynodo cõſẽtiẽtes iubem⁹ eis, q defecerũt, aut defecturi ſũt epĩs nullo pacto aut ratiõe ſubiectos eẽ debere. Regiões ĩtelligit pagos aut uicos.

Ca. 4. Qui cũ Neſtorio aut Celeſtio ſentiũt, deponãtur à ſynodo

Siq autem clericorum defecerint, & auſi fuerint uel priuatim uel publice q̃ ſũt Neſtorĳ aut Celeſtĳ ſapere, ſãcitum eſt à ſancta ſynodo iſtos quoq; depoſitos eſſe.

Ca. 5. Quos ſancta ſynodus condemnauit, reſtitui non debere.

Quicunq; autẽ ob turpia geſta ſunt à ſancta ſynodo cõdemnati, uel à ꝓprĳs eoꝝ epĩs, qbus ꝑter canones, Neſtori⁹ q nullum reꝝ diſcrimen habebat, & q cum illo eadem ſentiunt, reſtituere conati ſunt gradum uel cõionẽ, aut conarent; iſtos cenſuimus ĩutiles eſſe, & manere nihilominus depoſitos. *Ca. 6. Cõtra turbatores geſtorũ in ſynodo.*

Similiter autẽ, & ſiq uelint ea, q̃ de ſingulis ꝑ ſanctã ſynodum geſta ſunt Epheſinã, quocũq; modo mouere, ſancta ſynodus ipſa decreuit, ſi qdẽ epĩ aut clerici fuerint, eos oĩno à ꝓprio cadere gradu: Sin uerò laici, ut ſine cõione ꝑmaneãt.

Collocutio eiuſdẽ ſanctę ſynodi edita poſtq; lecta fuit expoſitio ſanctoꝝ ac beatoꝝ Patrum trecentoꝝ decem & octo apud Nicęã, & ĩpium ſymbolum à Theodoro Mopſueſtienſi cõfictũ, & à Cariſio p̃sbytero Philadelphiæ porrectum ſanctæ ſynodo Epheſinæ. *Ca. 7.*

His igitur lectis, decreuit ſancta hæc ſynod⁹ alterã fidẽ nemini licere ꝓferre, aut ſcribere, aut cõponere p̃ter eã, q̃ definita fuit à ſanctis patri-

bus apud Nicęã urbẽ ĩ ſpiritu ſctõ cõgregatis.

Eos autem, q fuerint auſi aliã fidem cõponere, ſiue porrigere, aut pferre his, q uolunt ad cognitionem ueritatis conuerti, uel ex gentib⁹ uel ex Iudæis, uel etiã ex q̃libet hęreſi; iſtos ſiqdem epĩ fuerint aut clerici, alienos eſſe epos qdẽ ab epatu, clericos autẽ à clericatu. Si uerò laici fuerint, anathematizari. Pari modo ſi dephenſi fuerint aliq ſiue epĩ ſiue clerici, ſeu laici ſentientes, aut docentes ea, q̃ continenť in expoſitione per Cariſſum allata pſbyterum de ĩcarnatione unigeniti filij Dei; ſeu ſcelerata atq; puerſa Neſtorij dogmata, q̃ & ſubiecta ſunt, ſubiaceãt ſententię ſanctæ hui⁹ & œcumenicæ ſynodi. Vnde liquet epm qdem alienum ab epiſcopatu, atq; depoſitum eſſe; clericumq; ſimiliter cecidiſſe à clero: et ſi laicus fuerit, anathemati ſubiacere quẽadmodum dictum eſt.

Edictum eiuſdem ſanctæ ſynodi ex aduentu Cypriorum epiſcoporum conſtitutum atq; uulgatum. *Ca. 8.*

In ſexta ſynodo gñali. can. 39. confirmat hũc octauum canonẽ, ut Cypri eccleſia ſit principalis & prima.

Rem nouã ac pter eccleſiaſticas leges et canones ſanctorum apoſtolorum, q̃ & libertatẽ omnium tãgit, Deo dilectus coeps Riginus annunciauit, unà cum Deo dilectis epiſcopis prouinciæ Cypri Zenone & Euagrio. Nempe epm Antiochenum in Cypro facere ordinationes, quemadmodum p libellos & pprias uoces fidem facere religioſiſſimi uiri q ad ſanctã ſynodũ huc acceſſerunt, habebunt ius ſuum intactum & inuiolatum, q ſanctis Cypriorum eccleſiis pſunt ſcdm canones ſanctorum Patrum & antiquam conſuetudinem p ſeipſos religioſiſſimorum epiſcoporum facientes ordinationes. Idem autẽ & in alijs diœceſib⁹ oĩbuſq; ubiq; prouincijs erit

seruandum, ut nullus(uidelicet) Deo dilectorũ Epõrũ alienã inuadat ꝓuinciã, q̃ non prius atq; ab initio sub illius, seu antecessorũ suorũ fuerit ptãte. Sed & siqs occupauerit, uel ui sibi subegerit, idem ipse restituat, ne Patrũ statuta frangantur, né ue sub specie sacrę functionis potentię tumor irrepat; sicq; latentes & paulatim libertatẽ perdamus, quam Iesus Christus Dominus noster redemptor hominum omnium, proprio sanguine nobis quæsiuit & condonauit.

Placuit igitur sanctæ & œcumenicæ synodo, ut singulis ꝓuincijs pura & inuiolata, q̃ iam inde ab initio hñt sua iura, seruentur; ut unusquisq; Metropolita secundũ priscum & solitum morẽ rerũ faciendarũ æqualiter facultatem obtineat, ꝓpriumq; ius firmum possideat. Quòd siqs supbia cõtumaci definitis obuiã ierit, hũc arrogatũ iri placuit toti sanctæ et œcumenicę synodo.

Expliciunt canones synodi Ephesinæ generalis.

SYNODVS CHALCEDONENsis. 630. Episcoporum habita contra oẽs hęreses maxime contra Eutychem & Dioscorũ Alexandrinum Episcopum Era. 488. sub Valentiniano & Martiano Imperatoribus.

Actio prima.

In ciuitate Chalcedonensi Metropoli ꝓuincię Bithynię facta est synodus ex decreto pijssimoꝝ Imperatoꝝ Valẽtiniani & Martiani sub die. 8. Idus Octob. in dictione. 4. in eccl'ia sanctę martyris Euphemię. Cõgregatis & cõsedẽtibus Paschasino & Lucẽtio reuerendissimis Epis & Bonifacio religiosissimo p̃sbytero tenentibus locũ sanctissimi et reuerendissimi Archiepi urbis Ro

mæ Leonis: & Anatholio reuerēdissimo Epo in clytę urbis Cōstantinopo. cęterisq; reuerendissimis Epis & gloriosissimis iudicibus. Ecce aduenientib⁹ oib⁹ ante cācellos sancti altaris cū magnificentissimo & eximio senatu: adueniente ēt pijssimo Impatore Martiano in supradicta sanctissima basilica, sanctā synodum allocutus est, animū christianū declarās, qualr inter tātas publicas utilitates nullū magis eū cōstringere negotiū, q̄ rectā & uerā fidē xpianorꝝ (q̄ sancta et uera cōsistit) indubitatā oib⁹ declarare: Ob idq; scām cōuenisse oñdit synodū, quā nō semel hortat, ut p uirib⁹ inuigilēt pres, oēq; adhibeāt studiū, ut hęresib⁹, oibusq; prauis sublatis institutionib⁹, fides nra pura & sancta in oium ingrediens aias, pprię ueritatis effulgeret luce. Deinde subdidit dicens. De cętero audeat nemo de natiuitate Dñi & saluatoris nri Iesu Xpi aliud disputare pter qd' aplicū pœmiū. 318. scōꝝ patrū tradidisse noscit; sicut sanctissimi Papę Leonis, q aplicū gubernat thronum ad sanctę memorię Flauianū urbis Cōstantinopo. Epm testant lrę.

Et post regis hęc uerba Paschalinus reuerēdissimus Eps & uicarius sedis aplicę cū in medio unà cū collegis suis stetisset, dixit: Btissimi atq; aplici uiri Papæ urbis Romæ (q̄ est caput oium ecclīarꝝ) pcepta habemus prę manib⁹, qbus pcipere dignatus est, ut Dioscorus Alexandrinoꝝ Archieps nō sedeat in cōcilio, sed audiendus intromittat: qd' nos seruare necesse est. Si ergo pcipit ura magnificentia, aut ille egrediat, aut nos exibimus. Quib⁹ in Gręco interptatis p Berouicianū uirꝝ deuotissimū, et secretariū sacri cōsistorij, gl'osissimi iudices, et āplissim⁹ senat⁹ dixerūt,

Quid.n.ſpāl'r īgerit Dioſcoro epō: Paſchaſinus uerò Eps et uicari⁹ ſedis apl'icę dixit. Cūītromiſſus fuerit, neceſſe ē, ut illi obĳciat. Iudices et ſenatus dixerūt. Vt iā īterfati ſum⁹, cauſa q̄ obĳcit, ſpecial'r manifeſtet. Lucēti⁹ eps & uicari⁹ ſedis apl'icæ dixit. Iudicĳ ſui neceſſe eſt eū dare rōnē; qa cū nec pſonā iudicandi haberet, ſubrepſit, & ſynodū auſus ē facere ſine autoritate ſedis apl'icæ, qd' nunq̄ ritè factū eſt, nec fieri licuit. Paſchaſinus uerò uicarius ſedis apl'icę dixit. Iſta ſic eſt. Nos contra p̄cepta beatiſſimi atq; apl'ici Papæ gubernatoris ſedis apl'icæ uenire nō poſſumus; nec cōtra eccl'iaſticos regulas, uel cōtra patrum inſtituta. Iudices & ſenatus dixerūt. Conuenit, uos ſpecial'r qd errauerit, exponere. Lucēti⁹ Eps & uicarius ſedis apl'icæ dixit. Et iſta ſic eſt. Nō patimur tantā iniuriā nec uobis fieri, nec nobis, ut iſte ſedeat, q iudicādus aduenit. Iudices & ſenatus dixerunt. Si iudicis obtines pſonā, non ut accuſator debes pſeq. Et Dioſcoro Epo Alexandriæ ſecundū iuſſionē iudicum & ſenatus reſidente in medio, et reſidentib⁹ Romanis & Epis in pprĳs locis, & tacentibus Euſebius Eps Dorylętanæ ciuitatis tranſiens in medium, dixit.

Per ſanctā Trinitatē uos adiuro, q̄ cuſtos eſt prīcipū quāq; colitis, & in qua baptizati eſtis, cuius quoq; inuocatione ſaluamini, iubete preces meas relegi. Clemētiſſimi iudices miſeremini & adeſte fidei, q̄ uiolata eſt à Dioſcoro. Clemētiſſimi Iudices p ſalutē uos adiuro, Impatorū Flauianus ſcūs Eps inique occiſus eſt. Lachrymis īpleor: ſimul mecū iniuſte à Dioſcoro dānatus eſt. Iubete p̄ces meas plegi. Et lectę ſunt publicè p̄ces & q̄relæ Euſebĳ Dorylętanę ciuitatis

cōtra Dioscorū: q̄bus ostendit ip̄m Dioscorū in cōcilio Ephesino.2.malis,p̄turbationib⁹ atq; seditionibus mundum replesse: cōsensisseq; Eutychi uaniloquo hæretico in destructionē religionis fideiq; catholicę. Insup q̄ iniuste dānauerit, occideritq; Flauianū archiep̄m Cōstātinop. Ad q̄ oīa petīt iudices,ut p̄cipiāt Dioscorū r̄ndere.

Quib⁹ p̄lectis,petentib⁹ Dioscoro & Eusebio iussu iudicū atq; senatus recensita sunt,q̄ in cōcilio Ephesino gesta fuerāt, ut Dioscori causa innotesceret.Nāq; nitebat̄ ipse p̄bare p̄dictū cōciliū legitime congregatū fuisseq; catholicū, & q̄ robur et autoritatē habuerit,ut ex hoc tā ipse q̄ Iuuenalis Hierosolymorū Archiep̄s & Thalasi⁹ Cęsareę Cappadocię Archiep̄s q̄ p̄fati cōcilīj fuerant iudices,euaderent quā iuste merebant̄ dānationē:uel si secus(ut successit)īcideret in foueā, quā fecit. Quā ob causam & p manifestanda et Flauiani īnocentia fecerunt p̄res , ut legerent̄ in ista prima actione acta tā synodi uniuersalis primę Cōstantinopolitanę q̄ & primę Ephesinę;et q̄dam ep̄læ Cyrilli ad Nestoriū hæreticū , & ad Ioānem Antiochiæ Ep̄m de pace , & de partu diuinę genitricis Virginis,et unigeniti filīj Dei humanitatis assumptiōe. Hac de causa nōnulla et recitant̄ acta in cōcilio Nicęno.Et cū legerentur acta in sc̄da Ephesina synodo,et Dioscorus ī sui defensionē allegaret,q̄ tota illic cōgregata synodus secū,tam in depositionē & damnationē Flauiani,q̄ in oīb⁹ alīs,q̄ ibidem decreta sunt, consensisset,& p̄prīs uocib⁹ eadē cōfessa fuerit,atq; subscripserit, Orientales, & q̄ cū ipsis erant oēs Ep̄i dixerunt illud esse falsum:et q̄ nullus uolūtarie cōsenserit:et addiderunt. Violenta facta est

tis cum plagis, in pura charta subscripsim⁹: minabaꝫ nobis damnatio; minę exilij tēdebanť: milites cū fustib⁹ & gladijs instabant. Timebam⁹ & fustes & gladios. Vbi gladij & fustes, q̄lis synodus est? Milites ꝓpter hoc accepit Dioscor⁹, ut nos terreret. Vnde qcqd egimus, terrore compulsi fecimus. Peccauimus tū; oēs ueniā postulamus, ēt si ꝑ uim & necessitatē in pura charta coacti fuerimus tunc subscribere.

Et cū ex actis ĩ p̄fata synodo legereť, ꝙ fuerit congregata ex p̄ceptione impatorꝫ residentibus sc̄tissimis Ep̄is Dioscoro Alexandrię, & Iuliano Ep̄o agente uices et tenēte locū sc̄tissimi Ep̄i Romanę eccl̄ię Leonis cuius lectæ & susceptæ fuerint ep̄lę ad dictā synodū directæ. Insuꝑ ꝙ p̄res oēs illic cōuenientes recepint libellum confessionis Eutychetis tanq̄ catholicum, conuictus est Dioscorus in multis: ipsa ēt synodus reprobata & ut acephala damnata. Nam cū ista legereńt, Orientales & q cū ipsis erant reuerēdissimi Ep̄i clamauerunt: Eiectus est, nullus illic suscepit nomen Leonis Papæ, nec eius ep̄læ receptæ nec ꝑmissę sunt à Dioscoro legi: & ꝙ nec cōsenserint p̄res cōfessiōi Eutychetis, eo ꝙ sil̄is fuerit Apollinari, Valētiniano, atq; Macedonio, q uerbum illud à p̄ribus de Xp̄o in symbolo additum. s. (Qui conceptus est de spiritu sancto & Maria uirgine) nusq̄ susceperint.

Deinde cum inter cætera alia multa, ex actis Ephesinæ secundæ synodi legeretur sic.

Cōsentimus & confitemur ex duabus naturis fuisse Dn̄m nostrum ante adunationē; post uero adunationem, unam naturam cōfitemur. Quæ uerba in cōcilio Constantinopo. pronun-

ciaret Eutyches in sua confessione, recepta tñ à Dioscoro in secũda synodo Ephesina, & hic recitata. Quæ cum legerent Orientales, & qui cum ipsis erant Episcopi, dixerunt. Ista nemo dixit. Anathema ei q dixit ista. Homicida dixit. Ægyptij dixerũt. Ista Pharaonis sunt. Anathema qui ista dixerunt. Hæc Dioscori sunt &c. Perlectis quæ in Ephesina secunda synodo acta sunt, iudices & senatus dixerunt.

Quoniam uerò Flauianus religiosæ memoriꝙ & Eusebius eps ex gestoꝝ et cognitionum scrutatione, & ipsa uoce quorundã, qui tunc synodo pręfuerunt confitentium se errasse, & frustra eos damnasse, qa nihil circa fidem mõstrant errasse, ostẽdunt iniuste depositi, uidet nobis iustũ esse eidem pœnę Dioscoꝝ Epm Alexãdrię, & Iuuenalem Epm Hierosolymoꝝ, et Thalasiũ epm Cæsareę Cappadociæ, et Eusebiũ epm Ancyrę, & Eustachium epm Beryti, et Basilium epm Seleucię Isauriæ, q principatum tunc synodi tenuerũt, subiacere, et ab epali dignitate fieri alienos. Quam sniam ut iustam cæteri oẽs epi approbarunt: gr̃as deinde Impatori, iudicibus atq; senatui referentes. Et sic absoluta est actio prima.

Actio secunda.

Conueniente sancto & vñi concilio secundũ sacram actionẽ in Chalcedonẽ. ciuitate cõgregato. i. Paschasino & Lucentio reuerendissimis epis, & Bonifacio reuerẽdissimo p̃sbytero agentibus uices sanctissimi & Deo amantissimi Archiepi senioris Romæ sancti Leonis & Anatholio sanctissimo Archiepo Constantinopo. ciuitatis nouæ Romę et cætero sancto concilio &c.

Pręceptũ est à legatis & senatu, ut in p̃ntia cõ

cilij legeret symbolū.318.patrꝝ in Nicęa cōgregatorꝝ. Et lecta ē p epm Nicomedię expositio fidei cōcilij Nicęni. De quo uide supra fol.28.

Rursus pcepūt, ut recitaret symbolū.150.patrꝝ q in Cōstātinop. synodo pria cōuenerant: qd' cū epl'is ēt Leonis Papę ad Flauianū epm de hęresi Eutychis Acti⁹ archid. eccl'ię cōstātino. recitauit.

Iterꝝ ēt leguntur duæ epl'æ Cyrilli ad Nestorium, quæ hn̄tur in pria actione huius synodi, quarꝝ ēt mentionem fecimus in eadem actione.

Hęc acta sunt, ut p hęc examinaret Dioscorus discipulus Eutychetis, si seq̄ret fidem pdictorꝝ patrum, aliam uel quam docuerat Eutychis.

Post lectionem uerò epl'æ Leonis (q̄ est.10.in numero) Epi clamauerunt. Hæc patrum fides. Hæc apostolorꝝ fides. Omnes ita credimus. Anathema qui ita non credit. Petrus per Leonem locutus est. Apostoli ita docuerunt &c.

Et cum legeret pdicta epl'a in qua & ista uerba continebant.s. Et ad resoluendū conditionis nrę debitum, natura inuiolabilis naturę est unita; passibili, ut qd' nr̄is remedijs congruebat, mediator Dei & hoīum homo Xp̄s Iesus & mori posset ex uno, & mori nō posset ex altero; dubitātib⁹ Illyricianis & Palestinis Epis, qdā eporꝝ surrexerunt, ut eos in his, q̄ fidei sunt, īstruerēt. Et hac de causa, ēt & ut ptinentia ad fidem commodius tractarent, inducias nōnulli petierunt, quas ēt iudices concesserūt, differētes audiētiā usq; ad qnq; tm̄ dies. Et sic absoluta est actio.2.

In actione uidere licet quāta reuerentia prosequantur & titulis efferant Romanū Epm. Dominū.n. nostrū uocant: ipsumq; adorantem apostolicam sedem fatentur, eius doctrinā ut ter beatissimi Petri amplectuntur. nēpe ut in primatu ecclesiæ successor, Autor.

in doctrinæ soliditate (pro pascendo sibi commisso grege) esset & Petri hæres.

Actio tertia.

Conueniente sacro & uniuersali concilio &c.

Accusatur Dioscorus ab Eusebio Dorylei epõ sicut in actione prima & supplicat sanctam synodum, ut sceleratum dogma Dioscori anathematizare dignaret̃, ipsum ẽt cõpellere, ut coràm concilio compereret. Dioscorus. n. continuerat se domi, nolens coràm synodo comparere.

Rursus accusat̃ absens à Theodoro diacono ecclesię Alexandrię. Primũ de homicidio. Secundo de blasphemia in sanctam Trinitatem. Deinde ꝙ cum origine cõsentiret; ꝙ incendiarius fuerit. Postremo ꝙ excõicationem contra sanctissimum apl̃icæ sedis magnæ Romę Epm̃ Leonem fecerit: nec non ẽt ꝙ temerarius extiterit contra gestum in Metropoli Nicęna concilium. Et dato libello accusationis subscripsit dicens.

Paratus sum adueniente Dioscoro in hoc scm̃ uestrum cõcilium meis adesse accusationibus.

Post ꝑductus est alius libellus accusationis ꝑ Ischyrionem diaconem, qui libellus sic incipit.

Sanctissimo & btĩssimo uniuersali Archiepõ & Patriarchæ magnæ Romæ Leoni, et sanctę et uniuersali Chalcedonensi synodo &c. Vbi de multis aliĳs criminib⁹ ꝑdictũ accusat Dioscorꝫ.

Quarto ꝑductus et lectus est alius libellus accusationis aduersus eundem Dioscorꝫ per Athanasium presbyterum de similibus sceleribus.

Quinto, productus et lectus est alius libellus contra Dioscorũ ꝑ Sophronium laicum, in quo pręter alia accusauit illum de adulterio: & ꝙ iniquo desiderio captus suam rapuerat uxorem. Insuꝑ ꝙ ipm̃ Sophroniũ uiribus totis Dioscorus

rus de rebus humanis curauerat facere alienũ.
Sexto, uocatus est Dioscorus ad conciliũ p notarium concilij, ut r̃nderet ad p̃dictas accusationes. Ille t̃n simulans ęgritudinem, noluit uenire.
Vocatus est sc̃do directis lr̃is à concilio ad illum, & missis tribus Ep̃is, q cōmonefacerent illum, ut ueniret, & satisfaceret de illis, q̃ in concilio illi ingerebant. Quo adhuc renuente, directę sunt lr̃æ à sacro concilio ad illum, q̃bus iam tertio uocatus est, ut in sacrum illud concilium dignaret uenire ad satisfaciendum simul & reuerẽdissimo Eusebio ep̃o, et ijs, q̃ illi tunc ingerebantur. Simil'r r̃nsurus & illis q illic aduersus illũ alios accusatorios dederãt libellos, aliàs si post tertiam (dicunt pr̃es) hanc regularem uocationẽ ex omni p̃te nullam hñtem suspitionem ad ueniendum distuleris, pręsens sancta synodus ad illũ ueniet modum, quem contra p̃tinaces & cõtẽptores synodalis uocationis seruare solet &c.
Et cum adhuc in sua p̃maneret p̃tinacia, Paschasinus ep̃s et cum ipso Lucentius episcopus et Bonifacius presbyter tenentes locum sanctissimi & beatissimi Archiepiscopi apostolicæ sedis senioris Romæ Leonis Papę p̃nunciauerũt.
Manifesta facta sunt, quæ à Dioscoro quondam Alexandriæ Ep̃o commissa sunt aduersus sanctarũ regularũ ordinem & ecclesiasticam disciplinã, tam ex ijs, quæ dudum examinata sunt in priore consessu, & ex ijs quę hodie acta sunt. Hic.n. ut plura intermittamus, Eutychem similia sibi sapientem & regulariter à proprio damnatũ Episcopo, id est, sanctissimo Flauiano pręsumens sibi primatũ irregulariter in cõmunione suscepit priusq̃ consideret in Epheso cũ Deo

amantissimis episcopis. Sed & illis qdem apostolica sedes ueniā præstitit de his, q̄ ibi nō uoluntarie ab eis gesta sunt, qui hactenus permanserunt obedientes sanctissimo Archiepō Leoni & omni sancto & uniuersali concilio. Hic autē & hactenus permansit glorians in eis, pro quibus eum oportebat gemere, & se terræ prosternere. Super hæc nec epistolā beatissimi Leonis Papæ ad sanctę memorię Flauianum scriptā legi permisit, & si cū iuramento fieri lectionē promiserit. Sed qm̄ secūdis excessibus priorem iniquitatē ualde transcēdit, pręsumpsit.n. & excōmunicationem dictare aduersus sanctissimum Archiepm̄ magnę Romę Leonē: insup etiam & multi libelli multis eius pleni iniqtatibus contra eū in sancto & magno concilio oblati sunt, & semel &.2.&.3. regulariter uocatus minimè uoluit obedire; et hos, q à diuersis conciliјs regulariter damnati sunt, contra diuinas leges suscepit, ideo ipse cōtra se elicuit sententiā sæpius ecclesiasticos cōculcans canones. Vnde sanctissimus Archieps̄ magnæ Romæ Leo per nos & p præsentē sanctā synodum unà cum ter beatissimo & oī laude digno beato Petro apostolo, qui est petra & crepido catholicæ ecclesiæ, & ille, q est rectę fidei fundamentum nudauit eum tam episcopatus dignitate, q̃ etiam et ab omni sacerdotali alienauit ministerio.

Tunc Anatholius Archieps̄ Constinopo. dixit. Hæc eadem apostolicæ sedis p oīa sapiens, concors sententiæ efficior. Similiter & oēs dixerunt consentientes sentētię legatorꝝ apl'icę sedis.

Post hæc sacrū cōcilium epistolam ad Valentinianum & Martianum Imperatores misit, ra-

tionem reddens oĩum, quæ in his tribus actioni bus gesta sunt in depositionem Dioscori huius causas in eadem epistola breuiter cõplectens, ut Dioscori malitiam, & in eum prolatæ iustæ sen tentiæ synceritatem considerarent.

Miserunt patres & aliã epistolam ad sanctę memoriæ Pulcheriam Augustã; quæ idẽ quod in præcedenti continet argumentum.

Deinde subiectum est edictũ, siue leges Martiani Imperatoris ad Constantinopolitanos ciues, quo ĩterdicuntur & prohibẽtur disputationes Christianorũ cum Paganis & Iudæis. Quas leges beatissimus Papa Leo in suis confirmauit epistolis, & confirmantur Chalcedoneñ. concilij edita, atq; statuta.

Extat in hac actione etiã relatio sanctæ synodi Chalcedonensis ad Leonem papam de omnibus gestis generaliter in synodo. Quæ uniuersa postulant cõfirmari autoritate apostolica, ut late ponitur in epl'a, quæ incipit. Repletũ est gaudio os nostrum &c. Et inter alia, hæc subijciuntur. Hæc sunt quæ tecũ, q spiritu præsens eras, & placere tanq; fratribus deliberasti, & qui penè per tuorum uicariorum sapiẽtiam uidebaris nobis, effecimus. Indicauimus uerò, quia et alia quædam pro rerum ipsarum ordinata quiete, et ꝓpter ecclesiasticorũ statutorũ definiuimus firmitatem, sciẽtes, qa & uestra sanctitas addiscẽs, et probatura & cõfirmatura est eadẽ. Rogamus igiť, & tuis decretis nostrũ honora iudiciũ. &c.

Ad quam epistolam respondet Leo, & confirmat acta huius synodi, excepto decreto primatus Constantinopo. ecclesiæ supra Alexandrinã & Antiochenã: & est inter epistolas Leonis epi-

stola.59.quæ incipit. Omnem quidem fraternitatem uestram &c.

Actio quarta.

Congregato sancto & uniuersali concilio &c.

Primo, judicum & senatus iussu lecta sunt corã synodo, quæ in p̃cedentibus actionibus acta fuerant. Deinde iudices & senatus dixerunt. Singuli reuerẽdissimi episcopi, qui hic conuenerũt, doceant, si expositio.318.patrum qui olim in Nicæa collecti sunt; & post hæc centũ quinquaginta qui Cõstantinopoli cõgregati sunt, consonãt epistolæ reuerendissimi papę Leonis. Anatholi⁹ Archiep̃s Constantinopo. dixit. Non solũ illis consonat epistola sanctissimi Leonis papæ, sed & ijs, q̃ in Epheso sub beatissimo Cyrillo gesta sunt ab uniuersali & sancto cõcilio. Hoc idem uicarij sedis ap̃licę cum oĩb⁹ alijs ep̃is dixerũt.

Illyriciani & Palęstini ep̃i, q in.2.actione cum legeret ep̃la Leonis papę (ut diximus) dubitare cœperant sup uerbis illis iam recitatis cõsequẽter dixerunt. Nos sanctorꝝ patrum.318. q in Nicæa conuenerant fidem semp seruauimus, & seruamus. Sequimur & centum quinquaginta patrum nullo modo dissonantem. Consentimus etiam actis & cõstitutis in prima synodo Ephesina. Sed & lecta ẽ uobis ep̃la beatissimi Archiepiscopi Romani Leonis ĩ plurimis rectè habẽs & p̃dictis cõsonans, & cõsentimus. Aliqua autem uobis ex ipsa apparuerunt uerba, ut partitionem & separationem aliquã à diuinitate carnis dñi & saluatoris nostri Iesu Christi, quã sibi adunauit de sancta uirgine Maria, demõstrãtia, de qbus paulo ante dubitabamus. Sed cum iam à sanctissimis uicarijs locũ tenentibus eius

dem sanctissimi Leonis edocti simus, quia talia uerba nullam partitionem in Domino & salua tore nostro Iesu Christo, sed unum eundḗq; dominum filium Dei indicant, consentimus.

Deinde surrexerũt aliq episcopi Aegitię regionis pro tota illa prouincia, & suam confessionē in scriptis dederũt; in qua secũdum fidem à sanctis prędictis concilijs expositam fatebantur se credere; epistolæ autem Leonis papæ nolebant subscribere. Ob idq́; magna est cõcertatio & tu multus in synodo, ut compellerẽt, illos Leonis papæ epistolæ subscribere, aut regularem damnationem, ut excommunicati, susciperent: indigne ferentes patres, ut decem homines præiudicium facerent synodo sexcentorum patrum ; & catholicę fidei. illi uerò instanter clamabant misericordiam petentes, ut concederetur illis à sancta synodo à tali subscriptione ut supsedere possent, quoadusq; esset electus Archiepiscopus ꝑ ecclesia Alexandrina, cuius consensum (ut mos in Aegypto erat) Episcopi debebant expectare, ut tale quid possent deliberare. Sin autem quod in concilio fieret Archiepiscopus Alexandrin⁹, & tunc subscriberent, & consentirent. Tandem datis fideiussoribus ꝙ non exirent de ciuitate, quoadusq; acciperet episcopum Alexandria, quando non ut repugnarent catholicæ fidei, nec ut non obtemperarent synodo, subscribere i pręsenti distulerint, eorum petitioni sacra annuit synodus.

Extat in fine huius actionis epistola Pheudo Archimandritarum hæreticorum quam protulerunt in cõcilio pro restitutione Dioscori. Quæ cum legeretur omnes episcopi clamarunt. Ana-

thema Dioſcoro. Dioſcorũ Chriſtus depoſuit. Iſtos foras mitte. Petitiones iſtas ſynodũ audire non licet. Qui damnatus ab omni ſynodo, epiſcopum nominare non licet. &c. Et ſic abſoluta eſt actio quarta.

Actio quinta.

In iſta actione committitur quibuſdam epiſcopis cum uicarijs apoſtolicæ ſedis & Anatholio Archiepiſcopo Conſtantinopolitano, ut definitionem de fide inter ſe ordinarent, cui omnes poſtea aſſentiri deberent, in quo decreto quæ à 318. patribus in Nicæa, & quæ à centum quinquaginta in ſynodo Cõſtantinopolitana prima ſtatuta ſunt; ſimiliter & geſta in ſynodo Epheſina prima cõgregata ſub Cœleſtino papa, & Cyrillo Archiepiſcopo Alexandriæ reuocantur & recipiuntur. Similiter & epiſtola Leonis papæ ad Flauianum pro expugnanda prauitatis Eutychis perfidia, miſſa recipitur à ſancta ſynodo: & nihil præterea.

Actio ſexta.

Cõueniente ſancta & uniuerſali ſynodo &c. Ad hãc actionem uenit Imperator Martianus, qui Græce & Latine ſanctam allocutus eſt ſynodum, cuius orationis eadem ferè ſunt, quæ in prima actione (ut annotauimus) ad ſynodũ uerba fecit. Poſt uerò allocutionem, lecta eſt Imperatori definitio fidei, quæ in actione quinta fuerat prolata.

Et poſt lectionem definitionis extant ſubſcriptiones epiſcoporum, & multi pro abſentibus epiſcopis ſubſcripſerũt. Paſchaſinus epiſcopus uice domini mei beatiſſimi atq; apoſtolici uiri uniuerſalis eccleſiæ papæ urbis Romæ Leonis,

synodo præsidens statui, consensi, & subscripsi. Similiter et alij duo uicari beatissimi Leonis papæ dixerunt, & subscripserunt. Cõsequenter & alij episcopi subscripserunt.

Post hæc idem pijssimus Imperator ad sanctam synodũ dixit. Pia catholica fide à sancta & uniuersali synodo secũdum patrum expositionem declarata, iustum simul & expediens esse nostra tranquillitas approbauit; omnem decætero contẽtionis occasionem de sanctę fidei religione penitus amputari. Si quis igitur idiota, uel militaris, uel clericus publicè de fide turbam congregans, sub obtentu disputationis tumultum fecerit, sciat, qa si qdẽ idiota sit, ab urbe regia expelleť: militaris uerò et cleric⁹ gradus sui periculũ sustinebũt, & pœnis alijs subiacebuut. Tũc oẽs clamauerũt. Multos annos Imparatori. Multos annos Augusto pio & xp̃iano. Augustę orthodoxę multi anni &c. Dioscoro anathema &c.

Imperator ad sanctam synodum dixit. Quædam capitula sunt, quæ ad honorem uestrę reuerentiæ uobis seruauimus; decorum esse iudicantes à uobis hæc regulariter potius formari per synodum, q̃ nostra lege sanciri. Et iubente pijssimo principe lecta sunt capitula, quæ superfluũ iudicauimus recenseri, utpote q̄ primum caput sit can. 4. & 2. cap. sit. 3. can. & 3. cap. sit canõ. 5. huius concilij, & in alijs sæpe repetitus.

Actio septima.

In ista actione agitur de concordia duorum episcoporum iam inter se composita super quibusdam parochijs, quam postulant à sancto cõcilio (ut permaneat) confirmari: quod & factum est. Et nihil præterea.

Actio octaua.

Residente sancto concilio ante cancellos sanctissimi altaris, reuerēdissimi episcopi clamauerunt. Theodoretus modo anathematizet Nestorium. Theodoretus dixit. Ego preces meas obtuli pijssimo Imperatori, & libellos obtuli reuerendissimis episcopis agentibus locum archiepiscopi Leonis: & si uobis placet, legantur coràm uobis, ut sicut sapio cognoscatis. Episcopi clamauerunt. Nihil relegi uolumus, modo anathematiza Nestorium. Theodoretus dixit. Ego ab orthodoxis nutritus sum: orthodoxe prædicaui & docui: & nō solum Nestorium & Eutychem, sed & omnem hominem, qui recte non sapit, aduersor. Episcopi dixerunt. Clare dic, anathema Nestorio, & dogmatib⁹ eius anathema. Tādem cōpulsus est, ut expresse & clare Nestorium & Eutychē, omnem hæreticū, & omnem hominem, dicentem uel opinantem duos filios; & eos, qui non dicerent Dei genitricem uirginē Mariam, anathematizaret. Quod cum dixisset. Omnes episcopi clamauerunt. Theodoretus dignus est sede ecclesiæ. Orthodoxum ecclesia pastorem recipiat; orthodoxum doctorem ecclesia recipiat. Archiepiscopo Leoni multos annos. Post Deum Leo iudicauit. Et sic decretum est à sancta synodo, ut Theodoreto ecclesia sua restitueretur, à qua fuerat & eiectus, & ab episcopatu exclusus.

Iudex imediatus post deum episcopus Romanus.

Autor.

Theodoretus iste fuerat suspectus de Arriana hæresi, qua de causa apparet fuisse depositus. Et ob hoc cum (ut est uidere supra in actione prima huius concilij.) cum accusaretur Dioscorus ab Eusebio & Theodoreto, ille conquærebatur, quòd permissus fueris à iudicibus & senatu Theodoretus conciliu intrare, qui nec

Episcopus erat. Insinuans illum fuisse iam depositum, quia haereticus. Hoc idẽ magis apparet ex sententia Theodosij iunioris lata in concilio Ephesino profano, ubi exclusit illum ab episcopatu & pari modo prohibuit scripta Theodoreti legi sicut et Nestorij Arriani: & ob hãc causam patres in ista actione tanto clamore insurrexerunt in praedictum Theodoretum quoadusque fidem suã palam & manifestam faceret, quod & fecit: addens etiam quòd ille subscribebat epistolae Leonis Papae: unde ut per omnia orthodoxus à synodo receptus est.

Actio nona & decima.

Cõueniente sancta & uniuersali synodo &c. Ibas reuerẽdus Ep̃s, qui fuit Edessenae ciuitatis Ep̃s dixit. Iniustitiã ab Eutyche & falsa figmenta ꝑpessus absens à quadraginta mãsionibus et condẽnatus, huc adueni ĩpetrare clementiã &c.

Dep̃cor igĩt uos, ut cognoscatis q̃ falsam accusationẽ ꝑtuli, & calũniam à q̄busdã clericis.

Iubete omnia quae per absentiam meam in Epheso sub Dioscoro gesta sunt euacuari: & iustitiam mihi seruari, qui sum in nullo culpabilis: & reddi mihi ep̃atum pariter et ecclesiã &c.

Accusabat̃ Ibas, ꝙ publicè coràm clero & populo dixisset. Non inuideo Christo facto Deo. Et etiam ꝙ Cyrillum uocasset haereticum. Ibę accusatio.

Examinatus tñ Ibas praesentibus & instantibus accusatoribus suis, talem audiuit sñiam.

Paschasinus & Lucentius episcopi, & Bonifacius presbyter tenentes locum sedis apostolicę. Quia missi ap̃lici semꝑ in synodis prius loq̄, et cõfirmare soliti sunt, per Paschasinũ dixerũt. Relectis chartis agnouimus ex sñía reuerẽdissimoꝝ epoꝝ Ibã reuerendũ ĩnoxium approbari. Relecta.n.eius epistola cognouimus eum orthodoxum: & ob hoc decernimus ei honorem epi- Sententia pro Ibo episcopo.

ſcopatus reſtituendũ;& eccleſiam à qua iniuſte & abſens expulſus eſt reparandã. De ſanctiſſimo igitur Epiſcopo Nono, qui pro eo paulo ante factus eſt, exiſtimationis erit uenerabilis epiſcopi Antiochenæ eccleſiæ quid oporteat de eo ſtatui &c. Omnes epiſcopi clamauerunt: oẽs eadem dicimus. Neſtoriũ modo anathematizet: Eutychem & ei⁹ dogma modo anathematizet: Ibas reuerẽdus Eps̃ dixit. Et iam in ſcripto anathematizaui Neſtorium, eiuſq́ dogma, & nunc anathematizo eũ decies millies. Anathema Neſtorio, & Eutychi. Et oẽm eum, qui nõ ſapit ſicut hęc ſancta ſynodus anathematizo. Glorioſiſſimi iudices dixerũt. Quæ iudicata ſunt à ſancta ſynodo de Iba Reuerendiſſimo Epiſcopo, propriam fortitudinem retinebunt. Et ſic abſoluta eſt actio decima.

Actio undecima & duodecima.

In iſtis duabus actionibus agitur cauſa inter Baſſianum & Stephanum contendentes de epiſcopatu eccleſiæ Epheſinæ, & definitum eſt, ambos eſſe remouendos, quia præter regulas Epiſcopi facti fuerant, et alterum Ep̃m ordinari: pręfatos uerò habere Epiſcopi dignitatẽ, & à ſanctiſſima Epheſina eccleſia nutriendos.

In. 13. & 14. actionibus tractatur de compoſitione quorundã Epiſcoporum; et pręterea nihil.

Actio decima ſexta.

Conueniente ſancto & uniuerſali concilio, reſidentibus oĩbus ante altaris cancellos ſanctæ martyris Euphemiæ uicarij ſedis apoſtolicæ ad iudices dixerũt. Heſterna die poſtq̃ poteſtas ueſtra ſurrexit, & humilitas noſtra ueſtigia ueſtra ſecuta eſt, quædam geſta facta dicunt, quæ nos,

& præter canones ecclesiasticos, & disciplinam ęstimamus effecta. Poscimus ergo, ut uestra magnificentia relegi hæc præcipiat, ut oīs fraternitas inspiciat, utrū iusta, an iniusta sint ea, quæ gesta sunt. Iudices dixerunt. Relegantur. Beronicianus uir deuotus, secretarius diuini cōsistorij legit sic.

Definitiones sanctorꝫ patrū sequentes ubiqꝫ, & regulam, & quæ nunc relecta sunt centum quinquaginta Deo amantissimorꝫ Episcoporꝫ, qui congregati sunt sub piæ memoriæ Imperatore maiore Theodosio in regia ciuitate Cōstantinopoli, cognoscentes & nos eadem definiuimus de priuilegijs eiusdem Constantinopo. ecclesiæ nouæ Romę. Et.n. sedi senioris Romę propter imperium ciuitatis illius patres consequenter priuilegia reddiderunt. Et eadem intentione permoti centum quinquaginta Deo amantissimi Episcopi æqua sedi nouæ Romæ priuilegia tribuerunt, rationabiliter iudicantes imperio & senatu urbem ornatā æquis senioris Romæ priuilegijs frui; & in ecclesiasticis. sicut illa, maiestatem habere negotijs, & secundam post illam existere: & ut his, qui de Ponto sunt, & de Asia, et de Thracia diœcesib9 Metropolitanos solos, rursus autē & qui inter Barbaros sunt Episcopos præfatarum diœcesum ordinari à prædictæ Constantinopo. sedis ecclesia, quippe ut unusquisqꝫ Metropolita prẹfatarum diœcesum cum Episcopis suæ ꝓuinciæ ordinet suæ regionis episcopos, sicut diuinis canonibus est prẹceptum. Ordinari autem (sicut dictum est) Metropolitas præfatarum diœcesum à Constantinopo. Archiepiscopo, decretis consonis secundum morē fa-

ctis, & ad eum relatis. Anatholius Episcopus Constantinopolis definiens subscripsi.
Maxim⁹ Eps Antiochię definiēs subscripsi &c.
Lucentius Eps apostolicæ sedis uicarius dixit.

Primo gloria uestra perpendat, qua circũuentione cum Episcopis sanctis gestum sit, ut non conscriptis canonibus quorum mētionem fecerunt, subscribere sunt coacti. Episcopi clamauerunt: Nemo coactus est. Lucētius Episcopus sedis apostolicæ dixit. Accedit ad cumulũ, ꝙ trecentoꝝ decem & octo constitutionibus postpositis, centum quinquaginta, qui in synodicis canonibus non habentur, mentionem tantum fecisse noscuntur, quę dicunt ante octoginta propè annos cōstituta fuisse. Si ergo his tpibus hoc beneficio usi sunt, quid nunc requirunt? Si nunquã usi sunt, quare requirunt? Aetius archidiaconus ecclesiæ Constantinopo. dixit. Si de hoc capitulo aliquod mandatũ acceperunt, ꝓferant. Bonifacius presbyter sedis apł̃icæ uicari⁹ dixit. Beatissimus & apostolicus uir Papa inter cætera hoc nobis mandauit, et ex chartula recitauit, sanctoꝝ quoq; patrum cōstitutionem ꝓlatam, nulla patiamini temeritate uiolari, seruãtes omnimodos personę nostræ in uobis, quos uice nostra trãsmisimus, dignitatem. Ac siqui forte ciuitatum suaꝝ splendore confisi aliquid sibi tentauerint usurpare, hoc qua dignum est constantia, retundatis. Iudices dixerunt. Vtraq; pars canones ꝓponant. Paschasinus uicarius sedis apostolicæ recitauit canonem sextum concilij Nicęni, & secundũ canonē Constantinopolitani concilij; & alios recitauerunt canones uicarij sedis apostolicæ, ubi decernitur sedem Romanã esse

in omnibus & per omnia prima, & post illam secundum habere gradum Constãtinopo. Quæ qstio ualde inter uicarios sedis aplicę cęterosq; Episcopos controuertitur. Tandem iudices dixerunt: Ex his, quæ gesta sunt, uel ab unoquoq; deposita, perpendimus, omnem quidem primatum & honorem pręcipuum (secundum canones) antiquę Romæ Deo amantissimo Archiepiscopo cõseruari. Oportere aũt Archiepiscopum Constantinopo. eisdem primatibus honoris & ipsum dignum esse, & potestatẽ habere ordinare Metropolitanas in Asiana & Põtica, & Thracia dioecesibus, hoc modo, ut electi à clericis cuiuscunq; Metropolis Episcopi referantur ab eligentibus Archiepiscopo Constantinopo. ut penes eum sit (si uelit) hunc, q electus est confirmare, repudiaré ue. &c. Episcopi dixerunt. Hæc oẽs dicimus. Hæc omnibus placent. Lucentius Episcopus sedis apostolicæ uicarius dixit. Sedes apostolica nobis præsentibus, humiliari nõ debet. Et ideo quæcunq; in pręiudicium canonum uel regularum hesterna die gesta sunt nobis absentibus, sublimitatem uestram petimus, ut circũduci iubeatis, sin alias cõtradictio nostra his gestis inhæreat, ut nouerimus quid apostolico uiro uniuersalis ecclesiæ Papę deferre debeam⁹, ut ipse aut de suę sedis iniuria, aut de canonum euersiõe possit ferre sententiam. Episcopus Sebastiæ dixit. Omnes in sententia uestræ magnificentiæ permanemus.

Inualida quę absq; apostolicæ sedis legatis in cõcilio geruntur.

Argumentum Ancyrani concilij.

Ancyranum concilium celebratum ante Nicænum aduersus eos, qui reuertentes ad fidem, à qua tormẽtorum metu defecerant, recipere re-

cusabant. Quod concilium & synodus ipsa Nicęna comprobauit (ut refert Hermeus in Gręco uolumine histo. ecclesię) & Patres ecclesiæ Occidentalis in concilio Florentino sessione septima allegauerunt.

FINIS.

